This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

Digitized by Google

Z/ 1043

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

J O M A.

Codex Talmudicus,

In quo agitur de

SACRIFICIIS,

cæteriſque Miniſteriis

DIEI EXPIATIONIS,

quæ *Levit.* XVI. & *Num.* XXIX. 7, 8, 9, 10. præcipiuntur, itémque de multis aliis quæ obiter tractantur; ex Hebræo Sermone in Latinum verſus, & commentariis illuſtratus

A ROBERTO SHERINGHAMIO
Cantabrigienſi.

Accedit hac nova editione

JACOBI RHENFERDII

COMPARATIO

Expiationis anniverſariæ Pontificis Maximi in V. T. cum *Unica atque æterna expiatione Jeſu Chriſti.*

FRANEQUERÆ,
Apud W. IBIUM BL
MDCXCVI.

A2 73
BIBL: STUD. ACAD: LAUS:
MR
Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO ILLUSTRISSIMO

JOANNI HEYDONO

EQUITI.

NOn tibi, Vir illuſtriſſime, opuſculum hoc devovi, quòd contra procaces linguas præſidium quæram: neque enim tam potens quiſquam eſt, ut poſſit me à procacibus verbis tueri, nec ego tam abjectus timidusque, ut procacia verba metuam. Sed cum ſinguli ferè iis potiſſimum, quibus maximè devinciuntur, ſcripta ſua dedicare ſolent; ego ne gratitudinis jura, morem prætergreſſus, violâſſe videar, hæc tibi præcipuè obtuli, cui me debere plurimum ſemper privatim agnoſcam, & nunc teſtor publicè. Summa etiam eruditio tua, & in eruditos amor, itemque excelſa animi indoles, quam in te omnes venerantur, faciunt, ut aliquid præſtare geſtiam, quo tibi debitam obſervantiam exſolvam. Impolitum eſt, fateor, quod nunc ago, nec verbis ad orationis faſtum quæſitis exornatum, cum non ad oſtentationem & gloriam, ſed in utilitatem publicam hæc à me edita ſint. Atque

Digitized by Google

hoc quidem titulo, qualiacunque ſint, grata tibi acceptaque fore confido, quia ea omnia, quæ publicè conducant, haud ægrè promovere ſoles. Faxit Deus, Vir Clariſſime, ut in terris omnia tibi ex votis ſuccedant, & poſt hanc vitam undique gaudiis delibutus, in cœlis æternâ felicitate fruaris.

Digitized by Google

Præfatio ad Lectorem.

MUlti forte me rem facere intempeſtivam exclament, qui de rebus Judaicis jampridem abrogatis obſoletisque disquiro: pergantque eò magis mihi convitiis infultare, quô magis in Talmude, cujus nunc partem aliquam illuſtro, fabulæ & mendacia ſcateant. Quibus ſi laborioſam aliquam defenſionem parare velim, omnium ſim vaniſſimus; cum ſciam hæc, non ex judicio, ſed ex nequitia & inſita quadam improbitate animi, aut ſaltem ex impopotentia ſummaque levitate provenire. Quomodo enim ex judicio hæc decernant? niſi forte tam acre & ſtupendum judicium habeant, ut de iſtis, quæ non intelligunt, rectè ſentire & judicare valeant. In aliis verò, niſi me falſa ſpes deluſerit, opus, quod nunc paro, jucundiores animi motus ſenſuſque exſuſcitet. Quicunque enim peregrinarum gentium ritus & conſuetudines ſcire cupiunt, quicunque etiam rebus novis & vulgo ignotis delectantur, aliquid hîc invenient, quod ipſos capiat deliniatque. Quamvis, ut verum fatear, non ſum his impulſus ut quicquam in hoc genere tentarem: vota certè mea repreſſiſſem, omnemque ſcribendi ardorem reſtinxiſſem, niſi inceptum noſtrum magis utile quâm jucundum fore putaſſem. Lætarer ſane & triumpharem ſerio,

 ſi quid

Digitized by Google

ſi quid a me dictum ſit, quod Lectorem novitate ſua aut aliunde delectaret; ſed cupiditati ejus lenocinari nolo, nec opus edere, quo rear me uberiorem voluptatem quam utilitatem allaturum. Prodeſſe imprimis cupio, ſpero me id etiam præſtitiſſe. Inſcite nugantur quicunque affirmare audent nihil præter futilia, vana, frivola, in ſcriptis Talmudicis reperiri: multa in illis extant inſignia, utilia, & ſcitu digna. Jus ſiquidem civile Hebræorum, & eorundem ceremonias, ritus, legeſque ſacras, quibus à prima Reipublicæ inſtitutione uſque ad excidium Gentis uterentur, exhibent. Miſchna, quæ eſt præcipua pars Talmudis, à R. Jehuda Principe, qui propter ſinceros integroſque mores *Sanctus* vocabatur, compilata fuit: floruit præcipuè ſub Marco Antonino, religione quidem Judæus, cæteroquin vir incomparabilis. Is primus leges Hebræorum, non omnes, ſed quas ex variis ſcriptis hinc inde colligere potuit, in unum corpus concinnavit, cui ſequentes Rabbini Gemaras attexuerunt, quibus difficilia & dubia explicârunt, & traditiones plurimas à R. Jehuda omiſſas adjunxerunt: ita ut hæc duo, Miſchna & Gemara, integrum corpus juris ſacri & civilis conſtituant. Si nihil aliud ſcripta Talmudica quàm contexturam ejuſmodi legum continerent, multa inde commoda, Theologis ſaltem, Juris-conſultis, & Politicis, emergere poterant, quorum plurimùm refert exterarum Gentium conſtitutiones ſacras & civiles nôſſe, ex quibus interdum, cum res poſtulat, ſuæ Gentis leges caſtigare & emendare queant. Quanti à ſanis omnibus æſtimatur corpus juris canonici? quan-

quanti corpus juris civilis? Quam avidè volumina illa juris Hiſpanici, quæ *las ſiete partidas* vocant, itemque cæterarum Gentium leges & conſtitutiones, ab eruditis omnibus, qui linguas callent, leguntur? Si hæc claris & illuſtribus viris placeant, quantò magis placere debeant jura Hebræorum, qui Deum ipſum legiſlatorem habuerunt?

Sed, quod noſtra magis intereſt, ſcripta Talmudica non parum ad ſacræ Scripturæ intelligentiam conferunt. Fruſtra non eſt quod aiunt Rabbini, אין תורה שבכתב יכולה להתבאר כי אם ע״י תורה שבע״פ *Non poteſt lex ſcripta niſi per legem oralem explicari.* Certè Interpretem ſacrum Leges, Cerimonias, Ritùſque Judæorum accuratiſſimè ſcire oportet. Si quis eorum cognitione deſtitutus, Interpretis munus ſibi arroget, in errores fœdiſſimè lapſus, alios quoque per eadem præcipitia ducet. Mirum eſt quam frequenter veteres hallucinati ſint, & hodiè etiam hallucinentur recentes, qui in antiquitatibus Judaicis parùm verſantur. Inexpertus quiſquam non facilè credat, quam multa contra receptos Hebræorum mores temerè & inconſultè effutiverint. In ipſis etiam ſacrorum bibliorum verſionibus quot vitia mendaque exiſtunt? Dicam quòd res eſt, in pleriſque bibliis tranſlatis multa improba inſunt mendacia ex inſcitia rerum Judaicarum nata. Hoc ita eſſe verſionum diſcrepantia ſatis oſtendit; quotieſcunque enim duæ verſiones diſſident, alteri erratum ſubeſſe neceſſe eſt: ſæpiſſimè etiam purum putum mendacium, quo aliquis dixiſſe quæ non dixerit, aut feciſſe quæ non fecerit exhibetur. Quod licèt in re levi ſine animarum detrimento

ficri

Digitized by Google

fieri poſſit, melius tamen fore exiſtimem, ſi in bibliis tranſlatis nihil præter germanum Dei Verbum extaret. Hoc ſi fieri non poſſit, cum falli & decipi humanum ſit; at ſaltem errores plurimi vitari potuiſſent, ſi non temere cuivis, ſed tantùm rerum Judaicarum peritis, poteſtas transferendi ſacra biblia conceſſa fuiſſet. Praxis Judæorum in pleriſque optimus Scripturæ interpres eſt, quâ incognitâ, nemo facilè erit ab errore liber, qui ſacra biblia transferre velit. At quomodo (inquiet quiſpiam) poſſit quicquam certi de Legibus Ritibuſque Judaicis decerni, cum multa ſæpe â Talmudicis præter Leges aſſerantur? Decertantibus enim Magiſtris & de iiſdem rebus diverſiſſimè ſentientibus, quoſdam contra verum niti & à nativo Legis tenore recedere neceſſe eſt. Sit ita: an non hoc Juriſ-conſultis familiare eſt? Eodem fere loquendi modo in libris noſtris juridicis, quos *Annales*, Linguâ vulgari Year-Boocks / appellamus, utuntur ii qui relationes iſtas caſuum & judiciorum congeſſerunt. Sicut enim in Miſchna, quid Hillel, & quid Schamæus, quid R. Gamaliel, & quid R. Joſua; ita in libris iſtis narratur, quid Babingtonus, & quid Paſtonus, quid Yelvertonus, & quid Forteſcutius dixerit. Quibus ſæpe diſſidentibus, fieri nequit, quin aliquis à lege deſciſcat. Non eſt autem metuendum, ne ex altercatione iſta & lucta Magiſtrorum veritas lædatur, aut quiſquam in errorem præceps ducatur, cum in indubiis omnibus facilè quivis cognoſcat, ex cujus ſententia jus pendeat. Conſule, ſi placet, Halicoth Olam, ubi copioſè de hac re diſceptatur:

in

in quibuſdam etiam codicibus circulus penſilis magiſtrorum nominibus ſuperimpoſitus id ipſum indicat.

Illud etiam nequeo prætèrire, quòd multa allegorica & pia dicta, quæ antiqui Rabbini à Deo exagitati ejusque numine abrepti protulerunt, in ſcriptis Talmudicis continentur. Huic forte non credis: quidni credas, cum multa Chriſtus Salvator noſter in concionibus ſuis ex iſtis carpſerit, quæ jam canonicis Scripturis inſerta ſunt. Unum aut alterum exemplum ſubjiciam, quia de ſingulis membratim inciſeque dicere non libet. In Gemara Babylonica ad codicem Beracoth extat Parabola de Divite Epulone & Paupere, quæ habetur *Luc.* 16. 19, 20, &c. אמר רבי אלעזר מיום שברא הקב״ה את עולמו לא היה אדם שקראו להקב״ה צבאות עד שבאת חנה וקראתו צבאות אמרה חנה לפני הקב״ה רבונו של עולמים מכל צבאי צבאות שבראת בעולמך קשה בעיניך ליתן לי בן אחד, משל למלך בשר ודם שעשה סעודה גדולה וזימן כל בני עירו באו עני אחד ועמד על הפתח אמר להם תנו לי פרוסה אחד ולא השגיחו עליו אמר אדוני המלך מכל סעודה גדולה שעשית קשה בעיניך ליתן לי פת אחד ביניהם: *Dixit Rabbi Eleaſar, Deum Opt. Max. à condito mundo à nullo unquam vocatum fuiſſe* צבאות *quam ab Hanna, quæ primum ipſum ſic appellaverit, dicendo: Domine Zebaoth, totius mundi Dominator, inter omnia mirabilia tua opera, quæ in mundo feciſti, hocne unum tibi diſplicet, ut unico me filio dones? Supplex igitur à te, Domine* צבאות*, filium peto. Ibi Rabbi ſubjicit: Erat quidam dives, qui magnum convivium apparabat, & multos invitabat hoſpites: Erat & pauper quidam, qui ad fores jacens, dicebat: Mihi ſaltem micas de menſa cadentes, quæſo, largiamini. Ille verò hunc negligens nihil ipſi impertivit. Tunc is Patremfamilias allocutus: Domine, de tanta cœna, quam apparâſti, non me, cui micam largireris, dignum judicas?* In Gem. Hieroſol. ad eundem codicem Beracoth extat Parabola de Operariis in vinea, quæ habetur *Matth.* 20. 1,

2, 3.

2,3,&c. כד דמיך רבי אבין בר חייא על רבי זעירא ואפטר עלוי
מתוקה שנת העובד משל המלך ששכר פועלים והיה שם פועל אחד
שהיה מתכשר במלאכתו יותר מן הכל מה עשה לו המלך נטל והיה מהלך
עמו ארוכות וקצרות לעיתותי ערב נכנסו הפועלים ליטול שכרן ונכנס גם
הוא ונטל שכרו משלם התחילו הפועלים מתרעמים ואומרים אנו יגענו
כל היום וזה לא יגע ב׳ שעות ביום ונטל שכרו משלם אמר
ליה האדון יגע זה בב׳ שעות מה שלא יגעתם אתם כל היום

Cum Rabbi Abbin Filius Chiæ moreretur, Rabbi Seira adventans concionem habebat inquiens: Rabbi Abbin tantum ſuis concionibus, & promovendâ gloriâ Dei paucis diebus profeciſſe, quantum vix alii multis annis efficere potuiſſent: illum itaque vita æterna fruiturum minimè dubitandum. Et ſubjicit hanc parabolam: Erat quidam dives Pater-familias, qui conducebat operarios, inter quos unus reperiebatur, qui aſſiduitate cæteros longè præibat, licèt tardiùs ipſos accederet, & laborare inciperet. Veſpera adventante operarii mercedem ſuam accepturi confluebant, unà cum illo, qui tardiùs acceſſerat. Hunc cum vidiſſent, murmurabant, dicentes: Hic parem nobiſcum mercedem expectat, qui totum diem laborando conſumpſimus, ille verò vix unam atque alteram horulam in opere fuit. Reſpondet Pater-familias: Hic duabus horis tantum laboris impendit, quantum vos integro die. In Gemara Babylonica ad codicem Shabbath extat Parabola de quinque prudentibus, & quinque fatuis Virginibus, quæ habetur *Matth.* 25. 1, 2, 3, &c.

תנן התם רבי אלעזר
אומר שוב יום אחד לפני מיתתך שאלו תלמידיו את רבי אלעזר
וכי אדם יודע איזו יום ימות אמר ליה וכל שכן ישוב היום שמא
ימות למחר ונמצא כל ימיו בתשובה אמר רבי יוחנן בן זכאי משל
לאדם שזימן את עבדיו לסעודה ולא קבע להם זמן פקחים שבהם
קשטו את עצמן וישבו על פתח בית המלך אמרו כלום חסר לבית
המלך טפשין שבהן הלכו למלאכתן אמרו כלום יש סעודה בלא טרח
פתאום בקש המלך את עבדיו פקחים שבהם נכנסו לפני המלך כשהן
מקושטין והטפשין שבהן נכנסו לפניו כשהן מלוכלכין שמח המלך לקראת
פקחין וכעס לקראת טפשין אמר הללו שקשטו את עצמן לסעודה
ישבו ויאכלו וישתו הללו שלא קשטו את עצמן לסעודה יעמדו ויראו
שנאמר כה אמר יהוה הנה עבדי יאכלו ואתם תרעבו הנה עבדי ישתו
ואתם תצמאו *Dixit Rabbi Eleaſar: Age pœnitentiam pridie tui obitus. Quærebant Diſcipuli ejus; num homo mortis horam noſſet? Ille viciſſim reſpondens inquit: Omnibus diebus homo pœnitentiam agat,*

Digitized by Google

quit, quia ignorat, quo die ex hac vita migraturus ſit. Ad hæc Rabbi Jochanan filius Saccai hanc propoſuit parabolam: Vir quidam dives apparabat nuptias ad quas miniſtros ſuos convocabat, verum nullum certum definiebat nuptiarum tempus. Horum quidam prudentes, quidam erant fatui. Prudentes ex illis ſplendidè ſe veſtiebant, ac ſedentes ante domum Regis apud ſe cogitabant: Omnia hîc parata ſunt, nec quicquam deeſt, quare cum de hora, quâ vocabimur, incerti ſimus, expectabimus ut quacunque hora nos avocaverit, ornatu noſtro induti ipſi miniſtremus. Fatui verò ſeu ſomnolenti hinc inde diſcurſitantes cogitabant apud ſe, cum ſatis adhuc temporis reſtet, uſque prandium apparatum fuerit, interim nos commodè ornabimus, quo & ipſi miniſtremus. Sed ecce cum repente & inſuperatò Rex miniſtros ad cœnam vocaret, prudentes coram Rege apparebant ornatu ſuo induti: Fatui verò nondum compti & parati abitum moliebantur, quo ornatos ſe cœnæ ſiſterent. Rex gaviſus propter eos, qui ornatu decenti ad nuptias comparuerant, reliquis verò ſomnolentis valdè ſuccenſebat: ſéque ad illos qui præparati acceſſerant converſus dicebat: Vos ſedentes, comedetis, bibetis, & gaudebitis: reliquos verò ſic alloquebatur: Vos verò foris ſubſiſtetis: quemadmodum Propheta Eſaias cap. 65. idem teſtatur inquiens: ſic dicit Dominus Deus, Ecce ſervi mei comedent, vos autem eſurietis; ſervi mei bibent, vos autem ſitietis. Atque hæc quidem ex Gali Razia, unâ cum tranſlatione authoris Cunradi Ottonis adduxi: cætera verò taceo, ne præfari longiùs quàm velim neceſſe ſit. Pleraque enim quæ aut in concionibus aut in privatis colloquiis uſurpavit Chriſtus, in Talmudicis ſcriptis occurrunt. Sed his inſiſtere opus non eſt, cum multa id genus ab aliis notentur. At forte dicat aliquis, Rabbinos poſteriores hæc ex Evangelio ſumere, & nomine antiquorum Rabbinorum edere potuiſſe; poterant ſanè, ſed voluiſſe non eſt veriſimile. Unquamne enim Rabbini Evangelium ut interpolarent? Ut Chriſti conciones tanquam pias ſuſpicarentur? Utinam hoc ipſis in mentem veniſſet. Sed longè ſecus de Chriſto ſtatuunt Rabbini, eum vafrum impoſtorem appellant, & captionibus quibuſdam, præſtigiiſque verborum mundum decepiſſe impii

& blaſphemi affirmant. Hunccine ut ſanctum putarent? ut dicta ejus colligerent? ut antiquorum Rabbinorum nomine ederent? opinor magis, Rabbinos, qui utramque Gemaram contexuerunt, Evangelia nunquam legiſſe. Varias enim de Meſſia prædictiones utrobique afferunt, quæ Chriſto tam clarè conveniunt, ut vix credibile ſit ipſos talia inſerere voluiſſe, ſi Evangelicam hiſtoriam noviſſent.

Poſtremò, traditiones multæ Moſi in monte Sinai divinitus datæ, & per os inde poſteris transmiſſæ, in ſcriptis Talmudicis referuntur, quas Scriptis tradere & divulgare Moſi nequaquam licuit. De his mentio facta eſt 2 *Eſdræ* 14. 4, 5, 6. quamvis, ut liberè dicam, multas etiam fictas falſaſque traditiones veteratores quidam populo obtruſerint, quod meritô ipſis exprobravit Chriſtus, cum iiſdem legem Dei exſolviſſent. Sunt igitur hæc cautè legenda, nec multum traditionibus fidendum, ubi eorum interfuit talia comminiſci; ubi nihil interfuit, plus illis tribuendum videtur. Ex his, ut alia multa omittam, ſatis liquet quàm inſignes utilitates Talmudicorum ſcriptorum lectione innitantur.

Venio jam ad ea, quæ contra objici ſolent. Quod aiunt importunum eſſe de rebus Judaicis jampridem abrogatis obſoletiſque diſquirere, vanum hoc & futile eſt. Eâdem certè ratione probent, magnam partem Teſtamenti Veteris nullius eſſe momenti. Sed demus illis, exoletarum legum cognitionem nulli rei inſervire poſſe: aliis tamen titulis ſcripta Talmudica grata eſſe debent, ut ex iis quæ

ſupe-

ſuperiùs memorata ſunt conſtat, quorum denuò recordari non eſt opus; quibus addam inſuper, multas illic hiſtorias admiſceri, ex quibus ſacra Scriptura aperiri & temporum ſeries illuſtrari poſſit, multa item vaticinia, quibus Judæorum pertinacia frangi & refelli queat, cum ex illis Meſſiam dudum veniſſe, eundemque non alium quàm Chriſtum fuiſſe, poſſit evidenter demonſtrari.

Inane eſt & illud, quod de fabulis mendaciiſque Talmudicis garriunt. In Miſchna enim Gemaráque Hieroſólymitana figmenta nulla aut rarò & inſolenter occurrunt. Gemara verò Babylonica, ne quid diſſimulem, ferax eſt fœtaque mendaciis; quæ tamen non impediunt, quin cætera cum utilitate legantur. Ignoſcendum ſanè poſterioribus Rabbinis, ſi quid in Gemara comminiſcantur, cum mentiendi prurigo plurimos iſtius temporis Scriptores invaſit. Præclari authores, qui in ultimis Gemaricorum ſeculis vixerunt, multa prodigia, multa miracula & portenta narrant, quæ apud cordatos viros fidem nunquam invenient, quorum tamen authoritas in cæteris magni pendenda eſt. Annon hoc Ethnicis quoque Scriptoribus uſu venire ſolet? Quid loquar de Herodoto, Diodoro Siculo, Strabone, aliiſque Scriptoribus Græcis? quid de Livio, Plinióque Latinis? Tot in Ægypto monſtra non viſuntur, quot in eorum ſcriptis portenta mendaciaque: his tamen in aliis non exigua laus defertur. Idem de blaſphemiis

 con-

Digitized by Google

convitiiſque Talmudicorum, quod nonnulli etiam objiciunt, dicendum. Libros ſiquidem Ethnicorum & Hæreticorum quotidie volvimus, qui tamen huic culpæ frequentiſſimè ſuccumbunt. In ipſa etiam ſacra Scriptura nefariorum quorundam blaſphemiæ quandoque recenſentur, quæ tamen lectori non nocent.

Quod ad præſentem tractatum attinet, codex, quem nunc edo, Talmudicis dicitur יומא id eſt, *Dies*; iſto autem titulo dies Expiationis deſignatur, quo, ſingulis rite peractis, propitius Deus mala omnia averruncavit, & peccantibus veniam conceſſit. Dies erat celeberrimus, quo libros vitæ & mortis apertos fuiſſe tradunt Talmudici, ita ut dies iſte diem judicii præfiguraſſe videatur, quo etiam libri vitæ & mortis aperientur, ut habetur *Apoc.* 20. 12. In hoc codice de ingreſſu Sacerdotis magni in ſanctum ſanctorum, de ritu & ordine Sacrificiorum, de reliquis iſtius diei miniſteriis, itémque de multis aliis tractatur: quæ omnia ferè nova ſunt, nec apud alios Scriptores obvia. Pauca quidem ex his notavit Buxtorfius in ſuo Lexico Talmudico, ſed ubique ferè lapſus, ut in commentariis noſtris oſtenſum eſt: quædam & alii ex Maimonide arripuerunt, quos etiam invenies identidem erroris manifeſtos. In tranſlatione Hebræum textum ad verbum ſequor quantum per Latinitatem licuit, ubi neceſſe erat deflectere, (nè aut barbarus eſſem aut obſcurus): in commentariis, ſi quid difficile ſit, ad verbum

bum reddo, ut ex his ſubſidium haberent ad ulteriorem progreſſum, qui modos loquendi Talmudicorum nondum exactè ſciunt.

Digitized by Google

Elenchus Capitum

MISCHNÆ.

Caput 1.

Separatio Sacerdotis magni à domo ſua ad domum Parhedrorum ſeptem diebus ante diem expiationis. §. 1. *Præparatio ejuſdem ad opus diei.* §. 2. 3. 4. *Feſti veſperâ adveniente ſeniores ſacerdotes juramentum ab eo exigunt de ſuffimento adolendo.* §. 5. *Iuniores eum à ſomno avertunt.* §. 6. 7. *Expurgatio altaris quâ horâ ſingulis diebus fieri ſolita.* §. 8. pag. 1.

Caput 2.

Cùm plures aram expurgare voluerint, quomodo lis deciſa. Micare digitis quid ſit. §. 1. *Expurgatio aræ cur primò ſorti mandata.* §. 2. *Quæ miniſteria ſortibus commiſſa.* §. 3. 4. *Quot ſacerdotes in oblationibus totius cœtûs ad miniſterium ſorte deſignati.* §. 5. *Quid in oblationibus unius fieri ſolitum.* §. 6. *Excoriatio & membrorum ſectio laicis permiſſa.* Ibid. pag. 12.

Caput 3.

Speculatores miſſi qui aſcenſum auroræ obſervarent. §. 1. 2. *Lavandi ritus.* §. 3. 4. *Sacerdos magnus juge ſacrificium obtulit.* §. 5. *Suffimentum matutinum adolevit.* §. 6. *Mane Peluſiacis veſtibus, veſperi Indicis miniſtravit.* §. 7.

Pro

Digitized by Google

Pro ſe confeſſionem edidit. §. 8. *De duobus hircis.* §. 9. *De ſortibus in urna cuſtoditis.* §. 10. *De quibuſdam in laudem, & quibuſdam in ignominiam memoratis.* §. 11. pag. 22.

Caput. 4.

Modus ſortitionis. §. 1. *Duæ linguæ coccineæ duobus hircis alligatæ.* §. 2. *Sacerdos magnus pro fratribus ſacerdotibus confeſſionem edidit.* Ibid. *Mactatio juvenci.* §. 3. *Agitatio ſanguinis ne concreſceret. De Thuribulo.* §. 4. *De aſcenſu & deſcenſu ſacerdotum per gradus ad altare.* §. 5. *De vaſe quo Sacerdos magnus manus & pedes ſanctificavit.* Ibid. *De ordinibus lignorum ſuper altare collocatis.* §. 6. pag. 40.

Caput. 5.

Suffimentum ad ſacerdotem magnum adductum. §. 1. *Modus pugillationis.* Ibid. *De duplici velo.* Ibid. *Quomodo ſacerdos magnus intravit ſanctum ſanctorum.* Ibid. *Quomodo ſuffimentum adolevit.* Ibid. *Quomodo exiit.* Ibid. *De lapide fundationis.* §. 2. *Templi luſtratio.* §. 3. 4. 5. *Decurſus ſanguinis in torrentem Kedron.* §. 6. *Quo ordine ſingula miniſteria peracta ſint* §. 7. pag. 49.

Caput 6.

Mandata quædam de duobus hircis. §. 1. *Sacerdos magnus, nomine totius cœtus confeſſionem edidit.* §. 2. *A quibus, & quomodo hircus emiſſarius in deſertum actus, & à ſcopulo detruſus.* §. 3. 4. 5, 6. *De juvenco & hirco urendo.* §. 7. *Sacerdos magnus quomodo ſciverit cum hircus emiſſarius ad deſertum acceſſiſſet.* §. 8. pag. 65.

Digitized by Google

Caput 7.

Legendi ritus. De benedictionibus. §. 1. 2. *Duo arietes & ſeptem agni perfecti immolantur.* §. 3. *Sacerdos magnus cupam thuribulumque deprompſit, ut veſperi ſuffimentum adoleret. Amicis, cùm ſalvus evaſit, convivium inſtruxit.* §. 4. *De veſtibus Sacerdotalibus. De oraculo Urim & Thummim.* §. 5. pag. 77.

Caput 8.

De vetitis & licitis in die expiationis. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *Spe veniæ peccantibus pœnitentiam in die expiationis non concedi* §. 8. *Peccata in homines ſine ſatisfactione non remitti.* §. 9. pag. 95.

CODEX

מסכת יומא — CODEX JOMA.

פרק א. — CAPUT I.

Separatio Sacerdotis magni à domo ſua ad domum Parhedrorum ſeptem diebus ante diem expiationis. §. 1. *Præparatio ejuſdem ad opus diei.* §. 2. 3. 4. *Feſti veſpera adveniente ſeniores Sacerdotes juramentum ab eo exigunt de ſuffimento adolendo.* §. 5. *Juniores eum à ſomno avertunt.* §. 6. 7. *Expurgatio altaris quâ horâ ſingulis diebus fieri ſolita.* §. 8.

א. — MISNA I.

שבעת ימים קודם יום הכפורים מפרישין כהן גדול מביתו ללשכת פלהדרין ומתקינין לו כהן אחר תחתיו שמא יארע בו פסול רבי יהודה אומר אף אשה אחרת מתקינין לו שמא תמות אשתו שנאמר וכפר בעדו ובעד ביתו ביתו זו אשתו אמרו לו אם כן אין לדבר סוף.

Septem diebus antè diem expiationis ſeparant Sacerdotem magnum à domo ſua [1] ad Conclave Parhedrorum, [2] ſubſtituuntque ei alium Sacerdotem, ſi quod vitium ei contingat [3]. Rabbi Jehuda dicit, ſubſtituunt etiam aliam uxorem, ſi uxor ejus moriatur; quia dicitur, & expiabit pro ſe, & pro domo ſua: pro domo ſua, *i. e.* uxore ſua. Dixerunt ei [4], ſi ſic, non erit rei finis [5].

ANNOTATIONES.

(1) שבעת ימים קודם יום הכפורים מפרישין כהן גדול מביתו, *Septem diebus ante diem expiationis ſeparant Sacerdotem magnum à domo ſua*]. Sacerdotem magnum à domo ſua ante diem expiationis ſeparabant, quòd is præcipuè ſacra adminiſtrare obſtringebatur, quia dicitur, *Levit.* xvi. 32. *Et expiabit Sacerdos quem unget & conſecrabit Deus ad miniſtran-*

dum pro patre ſuo, id eſt, Sacerdos magnus, is enim ſolus ungebatur: eum autem ſeptem diebus ante diem expiationis à domo ſua ſeparabant, ne forte cum uxore menſtrua ignarus concumberet. Lege ſiquidem ſancitum erat, *Levit*. xv. 24. ut ſeptem diebus immundus fieret quiſquis ignarus (nam qui id ſciens volenſque fecerat, exterminio reus erat, *Levit*. xx. 18.) cum muliere menſtrua congrederetur. Sacerdos igitur magnus ſeptem diebus ſejunctus erat ab uxore, ne forte ex tali congreſſu muneri præſtando inhabilis redderetur: immundo enim Sacerdoti munus ſacrum obire non licebat. Ob eandem cauſam Sacerdotem etiam qui vaccam rufam comburebat, ſeptem diebus ab uxore ſua ſeparabant, ut in codice *Para* traditur, cap. 3. שבעת ימים קודם לשריפ׳ הפרה מפרישין כהן השורף את הפרה מביתו ללשכה שעל פני הבירה צפונה מזרחה ובית אבן היתה נקראת, *Septem diebus ante combuſtionem vaccæ ſeparant Sacerdotem, qui comburit eam, à domo ſua, ad Conclave ſeptentrionale orientale, quod erat juxta ſanctuarium, & domus lapidum dicebatur.*

(2) ללשכת פלהדרין, *ad domum Parhedrorum*] פלהדרין ſive פרהדרין, ut melius in Gemara ſcribitur, à Græca voce *πάρεδροι* emanaſſe jam alii notarunt. Erant autem *πάρεδροι* apud Græcos conſilii publici authores, qui principi aſſidebant, ut unà de reipublicæ negotiis diſceptarent, bini ſingulis annis eligebantur; qui poſtquam annum abſolviſſent, officium abdicabant. Pollux, Πάρεδροι δ' ὀνομάζονται, οὓς αἱρεῖται ἄρχων, καὶ βασιλεὺς, καὶ πολέμαρχος, δύο ἕκαστος οὓς βούλεται, *Aſſeſſores nominantur, quos Prætor, Rex, & Imperator eligunt, binos unuſquiſque quos voluerit*: iidem poſtea συγκάθεδροι dicebantur. Phrynicus Eclog. diction. Atticar. Πάρεδροι οἱ νῦν συγκάθεδροι. Poſtquam igitur Sacerdotes magni apud Hebræos mutabantur, ut aſſeſſores iſti apud Græcos, binoſque Rex in ſingulos annos quos voluerit conſtituebat; Conclave Sacerdotis, quod primo לשכת בולווטי *Conclave conſiliariorum*, poſtea לשכת פלהדרין ſive פרהדרין *Conclave aſſeſſorum* dicebatur. Sed hæc fere à Buxtorfio notantur in dictione פלהדרין: liceat nunc mihi curioſis parum gratificari, & qua templi parte extructum erat hoc Conclave, paucis diſquirere. Fallitur verò inprimis vir clariſſimus Conſtantinus l'Empereur, qui ſuis annotationibus ad codicem Middoth, *cap*. 5. *ſec*. 3. ex initio hujus Gemaræ probare conatur, *Conclave Parhedrorum* idem eſſe quod *Conclave loci lapidum*; & ſic priùs vocatum, quod multum ibi vaſis lapideis utebantur, poſterioribus autem temporibus Conclave Parhedrorum nominatum. In quo ſanè vehementer erravit, cum Conclave loci lapidum non fuerit Conclave Sacerdotis magni, ſed Sacerdotis qui vaccam rufam comburebat. Verba Gemaræ hæc ſunt: שבעת ימים קודם שריפת הפרה היו מפרישין כהן השורף את הפרה מביתו ללשכה שעל פני הבירה צפונה מזרחה ולשכת בית האבן היתה נקראת ולמה נקראת שמה לשכת בית האבן שכל מעשיה בכלין גללים בכלי אבנים ובכלי אדמה, *Septem diebus ante combuſtionem vaccæ ſeparant Sacerdotem, qui comburit eam, à domo ſua ad Con-*

Conclave ſeptentrionale orientale, quod erat juxta Sanctuarium, & Conclave loci lapidum dicebatur: quare Conclave loci lapidum dicebatur? quia omnia vaſa ejus marmorea, lapidea, & fictilia erant. Nihil hic de Conclavi Sacerdotis magni, ſed omnia de Conclavi Sacerdotis qui vaccam comburebat, dicta ſunt: qui etiam ſeptem diebus à domo ſua ſejunctus erat, ut ſupra ex codice *Para* annotavimus, à quo hæc Gemara deſumpta eſt. Et duo diverſa fuiſſe conclavia, ex iis quæ in Gemara ſequuntur, apparet, אין בין כהן השורף את הפרה לכהן גדול ביום הכיפורים אלא שזה פרישתו לקדושה ואחיו הכהנים נגעין בו וזה פרישתו לטהר' ואין אחיו הכהנים נגעין בו. *Nihil eſt inter Sacerdotem qui vaccam comburebat, & Sacerdotem magnum in die expiationis, niſi quod ſeparatio hujus erat in locum ſanctum, & fratres ejus Sacerdotes veniebant ad eum: ſeparatio autem illius erat in locum mundum, & fratres ejus Sacerdotes non veniebant ad eum.* Si quis autem diſtinctum hujus conclavis locum ſcire à me poſtulat, fruſtra id expectat, cum hoc ne ipſis quidem Gemaricis notum erat. Duo tamen ab ipſis aſſeruntur; primò, ædificatum fuiſſe è regione domus Abtines: ſic enim Gemara ad numerum quintum hujus Capitis, אמר רב פפא שתי לשכות היו לו לכהן גדול אחת לשכת פרהדרין ואחת לשכת בית אבטינס אחת בצפון ואחת בדרום, *Dixit Rab Papa: Duo conclavia erant Sacerdoti magno; unum conclave Parhedrorum, & alterum conclave domus Abtines: unum in Aquilone, & alterum in Meridie.* Secundò, proximum fuiſſe domo lotionis, quæ erat ſupra portas aquarum: ſequitur enim in Gemara, חמש טבילות ועשרה קדושין טובל כהן גדול ומקדש בו ביום וכולן בקודש על בית הפרוה חוץ מזו שהיתה בחול על גבי שער המים ובצד לשכתו היתה, *Sacerdos magnus quinquies in die ſe lavabat, & decies manus & pedes ſanctificabat in eo, atque hac omnia in loco ſancto peragebat ſupra domum Happarva, ea ſola lotione excepta, quæ erat in loco prophano ſupra portas aquarum, & ad latus conclavis ejus erat.* Ex his conſtat conclave Parhedrorum non procul fuiſſe à domo lotionis; nec procul à domo Abtines, licet è regione ejus factum: nam domus Abtines, ut in Gemara traditur Hieroſolymitana, etiam ſupra portas aquarum extructa erat: ignorant autem Gemarici, an conclave Parhedrorum ad portas aquarum è Meridie erat, & domus Abtines ab Aquilone, an è contrario conclave Parhedrorum ab Aquilone, & domus Abtines è Meridie, ut in ſequenti Gemara fuſiùs declaratur, qua etiam rationes in utramque partem adducuntur, ſed nimis faſtidioſum eſſet hæc ſingula recenſere.

(3) ומתקינין לו כהן אחר תחתיו שמא יארע בו פסול. *Subſtituuntque ei alium Sacerdotem, ſi quod vitium ei contingat.*] Toto tempore, quo ſeparatus erat à domo ſua Sacerdos magnus, plura obibat miniſteria, ut in ſequenti Miſchna narratur. Si igitur vitium aliquod ex nocturna pollutione, aut aliunde ei obveniſſet, quod eum ab officio arceret, ſubſtitutus ei vicarius operam præſtabat. In die autem expiationis ſolus princeps reliquorum Sacerdotum ei ſubſtitui potuit; is *Sagan* dicebatur, de quo plura in ſequentibus dicenda ſunt.

(4) אמרו לו, *Dixerunt ei.*] In Talmude dictio אמר plures habet pecu-

Digitized by Google

peculiares ſignificationes, & uſus, quæ in Lexicis non notantur. Cum ad canticum refertur, ſignificat *cecinit*, *cantavit*, *modulatus eſt*. Erachim cap. 2. לא היו אומרים בנבל וכנור אלא בפה, *Non ſunt modulati nablio aut cithara, ſed ore.* Interdum ſignificat *conſtituit*, *decrevit*, *legem tulit*. Gem. Sanedrin cap. 2. באותה שעה אמרו מלך לא דן ולא דנין אותו לא מעיד ולא מעידין אותו, *Ea tempeſtate conſtituerunt: Rex nec judicet, nec judicetur; nec teſtimonium dicat, neque in ipſum dicatur.* Eodem fere loquendi modo utuntur Juriſconſulti Civiles, quibus *pronunciare* idem eſt quod ſtatuere. D. lib. 50. tit. de verborum ſignificatione, l. 46. In hoc loco אמרו לו formula eſt objiciendi, quandoque etiam eſt formula reſpondendi.

(5) אין לדבר סוף, *Non erit rei finis.*] Quia uxor ſubſtituta mori poſſet, & tertia, & quarta, & ſic deinceps. Modus loquendi apud Talmudicos alibi quoque uſitatus, quo infinitatem vitandam docent. Vide Peſach. c. 1. n. 2.

ב׳ כל שבעת הימים הוא זורק את הדם ומקטיר את הקטורת ומטיב את הנרות ומקריב את הראש ואת הרגל ושאר כל הימים אם רצה להקריב מקריב שכהן גדול מקריב חלק בראש ונוטל חלק בראש.	II. Omnibus iſtis ſeptem diebus ipſe ſanguinem ſpargebat [1], ſuffitum adolebat, lucernas aptabat [2], caput pedemque offerebat, cæteris diebus ſi offerre voluerit, offerebat; quia Sacerdos magnus primus partem offerebat, primuſque partem capiebat [3].

ANNOTATIONES.

(1) כל שבעת הימים הוא זורק את הדם, *Omnibus iſtis ſeptem diebus ipſe ſanguinem ſpargebat.*] Sanguinem intelligit jugis ſacrificii; mandavit ſiquidem Deus populo ſuo, *Exod.* XXIX. 38. & *Num.* XXVIII. 3. ut duos agnos anniculos quotidiè immolarent: alterum, mane; alterum, inter duas veſperas: magnus igitur Sacerdos ſingulis iſtis diebus ſpargebat ſanguinem, ſuffiebat, caput pedemque offerebat, aliaque miniſteria ſacra peragebat, ut in die expiationis promptè & exquiſitè ſingula adminiſtraret.

(2) ומטיב את הנרות, *Et aptabat lucernas.*] Purgabat eas, nè funiculorum cineres ipſas ſuffocarent. מרשנן מן האפר של הפתילות שכבו inquit Bartenora.

(3) כהן גדול מקריב חלק בראש ונוטל חלק בראש. Ad verbum, *Sacerdos magnus offerebat partem in principio, & capiebat partem in principio,*] Senſus eſt: Sacerdos magnus primus offerebat, & primus inter ſan-

Digitized by Google

ſanctas victimas partem ſuam eligebat; ſic explicat Bartenora. מקריב חלק בראש ראש הוא להקריב כל חלק שיבחר ונוטל חלק בראש בחלוקת הקדשים. נוטל מנה יפה שיבחר. In Gemara narratur qua via res geſta erat, כיצד מקריב חלק בראש אומר עולה זו אני מקריב מנחה זו אני מקריב כיצד נוטל חלק בראש אומר חטאת זו אני אוכל אשם זו אני אוכל ונוטל חלק משתי חלות ארבע או חמש ממעשה לחם הפנים. *Quomodo primus offerebat? dicebat, Holocauſtum hoc ego offeram, oblationem hanc ego offeram. Quomodo primus partem capiebat? dicebat, Sacrificium hoc pro peccatis ego edam, ſacrificium hoc pro delictis ego edam, capiebat partem ex duabus placentis, & quatuor aut quinque panes propoſitionis.*

ג׳ מסרו לו זקנים מזקני בית דין וקורין לפניו בסדר היום ואומרים לו אישי כהן גדול קרא אתה בפיך שמא שכחת או שמא לא למדת ערב יום הכפורים שחרית מעמידין אותו בשער המזרח ומעבירין לפניו פרים ואלים וכבשים כדי שיהא מכיר ורגיל בעבודה.

III. Tradebant ei ſeniores ex ſenioribus Synedrii magni, & legebant coram eo [1] juxta ritum diei [2], dicebantque ei, Domine Sacerdos magne, tute lege ore tuo, fortè oblitus es, aut fortè non didiciſti. [3] Veſpera diei expiationis ſiſtebant eum diluculo ad portam Orientalem, & adducebant ei juvencos, arietes, agnos, ut expeditus & exercitatus eſſet in miniſterio.

ד׳ כל שבעת הימים לא היו מונעין ממנו מאכל ומשתה ערב יום הכפורים עם חשיכה לא היו מניחים אותו לאכול הרבה מפני שהמאכל מביא את השינה.

IV. Non arcebant eum à cibo potuque toto hoc ſeptem dierum ſpatio [4], veſpera autem diei expiationis [5] poſt exortas tenebras non permittebant eum multum edere, quia cibus ſomnum inducit.

ANNOTATIONES.

(1) מסרו לו זקנים מזקני בית דין וקורין לפניו, *Tradebant ei ſeniores ex ſenioribus Synedrii magni, & legebant coram eo.*] Oportebat Sacerdotem

Digitized by Google

tem magnum, ut tradunt Hebræi, fratres omnes prudentia, cæteriſque animi ornamentis & dotibus ſuperare; ſed ſub templo ſecundo, ubi venale erat ſacerdotium, & omnia à priſtina integritate degenerabant, ſæpe homines mali ſine ingenio & ſine literis provehebantur, ita ut neceſſe eſſet Synedrio magno ante diem expiationis ſapientes mittere, qui eos erudirent: quod autem ſeniores Synedrii magni mittebantur, hoc in honorem Sacerdotis factum eſt, qui magna pollebat authoritate, licet ſæpe indignus.

(2) בסדר היום, *juxta ritum diei.*] In Paraſ. *Achare Mot*, cujus infrà facta eſt mentio.

(3) שמא שכחת או שמא לא למדת, *Forte oblitus es, aut forte non didiciſti.*] Verba hæc certè nonnullis portentoſa videantur. quid enim? Sacerdotem magnum ne legere quidem potuiſſe? ſiccine ei aut torpuiſſe ingenium, aut defeciſſe memoriam? ſanè ita erat; ſub temporibus templi ſecundi bonis ad ſacerdotium clauſus obſtructuſque aditus erat: qui autem Regi ſanguine conjuncti erant, aut apud eum gratioſi, tametſi ex fæce populi eſſent, ad dignitatem illam anhelabant, quibus aliquando tam enorme ingenium erat, ut literas neſcirent. Sic Maimonides ad præſentem Miſchnam. Vide etiam Joſephum, lib. XIV. cap. 8. & lib. IV. de bello Judaico cap. 11.

(4) כל שבעת הימים לא היו מונעין ממנו מאכל ומשתה, *Non arcebant eum à cibo potuque toto hoc ſeptem dierum ſpatio.*] Non opus erat ut ſeptem iſtis diebus à cibis abſtinentior foret, quia nihil exinde contingere poterat, quo minùs in die expiationis officio fungeretur, quinimo die præcedenti paulo liberiùs genio indulſerit, ne, cum dies expiationis adveniret, vires ejus ante peractum officium deficerent. quod & cæteri quoque ſolebant: Judæi enim pridie jejunii plus ſolito edunt, & hoc ipſis lege injunctum eſſe affirmant. Menaſſeh Ben Iſrael in *Theſauro dos dinim.* &c. cap. 96. He Miſua Comer neſſe dia mais do ordinario diſpondoſe alegremente para o dia ſeguinte do jejum. ſe bem as comidas deuem de ſer leves, e facis de digirer: por naõ entrar peſado, e cheo de comida, as oraçoens de hum taõ celebre dia: *Mandatum eſt ut in iſto die*, id eſt, pridie diei expiationis, *plus ſolito edant*, *ut alacriores magiſque diſpoſiti ſint ad diem ſequentem jejunii: quamvis cibus levis eſſe debet*, *& facilis digeſtionis, ne in tam celebri die gravati & onuſti cibis ad orationem procedant.*

(5) ערב יום הכפורים, *Veſpera diei expiationis.*] Veſpera hæc pridie diei expiationis erat, die ſcilicet nono, dies autem expiationis erat dies decimus: dicitur enim *Levit.* XVI. 29. *In menſe ſeptimo in decima menſis affligetis animas veſtras.* Et *Num.* XXIX. 7. *Et in decima menſis ſeptimi hujus convocatio ſancta erit vobis, & affligetis animas veſtras.* Dicitur autem *veſpera diei expiationis*, quia pridie diei expiationis ante occaſum ſolis jejunium inchoabant, ita ut tota veſpera ad Sabbathum pertineret; & ex hoc reconciliari poſſunt duo illa mandata de die expiationis celebrando, quæ videntur inter ſe pugnare: locis enim prædictis mandavit Deus, ut diem expiationis decima menſis obſervarent. at *Levit.* XXIII. 32. mandavit ut nona menſis eundem celebrarent. ex hoc, inquam, quod modo dictum eſt, pugna hæc dirimi poſſit; jejunium enim totuſque diei cultus

decima,

Digitized by Google

decima menſis abſolvebatur: nonam tamen quodammodo celebraſſe videantur, quia ante occaſum ſolis incipiebant jejunare. Vide Menaſſeh Ben Iſrael ad Levit. quæſt. 4.

(6) לא היו מניחים אותו לאכול הרבה, *Non permittebant illum multum edere.*] Cum pridie diei expiationis, ut modò diximus, incepiſſent jejunare, veſpera certè multum edere nemini fas erat: Sacerdoti autem præcipuè cibis interdictum erat, ne ex humorum abundantia in ſomnum lapſus, nocte pollueretur; ideoque potiſſimum eum arcebant à cibis ſucculentis, qui Venerem cient, aut capiti gravedinem adferunt, ut lacte, ovis, carne pingui, & ſimilibus, de quibus ne guſtare quidem ei permiſſum. Gemara Jeroſolymitana, לא היו מניחין אותו לוכל לא חלב ולא בצים ולא גבינה ולא בשר שמן ולא יין ישן ולא קונדיטון ולא גריסין של פול ולא עדשין *Non ſinebant eum lac edere, nec ova, nec caſeum, nec carnem pinguem, nec vinum vetus, nec conditum, nec fabas freſſas, nec lentes.*

ה׳ מסרוהו זקני בית
דין לזקני כהונה והעלוהו
לעליית בית אבטינס
והשביעוהו ונפטרו והלכו
להם ואומרים לו איש
כהן גדול אנו שלוחי בית
דין ואתה שלוחנו ושליח
בית דין משביעין אנו עליך
במי ששכן את שמו בבית
הזה שלא תשנה דבר מכל
מה שאמרנו לך הוא
פורש ובוכה והן פורשים
ובוכים.

V. Tradebant eum ſeniores Synedrii magni ad ſeniores Sacerdotes, qui eum in conclave excelſum domus Abtines evehebant. [1] Adjurabant eum [2] & dimittebant, & ibant, & dicebant: Domine Sacerdos magne, nos legati ſumus Synedrii magni, & tu legatus noſter, & legatus Synedrii magni; adjuramus te per eum, cujus nomen habitat in hoc templo, quod non mutabis quicquam ex omnibus iſtis quæ tibi diximus. Ipſe diſcedebat & flebat, illique diſcedebant & flebant [3].

ANNOTATIONES.

(1) מסרוהו זקני ב״ד לזקני כהונה והעלוהו לעליית בית אבטינס, *Tradebant eum ſeniores Synedrii magni ad ſeniores Sacerdotes, qui eum in conclave excelſum domus Abtines evehebant.*] Seniores Sacerdotes Sacerdotem magnum in domum Abtines evehebant, ut in Gemara traditur, ללמדו חפינה ut eum pugillationem docerent, id eſt, ut eum inſtituerent & erudirent, quo-

Digitized by Google

quomodo pugillum ſuffimento impleret, quod opus erat difficillimum. Vide *Levit.* XVI. 12. Locus, ut Hebræis placet, ſic dictus eſt ab ejuſdem nominis viro, qui aliquando iſtis præfectus erat, qui præparandi ſuffitus munere defungebantur. Domus autem hæc ſupra portas aquarum extruebatur, nec longè aberat à conclavi Parhedrorum. Sic Gemara Hieroſolymitana, על גבי שער המים היתה וכמון ללשכתו היתה.

(2) השביעוהו, *Adjurabant eum.*] Poſtquam Sacerdotem magnum in domum Abtines deportâſſent, juramentum ab eo de ſuffimento adolendo exigebant. Saducæorum hæreſis hanc primò conſuetudinem induxit; dicebant enim Saducæi, ſuffire extra velum, deinde intrare oportere: quod contra apertam ſacri textus authoritatem, *Levit.* XVI. 12. 13. affirmabant. Sacramentum igitur à Sacerdote magno Sacerdotes ſeniores depoſcebant, ne fortè Saducæus eſſet, & eorum more adoleret. Gemara Hieroſolymit. משביעין אותו מפני הבייתוסין שהיו אומ׳ יקטיר מבחוץ ויכנים מבפני׳. *Adjurabant eum propter Saducæos, qui dicebant, ſuffiet extra, & adytum intrabit.* Torath Cohanim Paraſ. *Achare Mot*, cap. 3. & Gemara Babylonica, pro יקטיר habent יתקן, *ordinabit*, id eſt, igni imponet, & ſuffire incipiet: ſenſus idem eſt.

(3) הוא פורש ובוכה והן פורשים ובוכים, *Ipſe diſcedebat, & flebat, illique diſcedebant, & flebant.*] Cum juraſſet Sacerdos ſe debito modo facturum omnia, mutuò flentes diſcedebant; flebat ipſe, quia eum factioni Saducæorum favere ſuſpicarentur; flebant verò illi, quia ipſis neceſſe erat ab eo juramentum petere. Gemara Hieroſolymitana, הוא פורש ובוכה שנחשד והן פורשין ובוכין שצרכו לכך.

ו׳ אם היה חכם דורש ואם לאו תלמידי חכמים דורשין לפניו אם רגיל לקרו׳ קורא ואם לאו קורין לפניו ובמה קורין לפניו באיוב ובעזרא ובדברי הימים זכריה בן קבוטל אומר פעמי׳ הרבה קריתי לפניו בדניאל.

VI. Si ſapiens erat, exponebat; ſi non, diſcipuli ſapientum exponebant coram eo [1]: ſi legendi peritus erat, legebat; ſi non, legebant coram eo. Et in quo legebant coram eo? in Jobo, & in Hezra, & in Verbis dierum [2]. Zachariah filius Kebutali dixit; Sæpe legi coram eo in Daniele.

ז׳ בקש להתנמנם פרחי כהונה מכין לפניו באצבע צרדה ואומרים לו

VII. Si dormire geſtiebat, juniores Sacerdotes [3] percutiebant coram eo digito indice [4], dicebantque

que

אישי כהן גדול עמוד והפג אחת על הרצפה ומעסיקין אותו עד שיגיע זמן השחטה.

que ei ; Domine Sacerdos magne, [5] ſta & remitte ſemel ſuper pavimentum, [6] eumque occupatum tenebant, [7] donec mactationis tempus inſtaret.

ח׳ בכל יום תורמין את המזבח בקריאת הגבר או סמוך לו בין לפניו בין לאחריו וביום הכפורים מחצות וברגלים מאשמורת הראשונה ולא היתה קריאת הגבר מגעת עד שהיתה עזרה מלאה מישראל.

VIII. [8] Singulis diebus expurgabant altare ad galli cantum, aut non multò citiùs aut tardiùs : & in die expiationis à media nocte, & in tribus feſtis magnis à vigilia prima, nec inſtabat galli cantus, quin atrium repletum eſſet Iſraelitis.

ANNOTATIONES.

(1) אם היה חכם דורש ואם לאו תלמידי חכמים דורשין לפניו, *Si ſapiens erat, exponebat ; ſi non, diſcipuli ſapientum exponebant coram eo.*] Si Sacerdos magnus ſapiens erat, id eſt, Legis peritus, tales enim חכמים nominabant, ipſe exponebat ; ſin minùs, alii qui in Lege verſati erant, id præſtabant, ut hoc modo eum à ſomno averterent.

(2) ובמה קורין לפניו באיוב ובעזרא ובדברי הימים, *Et in quo legebant coram eo? in Jobo, & in Hezra, & in Verbis dierum.*] Legebant in iſtis libris propter materiæ ſuavitatem, & hiſtoriarum varietatem, quæ in iſtis continetur, ut Sacerdos magnus eorum dulcedine captus, ſomno non torperet. Bartenora, דורשים לפניו באיוב ובעזרא שהן דברים המושכי׳ את הלב לשומעים ואין שינה חוטפתו, *Legebant coram eo in Jobo, & in Hezra, quia res iſtæ animos audientium rapiunt, nec eum ſomnus invaderet.* Legebant etiam Pſalmos, & Proverbia ; ut Gemara habet Hieroſolymitana.

(3) פרחי כהונה, *Juniores Sacerdotes.*] Juvenes quibus barba cœperit efflorescere, vocantur פרחי. Bartenora בחורי׳ שמתחיל שער זקנ׳ לפרוח קריין פרחי. Hinc juniores Sacerdotes פרחי כהונה appellantur : quaſi dicas, *flores ſacerdotii,* פרח enim *flos* eſt. & vox per Metaphoram ad juventutem tranſlata eſt, vel quia juvenibus prima lanugo tanquam flos emicat. Virgil. lib. VIII. Æneid.

Digitized by Google

quomodo pugillum ſuffimento impleret, quod opus erat difficillimum. Vide *Levit.* XVI. 12. Locus, ut Hebræis placet, ſic dictus eſt ab ejuſdem nominis viro, qui aliquando iſtis præfectus erat, qui præparandi ſuffitus munere defungebantur. Domus autem hæc ſupra portas aquarum extruebatur, nec longè aberat à conclavi Parhedrorum. Sic Gemara Hieroſolymitana, על גבי שער המים היתה וכמון ללשכתו היתה.

(2) השביעוהו, *Adjurabant eum.*] Poſtquam Sacerdotem magnum in domum Abtines deportâſſent, juramentum ab eo de ſuffimento adolendo exigebant. Saducæorum hæreſis hanc primò conſuetudinem induxit; dicebant enim Saducæi, ſuffire extra velum, deinde intrare oportere: quod contra apertam ſacri textus authoritatem, *Levit.* XVI. 12. 13. affirmabant. Sacramentum igitur à Sacerdote magno Sacerdotes ſeniores depoſcebant, ne fortè Saducæus eſſet, & eorum more adoleret. Gemara Hieroſolymit. משביעין אותו מפני הבייתוסין שהיו אומ׳ יקטיר מבחוץ ויכנים כבפני׳. *Adjurabant eum propter Saducæos, qui dicebant, ſuffiet extra, & adytum intrabit.* Torath Cohanim Paraſ. *Achare Mot*, cap. 3. & Gemara Babylonica, pro יקטיר habent יתקן, *ordinabit*, id eſt, igni imponet, & ſuffire incipiet: ſenſus idem eſt.

(3) הוא פורש ובוכה והן פורשים ובוכים, *Ipſe diſcedebat, & flebat, illique diſcedebant, & flebant.*] Cum juraſſet Sacerdos ſe debito modo facturum omnia, mutuò flentes diſcedebant; flebat ipſe, quia eum factioni Saducæorum favere ſuſpicarentur; flebant verò illi, quia ipſis neceſſe erat ab eo juramentum petere. Gemara Hieroſolymitana, הוא פורש ובוכה שנחשד והן פורשין ובוכין שצרכו לכך.

ו׳ אם היה חכם דורש ואם לאו תלמידי חכמים דורשין לפניו אם רגיל לקרו׳ קורא ואם לאו קורין לפניו ובמה קורין לפניו באיוב ובעזרא ובדברי הימים זכריה בן קבוטל אומר פעמי׳ הרבה קריתי לפניו בדניאל.

VI. Si ſapiens erat, exponebat; ſi non, diſcipuli ſapientum exponebant coram eo [1]: ſi legendi peritus erat, legebat; ſi non, legebant coram eo. Et in quo legebant coram eo? in Jobo, & in Hezra, & in Verbis dierum [2]. Zachariah filius Kebutali dixit; Sæpe legi coram eo in Daniele.

ז׳ בקש להתנמנם פרחי כהונה מכין לפניו באצבע צרדה ואומרים לו

VII. Si dormire geſtiebat, juniores Sacerdotes [3] percutiebant coram eo digito indice [4], dicebantque

אישי כהן גדול עמוד והפג אחת על הרצפה ומעסיקין אותו עד שיגיע זמן השחטה.

que ei; Domine Sacerdos magne, 5 ſta & remitte ſemel ſuper pavimentum, 6 eumque occupatum tenebant, 7 donec mactationis tempus inſtaret.

ח' בכל יום תורמין את המזבח בקריאת הגבר או סמוך לו בין לפניו בין לאחריו וביום הכפורים מחצות וברגלים מאשמורת הראשונה ולא היתה קריאת הגבר מגעת עד שהיתה עזרה מלאה מישראל.

VIII. 8 Singulis diebus expurgabant altare ad galli cantum, aut non multò citiùs aut tardiùs: & in die expiationis à media nocte, & in tribus feſtis magnis à vigilia prima, nec inſtabat galli cantus, quin atrium repletum eſſet Iſraelitis.

ANNOTATIONES.

(1) אם היה חכם דורש ואם לאו תלמידי חכמים דורשין לפניו, *Si ſapiens erat, exponebat; ſi non, diſcipuli ſapientum exponebant coram eo.*] Si Sacerdos magnus ſapiens erat, id eſt, Legis peritus, tales enim חכמים nominabant, ipſe exponebat; ſin minùs, alii qui in Lege verſati erant, id præſtabant, ut hoc modo eum à ſomno averterent.

(2) ובמה קורין לפניו באיוב ובעזרא ובדברי הימים, *Et in quo legebant coram eo? in Jobo, & in Hezra, & in Verbis dierum.*] Legebant in iſtis libris propter materiæ ſuavitatem, & hiſtoriarum varietatem, quæ in iſtis continetur, ut Sacerdos magnus eorum dulcedine captus, ſomno non torperet. Bartenora, דורשים לפניו באיוב ובעזרא שהן דברים המושכי' את הלב לשומעים ואין שינה חוטפתו, *Legebant coram eo in Jobo, & in Hezra, quia res iſtæ animos audientium rapiunt, nec eum ſomnus invaderet.* Legebant etiam Pſalmos, & Proverbia, ut Gemara habet Hieroſolymitana.

(3) פרחי כהונה, *Juniores Sacerdotes.*] Juvenes quibus barba cœperit efflorescere, vocantur פרחי. Bartenora בחורי' שמתחיל שער זקנ' לפרוח קריין פרחי. Hinc juniores Sacerdotes פרחי כהונה appellantur; quaſi dicas, *flores ſacerdotii,* פרח enim *flos* eſt. & vox per Metaphoram ad juventutem tranſlata eſt, vel quia juvenibus prima lanugo tanquam flos emicat. Virgil. lib. VIII. Æneid.

Digitized by Google

Tum mihi prima genas veſtibat flore juventa.

Vel quia ætas illa floridior eſt ad ſenectutem comparata, quâ decus omne tanquam decidui floris pulchritudo evaneſcit. Martial. lib. IV. Epigram. 45.

Perpetuo ſic flore mices, ſic denique non ſint
Tam longa Bromio, quàm tibi, Phœbe, coma.

Nota eſt fabula Narciſſi & Hyacinthi, quos in flores mutatos ob venuſtatem juvenilem, Poeta non invenuſtè finxerit.

(4) מכין לפניו באצבע צרדה, *Percutiebant coram eo digito Indice.*] אצבע צרדה, ut quibuſdam placet, eſt *digitus medius*: ſed Gemaram ſequor, quæ *digitum Indicem* hìc innui tradit. Modus autem quo juniores Sacerdotes ſtrepitum iſtum excitabant, ut ait R. Salomon, talis erat: digitum pollici proximum ei collidebant, qui ad volam uſque demiſſus, ipſam etiam volam percutiebat, ita ut ex colliſione digitorum, & percuſſione volæ ſonus ederetur. R. Solomon ad Gemaram. באצבע שסובה לגודל היה מחבר לאגודל בחוקה ומכה על כפו ונשמע הקול. Idem habet Maimonides, niſi quòd ait, ipſos non digitum pollici proximum, ſed medium ei colliſiſſe. uterque diſplicet. neque enim veriſimile eſt Sacerdotes juniores tam ruſticè coram Sacerdote magno colliſis digitis perſtrepuiſſe. Et miror magnos Rabbinos meliùs Gemaram non intellexiſſe, aut ſi intellexerint, ab eadem receſſiſſe. ibi certè multò probabilius aſſeritur, ipſos inſtrumenta muſica digito indice percuſſiſſe. Gem. Hieroſol. רב חונה אמר באצבע צרדה בפה ורבי יחנן באצבע צרדה ביד מתניתא פליגא על רבי יחנן בפה לא בנבל ולא בכינור פתר לה נעימה הנאמרת באצבע צרדה אומר׳ בפה לא ונבל׳ בלא בכינור. *Rabbi Huna dicit, digito indice, ore. & Rabbi Jochanan digito indice, manu. Miſchna repugnat R. Jochanan: ore, non nablio, neque cithara. Interpretatio ejus eſt; Harmoniam illam, quæ digito indice cantata erat, ore, non nablio, aut cithara, cantabant.* Indicat Gemara, Sacerdotes juniores non nablio, aut cithara uſos, quæ manu pulſantur, ſed tibiis luſiſſe perforatis, quæ ore inflantur, & earum foraminibus digitos indices applicuiſſe, unde ſuavis melodia ſubſecuta eſt, quæ, ut in Gemara traditur Babylonica, totam domum Hammidrash pervaſit, ואזל קליה בכולי בי רב. Fortè luſerunt tibiis, quæ ipſis אבובים יחידים dicuntur, quòd unum tantùm habebant foramen, cui digitum indicem appoſuerunt.

(5) עמוד והפג אחת על הרצפה, *Sta, & remitte ſemel ſuper pavimentum.*] Senſus eſt, pedibus conſiſte aliquantulum, & remitte ſomnum ſuper pavimentum. hæc ei, ut puto, ſuggerebant, quia difficilius eſt ſtanti, quàm ſedenti ſomnum obrepere: Rabbini dicunt, quia frigiditas pavimenti ſomno depellendo conducit.

(6) ומעסיקין אותו, *Et eum occupatum tenebant.*] Quomodo eum occupatum tenebant, diſcas ex Gemara, תנא לא היו מעסיקין אותו לא בנבל׳ ולא בכנור אלא בפה ומה היו אומרין אם ה׳ לא יבנה בית שוא עמלו בוניו בו, *Traditur quòd eum occupatum habebant, non nablio,*

neque

neque cithara, ſed ore: & quid canebant? Niſi Dominus ædificat domum, fruſtra laborant qui ædificant eam.

(7) עד שיגיע זמן השחטה, *Donec tempus mactationis inſtaret.*] Donec appropinquaret tempus mactandi juge ſacrificium.

(8) בכל יום תורמין את המזבח בקריאת הגבר וגו׳. *In omni die expurgabant altare ad galli cantum, &c.*] Quid ſit תרום, capite ſequente explicabo; illud tantùm hoc loco adjiciam, quod ſummo mane ſacra ordiebantur, quia mens tum ſolutior puriorque exiſtit, nec rebus ullis implicata, majori impetu in Deum fertur. quod & antiqui quoque Chriſtiani fecerunt, & ſacra hæc matutina τὸν ὄρθρον vocârunt. Codinus de offic. & official. &c. cap. 14. ὁ δὲ τῆς μεγάλης κυριακῆς τοῦ πάσχα ὄρθρος ψάλλεται ἐν τῇ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ τῆς ἡμέρας ὥρᾳ, *Matutinum autem magnæ dominicæ paſchatis cantatur tertia aut quarta diei hora.* Archieraticon. ὁ δὲ Πατριάρχης κατερχόμενος εἰ μὲν ψάλλουσι τὸν ὄρθρον, ἔμπροσθεν τοῦ στασιδίου αὐτοῦ μετὰ τὸ τέλος τῆς ἐννάτης ᾠδῆς. εἰ δὲ οὐ ψάλλουσιν, ὄπισθεν τοῦ στασιδίου αὐτοῦ, *Patriarcha verò accedit, ſi adhuc matutinum cantent, ante ſtationem ſuam poſt finem nonæ odæ. Si verò non ampliùs cantent, infra ſtationem ſuam.* Mane etiam & Gentiles ſua ſacra habuerunt. Anthol. Græca lib. 1.

Σῶστρα δ᾽ ἕωθεν ἔθυε θεοῖς χαίρων ὁ πανοῦργος.

Mane pro ſalute conſervata diis ſacrificabat gaudens ille facinoroſus.

In die autem expiationis citiùs aliquanto quàm cæteris diebus altare expurgabant, ut Sacerdoti magno conſulerent, cui ſoli totum ferè opus diei incubuerit. In tribus pariter feſtis magnis, feſto ſcilicet paſchatis, feſto hebdomadarum, & feſto tabernaculorum, quæ Hebræis *Regalim* dicuntur, citiùs, quàm ſolebant, aram expurgare neceſſe erat, quia ingens Iſraelitarum multitudo confluxerit, qui plures oblationes adducebant.

Digitized by Google

פרק ב. CAPUT II.

Cum plures aram expurgare voluerint, quomodo lis deciſa. Micare digitis quid ſit. §. 1. Expurgatio aræ cur primò ſorti mandata. §. 2. Quæ miniſteria ſortibus commiſſa. §. 3. 4. Quot Sacerdotes in oblationibus totius cœtus ad miniſterium ſorte deſignati. §. 5. Quid in oblationibus unius fieri ſolitum. §. 6. Excoriatio & membrorum ſectio laicis permiſſa. Ibid.

א. MISNA I.

בראשונה כל מי שרוצה
לתרום את המזבח תורם
בזמן שהן מרובין רצין
ועולים בכבש וכל הקודם
את חבירו לתוך ארבע
אמות זכה אם היו שני׳ שוין
הממונה אומר להן הצביעו
ומה הן מוציאין אחד או
שתים ואין מוציאין הגודל
במקדש.

[1] IN principio quiſquis altare expurgare voluerit, expurgabat. Quando plures erant, currebant, & aſcendebant per gradus; qui autem ſocium ſuum quatuor cubitis anteverterat cum ad medium perveniſſet, is huic muneri deſignabatur: ſi duo pares erant, dicebat illis [2] Præfectus; Micate digitis. Quid iſtud? [3] unum aut duos digitos attollebant; [4] pollicem autem non attollebant in Sanctuario.

ב׳ מעשה שהיו שנים
שוין ורצין ועולין בכבש
ודחף אחד מהן את חברו
ונפל ונשברה רגלו וכיון
שראו בית דין שבאין לידי
סכנה התקינו שלא יהיו

II. Accidit aliquando dum duo pares currerent, & aſcenderent per gradus, ut alter alterum deturbaret, ita ut caderet, & pes ejus frangeretur. Cum viderit Synedrium magnum ipſos in periculo verſari, ſtatuerunt ut

Digitized by Google

תורמין את המזבח אלא ut ſortitò deinceps altare ex-
בפיים. purgarent.

Annotationes.

(1) בראשונה כל מי שרוצה לתרום את המזבח תורם, *In principio quiſquis altare expurgare voluerit, expurgabat.*] תרם, inquit Buxtorfius, ad altare relatum, eſt *ſeparare, removere cineres ab altari, q. d. decinerare altare.* Et Aquinas, תרמין פ. מסירין הדשן מעל המזבח, ſed hoc nimis generale eſt. Nam ſi univerſos cineres ab altari in hoc miniſterio ſeparari dixerint, non leviter errant; cum in *Regalim*, id eſt, tribus feſtis magnis dicuntur ſacerdotes לתרום את המזבח, ut ex ſuperiori capite patet, cineres tamen non removebant. Tamid c. II. וברגלים לא היו מדשנין אותו שהוא נוי למזבח, *Et in tribus feſtis magnis cineres non removebant, quia decus erat* (inde enim cognoſcebant Iſraelitas plures oblationes attuliſſe) *altari.* תרם igitur melius fortè reddi poſſit, *expurgavit, verrit, deterſit altare: quiſquilias, pulverem, cineres in cumulum congeſſit.* totum ſiquidem miniſterium, quo altare detergebatur, & cineres in cumulum, qui Talmudicis תפוח dicitur, congerebantur, תרומת המזבח nominatur; ut ex primo & ſecundo capite codicis Tamid colligere licet. aut juxta Rabbinos transferas, *primos cineres ab altari ſeparavit, prima vice cineres removit.* Sacerdos enim התורם את המזבח ſemel tantùm cineres, ſive prunas interiores thuribulo accepit, ipſaſque ab altari deportavit. Reliquos cineres, in formam rotundam pomi cumulatos, ſuper altari reliquit, quibus poſtea cineres membrorum & inteſtinorum, quæ veſpera ab igne non conſumebantur, permixti erant. R. Solom. ad Miſchnam præcedentis capitis, הוא חותה מן הדשן במחתה פעם אחת בין רב למעט ובלבד שלא יפחו' ממלא קומץ תותנו במזרחו של כבש ונבלע במקומו, *Semel aliquid cineris thuribulo ſumpſerit, ſive multum erat, ſive parum, modo id quod ſumpſerat minus non eſſet quàm plenitudo pugilli: in parte gradus orientali collocavit, & à loco ſuo abſorbebatur.* Vide caput primum & ſecundum codicis Tamid. Eſt etiam & alia hujus dictionis peculiaris ſignificatio, à Lexicographis non notata, quæ in codice Shekalim paſſim occurrit, ubi תורמין את הלשכה reddas *ſiclos tollebant ex conclavi.* Shekalim cap. 3. בשלשה פרקים בשנה תורמין את הלשכה, *Tribus anni temporibus ſiclos tollebant ex conclavi.*

(2) הממונה אומר להן הצביעו, *Dicebat ipſis Præfectus, Micate digitis.*] Cum plures erant competitores, qui altare detergere cupiebant, curſu inter ſe certabant; ſi duo curſores in ſtadio æquales erant, nec lis iſto modo tolleretur, ſorti rem mandabant. tum qui ſortibus præfectus erat, Sacerdotum corona cinctus, dicebat ipſis, הצביעו, & alteri eorum tiaram detraxit; tum dato numero, qui ſemper numerum micantium Sacerdotum multò ſuperaret, incepit ab eo numerare, cujus tiaram detraxiſſet, poſtquam ſingulorum digitos ordine numeráſſet, à primo iterum exorſus numerabat uſquedum ad finem numeri perveniſſet, & in quem ultima unitas incidiſſet, is altare detergebat. Solebant autem iſto modo digitos numerare, ut tradunt Rabbini, quia homines numerare nemini

Digitized by Google

mini licebat, nè quidem ad divinum mandatum exequendum. Cum verò numerum hominum ſcire deſiderabant, à ſingulis aliquid capiebant, & res iſtas numerabant, ex quibus numerus hominum ipſis innotuit. Maimonides ad præſentem Miſchnam, ידוע כי אינו מותר אצלינו למנות אנשים מישראל בשום פנים ואפילו לדבר מצוה ומעשה דוד מפורסם אבל מונין אותם כשירצה אדם למנות שיקחו מכל אחד מהם דבר אחר כך מונין אותם הדברים׃ Hoc Gemarici ex ſacra Scriptura probare conantur, אמר רבי יצחק אסור למנות את ישראל אפילו לדבר מצוה דכתיב ויפקדם בבזק מתקיף לה רב אשי ממאי דהאי בזק לישנא דמיבזק הוא ודילמא שמא דמתא הוא כדכתיב וימצאו אדוני בזק אלא מהכא וישמע שאול את העם ויפקדם בטלאים, *Dixit R. Iſaac, non licet numerare Iſraelem tametſi ad mandatum exequendum, quia dicitur & numeravit eos in fragmento. Impugnat hoc Rab Aſchi, unde conſtat quod hoc loco* בזק *ſignificat fragmentum? fortè eſt nomen loci, ſicut ſcribitur; & invenerunt Dominum Bezek. ſed hinc potiùs probatur: & congregavit Saul populum, & numeravit eos in agnis.* In hac Gemara ex duobus locis colligunt Rabbini nefas eſſe numerare Iſraelem. R. Iſaac colligit ex eo quòd dicitur; *numeravit eos in fragmento.* Locus extat, 1 *Sam.* XI. 8. ubi Saul dicitur numeraſſe populum בבזק, id eſt, *in fragmento*, ut plerique Hebræorum exponunt. Per *fragmentum* autem quidam intelligunt fragmentum arboris, ramum ſcilicet ab arbore evulſum. Tradunt enim ſingulos ramum manibus geſtâſſe, ita ut miniſtri regis non homines, ſed ramos numerarent. Alii verò per *fragmentum*, fragmentum lapidum intelligunt. Sunt etiam qui בבזק exponunt *in agnis*, ita ut ſenſus hujus loci idem omninò ſit cum eo, cui innixus eſt Rab Aſchi, qui extat 1 *Sam.* XV. 4. ubi Saul dicitur numerâſſe populum בטלאים, id eſt, *in agnis*, ut Rabbini identidem interpretantur. Targum habet, *numeravit eos* באמרי פסחא *in agnis phaſcalibus*, quaſi res hæc in Azymorum tempus incidiſſet. Interpretes verò noſtri longè aliter loca hæc exponunt, & tam בזק quàm טלאים propria eſſe locorum nomina exiſtimant. Sed reſtat adhuc alius locus, ex quo eliciunt Gemarici non licere numerare Iſraelem, אמר רבי אלעזר כל המונה את ישראל עובר בלאו שנאמר והיה מספר בני ישראל כחול הים אשר לא ימד רב נחמן בר יצחק אמר עובר בשני לאוין שנאמר לא ימד ולא יספר, Dixit *R. Eleazar: quiſquis numerat Iſraelem, violat præceptum negativum, quia dicitur; Et erit numerus filiorum Iſrael ſicut arena maris, quæ non numeratur. Rab Nachman filius Iſaaci dixit, violat duo præcepta negativa, quia dicitur non menſuratur, & non numeratur*, *Hoſ.* 1. 10. Simili rationi innixus David, in luſtratione populi, numerum eorum, qui infra vigeſimum annum ætatis erant, non levavit, 1 *Paral.* XXVII. 23. *Quia dixit* Dominus, *ut multiplicaret Iſraelem veluti ſtellas cælorum.* Ex his ſatis patet, quid ſit digitis micare, & quam ob cauſam, cùm ſortirentur, digitos, non homines numeraverint. Ex hac micandi conſuetudine genus ludi, ut nonnulli ſentiunt, inter Romanos exortum eſt, quo micantibus digitis certabant: inde natum Proverbium, D*ignus quicum in tenebris mices.* Manet adhuc ludus iſte apud plures

res

Digitized by Google

res nationes; Gallis dicitur, *Jouër à la mourre.* Italis, *Giocar alla mora.* Eſt quoque micantium puerorum luſus huic non multùm diſſimilis, qui dicitur, *Par impar.* Horat. lib. II. Satyr. 3.

> *Ædificare caſas, ploſtello adjungere mures,* . .
> *Ludere* par impar, *equitare in arundine longa,*
> *Si quem delectat barbatum, inſania vexet.*

(3) מוציאין אחד או שתים, *Unum aut duos digitos attollebant.*] Qui infirmi erant, unum, qui ſani, duos digitos extulerunt; inquit Maimonides ad præſentem Miſchnam: ſed locus, ut opinor, corruptus eſt. Secus docet Gemara Babylonica, ſanos unum, infirmos verò duos extuliſſe, והתניא אחת מוציאין שתים אין מוציאין במה דברים אמורים בבריא. אבל בחולה אפילו שתים מוציאין והיחידים מוציאין שתים. *Ecce traditio eſt quod unum extulerunt, duos autem non extulerunt. De quo dicta ſunt hæc?* De *ſano. Infirmi autem duos extulerunt, & qui ſoli ſedent,* (à reliquis propter ægritudinem ſeparati) *etiam duos extulerunt.* Infirmi igitur, non ſani, duos digitos extulerunt: & hoc quidem, ut inquit Bartenora, propter debilitatem, quia infirmi digitos comprimere non poſſunt, ſed porrecto uno, etiam ei proximus porrigitur.

(4) אין מוציאין הגודל במקדש, *Pollicem non attollebant in Sanctuario.*] Hoc ipſis injunctum erat ad dolum evitandum, quia licèt infirmi duos digitos attollebant, præfectus tamen unum tantùm numerabat. Hinc ſi pollicem cum alio digito extuliſſent, facilè fuiſſet præfectum, fraudibus circumventum, illudere; cum propter vicinitatem manuum pollex plus diſtare videretur ab altero digito ſecum exporrecto, quàm à digitis aliorum, & ſic unus idemque non pro uno, ſed duobus poterat reputari. Si quis igitur hac re deliquiſſet, à micantium cœtu ſubmovebatur, & præterea etiam à præfecto vapulabat, qui eum numeràſſet. Gemara Babylonica, התניא אין מוציאין לא שליש ולא גודל מפני הרמאים ואם הוציא שליש מונין לו גודל אין מונין לו ולא עוד שלוקה מן הממונה בפקיע מאי מונין לו נמי אחרת מאי פקיע אמר רב מדרא מאי מדרא אמר רב פפא משרקא דטייעי, *Numquid traditio eſt quod non exporrigunt tertium digitum, neque pollicem, propter doloſos? quamvis ſi quis exporrigat tertium digitum, numerant eum: pollicem, non numerant eum, neque hoc tantùm, ſed etiam qui numerant eum, vapulant à præfecto* בפקיע. *Quid eſt* פקיע? *dixit Rab;* מדרא. *quid eſt* מדרא? *dixit Rab Papa; Scutica Iſmaelitica.*

ארבעה פייסות היו שם וזה פיס הראשון. Quatuor ſortes erant ibi, & hæc fuit ſors prima.

ג הפיס השני מי שוחט מי זורק מי מדשן מזבח

III. Sors ſecunda erat quis mactaret, quis ſpargeret, quis cinerem ab altari interiori

Digitized by Google

הפנימי ומי מדשן את המנורה ומי מעלה אברים לכבש הראש והרגל ושתי הידים העוקץ והרגל החזה והגרה ושתי הדפנות והקרבים והסלת והחביתין והיין שלשה עשר כהנים זוכים בו אמר בן עזאי לפני רבי עקיבא משום רבי יהושע דרך הלוכו היה קרב.

interiori abduceret, quis lucernas purgaret, quis portaret membra ad gradus, caput, & pedem, & duas manus, ſpinam dorſi, & pedem, pectus, & guttur; duas coſtas, & interiora, ſimilam, [1] & frixa, & vinum. [2] Tredecim Sacerdotes hac ſorte fungebantur. Dixit filius Aſæi, coram R. Akiba ex ore Rab. Jehoſua; [3] juxta modum inceſſus ejus offerebatur.

ד׳ הפייס השלישי חדשים לקטרת בואו והפיסו והרביעי חדשים עם ישנים מי מעלה איברים מן הכבש למזבח.

IV. Tertia ſors erat; Novi ad ſuffitum veniant & ſortes projiciant. [4] quarta; Novi & etiam veteres, quis portabit membra à gradibus ad altare.

Annotationes.

(1) והחביתין, *Et frixa.* Extat dictio hæc *Paralip.* IX. 31. ubi verſiones ferè omnes pro חביתין habent *ſartagines.* Biblia Germanica Lutheri. Matthathia aus den Leviten dem erſten ſohn Sallum des Korhiters waren vertrawet die pfannen / id eſt, *Matthithia ex Levitis primogenito Sallum Corita concredita erant ſartagines.* Arias Montanus מעשה החביתין ad verbum reddit, *opus ſartaginum.* Piſcator in Scholiis *opus cacaborum*, & dicit eſſe Metonymiam Subjecti. Sic etiam pleraque biblia. Eodem modo dictionem hanc explicant Lexicographi, errore non levi. Dictio enim non ſignificat *ſartagines*, ſed *frixa*, id eſt, ipſum ſacrificium & munus Sacerdotis magni, quod in ſartagine frigebatur. Tamid cap. 1. היו בודקין והולכין עד שמגיעין למקום עושה חביתין, *Explórabant & ibant, donec pervenirent ad locum ejus qui faciebat frixa.* Occurrit iterum hæc dictio capite tertio, & quarto ejuſdem codicis, & ſæpe alibi in Talmude, ubi non *ſartagines*, ſed ipſa *frixa* ſignificari manifeſtum eſt. Paſſim etiam apud Rabbinos legas חבתי כהן גדול pro ipſo munere Sacerdotis magni.

Digitized by Google

(2) שלשה עשר כהנים זכים בו, *Tredecim Sacerdotes hac ſorte fungebantur.*] Primus erat qui mactabat, ſecundus qui ſpargebat ſanguinem, tertius qui altare decinerabat, quartus qui lucernas purgabat; novem verò, ut mox ex codice Tamid demonſtrabo, membra ad gradus portabant. omnes tredecim numero.

(3) דרך הלוכו היה קרב. Ad verbum, *Juxta modum inceſſus ejus erat appropinquans.*] Senſus eſt, membra eo modo offerebantur, quo vivus incedebat; ita ut caput primò, deinde cæteræ partes eo ordine, quo in corpore formata erant, ad gradus altaris portarentur. ſed conſtitutio non eſt recepta juxta ſententiam Ben Aſai; nam ex codice Tamid cap. IV. alium ordinem ſervari manifeſtum eſt. Verba, quoniam huic rei illuſtrandæ conducunt, adſcribere non pigebit. כלן עומדין בשורה והאברים בידם הראשון בראש וברגל הראש בימינו וחוטמו כלפי זרועו וקרניו בין אצבעותיו ובית שחיטתו מלמעלן והפרד נתון עלי' והרגל של ימין בשמאלו ובית עורו לחוץ. השני בשתי ידים של ימין בימינו של שמאל בשמאלו ובית עורו לחוץ' השלישי בעוקץ וברגל העוקץ בימינו והאליה מדולדלת בין אצבעותיו ואצבע הכבד ושתי הכליות עמו הרגל של שמאל בשמואלו ובית עורו לחוץ' הרביעי בחזה ובגרה החזה בימינו והגרה בשמאלו וצלעותיה בין אצבעותיו' החמישי בשתי דפנות של ימין בימינו ושל שמאל בשמאלו ובית עורן לחוץ' הששי בקרבים הנתונים בבזך וכרעים על גביהם מלמעלה. השביעי בסלת' השמיני בחביתין' התשיעי ביין' הלכו ונתנום מחצי הכבש ולמטה במערבו ומלחום וירדו ובאו להם ללשכת הגזית לקרות את שמע, *Omnes ordine ſtabant cum membris in manibus ſuis. primus cum capite & pede: caput dextra tenebat, converſis ad brachium naribus, cornibuſque inter digitos poſitis; pars ea colli, qua mactabatur, ſurſum erat, adepſque ipſi ſuper impoſitus: dextrum pedem ſiniſtra tenebat, & pars ea, qua pellis extrahebatur, exteriùs collocata erat. Secundus cum duabus manibus: dextram dextra, ſiniſtram ſiniſtra tenebat, & pars ea, qua pellis extrahebatur, exteriùs collocata erat. Tertius cum ſpina dorſi & pede: ſpinam dorſi dextra tenebat, cauda inter digitos pendente, ipſique reticulum hepatis & renes adjungebantur. pedem ſiniſtrum ſiniſtra tenebat, & pars ea, qua pellis extrahebatur, exteriùs collocata erat. Quartus cum pectore & gutture: pectus dextra tenebat, & guttur ſiniſtra, duabus coſtis* ſuperioribus *inter digitos poſitis. Quintus cum duabus coſtis: dextram dextra tenebat, ſiniſtram ſiniſtra, & pars ea, qua pellis detrahebatur, exteriùs collocata erat. Sextus cum interioribus patera reconditis, ipſiſque crura ſuperimpoſita erant. Septimus cum ſimila. Octavus cum frixis. Nonus cum vino. Ibant, eaque à medio graduum verſus Occidentem infernè collocabant. ſaliebant ea & deſcendebant, & veniebant ad conclave caſi lapidis ad legendum ſchema.* Hoc ordine membra jugis ſacrificii oblata erant, ex quo etiam intelligas, quomodo tredecim Sacerdotes hac ſorte fungebantur: nam præter quatuor iſtos in Miſchna ſubjecta numeratos (quorum primus mactabat juge ſacrificium, ſecundus ſpargebat ſanguinem, tertius cineres ab altari ſeparabat, quartus aptabat lucernas) hic in Miſchna citata novem alii recenſentur.

(4) הפייס השלישי חדשי׳ לקטורת בואו והפיסו, *Sors tertia erat; Novi ad ſuffitum veniant ſorteſque projiciant.*] Ex quinto capite codicis Tamid lucem aliquam huic loco adferemus; ibi præfectus iiſdem verbis, quæ hic uſurpantur, Sacerdotes vocat ad ſortitionem faciendam אמר להם חדשי׳ לקטורת בואו והפיסו הפיסו זכה מי שזכה, *Dixit ipſis; Novi ad ſuffitum veniant, ſorteſque projiciant: ſortes projecerunt. Quem ſors dignum decrevit, is dignus fuit.* Ex his liquet, quid ſibi velit Rabbi Jehuda in ſubjecta Miſchna. Cum enim dicit: *Sors tertia erat; Novi ad ſuffitum veniant, ſorteſque projiciant*, perinde eſt, ac ſi dixiſſet; Sors tertia ea erat, qua præfectus Sacerdotes ſic compellabat; *Novi ad ſuffitum veniant, ſorteſque projiciant.* Senſus eſt, ſors tertia erat, quis ſuffitum adoleret. Porrò ad pleniorem hujus loci intelligentiam ſcire oportet, neminem ad ſuffitum adolendum fuiſſe admiſſum, qui antea hanc provinciam ſortitus eſſet, quia benedictionem huic muneri adnexam eſſe putabant. quod colligunt Talmudici ex eo quod dicitur, *Ponent ſuffitum in naribus tuis & holocauſtum ſuper altare tuum*, *benedic* Domine *ſubſtantia ejus, & opus manuum ejus ſit tibi acceptum.* *Deuteron.* XXXIII. 10. 11. Gemara ad præſentem Miſchnam, תנא מעולם לא שנה אדם בה מאי טעמא אמר רבי חנינא מפני שמעשרת אמר ליה רב פפא לאביי מאי טעמא אילימא משום דכתיב ישימו קטורה באפך וכתיב בתריה ברך ה׳ חילו *Traditur, quòd nemo unquam bis ſuffitum adolebat. Quænam eſt ratio? dixit Rabbi Chanina, quia divitem facit.* Dixit *Rab Papa ad Abæum, Quænam eſt ratio? forte quia ſcribitur, ponent ſuffitum in naribus tuis; poſtea etiam ſcribitur, benedic Domine ſubſtantia ejus.* Ut omnes igitur hac benedictione alternis vicibus fruerentur, novi ſemper huic miniſterio ſorte deſignati ſunt. Hinc erat quòd præfectus clamabat; *Novi ad ſuffitum veniant ſorteſque projiciant.*

(5) והרביעי חדשים עם ישנים מי מעלה איברים מן הכבש למזבח, *Et quarta; Novi atque etiam veteres, quis portabit membra à gradibus ad altare.*] Modus loquendi in hoc loco idem prorſus eſt cum præcedenti: ſenſuſque ex eodem capite codicis Tamid petendus; nam hæc etiam verba ſunt præfecti quibus Sacerdotes ad ſortitionem quartam convocabat: hic autem ſubintelligere oportet, בואו והפיסו, ut ſenſus ſit; novi atque etiam veteres veniant, ſorteſque projiciant: omnes enim promiſcuè ad hanc ſortem accedebant. Bartenora, חדשים גם ישנים מי שזכה בפייס פעמים אחרות ומי שלא זכה בו מעולם בואו והפיסו, *Novi atque etiam veteres, qui antea provinciam hanc ſortiti ſunt, & qui nunquam provinciam hanc ſortiti ſunt, veniant ſorteſque projiciant.*

ה׳ תמיד קרב בתשעה בעשרה באחד עשר בשנים עשר לא פחות ולא יותר

V. 1 Novem, decem, undecim, & duodecim ad ſacrificium juge offerendum deſignabantur, non paucio-res

כיצד עצמו בתשעה בחג
ביד אחד צלוחית של מים
הרי כאן עשרה בין
הערביים באחד עשר הוא
עצמו בתשעה ושנים
בידם שני גזירי עצים
בשבת באחד עשר הוא
עצמו בתשעה ושנים בידם
שני בזיכי לבונה של לחם
הפנים ובשבת שבתוך החג
ביד אחד צלוחית של
מים.

res nec plures. Quomodo? ipſe cum novem aliis. 2 die feſto unus præterea ipſis jungebatur, qui ſitulam aquæ manu tenebat. ecce decem: ad ſacrificium inter duas veſperas offerendum undecim deſignabantur. ipſe cum novem aliis, quibus duo jungebantur, 3 qui duo ſegmenta lignorum manibus tenebant. Die Sabbathi undecim: ipſe cum novem aliis, quibus duo addebantur, qui 4 duo vaſcula thuris, quod panibus propoſitionis imponebatur, manibus tenebant; 5 in Sabbatho autem, quod feſto incidebat, unus inſuper adjungebatur, qui ſitulam aquæ manu tenebat.

ANNOTATIONES.

(1) תמיד קרב בתשעה בעשרה באחד עשר בשנים עשר לא פחות ולא יותר. Ad verbum, *Sacrificium juge appropinquabat in novem, decem, undecim, & duodecim, non pluribus, nec paucioribus.*] Verba hæc non ſunt ita intelligenda, quaſi res pro arbitrio gubernari poterat, ita ut quilibet horum numerorum ſufficeret; ſed hoc innuunt, nullo unquam tempore pauciores quàm novem, aut plures quàm duodecim conſtitui oportuiſſe, quia mane novem tantùm, veſperi undecim ordinariis diebus adminiſtrabant; extraordinariis verò ſtatiſque temporibus, in ſabbatho ſcilicet & feſto, decem & duodecim. Illud etiam obſervandum eſt, Sacerdotem magnum hoc numero non cenſeri.

(2) בחג ביד אחד צלוחית של מים. Ad verbum, *In feſto in manu unius ſitula aquarum.*] Sacerdotem aquas iſtas portaſſe ad libamina, docet codex Middoth capite ſecundo, ולמה נקרא שמו שער המים שבו מכניסין צלוחית של מים של ניסך בחג, *Cur appellantur porta aquarum iſto nomine? quia ſitulam aqua in feſto per eas important ad libamina.* Errant igitur Abulenſis & Sanctius, qui in Commentariis ſuis ad 1 *Sam.* VII. 6.

negant aquas ſacrificiis offerri poſſe. certò in feſto Tabernaculorum (per חג enim hoc loco non feſta omnia, ſed ſolum feſtum Tabernaculorum intelligi debet) aquæ quotannis offerebantur, quas potiſſimùm pluviæ impetrandæ cauſa obtulerunt, ut terra irrigata aquis, ferax eſſet fœtaque frugibus. R. Levi Ben Gerſom in 2 *Sam.* XXIII. 16. וכמו שקרבו העמר בפסח לבקש ברכת הקציר והבכורים בעצרת לבקש ברכת פירות האילן כן קרבו המים בחג הסוכות לבקש מהשי״ ברכת הגשמים כי אז יבא עת הזריע, *Et ſicut obtulerunt Homer in Paſchate, ad impetrandum benedictionem meſſis; & primitias in Pentecoſte, ad impetrandum benedictionem fructuum arboris; ita aquas obtulerunt in feſto Tabernaculorum, ad impetrandum à Deo benedicto benedictionem pluviarum, quia tum ſeminandi tempus inſtabat.* Aquas illas, ut in codice Sukka traditur, ex fonte Schiloah hauriebant: undè Chriſtus, ut veriſimile eſt, in feſto Tabernaculorum ſumptâ occaſione populum cum clamore excitavit, ut ex ſe, tanquam ex vero fonte, divinam ſapientiam & reliqua Spiritus Sancti dona hauriret. Tubâ verò ſonante ipſas in templum inductas, vocum, nervorum, & tibiarum cantu, cum magno gaudio libabant. Vide Tremellium in Johan. cap. VII. 37. Atque hoc, ut puto, Latini à Judæis acceperunt, qui etiam libaminibus offerendis tibiis ludere ſolebant. Virgil. lib. II. Georgic.

... Hic fertilis uva,
Hic laticis, qualem pateris libamus & auro;
Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.

Propertius lib. IV. Eleg. 6.

Spargite me lymphis, carmenque recentibus aris
Tibia Mygdoniis libet eburna cadis.

Poculum autem, quo aquas è fonte exportabant, quod in ſubjecta Miſchna dicitur צלוחית, meliùs fortè *ſimpullum* aut *ſimpuvium*, quàm *ſitulam* voces: ſic enim vocari vaſa, quibus veteres olim libare ſolebant, ſcribit Feſtus. Apud Græcos, σελεῦκις, cujus ſæpe meminit Athenæus, lib. XI. Deipnoſ. genus poculi erat, quod nomine ferè cum צלוחית convenit, atque inde fluxiſſe exiſtimarem, niſi idem author à Seleuco Rege denominatum affirmaſſet.

(3) בידם שני גזירי עצים. Ad verbum, *In manibus eorum duo ſegmenta lignorum.*] Stipites iſtos ligneos ferebant, ut igni ſuper altare imponerent: quia dicitur, *Et ordinabunt ligna ſuper ignem*, *Levit.* I. 7. Mandatum hoc ad ſacrificium veſpertinum pertinere apud ipſos traditione receptum eſt. nam de matutino dicitur, *Et accendet ſuper eo Sacerdos ligna ſingulo mane*, *Lev.* VI. 12. Quibus verbis Sacerdos jubetur non ordinare ligna, ſed accendere, quaſi ordinata fuiſſent ante aſcenſum Sacerdotis ad altare. Gemara Babylonica, מנין לתמיד של בין הערבים שטעון שני גזירי עצים בשני כהנים שנאמר וערכו עצים אם אינו ענין לתמיד של שחר דכתיב ובער עליה הכהן עצים בבקר בבקר תניהו ענין של בין הערבים Ex his facilè rationem aſſequaris cur undecim ſacrificio veſpertino, cum novem tantùm matutino decernebantur.

(4) בידם שני בזיכי לבונה של לחם הפנים. Ad verbum, *In mani-*

Digitized by Google

manibus eorum duo vaſcula thuris panis facierum.] Vaſcula thuris portabant Sacerdotes, ut thus ſupra panes propoſitionis imponerent. ſic enim præcepit Deus, *Et pones per ordinem thus mundum*, *Levit.* XXIV. 7. In Sabbatho autem vaſcula hæc portabant, quia in Sabbatho tantùm mutabantur. *Per ſingula Sabbatha diſponet eum coram Domino*, *Levit.* XXIV. 8.

(5) ובשבת שבתוך החג ביד אחד צלוחית של מים, *In Sabbatho autem, quod feſto incidebat, unus inſuper adjungebatur, qui ſitulam aquæ manu tenebat.*] Cum feſtum Tabernaculorum per ſeptem dies durabat, huic Sabbathum incidere neceſſe erat. in illo igitur, ut in cæteris hujus feſti diebus, ſitulam aquæ portabant ad libamina.

ו' איל קרב בי"א הבשר בחמשה הקרביים והסולת והיין בשנים שנים.

VI. Arieti offerendo undecim deſignabantur. carni quinque, vino, ſimilæ & inteſtinis unicuique duo.

ז' פר קרב בעשרים וארבעה הראש והרגל הראש באחד והרגל בשנים העוקץ והרגל העוקץ בשנים והרגל בשנים החזה והגרה החזה באחד והגרה בשלשה שתי ידים בשנים ושתי רפנות בשנים הקרביים והסלת והיין בשלשה שלשה במה דברים אמורים בקרבנות צבור אבל בקרבנות היחיד אם רצה להקריב מקריב הפשטן וניתוחן של אלו ואלו שוין.

VII. Juvenco offerendo viginti quatuor deſignabantur. capiti & pedi; unus capiti, & pedi duo: ſpinæ dorſi & pedi; duo ſpinæ dorſi, & pedi duo: pectori & gutturi; unus pectori, & gutturi tres: duabus manibus, duo: duabus coſtis, duo: vino, ſimilæ, & inteſtinis, unicuique tres. de quibus dicta ſunt hæc? de oblationibus univerſi cœtus, ſed [1] de oblationibus unius, ſi velit offerre, offerat. De [2] excoriatione earum, & membrorum ſectione, hujus & illorum par eſt ratio.

Digitized by Google

Annotationes.

(1) בקרבנות היחיד אם רצה להקריב מקריב. *De oblationibus unius ſi velit offerre, offerat.*] Oblationes unius ſolus, ſi voluerit, offerre poterat Sacerdos magnus, nec poterant Sacerdotes reliqui ſortiri. R. Solomon Jarchi, פ״ים אם רצה להקריב כהן יחידי את הכל ובלא. Poterat etiam plures aut pauciores ſibi pro arbitrio adjungere, nec opus erat ut tot eſſent, quot ſupra nominantur. Maimonides, ענין אם רצה להקריב מקריב הוא שהוא יכול להקריב באיזה ענין שירצה פחות כאלו או יותר על אלו.

(2) הפשיטן וניתוחן של אלו ואלו שוין. *De excoriatione earum & membrorum ſectione, hujus & illorum par eſt ratio.*] Par ratio eſt, quia tam in oblationibus univerſi cœtus, quàm in oblationibus unius, miniſteria hæc à Laico peragi poterant. Gemara ad ſubjectam Miſchnam, תנא הפשיטן וניתוחן שוין בזר אמר חזקיה מנין להפשט וניתוח ששורת בזר שנאמר ונתנו בני אהרן הכהן אש על המזבח נתינת אש בעיא כהונה הפשט וניתוח לא בעיא כהונה, *Traditur quòd excoriatio earum, & ſectio earum, in hoc adæquantur, quod opus utrumque ab extraneo fieri poſſit.* Dixit Cheskiah, *Unde hoc probatur? quia dicitur, Et imponent filii Aharonis Sacerdotis ignem ſuper altare. Impoſitio ignis poſtulat ſacerdotium, excoriatio, & ſectio non poſtulat ſacerdotium.*

פרק ג. CAPUT III.

Speculatores miſſi qui aſcenſum auroræ obſervarent. §. 1. 2. *Lavandi ritus.* §. 3. 4. *Sacerdos magnus juge ſacrificium obtulit.* §. 5. *Suffimentum matutinum adolevit.* §. 6. *Mane Peluſiacis veſtibus, veſperi Indicis miniſtravit.* §. 7. *Pro ſe confeſſionem edidit.* §. 8. *De duobus hircis.* §. 9. *De ſortibus in urna cuſtoditis.* §. 10. *De quibuſdam in laudem, & quibuſdam in ignominiam memoratis.* §. 11.

א. MISCHNA I.

1 אמר להם הממונה צאו וראו אם הגיע זמן השחיטה אם הגיע הרואה אומר ברקאי מתיא בן שמואל

Dicebat illis Præfectus; Exite & videte ſi inſtet tempus mactationis. Si inſtaret, 2 clamabat ſpeculator, Coruſcationes:

אומר האיר פני כל המזרח עד שבחברון והוא אומר הן.	nes: Matthia filius Samuelis dicit, illuminavit facies totius orientis. [3] uſque ad Hebron? reſpondebat, Ita.
ב׳ ולמה הוצרכו לכך שפעם אחת עלה מאור הלבנה ודימו שהאיר מזרח ושחטו את התמיד והוציאוהו לבית השריפה.	II. Cur hoc ipſis neceſſe erat? quia aliquando fulgente luna, diem illuxiſſe exiſtimarunt, & ſacrificium juge mactarunt, ipſumque ad locum combuſtionis adduxerunt.

ANNOTATIONES.

(1) אמר להם הממונה צאו וגו׳, *Dicebat illis Præfectus, Exite, &c.*] Non ſolùm in die expiationis, ſed ſingulis etiam diebus ſpeculatores miſſi ſunt, qui cum primùm fulgor auroræ prorupiſſet, hoc nunciarent. Vide Tamid cap. III. ubi eadem occurrunt.

(2) הרואה אומר ברקאי, *Speculator dicebat, Coruſcationes.*] Ex iis quæ in Gemara dicuntur ברקאי videtur eſſe ſingulare. רבי ישמעאל אומר ברק ברקאי רבי עקיבא אומר עלה ברקאי, *R. Iſmael dicit, Coruſcat coruſcatio; R. Akiba, aſcendit coruſcatio.* Sed Maimonides ad codicem Tamid explicat hæc verba, quaſi eſſet plurale conſtructum, & conciſa locutio pro ברקאי האור התחילו. Maimonides ad cap. III. Tamid. שומר עולה אל מקום גבוה וכשרואה צד המזרח התחיל בו האור אומר ברקאי רוצה לומר התחילו ברקאי האור. *Excubitorum aliquis in locum excelſum aſcendebat, & ſimul ac lucem à parte Orientis erupiſſe perſpexiſſet, clamabat, Coruſcationes: vult dicere, coruſcationes lucis cœperunt.*

(3) עד שבחברון, *Uſque ad Hebron?*] Interrogatio eſt eorum qui in atrio ſtabant. Maimonides, היו אומרים לו אותן שהיו בעזרה עד שהוא בחברון כלומר הגיע האור כמו ראוה עינך לחברון. *Interrogabant eum qui in atrio ſtabant. Uſque ad Hebron? quaſi dicerent; An lux eouſque perveuerit, ut oculi tui ad Hebron proſpiciant?*

(4) ושחטו את התמיד *Et mactarunt juge ſacrificium.*] Fulgoribus lunæ in errorem ducti, mactarunt juge ſacrificium, quod ante aſcenſum auroræ mactare non licebat.

Sacer-

הורידו כהן גדול לבית הטבילה זה הכלל היה במקדש כל המיסך את רגליו טעון טבילה וכל המטיל מים טעון קידוש ידים ורגלים.

[1] Sacerdotem magnum ad domum lotionis adduxerunt: hæc generalis fuit regula in Sanctuario, ut [2] quiſquis texerat pedes ſuos, lavaret; qui etiam [3] aquas ejecerat, manus & pedes ſanctificaret.

ג׳ אין אד׳ נכנס לעזרה לעבודה אפי׳ טהור עד שיטבול חמש טבילות ועשרה קדושין טובל כהן גד׳ ומקדש בו ביום וכולן בקדש על בית הפרוו׳. חוץ מזו בלבד.

III. [4] Nemo atrium intrabat ad miniſterium peragendum, tametſi mundus, antequam laverat. Sacerdos magnus [5] quinquies in eo lavabat, & decies manus & pedes ſanctificabat [6] in die, [7] omneſque iſtas lotiones, & ſanctificationes loco ſancto [8] ſuper domum Happaruæ abſolvebat, [9] iſta ſola excepta.

ד׳ פרסו סדין של בוץ בינו לבין העם פשט ירד וטבל עלה ונסתפג הביאו לו בגדי זהב ולבש וקדש ידיו ורגליו הביאו לו את התמיד קרצו ומירק אחר שחיטה על ידו קבל את הדם וזרקו נכנס להקטיר קטורת של שחר ולהיטיב את הנרות ולהקריב את

IV. Velum byſſinum inter illum & populum extenderunt. exuebat veſtimenta ſua, [10] deſcendebat, & lavabat. aſcendebat, & abſtergebat. [11] adduxerunt ei veſtes aureas, & induebat, & manus & pedes ſanctificabat. adduxerunt ei juge ſacrificium, mactabat, & alius perficiebat mactationem [12] poſt eum. ſanguinem accipiebat, ſpargebatque, intrabat, & ſuffiebat ſuffimentum matutinum, aptabat lucernas,

הראש ואת האיברים ואת חחביתין ואת היין.

cernas, & caput, & membra, & frixa, & vinum offerebat.

ה׳ קטורת של שחר היתה קריבה בין דם לאיברים. של בין הערבים בין איברים לנסכים אם היה כהן גדול זקן או איסטניס מחמין לו חמין ומטילין לתוך הצונן כדי שתפוג צינתן.

V. 13 Mane inter ſanguinem & membra ſuffiebat, veſperi inter membra & libamina. Si Sacerdos magnus ſenex erat aut infirmus, 14 calefaciebant ei calida, & frigidis immittebant, ut ipſis frigus remitteretur.

ANNOTATIONES.

(1) הורידו כהן גדול לבית הטבילה, *Sacerdotem magnum ad domum lotionis adduxerunt.*] Poſtquam fulſiſſet aurora, inſtaretque tempus mactandi, Sacerdotem magnum ad domum lotionis adduxerunt, quia illoto ſacra tractare, aut atrium ingredi nefas erat. Domum illam in loco prophano ſupra portas aquarum fuiſſe extructam, ex iis patet, quæ ad caput primum annotavimus; idemque mox patebit clarius ex iis quæ ſequuntur: cæteras ſiquidem lotiones in loco ſancto ſupra tectum domus Happarvæ peregerit. Prima autem vice in loco prophano lavare neceſſe erat, quia locum ſanctum intrare illoto non licebat. Hoc genus purgationis cæteræ quoque gentes à Judæis arripuerint, quæ ad eorum imitationem ſuas luſtrationes & lavandi ritus habuerint; cum ſua templa ingrederentur. Ovid. Metamorph. lib. 1.

Adeunt pariter Cephiſidas undas,
Et nondum liquidas, ſed jam vada nota ſecantes.
Inde ubi libatos irroravere liquores
Veſtibus & capiti, flectunt veſtigia ſacra
Ad delubra deæ.

(2) כל המיסך את רגליו, *Quiſquis texerat pedes ſuos.*] Locutio hæc ſumpta eſt ex ſacra Scriptura. מסיך הוא את רגליו בחדר המקרה, *Tegit ipſe pedes ſuos in cœnaculo æſtivo*, *Jud.* III. 24. ויבא שאול להסך את רגליו, *Et ingreſſus eſt Saul ad tegendum pedes ſuos*, 1 *Sam.* XXIV. 4. Verbis iſtis ejectio alvi notatur.

(3) כל מטיל מים, *Quiſquis aquas ejecerat.*] Per *aquas* intelligit *urinam*. ita ut ſenſus ſit, quiſquis urinam egerebat, abluere manus & pedes neceſſe habuit. Certè qui urinam reddunt, dicuntur Rabbinis להשתין מים. iiſdemque מימי רגלים pro *urina* dicere non eſt inſolens.

(4) אין אדם נכנס לעזרה לעבודה אפ׳ טהור עד שיטבול. ***Nemo atrium intrabat ad miniſterium peragendum, tametſi mundus, antequam laverat.***] Præcepit Deus, *Exod.* xxx. 20. ut Sacerdotes manus & pedes lavarent, cum ingrederentur ad tabernaculum conventus: poſt extructum templum idem obſervatum eſt, niſi quòd Sacerdotes ingreſſuri tabernaculum manus & pedes, ſed ingreſſuri templum totum corpus lavabant. Præcepit hoc Deus, ut ſolennis hæc ſtataque cerimonia ſacrum Baptiſma præfiguraret, quo ſingulos, qui ſub nova lege Eccleſiam ingrediuntur, lavari juſſit. Hujus quoque rei cæteras Judaici populi lotiones, typos & figuras eſſe voluit; atque hinc factum arbitror, quod cum Helleniſtæ piſcinas & lacus aquarum, quibus ſe lavabant Judæi, κολυμβήθρας nominant, poſteriores Græci, ab ipſis ſumto vocabulo, ipſa Baptiſteria etiam κολυμβήθρας appellant. Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolit. Ἡράκλειος δὲ τὸν υἱὸν Ἡράκλειον, τὸν αὐτὸν καὶ εἰπεῖν Κωνσταντῖνον, (διώνυμος γὰρ ὢν ἐτύγχανε) παρὰ τοῦ ἱεράρχου τῷ θείῳ λουτρῷ καθαρσίοις, ἀγκάλαις τῆς ἱερᾶς κολυμβήθρας ἐδέξατο, *Heraclius verò filium Heraclium, aliàs Conſtantinum (binominis enim erat) à Patriarcha baptizatum, ulnis ſacro baptiſterio accepit.*

(5) חמש טבילות ועשרה קדושין טובל כהן גדול ומקדש בו. Ad verbum, *Quinque lotiones, & decem ſanctificationes, lavabat Sacerdos magnus, & ſanctificabat in eo.*] טבילה totius corporis immerſio eſt; id quomodo fiebat ex codice *Tamid* in ſequentibus dicetur. קדוש autem eſt manuum & pedum ablutio. ita explicat R. Levi Barſellonius in *Sepher Hachinnuc Paraſ. Tiſſa*, ubi docet, unum eſſe ex præceptis affirmativis, ut unuſquiſque templum ingreſſurus manus & pedes ablueret. *Et hoc*, inquit, הוא קידוש ידים ורגלים, *eſt ſanctificatio manuum & pedum.* Modum hujus ablutionis tradit R. Solomon Jarchi in Commentariis ſuis ad *Exod.* xxx. 19. מניח ידו הימנית על גבי רגלו הימנית וידו השמאלית על גבי רגלו השמאלית ומקדש, *Imponebat manum dextram ſuper dextrum pedem, & manum ſiniſtram ſuper ſiniſtrum pedem, & ſanctificabat.* Traditionem hanc ex Gemara *Sebachim* habuit cap. 2. ubi alii dicunt, quòd manum alteram alteri, & ſimiliter pedem alterum alteri ſuperimpoſuit, & ſic abluebat. Unde autem colligunt Talmudici Sacerdotem magnum in die expiationis quinquies ſe lavare, & decies ſanctificare debuiſſe? quia quinque erant miniſteria, quibus peragendis quinquies veſtes mutare neceſſe erat: Inter ſingula autem miniſteria ad mutationem veſtium ſe lavabat, & ſingulis lotionibus bis manus & pedes ſanctificabat. In *Torath Cohanim Paraſ. Achare Mot.* cap. 6. extat eorum de hac re diſputatio, quam hìc apponere viſum eſt, אמר רבי יהודה מניין שחמש טבילות ועשרה קידושים טבל ומקדש בו ביום תלמוד לומר ובא אהרן אל אוהל מועד ופשט את בגדי הבד אשר לבש בבואו אל הקדש ורחץ את בשרו במים במקום קדוש ולבש את בגדיו הא למדת שכל המשנה מעבודה לעבוד׳ טעון טבילה מלמד שחמש טבילות ועשרה קדושים טובל

ומקדש

Digitized by Google

ומקדש בו ביום רבי אומר וכי מכאן אני למד והלא כבר נאמר בגדי
קודש הם ורחץ במים את בשרו ולבשם מלמד שהמשנה מבגדי זהב לבגדי
לבן ומבגדי לבן לבגדי זהב טעון טבילה חמש עבודות היה עושה הכ״ג של
שחר בבגדי זהב ועבודת היום בבגדי לבן ויצא ועשה את עולתו ואת עולת
העם אילו ואיל העם ושבעת כבשים תמימים בבגדי זהב נכנס להוציא
את הכף ואת המחתה בבגדי לבן ועושה של בין הערבים בבגדי זהב תמיד
בגדי קודש הם ורחץ במים את בשרו ולבשם מלמד שהמשנה מבגדי
זהב לבגדי לבן ומבגדי לבן לבגדי זהב טעון טבילה אם כן למה נאמר
ורחץ את בשרו במים במקום קדוש ולבש את בגדיו הא אינו מלמד
אלא בקידוש ידים ורגלים ומניין ששני קידושי ידים ורגלים על כל טבילה
וטבילה. תלמיד לומר ופשט ורחץ ורחץ ולב׳ *Dixit R. Jehuda : Unde conſtat quòd Sacerdos magnus in eo ſe quinquies lavabat, & decies ſanctificabat in die? innuit hoc, Et veniet Aharon in tabernaculum conventus, & exuet veſtes lineas quas induerat, cum ingrederetur ſanctuarium, & lavabit carnem ſuam in aquis in loco ſancto, & induet veſtes ſuas. Hinc ergo diſcas, quòd omnis qui tranſit ab uno miniſterio ad aliud, lavare tenetur; & exinde intelligas, quòd quinquies lavabat, & decies in eo ſanctificabat in die.* Dixit Rabbi, *hinc etiam intelligo. an non antea dictum eſt; Veſtes ſanctæ ſunt, & lavabit in aquis carnem ſuam, & induet eas?* Docet *hoc, quòd mutans veſtimenta aurea pro veſtimentis albis, aut veſtimenta alba pro veſtimentis aureis, lavare tenetur. quinque miniſteria peregerit, ſacrificium juge matutinum veſtibus aureis, miniſterium diei veſtibus albis. exibat & offerebat holocauſtum ſuum, & holocauſtum populi, arietem ſuum, & arietem populi, & ſeptem agnos immaculatos veſtibus aureis, intrabat ut depromeret cupam & thuribulum veſtibus albis. offerebat juge ſacrificium veſpertinum veſtibus aureis. Cum autem dicitur; Veſtes ſanctæ ſunt, & lavabit in aquis carnem ſuam, & induet eas: docet hoc, quòd mutans veſtimenta aurea pro veſtimentis albis, & veſtimenta alba pro veſtimentis aureis, lavare tenetur. Ergo quare dicitur, Et lavabit carnem ſuam in loco ſancto, & induet veſtimenta ſua? Nihilne aliud hîc indicatur niſi ſanctificatio manuum & pedum? unde autem conſtat, quòd ſingulis lotionibus bis manus & pedes ſanctificabat? innuit hoc, Et exuet & abluet, & abluet & induet.*

(6) ביום, *in die.*] Hoc accipiendum eſt de *die expiationis*: nam cæteris diebus lavare inter ſingula miniſteria non neceſſe erat. ſic *Sepher Hachinuc in Paraſ. Tiſſa.* ומשהתחיל בעבודה אין צריך עוד לרחיצה בין עבודה לעבודה זולתי ביום הכפורים לרוב חובת, *Poſtquam ſacra incepta erant, non opus erat lavare inter ſingula miniſteria, excepto die expiationis propter multa quæ aggravant diem illum.*

(7) וכלן בקדש, *Omneſque in loco ſancto.*] Sic juſſit Deus, *Levit.* XVI. 24. *Et lavabit carnem ſuam in aquis, in loco ſancto.*

(8) על בית הפרווה, *Supra domum Happarva.*] Domus Happarvæ locus erat in atrio, quo pelles victimarum ſaliebant. *Middoth.* cap. 5. לשכת הפרווה שם היו מולחי׳ עורות קדשים ועל גגה היה בית הטבילה לכהן גדול ביום הכפורים, *In conclavi Happarva ſaliebant pel-*

 les

les victimarum ſanctarum, & in tecto ejus erat domus lotionis pro Sacerdote magno in die expiationis.

(9) חוץ מזו בלבד, *Iſta ſola excepta.*] Id eſt, exceptâ lotione prima, quam ante ingreſſum ejus in atrium explebat. *Siphra* in *Paraſ. Achare Mot.* cap. 6. חמש טבילות היו שם באותו היום וכולם בקודש בבית הפרוה חוץ מזו הראשונה שהיתה בחול על גבי שער המים, *Quinque lotiones erant ibi in illo die, omneſque in loco ſancto ſupra domum Happarva, exceptâ primâ, quæ erat in loco prophano ſupra portas aquarum.*

(10) ירד וטבל עלה ונסתפג, *Deſcendebat & lavabat, aſcendebat & abſtergebat.*] Modus lavandi hoc loco deſcribitur, ſed pleniorem ejus deſcriptionem habes capite primo codicis *Tamid.* locus nimirum erat ſub templo in terra depreſſus, ceu lunatus fornix, quò Sacerdotes nocturno ſomnio polluti per cochleam in balneum deſcendebant; propè balneum ignis erat, ad quem è balneo aſcendentes ſe calefaciebant, & corpus aquis perfuſum defricabant. אירע קרי לאחד מהם יוצא והולך לו במסיבה ההולכת תחת הבירה והנרות דולקין מכאן ומכאן עד שהוא מגיע לבית הטבילה ומדורה היתה שם ובית כסא של כבוד וזה היה כבודו מצאו נעול יודע שיש שם אדם פתוח יודע שאין שם אדם ירד וטבל עלה ונסתפג ונתחמם כנגד המדורה. *Si nocturnus caſus accidiſſet, ibat per cochleam ſub templo, lucentibus undecunque facibus, donec ad domum lotionis perveniſſet, & ibi ignis erat locuſque ſecretus honoris; & iſte fuit honor ejus, ſi quis obſeratum inveniſſet, ſciret eſſe intus aliquem, ſi apertum, neminem. Deſcendebat & lavabat, aſcendebat & abſtergebat, & calefaciebat ſe ad ignem.*

(11) הביאו לו בגדי זהב. *Adducebant ei veſtes aureas.*] Per *veſtes aureas* octo veſtes, quibus in ſanctuario miniſtraverit, intelliguntur. De quibus ad finem capitis ſeptimi plura dicentur. Rabbini quidam poſteriores dicunt, quatuor tantùm ex iſtis vocari aureas: ſic etiam Seldenus lib. 2. cap. 7. de *ſucceſſ. in Pontificat. Hebr.* ſed hoc contra Miſchnæ & totius antiquitatis authoritatem, aperto errore ducti, affirmant. Ubicunque enim in ſequentibus dicitur, Sacerdotem magnum veſtes *aureas* aut *albas* induiſſe vel exuiſſe; per *aureas* ſingulæ iſtæ octo veſtes, quibus exteriùs miniſtraverit; per *albas*, quatuor ſolùm, quibus in adytum ingreſſus eſt, intelliguntur. Maimonides in *Hilcoth Kele Hammickdaſch* cap. 8. בגדי זהב הן בגדי כהן גדול והם שמונה כלים הארבע של כל כהן ומעיל ואפוד וחושן וציץ, *Veſtes aureæ veſtes ſunt Sacerdotis magni: & ipſa octo ſunt, quatuor communes gregario Sacerdoti, & pallium, & Ephod, & pectorale, & lamina.* Octo autem veſtes iſtæ dicuntur aureæ, non quòd ſingulis aurum intextum erat, ſed quòd cæteris ornatiores & ſplendidiores fuerint. Vide Godwinum, qui opus Anglicè edidit de *Ritibus Judaicis* lib. 1. cap. 5. & Cunæum de *Repub. Hebr.* lib. 2. cap. 1.

(12) על ידו, Ad verbum, *Super manum ejus.*] Senſus eſt, alius proximè Sacerdotem ſtabat, qui mactationem incœptam abſolvebat; modus

Digitized by Google

modus loquendi è ſacra Scriptura depromptus eſt. ועל ידו בנו אנשי ירחו. *Nehem.* III. 2. ubi Solomon Jarchi על ידו idem eſſe dicit, quod אצל ידו בנבין ה interdum יד idem eſt quod פאה ומקום, ut inquit Aben Ezra in *Num.* 11. 17. & juxta ſenſum iſtum verba hæc etiam non incongruè reddi poſſunt.

(13) קטורת של שחר היתה קריבה בין דם לאיברים של בין הערביים בין איברים לנסכים, *Mane inter ſanguinem & membra ſuffiebat, veſperi inter membra & libamina.*]. Cum Talmudicis convenit Philo Judæus, lib. de *Animal. idon.* &c. Δὶς δὲ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἐπιθυμιᾶσθαι τὰ πάντων εὐωδέστατα θυμιαμάτων εἴσω τοῦ καταπετάσματος, ἀνίσχοντος ἡλίου καὶ δυομένου, πρό τε τῆς ἑωθινῆς θυσίας καὶ μετὰ τὴν ἑσπερινήν, *Bis etiam ſingulis diebus intra velum incenſum adoleri* lege definitum eſt, *oriente nimirum, & occidente ſole, ante matutinum, & poſt veſpertinum ſacrificium.*

(14) מחמין לו חמין ומטילין לתוך הצונן כדי שתפוג צינתן, *Calefaciebant ei calida & frigidis immittebant, ut ipſis frigus remitteretur.*] Hæc de balneo Sacerdotis magni intelliguntur, cui ferrum candens immittebant, ut aquæ ejus incaleſcerent. Gemara Babylonica. תניא אמר רבי יהודה עששיות של ברזל היו מחמין מערב יום הכפורים ומטילין לתוך צונן כדי שתפוג צינתן, *Traditio eſt, dixit R. Jehuda, quòd laminas ferreas calefaciebant ſub veſpera diei expiationis, & immittebant aquis frigidis, ut frigiditas earum remitteretur.*

ו׳ הביאוהו לבית הפרוה ובקדש היתה פרסו סדין של בוץ בינו לבין העם קדש ידיו ורגליו ופשט ר׳ מאיר אומר פשט קדש ידיו ורגליו· ירד וטבל עלה ונסתפג הביאו לו בגדי לבן לבש וקדש ידיו ורגליו.

VI. Adducebant eum ad domum Happarvæ, & in ſancto erat. [1] velum byſſinum inter illum & populum extenderunt. ſanctificabat manus & pedes, & veſtimenta exuebat. R. Meir dixit: exuebat veſtimenta, & manus & pedes ſanctificabat. deſcendebat & lavabat, aſcendebat & abſtergebat. adducebant ei veſtimenta alba, induebat, & manus & pedes ſanctificabat.

ז׳ בשחר היה לובש

VII. Mane induebatur Pe-

Digitized by Google

פלוסין של שנים עשר מנה ובין הערביים הנדויין של שמנה מאות זוז דברי רבי מאיר וחכמים אומרים בשחר היה לובש של שמנה עשר מנה ובין הערביים של שנים עשר מנה הכל שלשים מנה אלו משל צבור ואם רצה להוסיף מוסיף משלו.

luſiacis veſtibus, [2] quæ duodecim minas, & veſperi Indicis, [3] quæ octingentas drachmas valebant, verba R. Meir: at Sapientes dicunt, mane induebatur veſtibus quæ octodecim, & veſperi veſtibus quæ duodecim minas valebant. tota hæc triginta minarum ſumma univerſo populo irrogata erat, & ipſe ſi quicquam addere cupiebat, addebat.

ANNOTATIONES.

(1) ובקדש היתה, *Et erat in loco ſancto.*] Litem hìc nonnulli movent Talmudicis. cum enim balneum Sacerdotis erat ſupra domum Happarvæ, quomodo erat in loco ſancto, cum tecta domorum & conclavia ſuperiora propliana erant? objectionem unà cum ſolutione habes in *Corban Aharon*, ad *Paraſ. Achare Mot.* cap. 6. אע״ג דקי״לן דעליות וגגין לא נתקדשו כבר תרצו התוספות דגג בית הפרוה היה שוה לקרקע העזרה דכי האי גונא משני בעי׳ כיצד צולין אהא דפריך מהלשכות הבנויו׳ בקדש ופתוחו׳ לחול׳ תוכן חול׳ וגגותיהן קדש כשגגותיהן שוין לקרקע העזרה, *Tametſi ſatis apparet conclavia ſuperiora & domorum tecta prophana eſſe; huic tamen reſponſum eſt in Thoſaphot, quòd tectum domus Happarva æquale erat ſolo atrii: & hoc docetur in Gemara ſuper caput Ketſad tſulin, quod in conclavibus, quæ ædificantur in loco ſancto, & aperiuntur verſus prophanum, medium eorum prophanum eſt, & tecta ſancta, ſi tecta eorum æqualia ſint ſolo atrii.*

(2) בשחר היה לובש פלוסין, *Mane induebatur Peluſiacis veſtibus.*] Peluſium Ægypti oppidum erat circa Caſium montem, à Peleo rege, ut quibuſdam placet, denominatum. ut aliis, ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, *à luto*, quòd paludibus, lociſque cœnoſis cingebatur. Scholiaſtes Dionyſii Alex. περὶ ἀνατολὰς Αἰγύπτου περὶ τὴν Κασιώτιδα πέτραν, ἤτοι περὶ τὸ Κάσιον ὄρος, ἡ πόλις τὸ Πηλούσιον κεῖται πρὸς τῷ ἐξ αὐτοῦ παρωνύμῳ Πηλουσιακῷ τοῦ Νείλου στόματι ἀνατολικῷ ὄντι. καὶ αὐτὸς μὲν τὸ Πηλούσιον πτολίεθρον ἐπώνυμον τοῦ Πηλέως φησίν. ὡς στρατιωτῶν Φθιωτῶν ὑπὸ τῷ Πηλεῖ τεταγμένων, οἰκησάντων αὐτοῦ. ἄλλοι δὲ ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, καὶ τῶν ἐκεῖ ἑλῶν καὶ τελμάτων, καλοῦσιν αὐτό.

Digitized by Google

ἀυτῶ. *Ad orientem Ægypti circa Caſium montem Peluſium oppidum eſt, non procul à Peluſiaco Nili oſtio orientali, quod ab ipſo eodem nomine vocatur: & ipſe quidem,* id eſt, Dionyſius, *Peluſium oppidum à Peleo denominatum aſſerit, militibus Phthiotis, quibus Peleus imperabat, illic habitantibus. Alii verò,* ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, *à luto, lacubuſque vicinis, ipſum denominarunt.* In hoc oppido linum erat candidiſſimum, & pretioſiſſimum, quod mercatores inde in alias regiones exportabant, & *Peluſiacum linum* dicebatur. Silius Ital. lib. 3.

Et Peluſiaco filum componere lino.

Hujus quoque mentionem facit Plinius, lib. 19. cap. 1. ubi dicit, in Ægypto quatuor eſſe lini genera, *Taniticum, ac Peluſiacum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum nominibus in quibus naſcuntur.* Ex lino illo veſtes quædam Sacerdotis magni, quibus ad ſacra proceſſit, concinnatæ erant, & propterea *Peluſiacæ* veſtes vocabantur. Linum hoc ex goſſipii ſive xyli arboris lana factum fuiſſe, tradit Plinius iſtis quæ in loco citato ſequuntur.

(3) בין הערבים הנדוין, *Et veſperi Indicis.*] Erant veſtimenta hæc ex lino Indico contexta, quod & ipſum ex goſſipii ſive xyli arboris lanugine factum erat, ideoque talia veſtimenta in Cteſiæ Indicis ἱμάτια ξύλινα appellantur. Pomponius Mela, lib. 3. cap. 7. *Lanas* in India *ſylvæ ferant, arundinum fiſſa internodia veluti navitas binos, & quædam ternos etiam vehant. Cultorum habitus moreſque diſſimiles. lino alii veſtiuntur, aut lanis quas diximus, alii ferarum aviumque pellibus.* Veſtes ex hoc lino compoſitas, pretioſas & molles fuiſſe innuit Lucianus in *muſcæ encom.* ἔςι μὲν ὑμενόπτερος, τοσοῦτον ἁπαλώτερα ἔχουσα τὰ πτερὰ, ὅσον τῆς Ἑλληνικῆς ἐσθῆτος ἡ Ἰνδικὴ λεπτοτέρα καὶ μαλακωτέρα, *Atque ex pelliculis ſunt ejus alæ, quæ tanto ſunt molliores, quanto Græca veſte tenuior & mollior eſt Indica.* Lineas Indorum veſtes, ut opinor, intelligit.

ח׳ בא לו אצל פרו ופרו היה עומד בין האולם ולמזבח ראשו לדרום ופניו למערב והכהן עומד במזרח ופניו למערב וסומך שתי ידיו עליו ומתודה וכך היה אומר אנא השם עוי׳ פשעתי חטאתי לפניך אני

VIII. Ibat ad juvencum ſuum, & juvencus ſtabat inter veſtibulum & altare,
1 capite poſito in meridie, & facie in occidentem verſa. & Sacerdos ſtabat in oriente, facie in occidentem verſa, duas manus ei impoſuit,
2 & confitebatur, & ſic dicebat; Obſecro Domine, deliqui,
3 rebellis fui, & peccavi coram

Digitized by Google

וביתי אנא השם כפר נא
לעונו' ולפשעים ולחטאים
שעויתי ושפשעתי ושחטאתי
לפניך אני וביתי ככתוב
בתורת משה עבדך כי
ביום הזה יכפר עליכם
וגומר והן עונין אחריו
ברוך שם כבוד מלכותו
לעולם ועד.

coram te, ego & domus mea, obſecro Domine, remitte nunc & delicta, & rebelliones, & peccata, quæ deliqui, & in quibus rebellis fui, & quæ peccavi, coram te, ego & domus mea, juxta quod ſcriptum eſt in lege Moſis ſervi tui; Quoniam in die hac expiabit, &c. Et ipſi reſpondebant poſt illum; Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus [4] in ſæcula ſæculorum [5].

ANNOTATIONES.

(1) ופרו היה עומד בין האולם ולמזבח, *Et juvencus ſtabat inter veſtibulum & altare.*] Non intelligitur hoc loco veſtibulum primum, quod totam templi frontem occupabat, ſed ſecundum, quod ſanctuario protenſum erat. nam poſt altare holocauſtorum, quod in atrio ſtabat, veſtibulum erat, quà in ſanctuarium adiri poterat ad altare thymiamatis, cujus deſcriptionem videas in codice *Middoth* cap. 3. ſpacium inter veſtibulum & altare 22. cubitorum fuit, ut eodem capite traditur, & ibi Sacerdotes miniſtrare & confeſſiones edere ſolebant, ut tradit Kimchius in *Joel.* 11. 17. ubi ad verba illa בין האולם ולמזבח יבכו הכהנים, *Inter veſtibulum & altare plorent Sacerdotes;* ſic infit: כי שם היו עומדים לעבוד עבודתם, *Quia ſtabant ibi ad miniſtrandum miniſterium ſuum.*

(2) וסומך שתי ידיו עליו, *Et duas manus ei imponebat.*] De manibus capiti victimæ imponendis in Pentateucho plurima mandata extant. hoc ideo factum eſſe, ut innuerent Sacerdotes, integram vitam moreſque inculpatos à ſacrificantibus requiri. aſſerit Philo Judæus de holocauſtis agens, lib. de *animal. idon. ſacrif.* Βούλεται γὰρ τὸν θύοντα πρῶτον μὲν τὸν νοῦν ὡσιῶσθαι γνώμαις ἀγαθαῖς καὶ συμφερούσαις ἐνασκούμενον, ἔπειτα δὲ τὸν βίον ἐξ ἀρίστων συνιστάναι πράξεων, ὡς ἅμα τῇ τῶν χειρῶν ἐπιθέσει δύνασθαί τινα παρρησιασάμενον ἐκ καθαροῦ τοῦ συνειδότος τοιαῦτα εἰπεῖν. αἱ χεῖρες αὗται, οὔτε δῶρον ἐπ' ἀδίκοις ἔλαβον, οὔθ' αἵματος ἀθῴου προσήψαντο, οὐ πήρωσιν, οὐχ ὕβριν, οὐ τραῦμα, οὐ βίαν εἰργάσαντο, οὐκ ἄλλῳ τῷ παρ' οὐδενὶ τῶν κατηγορίαν ἢ ψόγον ἐχόντων ὑπηρέτησαν, ἀλλ' ὑποδιάκονοι

πάντων

Digitized by Google

πάντων ἐγένοντο καλῶν καὶ συμφερόντων, ἅπερ τῇ σοφίᾳ καὶ νόμοις, καὶ καλοῖς, καὶ νομίμοις ἀνδράσι τετίμηται, *Poſtulat enim Deus à ſacrificante primum bonam mentem, ſanctam & in pietate exercitam: deinde vitam benefactis ornatam, ut dum manus imponit, poſſit libera conſcientia dicere: manus hæ nec muneribus corrupta, nec innocenti ſanguine polluta ſunt, noxam, injuriam, vulnus, vim intulerunt nemini, nulli rei turpi præbuerunt miniſterium, ſed rebus honeſtis ac utilibus, quæ viris juſtis, honeſtis, ſapientibuſque probantur.*

(3) ומתודה וכך היה אומר אנא השם עויתי תגמר, *Et confitebatur, & ſic dicebat, Obſecro Domine, deliqui, &c.*] *Stata hæc erat & ſolennis confitendi formula in die expiationis. aliàs etiam ad hunc ferè modum confiteri ſolebant, ut in *Siphra* obſervatur, ad *Paraſ. Achare Mot.* Vide *Pſal.* CVI. 6. 1 *Reg.* VIII. 47. *Dan.* IX. 5.

(4) והן עונין אחריו ברוך שם כבוד מלכותו. Ad verbum, *Et ipſi reſpondebant poſt ipſum; Benedictum ſit nomen gloriæ regni ejus.*] Sic à populo conclamatum eſt, quia Sacerdos magnus ſacrum Dei nomen protuliſſet. conſtituit ſiquidem Moſes, ut tradunt Hebræi, ut cum ipſe ſacrum Dei nomen recenſeret, populus benediceret. Gemara Babylonica, תניא רבי אומר כי שם ה׳ אקרא הבו גודל לאלהינו אמר להם משה לישראל בשעה שאני מזכיר שמו של הק״בה אתם הבו גודל חנניה בן אחי רבי יהושע אומר זכר צדיק לברכה אמר להן נביא לישראל בשעה שאני מזכיר צדיק עולמים אתם הבו ברכה, *Tradit. dixit Ribbi; cum nomen Domini invocavero, magnificate Dominum noſtrum. dixit ipſis Moſes ad Iſraelem, cum ego meminero nominis* Dei *benedicti, vos magnificate. Chananiah filius fratris mei R. Jehoſua dixit, memoria juſti in benedictionem: dixit ipſis Propheta ad Iſraelem, cum ego meminero juſti ſæculorum, vos benedicite.* Atque inde conſuetudo hæc invaluit, ut ait Solomon Jarchi ad *Deut.* XXXII. 3. הרי כי משמש בלשון כאשר כמו כי תבאו אל הארץ כשאקרא ואזכיר שם יי׳ אתם הבו גדל לאלהינו וברכו שמו מכאן שעונין ברוך שם כבוד מלכותו אחר ברכה שבמקדש, *Ecce ponit* כי *pro* כאשר, *ut in loco illo* כי תבאו אל הארץ. *Cum ego protulero nomen Domini, vos magnificate Dominum, & benedicite nomen ejus, atque hinc reſpondent; Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus, poſt benedictionem in ſanctuario.*

(5) לעולם ועד, *In ſeculum & in æternitatem.*] Sic tranſtuli, quia עד ſæpè in Scriptura pro *æternitate* ſumitur. LXX. tamen Interpretes, ubi verba hæc occurrunt, aliquando reddunt εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι, & aliquando, εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπέκεινα, *in ſæculum & ulterius*, quaſi עד eſſet adverbium. Aben Ezra ad *Pſal.* IX. 6. dicit, מלה קצרה לעולם ועד עולם, quaſi contracta hæc eſſet loquendi formula, pro לעולם ועד עולם. Poſt exortas hæreſes Sadducæorum ad eundem fere modum benedictiones omnes in ſanctuario claudere ſolebant, ut habetur capite nono

codicis *Beracoth*, כל חותמי ברכות שהיו במקדש היו אומרים מן העולם משקלקלו האפיקורוסים ואמרו אין עולם אלא א' התקינו שיהו אומרים מן העולם ועד העולם. *In omnibus concluſionibus benedictionum, quæ erant in ſanctuario, dicebant; à ſæculo: poſtquam hoc perverterunt Sadducæi, & unum tantum eſſe ſæculum dixerunt, ſtatuerunt, ut dicerent; à ſæculo, & ad ſæculum.* Modus iſte claudendi benedictiones temporibus Ezræ, ut tradunt Hebræi, primò conſtitutus fuit; ſed forma loquendi in Pſalmis aliiſque ſacræ Scripturæ locis longè ante Ezræ tempora occurrit.

ט בא לו למזרח העזרה לצפון המזבח הסגן מימינו וראש בית אב משמאלו ושם שני שעירים וקלפי היתה שם ובה שני גורלות של אשכרוע היו ועשאן בן גמלא של זהב והיו מזכירין אותו לשבח.

IX. Ibat ad orientem atrii & ſeptentrionem altaris. Princeps Sacerdotum à dextris, [1] & præfectus patrum ei ſtabat à ſiniſtris. [2] duo hirci ibi erant, & urna ibi erat [3] qua duæ ſortes buxinæ recondebantur. [4] Filius Gamlæ fecit aureas, ipſumque in laudem memorant.

י בן קטין עשה שנים עשר דד לכיור שלא היו לו אלא שנים ואף הוא עשה מוכני לכיור שלא יהיו מימיו נפסלין בלינה מונבז המלך עשה כל ידות הכלים של יום הכפורים של זהב הילני אמו עשתה נברשת של זהב על פתחו של היכל ואף היא עשתה טבלא של זהב שפרשת סוטה כתובה עליה נקנור נעשו נסים לדלתותיו והיו מזכירין אותו לשבח.

X. Filius Catini fecit duodecim epiſtomia labro, cum antea duo tantum habuerat; fecit inſuper machinam labro, [5] ne aquæ ejus nocte polluerentur. [6] Monobazus rex fecit ex auro omnes vaſorum anſas, quibus in die expiationis adminiſtrabatur. Helena mater ejus fecit candelabrum aureum [7] juxta oſtium ſanctuarii; fecit etiam ex auro tabulam, cui ſectio declinantis fœminæ inſcripta erat. [8] Portis Nicanoris facta ſunt miracula, [9] ipſumque in laudem memorant.

XI. Et

י"א ואלו לגנאי של בית גרמו לא רצו ללמד על מעשה לחם הפנים של בית אבטינס לא רצו ללמד על מעשה הקטורת הגרוס בן לוי היה יודע פרק בשיר ולא רצה ללמד בן קמצר לא רצה ללמד על מעשה הכתב על הראשונים נאמר זכר צדיק לברכה ועל אלו נאמר ושם רשעים ירקב.

XI. Et iſtos in ignominiam: familiam Garmu quod abnuerint docere quædam quæ ſpectabant ad modum conficiendi panes propoſitionis. 10 Familiam Abtines quod abnuerint docere quædam quæ ſpectabant ad modum conficiendi ſuffimentum. 11 Hogrus Levita cantandi peritus erat, 12 & docere noluit. Filius Kamzaris noluit docere quædam quæ ad artem ſcribendi ſpectabant. 13 De prioribus illud uſurpatum eſt, memoria juſti in benedictionem: at de iſtis dicitur, nomen impii putreſcet.

ANNOTATIONES.

(1) הסגן מימינו, *Princeps Sacerdotum à dextra ejus.*] סגן vox generalis eſt, & refertur primò ad magiſtratus civiles; *Seganim* enim dicuntur, ut inquit Elias Levita, שהם משנים למלך, *qui ſecundi ſunt à rege.* Et Targum ad *Jerem.* LI. סגנים per טורנין *tyrannos* non ſemel explicat. Secundò refertur ad duces militiæ; R. Saadiah Gaon ad *Dan.* III. 2. סגנים הם שרי הצבא, *Seganim duces ſunt exercitus.* Jachiades paraphraſi ſua ad prædictum locum exiſtimat equites fuiſſe, & eodem munere functos quo funguntur ii, qui hodiè *Beglarbegi* vocantur in Turcarum exercitu. Tertiò refertur ad Sacerdotes, & is inter ipſos סגן dicebatur, qui princeps erat gregariorum Sacerdotum. is Sacerdoti magno miniſtrabat, & vicarius ejus erat ſi quid obveniſſet quod eum ab officio præſtando detinuiſſet. Moſes, ut in *Siphra* traditur, primus in hoc officio conſtitutus fuit. *Siphra* in *Paraſath Tſau.* ויתן עליו את הכתונת ויחגר אותו באבנט מלמד שנעשה משה סגן הכהנים לאהרן והוא היה מפשיט ומלבישו וכשם שנעשה לו סגן בחייו כך נעשה לו סגן במותו שנאמר קח את אהרן את אלעזר בנו והפשיט את אהרן את בגדי. *Et poſuit ſuper eum tunicam & cinxit eum baltheo: inde docetur quòd Moſes factus eſt princeps Sacerdotum Aharoni, & eum veſtibus exuit induitque. & ſicut factus eſt ei princeps Sacerdotum in vita, ſic etiam factus eſt ei princeps Sacerdotum in morte,* quia

Digitized by Google

quia dicitur, Accipe Eleazarem filium ejus, & exuit Aharonem veſtibus ſuis.

(2) וראש בית אב משמאלו, *Et Præfectus patrum à ſiniſtra ejus.*] Notum eſt ex primo capite *Tamid*, aliiſque Talmudis locis, cuſtodes templi in duas claſſes fuiſſe diviſos. qui ex altera claſſe erant פרחי כהונה, *juniores Sacerdotii*, qui ex altera, זקני בית אב, *ſeniores domus paternæ* vocabantur. hi claves atrii tenebant, & mane etiam altare expurgabant, ut innuunt Solomon Jarchi & Bartenora ad initium capitis ſecundi hujus codicis. qui his præſidebat, ראש בית אב, *caput domus paternæ* dicebatur.

(3) וקלפי היתה שם, *Et urna erat ibi.*] קלפי generaliter vas omne ſignificat in quod ſortes conjiciuntur. Aquinas, קלפי פי הארגז שמונחים בו הפתקין להפיל גורל, *Calpi arca eſt qua tabellas projiciendis ſortibus imponant.* Dictio Græca eſt, Græcis enim κάλπη & κάλπις *urnam* ſignificant, cui ſortes injicere ſolebant, ſi quid fortè ſortibus commiſſuri erant. Lucianus in *Hermot.* κάλπις ἀργυρᾶ πρόκειται ἱερὰ τοῦ θεοῦ, ἐς ταύτην ἐμβάλλονται κλῆροι μικροὶ, ὅσον δὴ κυαμιαῖοι τὸ μέγεθος, ἐπιγεγραμμένοι. *Argentea urna Deo ſacra in medio poſita eſt, in illam ſortes parva, faba magnitudine conjiciuntur, literis inſcripta.* Modus iſte ſortitionis aliis quoque gentibus familiaris fuerit. Juvenal. Satyr. 13.

prima eſt hæc ultio, quod ſe
Judice nemo nocens abſolvitur, improba quamvis
Gratia fallacis Prætoris vicerit urnam.

Vaſa hæc Romanis *hydriæ* etiam dicta ſunt. Cicero in Verrem Orat. 7. *Jubet ille ſibi legem recitari, recitatur: in qua ſcriptum erat, ut quot eſſent renunciati, tot in hydriam ſortes conjicerentur: cujus nomen exiſſet, ut is haberet id Sacerdotium.*

(4) ובה שני גורלות של אשכרוע היו, *Et in ea duæ ſortes buxinæ erant.*] De ſortibus iſtis extat mandatum *Levit.* XVI. 8. cæterùm an buxinæ fuerint, an abiegnæ, an ex alia arborum ſpecie factæ, incertus ſum, cum juxta Lexicographos אשכרוע ad varias arborum ſpecies extendatur. Sequor tamen Maimonidem, qui אשכרוע arborem dicit, quam Arabes בקס *buxum* vocant.

(5) ואף הוא עשה מוכני לכיור, *Ipſe etiam fecit machinam labro.*] Machina hæc lignaria erat fabrica, ut conſtat ex primo capite codicis *Tamid*, ולא שומעין את קולו עד ששומעין קול העץ שעשה בן קטין מוכני לכיור, *Nec audiebant vocem ejus, donec ſtridorem audirent lignariæ fabricæ, quam fecit filius Catini machinam labro.* Et ex tertio capite ejuſdem, מיריחו היו שומעין קול העץ שעשה בן קטין מוכני לכיור, *Ab urbe Jerico audiebant ſtridorem lignariæ fabricæ, quam fecit filius Catini machinam labro.* Nonnulli ſentiunt rotam fuiſſe, quâ aqua è mari templi in labrum educebatur. Alii dicunt vas fuiſſe rotundum, quod labrum undique cingebat.

(6)

(6) שלא יהו מימיו נפסלין בלינה. *Ne aquæ ejus nocte pollueerentur.*] Lapſus hic Buxtorfius, ſic enim ille in ſuo Lexico magno ad dictionem כיור hunc locum reddit; *nè aquæ ejus putreſcerent.* quod certè nullo modo tolerari poteſt: neque enim hic de putredine aquæ, ſed de ejus pollutione agitur. Tradunt ſiquidem Hebræi aquam in vaſe ſacro nocte polllui: ideoque machinam labro, quia vas ſacrum erat, fecerunt, ne in ipſo aquæ pernoctarent. Maimonides in *Hilcoth Beth Habbechira*. ומוכנו עשו לו שיהו בה המים תמיד והיא חול כדי שלא יהו המים שבו נפסלין בלינה שהכיור מכלי הקדש ומקדש וכל דבר שיתקדש בכלי קודש אם לן נפסל, *Fecerunt ei machinam, in qua aqua jugiter ineſſent, & ea profana erat, ne aquæ ejus nocte pollueerentur; quia labrum vas ſacrum erat, & ſanctificabat, quicquid autem ſanctificatur in vaſe ſacro, ſi pernoctat, polluitur.* Manus quoque nocte pollui traditur in Gemara *Sevachim*, fol. 19. לינה מועלת בקידוש ידים ורגלים. Et propterea ajunt Talmudici, quòd licet Sacerdotes manus & pedes abluiſſent cum templo exiſſent, iiſdem tamen poſtridie cum rediſſent opus erat lotione, tametſi inſomnes fuiſſent. שהידים נפסלות בלינה, *quia manus nocte polluuntur.* Vide Maimonidem in *Hilcoth Biath Hammikdash*, cap. 5. A Judæis, ut veriſimile eſt, ſuas olim ſuperſtitiones hauſerint Gentiles, qui nocte etiam mundum pollui exiſtimarunt. Perſius Satyr. 2.

> *Hac ſancte ut poſcas, Tyberino in gurgite mergis*
> *Mane caput bis terque, & noctem flumine purgas.*

Virgilius, lib. 4. Æneid.

> *Poſtera Phœbea luſtrabat lampade terras,*
> *Humentemque aurora polo dimoverat umbram.*

Ubi Servius, *luſtrabat, id eſt, purgabat, nam nox quodammodo polluit mundum.*

(7) הילני אמו עשתה נברשת של זהב, *Helena mater ejus fecit candelabrum aureum.*] Tradunt Talmudici, candelabrum hoc in exortu ſolis fulgentes radios emiſiſſe, unde omnes cognoverint inſtare tempus quo *Shemah* legeretur. תנא בשעה שחמה זורחת ניצוצות יוצאין ממנה והכל יודעין שהגיע זמן קרית שמע.

(8) ואף היא עשתה טבלא של זהב שפרשת סוטה כתובה עליה. *Fecit etiam ex auro tabulam cui ſectio declinantis fœminæ inſcripta erat.*] Erravit clariſſimus Vorſtius in tranſlatione hujus loci, ſic enim ille in *Tzemach David* reddidit, ubi hiſtoria hæc de Monobazo rege & Helena matre ejus occurrit. *Eadem quoque confici curavit pollubrum cui inſcriptum erat*, Paraſat Sutha, *ſeparatio prævaricantis fœminæ.* Quaſi verba hæc, *Paraſat Sutha*, in tabula exarata fuiſſent. quod ſanè alieniſſimum eſt à propoſito hujus Miſchnæ, non enim verba illa ibi inſcripta erant, ſed tota ſectio prævaricantis fœminæ, hoc eſt, maledictiones omnes quas ex mandato Dei *Num.* v. prævaricanti fœminæ minabatur ſacerdos. Gemara Hieroſolymitana. ומה היה כתוב עליה ר' שמעון בן לקיש בשם ר' ינאי אלף בית היה כתוב עליה והא תני ככתב שכאן כן כתב שכאן לא מעובה ולא מידק אלא בינוני פתר לה כאלף שכאן כן אלף שכאן כבית שכאן כן בית שכאן תני ר' הושעיה כל פרשת סוטה היה כתוב

Digitized by Google

כתוב עליה שממנה הזה . קורא ומתרגם כל דקדוקי הפרשה, *Et quid ſcriptum erat ſuper eam? Rabbi Schimlon Ben Lakiſh nomine R. Janai, dixit: Aleph, Beth, fuit ſcriptum ſuper eam. & ecce traditur; ſicut Scriptura qua hinc, ita Scriptura qua illinc, non craſſa, neque minuta, ſed intermedia. Interpretatio ejus eſt; ſicut Aleph qua hinc, ita Aleph qua illinc; ſicut Beth qua hinc, ita Beth qua illinc. Tradit R. Hoſchiah, tota ſectio declinantis fœmina ſcripta erat ſuper eam, quia ab ipſa legebat & exponebat omnes diſquiſitiones ſectionis.* Hujus ſectionis mentio facta eſt in codice *Sota*, capite 7. אלו נאמרין בכל לשון פרשת סוטה ווידוי מעשר קרי' שמע ותפל' וברכת המזון ושבועת העדות ושבועת הפקדון. *Illa dicuntur in omni lingua; ſectio declinantis, confeſſio decima, lectio Schema, & oratio, & benedictio cibi, & juramentum teſtimoniorum, & juramentum depoſiti.*

Hæc autem, ut ait Bartenora, ideò in tabula conſignata erant, ut ex ea maledictiones iſtæ tranſcriberentur, nec opus eſſet librum Legis adducere.

(9) נקנור נעשו נסים לדלתותיו. *Portis Nicanoris facta ſunt miracula.*] נס propriè ſignificat *ſignum militare*, ſed uſurpatur ſæpe pro *ſigno miraculoſo*; ſic etiam σημεῖον Helleniſtis. Euſtathius verò ait, σημεῖον eſſe id quod rarò accidit, & præter locum. quæ verò miraculoſa ſunt naturamque ſuperant τέρατα vocari. Euſtathius in 2. Iliad. Ἔστι δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς σημεῖον μὲν, τὸ παρὰ τρόπον, ἢ παρὰ τὸ ὡς ἐπὶ πολὺ γινόμενον. τέρας δὲ, τὸ παντελῶς παρὰ φύσιν. Modus autem loquendi, qui in ſubjecta Miſchna uſurpatur, frequens eſt apud Talmudicos. Gemara *Cheritoth*, cap. 1. שמן המשחה שעשה משה במדבר הרבה נסים נעשו בו מתחלתו ועד סופו, *Oleo unctionis, quod fecit Moſes in deſerto, multa facta ſunt miracula à principio ejus uſque ad finem ejus. Beracoth* cap. 9. הרואה מקום שנעשו בו נסים לישר' אומר ברוך שעשה נסים לאבותינו במקום הזה, *Qui locum videt in quo facta ſunt miracula Iſraeli, dicit; Benedictus ſit qui fecit miracula patribus noſtris in hoc loco.* Non opus eſt, ut miracula illa, quæ portis Nicanoris facta ſunt, hìc recitem, cum ea Conſtantinus l'Empereur ad caput ſecundum codicis *Middoth* ex Gemara notavit.

(10) לא רצו ללמד על מעשה לחם הפנים. Ad verbum, *Non voluerunt docere ſuper opere panis facierum.*] Callebant artem, juxta ſententiam Rabbin. quâ panis è furno extraheretur, & non frangeretur, quod cæteri artifices ignorabant. Traditur etiam, familiam Garmu artem calluiſſe ſubigendi & coquendi panem, ita ut ante ſeptimanam peractam, quâ ſuper menſam proponebatur, non putreſceret, aut mucidus fieret: hanc vero artem cæteri neſciebant, & propterea panis eorum mucidus fiebat. panis enim niſi bene ſubactus coctuſque fuerit, diu non conſervatur. Gemara Hieroſolymitana ad præſentem Miſchnam. בית גרמו היו בקיאין במעשה לחם הפנים וברדייתו ולא רצו ללמד שלחו והביאו אומנין

Digitized by Google

אומנין מאלכסנדריא והיו בקיאין במעשה לחם הפנים ורדייתו לא הי' בקיאין בית גרמו היו מסיקין מבפנים ורודין מבחוץ ולא היתה מעפשת ואלו היו מסיקין מבפנים ורודין מבפנים והיתה מעפשת. *Familia Garmu callebant artem conficiendi panem propoſitionis, & ſubigendi, & non voluerunt docere. Miſerunt & adduxerunt artifices ab Alexandria, & callebant artem conficiendi, ſed ſubigendi artem non callebant. Familia Garmu accendebant intrinſecus, & ſubigebant extrinſecus, & mucidus non fiebat. & iſti accendebant intrinſecus, & ſubigebant intrinſecus, & mucidus fiebat.* Gemara Babylonica rem hanc paulo aliter narrat, ſed mendoſa videtur.

(11) לא רצו ללמד על מעשה הקטרת. Ad verbum, *Non voluerunt docere ſuper opere ſuffimenti.*] Herbam noverant, quæ aromatibus permixta fumum aſcendere fecit ad formam baculi. Cæteri vero cum ſuffirent, fumus undique diffundebatur. Vide utramque Gemaram, & notas Rabbinorum.

(12) הגרום בן לוי היה יודע פרק בשיר. *Hogrus Levita cantandi peritus erat.*] Pollice in ore poſito, digitóque naribus admoto, eorum ope vocem ſuaviter & artificiosè flexit, ſic Gemara Babylonica. quod autem attinet ad dictionem פרק, nihil invenio apud Rabbinos: videtur tamen *difficilem nodum* cantici in hoc loco ſignificare. Eſt quoque alia in codice *Tamid* hujus vocis ſignificatio, quam fruſtra apud Lexicographos quæras. *Tamid* cap. 7. הגיעו לפרק תקעו והשתחוו העם על כל פרק תקיעה ועל כל תקיעה השתחויה, ubi juxta Bartenoram פרק idem eſt quod סוף פרשה, id eſt, *finis ſectionis.*

(13) בן קמצר לא רצה ללמד על מעשה הכתב. Ad verbum, *Filius Kamzaris non voluit docere ſuper opere ſcriptionis.*] Quatuor calamos manu ſimul tenebat, & ſi dictio quatuor literis conſtabat, ſingulas una vice expreſſit. Vide Gemaram.

CAPUT IV.

Digitized by Google

פרק ד. CAPUT IV.

Modus ſortitionis. §. 1. Duæ linguæ coccineæ duobus hircis alligatæ. §. 2. Sacerdos magnus pro fratribus ſacerdotibus confeſſionem edidit. Ibid. Mactatio juvenci. §. 3. Agitatio ſanguinis nè concreſceret. De Thuribulo. §. 4. De aſcenſu & deſcenſu ſacerdotum per gradus ad altare. §. 5. De vaſe quo ſacerdos magnus manus & pedes ſanctificavit. Ibid. De ordinibus lignorum ſuper altare collocatis. §. 6.

א. MISCHNA I.

טרף בקלפי והעלה שני גורלות אחד כתוב עליו לשם ואח׳ כתוב עליו לעזאזל הסגן בימינו וראש בית אב משמאלו אם של שם עלה בימינו הסגן אומר לו אישי כהן גדול הגבה ימינך ואם של שם עלה בשמאלו ראש בית אב אומר לו אישי כג׳ הגבה שמאלך נתנן על שני השעירים ואומר לה׳ חטאת רבי ישמעאל אומר לא היה צריך לומר חטא׳ אלא לה׳ והן עונין אחריו ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד.

SUccuſſabat urnam , & ſortes inde eruebat. alteri , לשם. alteri , לעזאזל inſcriptum erat. Princeps Sacerdotum ad dextram., & præfectus patrum ei ſtabat ad ſiniſtram ; ſi ſors dextra aſcendiſſet, Princeps Sacerdotum dicebat; Domine Sacerdos magne , dextram in altum tolle; ſi ſiniſtra aſcendiſſet, præfectus patrum dicebat, Domine Sacerdos magne, ſiniſtram in altum tolle. Sortes duobus hircis imponebat, & dicebat לה׳ חטאת. R. Iſmaël dixit non opus eſſe ut diceret לה׳ חטאת, ſed לה׳, & ipſi reſpondebant poſt eum; Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus in ſæcula ſæculorum.

II. Alli-

Digitized by Google

ב׳ קשר לשון של זהורית בראש שעיר המשתלח והעמידו כנגד בית שלוחו ולנשחט כנגד בית שחיטתו בא לו אצל פרו שנייה וסומך שתי ידיו עליו ומתודה וכך היה אומ׳ אנא השם עויתי פשעתי חטאתי לפניך אני וביתי ובני אהרן עם קדושך אנא השם כפר נא לעונות ולפשעים ולחטאים שעויתי ושפשעתי ושחטאתי לפניך אני וביתי ובני אהרן עם קדושך ככתוב בתורת משה עבדך לאמר כי ביום הזה יכפר עליכם לטהר אתכם מכל חטאתיכם לפני ה׳ תטהרו והן עונין אחריו ברוך שם כבוד מלכותו לעולם ועד.

II. Alligabat linguam coccineam [2] ad caput hirci emiſſarii, & ſiſtebat eum ad locum unde erat emittendus. [3] & alligabat linguam alteram ad cervicem hirci mactandi. [4] Ibat ad juvencum ſuum ſecunda vice, [5] & duas manus ei imponebat. & confitebatur, & ſic dicebat; Obſecro Domine, deliqui, rebellis fui, & peccavi coram te, ego, & domus mea, & filii Aharonis populus ſanctitatis tuæ; obſecro Domine, remitte nunc delicta, & rebelliones, & peccata quæ deliqui, & in quibus rebellis fui, & quæ peccavi coram te, ego, & domus mea, & filii Aharonis populus ſanctitatis tuæ, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſis ſervi tui, dicendo; quia in die hac expiabit ſuper vos, ad mundandum vos ab omnibus peccatis veſtris coram Domino, & mundi eritis. Et ipſi reſpondebant poſt eum; Benedictum ſit nomen glorioſum regni ejus in ſæcula ſæculorum.

ANNOTATIONES.

(1) טרף בקלפי, *Succuſſabat urnam.*] Notavit hunc locum Buxtorfius in dictione קלפי, & reddit, *diſrupit urculam*. quod à ſenſu hujus loci longè remotum eſt. Cur enim diſrumperet? hoc cui rei inſerviret?

Certè,

Digitized by Google

Certè, pace magni viri dixerim, non *diſrupit* arculam, ſed *ſuccuſſavit*, id eſt, vibravit, & huc illuc agitavit, ut ſortes permiſcerentur & confunderentur, quemadmodum faciunt qui in ludicris ſortiuntur, qui teſſeras in pyrgo aut fritillo ſuccuſſare ſolent, ut permiſceantur & confundantur, & exinde fraudibus & fallaciis in earum jactu caveri poſſit. Senſum hunc clarè indicat Baal Aruch, qui explicat טרף בקלפי per ערבבם. ſolebant nimirum Judæi ſortitionem facturi, ſortes confundere & permiſcere, poſtquam ipſas in urnam injeciſſent, niſi id prius feciſſent, quod aliquando conſueſcebant. Gemara Sanhedrin cap. 1. בללן ונתנן בקלפי, *Confundebat eas*, id eſt, ſortes, *& in urnam impoſuit.* Romani olim, cum ſorte rem aliquam decerni voluiſſent, Judæorum more, ſortes in urnam immiſſas permiſcebant, & hanc miſcendarum ſortium provinciam pueris mandarunt, ut certiùs dolo caveretur. Cicero de divinat. lib. 2. *Ex illa olea arcam eſſe factam, eaſque conditas ſortes, quæ hodie fortunæ monitu tolluntur, quid igitur in iis poteſt eſſe certi, quæ fortunæ monitu, pueri manu, miſcentur atque ducuntur.* Sacerdos igitur magnus, ut dictum eſt, non diſrupit arculam, ſed ſuccuſſavit, ut ſortes permiſcerentur & confunderentur, ne ſciret qua parte ſors Domini jaceret, & eam dextra acciperet: boni enim ominis indicium erat, ſi ſors Domini dextra aſcendiſſet. Gemara Babylonica. למה ליטרף בקלפי כי היכי דלא ליכוין ולישקול, *Quare ſuccuſſavit urnam, ne intueretur & exploraret*, id eſt, ne ſciret quæ ſors erat *Domino* inſcripta, & quæ *emiſſario.* Rab. Aſcher. וטורף ידיו בקלפי בענין שלא יוכל לכוין איזה של שם ואיזה של עזאזל, *Ideo urnam manibus ſuccuſſavit, ne ſciret quæ eſſet ſors Domini, & quæ emiſſarii.*

(2) קשר לשון של זהורית בראש שעיר המשתלח, *Alligabat linguam coccineam ad caput hirci emiſſarii.*] Lingua illa lanei ſtaminis textum erat, rubro tinctum. הוא לשון של צמר צבוע אדום, ut explicat Maimonides; & *lingua* dicitur, quia ad formam linguæ facta erat: capiti autem hirci emiſſarii affigebatur, ut inde ab hirco mactando diſcerneretur, cujus collo alia lingua affixa erat.

(3) והעמידו כנגד בית שלחו, *Et ſiſtebat eum ad locum unde erat emittendus.*] Id eſt, ad portam orientalem, inde enim egreſſus eſt. R. Aſcher. העמידו בשער המזרחי במקום שמוציאין אותו לשלוחו.

(4) ולנשחט כנגד בית שחיטתו. Ad verbum, *Et mactando ad domum mactationis.*] בית שחיטה pro *cervice* ſumi, liquet ex iis quæ ex codice *Tamid* ſuperius citavimus. Dicitur autem cervix *domus* aut *locus mactationis*, quia ſacrificiis cervicem primò incidere ſolebant. quod & cæteris quoque gentibus mos erat. Homer. Odyſſ. lib. 3.

πέλεκυς δ' ἐπέκοψε τένοντας
Αὐχενίους, λῦσεν δὲ βοὸς μένος,

Securis autem abſcidit nervos
Cervicales, ſolvitque bovis robur.

Apol.

Apol. Rhod. Argo. l. 4.

αἵματι χεῖρας
Τέγξεν ἀποτμήγουσι δέρην
ſanguine manus
Imbuit cervice inciſâ.

Latinis etiam mos iſte in mactandis ſacrificiis obſervabatur. Virgilius Æneid. lib. 2.

Quales mugitus fugit cum ſaucius aram
Taurus, & incertam excuſſit cervice ſecurim.

Senſus igitur is eſt quem ad textum appoſuimus. Verba ſiquidem hæc non ad העמיד, ſed ad קשר לשון של זהורית referri debere docet Gemara Babylonica. Tradunt enim Talmudici duas linguas coccineas duobus hircis, alteri ad caput, alteri ad cervicem impoſitas fuiſſe, tum ut inter ſe, tum ut à cæteris hircis diſtinguerentur: quia, ſi hircos iſtos inter ſe, aut cum aliis permiſceri contigiſſet, facilè permutari poterant, aut alter alterius vice ſubſtitui, niſi ſigno aliquo conſpicui, ſymboloque notati fuiſſent. Gemara Babylonica. איבעיא להו ולנשחט אקשירה קאי או אהעמידה קאי תא שמע דתני רב יוסף קשר לשון של זהורית בראש שה׳ המשתלח והעמידו כנגד בית שילוחו ולנשחט כנגד בית שחיטתו שלא יתחלף זה בזה ולא יתערב באחרים אי אמרת בשלמא אקשירה קאי שפיר אלא א׳ אמרת אהעמדה קאי נהי דבחבריה לא מיערב דהאי קטיר ביה והאי לא קטיר ביה באחרי מיהדה מיערב אלא לאו שמע מינה אקשירה קאי שמע מנה *Quæſitum eſt ab ipſis; utrum mactando ligatio refertur an ſtatio? Veni, audi, quod tradit R. Joſeph: Alligabat linguam coccineam ad caput hirci emiſſarii, & ſiſtebat eum ad locum unde erat emittendus. & mactando ad locum mactationis, ut nec inter ſe nec cum aliis permiſcerentur, ſi dicas in pace quòd ligatio refertur, bene ſe res habet. ſed ſi dicas quòd ſtatio refertur, quia ſufficit ut non permiſceatur cum ſocio ſuo quòd illi lingua coccinea alligata erat, huic non item. ſed quomodo non permiſceatur, cum aliis intelligi non poteſt: ſi ligatio refertur, intelligi poteſt.*

(5) בא לו אצל פרו שניה, *Ibat ad juvencum ſuum ſecunda vice.*] Prima vice pro ſe, hac vice pro fratribus ſacerdotibus confeſſionem edidit. quia juſſit Deus Aharonem ut pro ſe, & pro domo ſua expiaret; per domum autem, non uxorem, ut R. Jehudæ viſum eſt, ſed totam familiam intellexit, & propterea huic confeſſioni verba hæc interponuntur, *& filii Aharonis populus ſanctitatis tua*, quæ in prima confeſſione prætermiſſa erant. Primùm verò pro ſe expiare debuit, ut purus mundusque pro aliis expiaret. Gemara Babylonica. מאי שנא בוידוי ראשון דלא אמר ובני אהרן עם קדשך ומאי שנא בוידוי שני דאמר ובני אהרן עם קדשך תנא דבי רבי ישמעאל כך היא מדת הדין נהנת מוטב יבא זכאי ויכפר על החייב ולא יבא חייב ויכפר על החייב, *Quid docet in prima confeſſione, quòd non dicit; & filii Aharonis populus ſanctitatis tua? & quid docet in ſecunda confeſſione, quòd dicit; & filii Aharonis populus ſanctitatis tua? Traditio domus R. Iſmael: pulchrum eſt dicere, Veniat juſtus & expiet pro reis, & non veniat reus & expiet pro reis.*

Digitized by Google

ג׳ שחטו וקבל במזרק
את דמו ונותנו למי שהוא
ממרס בו על הרובד הרביעי
שבהיכל כדי שלא יקרוש
נטל את המחתה ועלה
לראש המזבח ופנה גחלים
אילך ואילך וחותה מן
המעוכלות הפנימיות וירד
והניחה על הרובד הרביעי
שבעזרה.

III. Mactabat ipſum, 1
& patera excipiebat ſanguinem, 2 dabatque ei qui miſcebat eum 3 ſuper ſcamnum quartum quod erat in ſanctuario, ut non concreſceret. 4 arripuit thuribulum, atque ad caput altaris aſcendebat; prunas hinc inde ſcalpebat, & ex interioribus favillis partem deprompſit, 5
& deſcendebat, poſuitque ſuper ſcamnum quartum quod erat in atrio.

Annotationes.

(1) שחטו, *Mactabat ipſum.*] Cæteris diebus extraneo fas erat mactare victimas. In paſchate legem violaſſent, niſi agnus immolandus ab extraneis occiſus fuiſſet, ut ex cap. 5. *Peſachim* conſtat, ubi tres turmæ huic negotio deſignantur. quod confirmant Talmudici ab *Exod.* XII. 6. Sed in die expiationis juvencum illum mactare extraneis non licuit, ſed Sacerdoti magno hoc injunctum eſt, *Levit.* XVI. 11. Diſputant tamen de hac re Talmudici ad præcedentem Miſchnam, & ſuas traditiones in utramque partem afferunt. Dicit enim R. Jochanan, omnia ſacrificia, hoc ſolo excepto, ab extraneis mactari poſſe: alii ne hoc quidem excludunt.

(2) וקבל במזרק את דמו, *& patera excipiebat ſanguinem.*] Ad hunc modum Ethnici ſacrificiorum ſuorum ſanguinem patera exceperunt. Homer. Odyſſ. lib. 3.

--- πέλεκυν δὲ μενεπτόλεμος Θρασυμήδης
Ὀξὺν ἔχων ἐν χειρὶ παρίστατο, βοῦν ἐπικόψων.
Περσεὺς δ' ἀμνίον εἶχε.

--- ſecurim autem bellicoſus Thraſymedes
Acutam geſtans in manu aſtabat, bovem caſurus.
Perſeus autem pateram ſanguini recipiendo tenebat.

Virgilius lib. 6. Æneid.

Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem
Suſcipiunt pateris.

(3) ונתנו למי שהוא ממרס בו, *Dabatque ei qui miſcebat eum*]. Id eſt, qui agitabat, ut partes ſanguinis attereret & attenuaret, ne concreſcerent, dum ſacerdos ſuffitui adolendo operam daret.

(4)

Digitized by Google

(4) כדי שלא יקרש, *Ut non concreſceret.*] Concreſcere ſanguinem, cùm primùm è corpore exierit, ſatis notum. hoc ideo fit pleriſque animalibus, quia ſanguis eorum fibris refertus eſt, à quibus condenſatur, ni eximantur. Ariſtoteles de Hiſtor. Animal. lib. 3. cap. 19. καὶ ἐν τῷ ζώῳ θερμὸν καὶ ὑγρὸν ἀεί. ἐξιὸν δὲ ἔξω, πήγνυται πάντων πλὴν ἐλάφου καὶ προκὸς, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιαύτην ἔχει φύσιν. τὸ δ' ἄλλο αἷμα πήγνυται ἐὰν μὴ ἐξαιρεθῶσιν ἶνες, *& quidem in animali ſanguis ſemper calidus humiduſque eſt. at ubi effluxerit, concreſcit omnium, præterquam cervorum & damarum, & ſi quod aliud naturâ ejuſmodi ſit. itaque cæterorum omnium ſanguis ſpiſſari ſolet, niſi fibræ eximantur.* Sacerdotes igitur, ut ſanguinem liquidum tenuemque conſervarent, partes ejus baculo atterebant, aut cochleari agitabant volvebantque. In hunc quoque finem vaſculis utebantur acuminatis, ut traditur in codice *Peſachim* cap. 5. ולא היו לבזיכן שוליים שמא יניחום ויקרש הדם, *Et non erant funda phialis, nè fortè deponerent ipſas, & ſanguis concreſceret.*

(5) וחותה מן המעוכלות הפנימיות, *Et ex interioribus favillis partem deprompſit.*] Per מעוכלות in hoc loco *prunæ craſſiores* ſignificantur, quibus ignis conſopitus, ſed non penitus extinctus fit. *Favillas* tranſtuli, contra quorundam criticorum authoritatem, qui favillam ajunt eſſe igne deſertam ſcintillam. Sed in hoc antiquitati adverſantur. Martialis libr. 1. Epigram. 43.

Ardentes avido bibit ore favillas.

In primo capite codicis *Tamid* habes מאוכלות per א, quod magis Hebraicum eſt. ibi Rabbini inter מעוכלות & מאוכלות hanc eſſe differentiam ſtatuunt, quòd per מעכלות prunæ majores & craſſiores, גחלים גמורים deſignantur: per מאוכלות verò, prunæ quæ valdè comeſæ ſunt, & penè in cineres redactæ גחלים שנתאכלו היטב והן קרובים להיות דשן. Sed hæc diſtinctio non videtur univerſim admittenda, nam in quinto capite ejuſdem codicis מאוכלות de prunis majoribus & craſſioribus uſurpari clarum eſt. Vide Bartenoram ad cap. 5. codicis *Tamid.*

(6) והניחה על הרובד הרביעי, *Poſuitque ſuper ſcamnum quartum.*] Depoſuit thuribulum ſuper ſcamnum ſive areolum quartum, ut pugillum ſuum ſuffimento impleret. Bartenora: וחותה את הגחלים ומניח את המחתה עד שיחפון בחפניו הקטורת ויתן לתוך הכף ואח״כ יכנים כף ומחת׳ לפני״. *Deprompſit favillas, depoſuitque thuribulum, donec plenum pugillum ſuum ſuffimenti caperet & in cupam imponeret, & poſtea cupam thuribulumque portaret in ſanctum ſanctorum.*

ד׳ בכל יום היה חותה בשל כסף ומערה בתוך

IV. In omni die deprompſit thuribulo argenteo & in aureum infundebat: [1] hodie

של זהב והיום חותה בשל
זהב ובה היה מכנים בכל
יום חותה בשל ארבע קבין
ומערה בתוך של שלשי
קבין והיו׳ חותה בשל
שלשה קבין ובה היה
מכנים ר׳ יוסי אומר בכל
יום חותה בשל סאה
ומערה בתוך של שלשה
קבין והיום חותה בשל
שלשה קבין ובה היה
מכנים בכל יום היתה
כבדה והיום קלה בכל
יום היתה ידה קצרה
והיום ארוכה בכל יום
היה זהבה ירוק והיום
אדום דברי רבי מנחם
בכל יום מקריב פרס
בשחרית ופרס בין הערבי׳
והיום מוסיף מלא חפניו
בכל יום היתה דקה
והיום דקה מן הדקה.

deprompſit aureo, & intrabat cum eo. [2] In omni die deprompſit thuribulo quod quatuor cabos continebat, & in alterum infundebat quod tres cabos capiebat: hodie deprompſit thuribulo quod tres cabos capiebat, & intrabat cum eo. R. Joſe ait: In omni die deprompſit thuribulo, quod Satum continebat, & in alterum infundebat, quod tres cabos continebat; hodie deprompſit thuribulo, quod tres cabos continebat, & intrabat cum eo. In omni die grave, hodie leve: [3] in omni die manus ejus brevis erat, hodie longa: [4] in omni die aurum ejus viride erat, hodie rufum: [5] verba Rabbi Menachem. In omni die offerebat dimidiam libram mane, & dimidiam libram veſperi: [6] hodie plenum pugillum ſuum addebat. [7] in omni die tenue erat, hodie tenue ex tenui [8].

ANNOTATIONES.

(1) בכל יום היה חותה בשל כסף ומערה בתוך של זהב, *In omni die deprompſit thuribulo argenteo & in aureum infundebat.*] Sic etiam & reliqui ſacerdotes, ut liquet ex quinto capite codicis *Tamid.* מי שזכה במחתה נטל מחתת הכסף ועלה לראש המזבח ופנה את הגחלים הלך וחתה מן המאכלות הפנימיות ירד ועירן לתוך של זהב. *Qui ſortitus erat thuribulum ſumpſit thuribulum argenteum, & ad caput altaris aſcendit, prunas ſcalpſit, & ex interioribus favillis partem accepit, deſcendit, &*

& in thuribulum aureum effudit. Cæteris verò diebus thuribulo aureo non deprompſerit, quia hoc nimis thuribulum aureum attriviſſet, חתיית הגחלים שחק וגו׳, ut inquit Bartenora: thuribulo idcirco argenteo depromſerit, & in aureum effuderit. Sed in die expiationis, quo multi erant peragenda, aureo deprompſerit, ut aliquantulum onere levatus eſſet, nec favillas ex uno vaſe in aliud fundere cogeretur.

(1) ובא היה מבנים, *Et intrabat cum eo.*] In ſanctum ſanctorum.

(3) בכל יום היתה כבדה והיום קלה, *In omni die grave erat, & hodie leve.*] De thuribulo hoc dictum. quod hodie leve erat, ne Sacerdotem magnum fatigaret.

(4) והיום ארוכה, *Et hodie longa.*] Manus, id eſt, anſa thuribuli, hodie ſolito longior erat ut brachio inniti poſſet, atque inde Sacerdos magnus ſubſidium oneri geſtando haberet.

(5) בכל יום היה זהבה ירוק והיום אדום, *In omni die aurum ejus viride erat, & hodie ruſum.*] Thuribulum, quo ſingulis diebus odores accendebantur, ex auro viridi conſtabat, quod minus pretioſum erat, ſed pretioſum tamen. Martial. lib. 12. Epigram. 15.

Miratur Scythicas virentis auri
Flammas Jupiter, & ſtupet ſuperbus
Regis delicias.

Sed in die expiationis thuribulum rutilante auro coruſcabat, quod genus auri pretioſiſſimum & præſtantiſſimum fuit, & זהב פרוים, ut ajunt Talmudici, vocabatur, שרומה לדם הפרים, *quia juvencorum ſanguinem ſpecie referebat.* Quamvis veriſimilius videtur à nomine loci ſic vocari. Vide 2 Paralip. III. 6.

(6) בכל יום מקריב פרס בשחרית ופרס בין הערביי. *In omni die offerebat dimidiam libram mane, & dimidiam libram veſperi.*] פרס tranſtuli *dimidiam libram.* Sic R. Solomon Jarchi. פרס חצי מנה. Maimonides ait pondus eſſe quinquaginta denariorum, פרס חצי המנה ר״ל משקל חמשים דינ׳, ſingulis nempe diebus libram unam ſuffimenti tenuis ſuper altare thymiamatum adolebant, cujus dimidiam partem mane, & dimidiam veſperi offerebant.

(7) והיום מוסיף מלא חפניו, *Hodie plenum pugillum ſuum addebat.*] Vide *Levit.* XVI. 12.

(8) והיום דקה מן הדקה, *Et hodie tenue ex tenui.*] Quomodo hoc fiebat diſcas ex *Seder Maamadoth.* פטום הקטרת כיצד שלש מאות ששים ושמונה מנים היו בה שלש מאות וששים וחמשה כמנין ימות החמה שלש שהיה מוסיף כהן גדול בערב יום הכפורים ומחזיר למכתשת ונוטל ממנה מלא חפניו כדי לקים מצות דקה מן הדקה. *Confectio ſuffimenti quomodo fit? ter centum ſexaginta & octo libræ erant in eo; ter centum ſexaginta & quinque juxta numerum dierum ſolis; tres Sacerdos magnus veſpera diei expiationis addebat, & redire fecit ad mortarium, &*

accepit

Digitized by Google

accepit ex illo plenitudinem pugillorum ſuorum, ut præſtaret mandatum tenue ex tenui.

ה' בכל יום כהנים עולין במזרחו של כבש ויורדים במערבו והיום כהן גדול עולה באמצע ויורד באמצע רבי יהודה אומר לעולם כהן גדול עולה באמצ' ויורד באמצע בכל יום כהן גדול מקדש ידיו ורגליו מן הכיור והיום מן הקיתון של זהב רבי יהודה אומר לעולם כהן גדול מקדש ידיו ורגליו מן הקיתון של זהב.

V. In omni die Sacerdotes gradus aſcendebant ea parte qua orienti proximè jacebant, & deſcendebant qua occidentem ſpectabant; hodie Sacerdos magnus aſcendebat in medio & deſcendebat in medio. (1) R. Jehuda dicit; ſemper Sacerdos magnus aſcendebat in medio, & deſcendebat in medio. In omni die Sacerdos magnus manus & pedes ſanctificabat labro æneo, hodie pollubro aureo. R. Jehuda dicit; ſemper Sacerdos magnus manus & pedes ſanctificabat pollubro aureo.

ו' בכל יום היו שם ארבע מערכות והיום חמש דברי רבי מאיר רבי יוסי או' בכל יום שלש והיום ארבע רבי יהודה אומר בכל יום שתים והיום שלש.

VI. In omni die quatuor erant ibi lignorum ordines, & hodie quinque; (2) verba R. Meir. R. Joſe dicit; in omni die tres, & hodie quatuor. R. Jehuda dicit; in omni die duo, & hodie tres.

Annotationes.

(1) והיום כהן גדול עולה באמצע ויורד באמצע. *Et hodie Sacerdos magnus aſcendebat in medio, & deſcendebat in medio.*] Alia lectio. והיום עולים באמצע ויורידים באמצע, *& hodie aſcendebant in medio, & deſcendebant in medio.* Sed lectio prior à Gemaricis recepta eſt, qui hoc Sacerdoti magno honoris cauſa conceſſum eſſe affirmant.

(2) בכל יום היו שם ארבע מערכות והיום חמש וגו'. *In omni die quatuor ibi erant lignorum ordines, & hodie quinque, &c.*] מערכה apud Lexicographos generaliter *ſtruem, diſpoſitionem, ordinem* cujuſcunque

Digitized by Google

quæ rei ſignificat: ſed Talmudicis, ubi ad altare refertur, peculiarem habet ſignificationem, & *ordinem lignorum* denotat, quæ ſuper altare cremandis ſacrificiis, aut aliis miniſteriis peragendis imponuntur. Juxta ſententiam R. Meir quinque erant hujuſmodi ordines in die expiationis. Primus erat, ut in Gemara explicatur, מערכה גדולה, quo ſacrificium juge comburebant. Secundus erat מערכה שנייה של קטורת, unde prunas ſuffitui adolendo ſumpſerit. Tertius מערכה של קיום האש, quo primum ordinem reſtaurabant ſi ligna ejus defeciſſent. Quartus erat מערכה לאיברים ופדרין שלא נתעכלו כבשת, cui membra & omenta, quæ à ſacrificio veſpertino uſque ad ſequentem auroram non conſumebantur, impoſuerint. Quintus מערכה שמוסיפין בו ביום, unde Sacerdos magnus prunas ad ſuffiendum hauſerit, cum intravit ſanctum ſanctorum.

פרק ה. CAPUT V.

Suffimentum ad Sacerdotem magnum adductum. §. 1. *Modus pugillationis. Ibid. De duplici velo. Ibid. Quomodo Sacerdos magnus intravit ſanctum ſanctorum. Ibid. Quomodo ſuffimentum adolevit. Ibid. Quomodo exiit. Ibid. De lapide fundationis.* §. 2. *Templi luſtratio.* §. 3. 4. 5. *Decurſus ſanguinis in torrentem Kedron.* §. 6. *Quo ordine ſingula miniſteria peracta ſunt.* §. 7.

א. MISCHNA I.

הוציאו לו את הכף ואת המחתה וחפן מלא חפניו ונתן לתוך הכף הגדול לפי גדלו והקטן לפי קטנו וכך היתה מדתה.

DEpromſerunt ei cupam [1] thuribulumque: [2] plenum pugillum ſuum accepit, [3] & in cupam infudit, [4] magnus juxta magnitudinem ſuam, & parvus juxta parvitatem; [5] & ſic erat menſura [6].

ANNOTATIONES.

(1) הוציאו לו את הכף. *Deprompſerunt ei cupam.*] Ex conclavi vaſorum; מלשכת הכלים, ut ait Gemara, ubi totus apparatus vaſarius occludebatur. Græci poſteriores σκευοφυλάκιον vocant: habuerunt enim & ipſi in ſuis templis conclavia; quibus calices & quicquid erat vaſariæ

Digitized by Google

ſariæ ſupellectilis cuſtodiebant. Codinus de ſtructura templi S. Sophiæ. ἔςι ᾗ ὁ τόπ☉ τῶν οἰκημάτων αὐτῆς, ὃν δέδωκεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν τὸ σκευοφυλάκιον ὅλον σὺν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου. *Locus autem ædium ejus, quem dedit magna Eccleſia, totum conclave vaſarium cum templo S. Petri continet.* Deprompſerunt autem cupam, ut ſuffimentum in ea in ſanctum ſanctorum deportaret, neque enim in thuribulum, quo odores incendebantur, injicere licebat, antequam intra velum ingreſſus eſſet, ut in primo capite habetur, ubi Sacerdotes dicuntur juramentum ab eo exegiſſe, ne Sadducæorum more adoleret.

(2) ואת המחתה, *Thuribulumque.*] In thuribulo illo ſuffimentum non incendebatur, nam quod huic miniſterio deſtinatum erat, in quarto atrii ſcamno relictum fuiſſe ſuperiori capite dictum. Iſthoc verò thuribulum ſuffimento plenum erat, ipſumque è domo Abtines, non è conclavi vaſorum, deprompſerint. Gemara Babylonica. הוציאו לו כף ריקן מלשכת הכלים ומחתה גדושה של קטורת מלשכת בית אבטינס, *Deprompſerunt ei cupam vacuam è conclavi vaſorum, & thuribulum plenum ſuffimento è conclavi domus Abtines.* Deprompſerunt autem thuribulum ſuffimento plenum, ut Sacerdos magnus pugillum ſuum impleret.

(3) וחפן מלא חפניו. Ad verbum, *Et pugillavit plenitudinem pugillorum ejus.*] Inter omnia templi miniſteria hoc maximè difficile erat, & propterea pridie diei expiationis, ut ſuprà traditum eſt, Sacerdotem magnum in domum Abtines ducebant, ut ſingula quæ opus erant addiſceret. Modus verò pugillationis (ut cæteras eorum traditiones, quæ in Gemara Babylonica recenſentur, omittam) talis erat. חופה שלש אצבעותיו על פיסת ידו וקומץ ובמחתב ובמרחשת מוחק בגודלו מלמעלה ובאצבעו קטנה מלמטה, *Tribus digitis operuit volam, & pugillum accepit, & in craticulam, & in patellam abraſit pollice quod ſupra erat, & minimo digito quod infra.*

(4) ונתן לתוך הכף, *Et in cupam infundebat.*] Pugillum è thuribulo carpſerit, & in cupam infuderit, quia thuribulum ſuffimento plenum grave erat, nec ſecum commodè Sacerdos magnus in ſanctum ſanctorum deferre poterat.

(5) הגדול לפי גדלו והקטן לפי קטנו, *Magnus juxta magnitudinem ſuam, & parvus juxta parvitatem ſuam.*] Hoc indicat Miſchna, Sacerdotem magnum aliquando plus, aliquando minus carpſiſſe, prout pugillus illi major aut minor extiterit: nonnulli enim grandi ſtatura erant, quibus plerumque major erat pugillus; alii ſtatura humili, quibus minor.

(6) וכך היתה מידתה, *Et ſic erat menſura.*] Verba hæc variè exponuntur à Talmudicis. à quibuſdam referuntur ad cupam, וכך היתה מידתה כף ביום הכפורים. *& ſic erat menſura cupæ in die expiationis.* quaſi cupa fuiſſet æqualis pugillo Sacerdotis magni, & ſingulis annis ad menſu-

menſuram ejus facta. ſed in *Toſaphoth* contra hoc diſputatur; quia, ſi cupa non fuiſſet major pugillo Sacerdotis magni, ægrè abſtinuiſſet quin partem ſuffimenti diſſipaſſet. In *Torath Cohanim* verba hæc referuntur ad ſuffimentum, וכן היתה מידתה קטורת, *& ſic erat menſura ſuffimenti.* Et juxta hanc expoſitionem, innuit Miſchna, nullam fuiſſe ſtatam menſuram, quæ pugilli quantitatem contineret, qua ſuffimentum è thuribulo carpſerit; ſed pugillum ipſum ſacerdotis magni, qui aliquando major, aliquando minor erat, menſuram ejus fuiſſe: atque hoc etiam in ſancto ſanctorum, ubi ſuffimentum è cupa denuò ſumpſerit, ut in thuribulum aureum funderet.

נטל את המחתה בימינו ואת הכף בשמאלו היה מהלך בהיכל עד שמגיע לבין שתי הפרוכו' המבדילו' בין הקדש ובין קדש הקדשי' וביניהן אמה ר' יוסי אומר לא היתה שם אלא פרוכת אחת בלבד שנאמר והבדילה הפרוכת לכם בין הקדש ובין קדש הקדשים החיצונה הית' פרופה מן הדרום והפנימית מן הצפון מהל' ביניהן עד שמגיע לצפון הגיע לצפון הופך פניו לדרום מהלך לשמאלו עם הפרוכת עד שהוא מגיע לארון הגיע לארון נותן את המחתה בין שני הבדים צבר את הקטורת על גבי גחלים ותמלא כל הבית כולו עשן יצא ובא לו בדרך בית כניסתו ומתפלל תפילה קצרה בבית החיצון ולא היה

Thuribulum dextra accepit, & cupam ſiniſtra. 7 in ſanctuario ibat donec inter duo vela pervenerat, quæ inter ſanctum & ſanctum ſanctorum dividebant, & cubito inter ſe diſtabant. R. Joſe dicit, unum duntaxat erat velum; 8 quia dicitur, & dividet velum vobis inter ſanctum & ſanctum ſanctorum. exterius duplicatum erat à meridie, interius à ſeptentrione. Ibat inter ea donec ad ſeptentrionem pervenerat; cum ad ſeptentrionem perveniſſet, facie in meridiem verſa, ſiniſtrorſùm ibat prope velum donec ad arcam pervenerat; cum ad arcam perveniſſet, thuribulum inter duos ejus vectes collocabat. ſuper prunas ſuffimentum congerebat, & tota domus repleta erat fumo. 9 exibat retrorſùm, 10 & brevem orationem in domo exteriori recitabat, nec diu

מאריך בתפילתו שלא להבעית את ישראל. orationi inſiſtebat, ne Iſraeli metum incuteret [11].

Annotationes.

(7) נטל את המחתה בימינו ואת הכף בשמאלו, *Thuribulum dextra accepit, & cupam ſiniſtra.*] Hæc non ſunt intelligenda de thuribulo quod ſuffimento plenum erat, ſed de thuribulo in ſcamno quarto, ſive areola quarta atrii relicto, quod quia gravius erat dextra, & cupam quia levior ſiniſtra manu ferebat.

(8) רבי יוסי אומר לא היתה שם אלא פרוכת אחת בלבד, *Rabbi Joſe dicit, unum duntaxat erat velum.*] In tabernaculo & in templo primo unum tantum erat velum, ſed in templo ſecundo duo fuiſſe vela, ſecus quàm ſentit Rabbi Joſe, ſtatuit Gemara Babylonica. cujus rei ratio hæc erat, quòd in templo primo paries erat intergerinus, cubitum latus, qui adytum à domo exteriori ſeparabat. cujus ſanctitas cum ambigua controverſaque eſſet, nec ſcirent qui templum ſecundum extruebant, an ad adytum an ad domum exteriorem pertineret, ſpatium intergerini parietis vacuum reliquerunt, & utrinque ei velum appenderunt, ut quocunque eventu errorem poſſent eluctari. Gemara Babylonica. שפיר קאמר להו רבי יוסי לרבנן ורבנן אמרו לך הני מילי במשכן אבל במקדש שני כיון דלא הואי אמה טרקסין ובמקדש ראשון הוא דהואי ואיסתפקא להו לרבנן בקדושתיה אי כל פנים אי כל חוץ ועבדו שתי פרכות. Vide etiam Bartenoram ad codicem *Middoth* cap. 4. num. 7.

(9) ונתמלא כל הבית כולו עשן, *Et tota domus repleta erat fumo.*] Fumus, qui à ſuffimento incenſo in die expiationis aſcendebat, in ſacra Scriptura *nubes* vocatur, *Levit.* XVI. 2. *Quia in nube conſpiciar ſupra propitiatorium.* Fumum *nubem* vocari aliàs quoque non eſt inuſitatum. Virgilius Æneid. 3.

Horrificis juxta tonat Ætna ruinis,
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente favillâ.

(10) יצא ובא לו בדרך בית כניסתו. Ad verbum, *Exibat, & ibat ſibi in via domus introitus ejus.*] Senſus eſt, exibat ea via & eo modo quo intrabat, facie ſcilicet in meridiem verſâ, retrorſùm enim inceſſit cum exiit, ne in ſanctum ſanctorum terga verteret. Sic verba hæc explicat Maimonides ad præſentem Miſchnam. היה יוצא אחורנית ופניו כלפי קדשי הקדשים ואחריו אל הפתח. Sic etiam è templo exibant cæteri Sacerdotes, cum miniſterium abſolviſſent; & Levitæ, cum è ſuggeſto populo benedixiſſent; & Stationarii etiam, qui אנשי מעמדות vocabantur, qui ſacrificiis adſtabant quæ totius populi nomine fiebant.

(11) שלא להבעית את ישראל, *Ne Iſraeli metum incuteret.*] Solebant ſacerdotes exitum ad populum maturare, ne ipſos in ſancto ſanctorum

Digitized by Google

rum mortuos eſſe ſuſpicarentur, & inde metu percellerentur. Multi enim, ut ait Maimonides, morte mulctati ſunt, quod modo indebito adoleviſſent. Vide *Levit.* XVI. 13.

ב׳ משניטל הארון אבן היתה שם מימות נביאים ראשונים ושתיה היתה נקראת גבוהה מן הארץ שלש אצבעות ועליה היה נותן.

II. Ex quo abducta eſt arca, 1 lapis ibi erat à diebus priorum Prophetarum, & lapis fundationis fuit vocatus; 2 altus è terra tribus digitis, & ſuper ipſum thuribulum collocabat.

ANNOTATIONES.

(1) משניטל הארון, *Ex quo abducta eſt arca.*] Quinque erant quæ primi templi dignitatem maximè auxerunt, & ſecundo defuerunt, *viz.* Arca propitiatorii, Cherubini, ignis cœlitus demiſſus, præſentia Spiritus Sancti, Urim & Thummim. Incertum autem eſt quò delata fuerit arca, aut ubi delituerit: Talmudici tradunt in Babylona cum reliquis templi ornamentis fuiſſe portatam. alii dicunt, Jeremiam prophetam templo abſtuliſſe, eamque in monte Nebo ſpelunca quadam occultaſſe, nec ea de re quempiam ſcire hilum voluiſſe. Gorionides lib. 1. cap. 17. הארון אינו כי לקחו ירמיהו הנביא עם כל היריעות אשר עשה משה עבד יי׳ במדבר וישם אותם בהר נבו וימצא שם מערה ויתנם בתוכה וירדפו הכהנים אשר היו בימים ההם אחרי הנביא להכיר את המקום ויבט ירמיהו אחריו וירא אותם ויקצוף וישבע לאמר כי לא ידע האדם ולא ידע המקום עד בואי אני ואליהו הנביא עבד יי׳ אז נשיב את הארון אל מקומו אל קודש הקדשים אל תחת כנפי הכרובים, *Arca autem non aderat, quia abſtulerat eam Jeremias propheta unà cum omnibus Cortinis quas fecerat Moſes ſervus domini in deſerto, & poſuit eas in monte Nebo, ubi invenit ſpeluncam in cujus concavitatem poſuit eas; cumque ſequerentur ſacerdotes, qui fuerunt in diebus illis, prophetam, ut adverterent locum, reſpiciens Jeremias poſt ſe & videns eos, iratus juravit dicens: Non ſciet homo, neque cognoſcetur locus, donec venero ego, & Elias propheta, famulus domini: tunc reſtituemus arcam in locum ſuum intra ſanctum ſanctorum ſubter alas Cherubim.* Vide 2 Macchab. 11.

(2) אבן היתה שם מימות נביאים ראשונים ושתיה היתה נקראת, *Lapis ibi erat à diebus priorum prophetarum, & lapis fundationis fuit vocatus.*] Ridicula ſunt, quæ de *lapide fundationis*, tam in Gemara, quàm apud alios authores narrantur. Tradunt enim Rabbini, Deum lapidem iſtum in medio mundi, ſive terræ centro collocaſſe. unde nonnulli ajunt *lapidem fundationis* vocari, quia inferius mundi firmamentum, & fundamentum fuerit: quo neſcio an unquam quicquam craſſius excuderint magiſtri. Mundus enim (ut cætera taceam, quæ contra tam illepidum

Digitized by Google

ג' שחטו וקבל במזרק
את דמו ונותנו למי שהוא
ממרס בו על הרובד הרביעי
שבהיכל כדי שלא יקרוש
נטל את המחתה ועלה
לראש המזבח ופנה גחלים
אילך ואילך וחותה מן
המעוכלות הפנימיות וירד
והניחה על הרובד הרביעי
שבעזרה.

III. Mactabat ipſum, 1 & patera excipiebat ſanguinem, 2 dabatque ei qui miſcebat eum 3 ſuper ſcamnum quartum quod erat in ſanctuario, ut non concreſceret. 4 arripuit thuribulum, atque ad caput altaris aſcendebat; prunas hinc inde ſcalpebat, & ex interioribus favillis partem deprompſit, 5 & deſcendebat, poſuitque ſuper ſcamnum quartum quod erat in atrio.

ANNOTATIONES.

(1) שחטו, *Mactabat ipſum.*] Cæteris diebus extraneo fas erat mactare victimas. In paſchate legem violaſſent, niſi agnus immolandus ab extraneis occiſus fuiſſet, ut ex cap. 5. *Peſachim* conſtat, ubi tres turmæ huic negotio deſignantur. quod confirmant Talmudici ab *Exod.* XII. 6. Sed in die expiationis juvencum illum mactare extraneis non licuit, ſed Sacerdoti magno hoc injunctum eſt, *Levit.* XVI. 11. Diſputant tamen de hac re Talmudici ad præcedentem Miſchnam, & ſuas traditiones in utramque partem afferunt. Dicit enim R. Jochanan, omnia ſacrificia, hoc ſolo excepto, ab extraneis mactari poſſe: alii ne hoc quidem excludunt.

(2) וקבל במזרק את דמו, *& patera excipiebat ſanguinem.*] Ad hunc modum Ethnici ſacrificiorum ſuorum ſanguinem patera exceperunt. Homer. Odyſſ. lib. 3.

--- πέλεκυν δὲ μενεπτόλεμος Θρασυμήδης
Ὀξὺν ἔχων ἐν χειρὶ παρίστατο, βοῦν ἐπικόψων.
Περσεὺς δ' ἀμνίον εἶχε.

--- ſecurim autem bellicoſus Thraſymedes
Acutam geſtans in manu aſtabat, bovem caſurus.
Perſeus autem pateram ſanguini recipiendo tenebat.

Virgilius lib. 6. Æneid.

Supponunt alii cultros, tepidumque cruorem
Suſcipiunt pateris.

(3) ונתנו למי שהוא ממרס בו, D*abatque ei qui miſcebat eum*]. Id eſt, qui agitabat, ut partes ſanguinis attereret & attenuaret, ne concreſcerent, dum ſacerdos ſuffitui adolendo operam daret.

(4)

Digitized by Google

(4) כדי שלא יקרוש, *Ut non concreſceret.*] Concreſcere ſanguinem, cùm primùm è corpore exierit, ſatis notum. hoc ideo fit pleriſque animalibus, quia ſanguis eorum fibris refertus eſt, à quibus condenſatur, ni eximantur. Ariſtoteles de Hiſtor. Animal. lib. 3. cap. 19. *καὶ ἐν τοῖς ζώοις θερμὸν καὶ ὑγρὸν ἀεί. ἐξιὸν δ' ἔξω, πήγνυται πάντων πλὴν ἐλάφου καὶ προκὸς, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιαύτην ἔχει φύσιν. τὸ δ' ἄλλο αἷμα πήγνυται ἐὰν μὴ ἐξαιρεθῶσιν ἶνες*, *& quidem in animali ſanguis ſemper calidus humiduſque eſt. at ubi effluxerit, concreſcit omnium, præterquam cervorum & damarum, & ſi quod aliud naturâ ejuſmodi ſit. itaque cæterorum omnium ſanguis ſpiſſari ſolet, niſi fibræ eximantur.* Sacerdotes igitur, ut ſanguinem liquidum tenuemque conſervarent, partes ejus baculo atterebant, aut cochleari agitabant volvebantque. In hunc quoque finem vaſculis utebantur acuminatis, ut traditur in codice *Peſachim* cap. 5. ולא היו לבזיכן שוליים שמא יניחום ויקרש הדם, *Et non erant funda phialis, nè fortè deponerent ipſas, & ſanguis concreſceret.*

(5) וחותה מן המעוכלות. הפנימיות, *Et ex interioribus favillis partem depromſit.*] Per מעוכלות in hoc loco *prunæ craſſiores* ſignificantur, quibus ignis conſopitus, ſed non penitus extinctus ſit. *Favillas* transtuli, contra quorundam criticorum authoritatem, qui favillam ajunt eſſe igne deſertam ſcintillam. Sed in hoc antiquitati adverſantur. Martialis libr. 1. Epigram. 43.

Ardentes avido bibit ore favillas.

In primo capite codicis *Tamid* habes מאוכלות per א, quod magis Hebraicum eſt. ibi Rabbini inter מעוכלות & מאוכלות hanc eſſe differentiam ſtatuunt, quòd per מעכלות prunæ majores & craſſiores, הגחלים גמורים deſignantur: per מאוכלות verò, prunæ quæ valdè comeſæ ſunt, & penè in cineres redactæ הגחלים שנתאכלו היטב והן קרובים להיות דשן. Sed hæc diſtinctio non videtur univerſim admittenda, nam in quinto capite ejuſdem codicis מאוכלות de prunis majoribus & craſſioribus uſurpari clarum eſt. Vide Bartenoram ad cap. 5. codicis *Tamid*.

(6) והניחה על הרובד הרביעי, *Poſuitque ſuper ſcamnum quartum.*] Depoſuit thuribulum ſuper ſcamnum ſive areolum quartum, ut pugillum ſuum ſuffimento impleret. Bartenora: וחותה את הגחלים ומניח את המחתה עד שיחפון בחפניו הקטורת ויתן לתוך הכף ואח״כ יכניס כף ומחת׳ לפני׳. *Deprompſit favillas, depoſuitque thuribulum, donec plenum pugillum ſuum ſuffimenti caperet & in cupam imponeret, & poſtea cupam thuribulumque portaret in ſanctum ſanctorum.*

ד׳ בכל יום היה חותה בשל כסף ומערה בתוך

IV. In omni die deprompſit thuribulo argenteo & in aureum infundebat: [1] hodie

של זהב והיום חותה בשל זהב ובה היה מכנים בכל יום חותה בשל ארבע קבין ומערה בתוך של שלשי קבין והיו׳ חותה בשל שלשה קבין ובה היה מכנים ר׳ יוסי אומר בכל יום חותה בשל סאה ומערה בתוך של שלשה קבין והיום חותה בשל שלשה קבין ובה היה מכנים בכל יום היתה כבדה והיום קלה בכל יום היתה ידה קצרה והיום ארוכה בכל יום היה זהבה ירוק והיום אדום דברי רבי מנחם בכל יום מקריב פרס בשחרית ופרס בין הערביי׳ והיום מוסיף מלא חפניו בכל יום היתה דקה והיום דקה מן הדקה.

deprompſit aureo, & intrabat cum eo. ² In omni die deprompſit thuribulo quod quatuor cabos continebat, & in alterum infundebat quod tres cabos capiebat: hodie deprompſit thuribulo quod tres cabos capiebat, & intrabat cum eo. R. Joſe ait: In omni die deprompſit thuribulo, quod Satum continebat, & in alterum infundebat, quod tres cabos continebat; hodie deprompſit thuribulo, quod tres cabos continebat, & intrabat cum eo. In omni die grave, hodie leve: ³ in omni die manus ejus brevis erat, hodie longa: ⁴ in omni die aurum ejus viride erat, hodie rufum: ⁵ verba Rabbi Menachem. In omni die offerebat dimidiam libram mane, & dimidiam libram veſperi: ⁶ hodie plenum pugillum ſuum addebat. ⁷ in omni die tenue erat, hodie tenue ex tenui ⁸.

ANNOTATIONES.

(1) בכל יום היה חותה בשל בכף ומערה בתוך של זהב, *In omni die deprompſit thuribulo argenteo & in aureum infundebat.*] Sic etiam & reliqui ſacerdotes, ut liquet ex quinto capite codicis *Tamid.* מי שזכה במחתה נטל מחתת הכסף ועלה לראש המזבח ופנה את הגחלים הלך וחתה מן המאכלות הפנימיות ירד ועירן לתוך של זהב. *Qui ſortitus erat thuribulum ſumpſit thuribulum argenteum, & ad caput altaris aſcendit, prunas ſcalpſit, & ex interioribus favillis partem accepit, deſcendit, &*

Digitized by Google

& in thuribulum aureum effudit. Cæteris verò diebus thuribulo aureo non deprompſerit, quia hoc nimis thuribulum aureum attriviſſet, שחוק הכלי חתיית הגחלים, ut inquit Bartenora: thuribulo idcirco argenteo deprompſerit, & in aureum effuderit. Sed in die expiationis, quo multa erant peragenda, aureo deprompſerit, ut aliquantulum onere levatus eſſet, nec favillas ex uno vaſe in aliud fundere cogeretur.

(2) ובה היה מכנים, *Et intrabat cum eo.*] In ſanctum ſanctorum.

(3) בכל יום היתה כבדה והיום קלה, *In omni die grave erat, & hodie leve.*] De thuribulo hoc dictum. quod hodie leve erat, ne Sacerdotem magnum fatigaret.

(4) והיום ארוכה, *Et hodie longa.*] Manus, id eſt, anſa thuribuli, hodie ſolito longior erat ut brachio inniti poſſet, atque inde Sacerdos magnus ſubſidium oneri geſtando haberet.

(5) בכל יום היה זהבה ירוק והיום אדום, *In omni die aurum ejus viride erat, & hodie rufum.*] Thuribulum, quo ſingulis diebus odores incendebantur, ex auro viridi conſtabat, quod minus pretioſum erat, ſed pretioſum tamen. Martial. lib. 12. Epigram. 15.

Miratur Scythicas virentis auri
Flammas Jupiter, & ſtupet ſuperbus
Regis delicias.

Sed in die expiationis thuribulum rutilante auro coruſcabat, quod genus auri pretioſiſſimum & præſtantiſſimum fuit, & זהב פרוים, ut ajunt Talmudici, vocabatur, שדומה לדם הפרים, *quia juvencorum ſanguinem ſpecie referebat.* Quamvis veriſimilius videtur à nomine loci ſic vocari. Vide 2 Paralip. III. 6.

(6) בכל יום מקריב פרס בשחרית ופרס בין הערבי׳. *In omni die offerebat dimidiam libram mane, & dimidiam libram veſperi.*] פרס tranſtuli *dimidiam libram.* Sic R. Solomon Jarchi. פרס חצי מנה Maimonides ait pondus eſſe quinquaginta denariorum, פרס חצי המנה ר״ל משקל חמשים דינר, ſingulis nempe diebus libram unam ſuffimenti tenuis ſuper altare thymiamatum adolebant, cujus dimidiam partem mane, & dimidiam veſperi offerebant.

(7) והיום מוסיף מלא חפניו, *Hodie plenum pugillum ſuum addebat.*] Vide *Levit.* XVI. 12.

(8) והיום דקה מן הדקה, *Et hodie tenue ex tenui.*] Quomodo hoc fiebat diſcas ex *Seder Maamadoth.* פטום הקטורת כיצד שלש מאות וששים ושמונה מנים היו בה שלש מאות וששים וחמשה כמנין ימות החמה שלש שהיה מוסיף כהן גדול בערב יום הכפורים ומחזיר למכתשת ונוטל ממנה מלא חפניו כדי לקים מצות דקה מן הדקה. *Confectio ſuffimenti quomodo fit? ter centum ſexaginta & octo libræ erant in eo; ter centum ſexaginta & quinque juxta numerum dierum ſolis; tres Sacerdos magnus veſpera diei expiationis addebat, & redire fecit ad mortarium, & accepit*

Digitized by Google

accepit ex illo plenitudinem pugillorum ſuorum, ut præſtaret mandatum tenue ex tenui.

ה' בכל יום כהנים עולין במזרחו של כבש ויורדים במערבו והיום כהן גדול עולה באמצע ויורד באמצע רבי יהודה אומר לעולם כהן גדול עולה באמצ' ויורד באמצע בכל יום כהן גדול מקדש ידיו ורגליו מן הכיור והיום מן הקיתון של זהב רבי יהודה אומר לעולם כהן גדול מקדש ידיו ורגליו מן הקיתון של זהב.

V. In omni die Sacerdotes gradus aſcendebant ea parte qua orienti proximè jacebant, & deſcendebant qua occidentem ſpectabant; hodie Sacerdos magnus aſcendebat in medio & deſcendebat in medio. [1] R. Jehuda dicit; ſemper Sacerdos magnus aſcendebat in medio, & deſcendebat in medio. In omni die Sacerdos magnus manus & pedes ſanctificabat labro æneo, hodie pollubro aureo. R. Jehuda dicit; ſemper Sacerdos magnus manus & pedes ſanctificabat pollubro aureo.

ו' בכל יום היו שם ארבע מערכות והיום חמש דברי רבי מאיר רבי יוסי או' בכל יום שלש והיום ארבע רבי יהודה אומר בכל יום שתים והיום שלש.

VI. In omni die quatuor erant ibi lignorum ordines, & hodie quinque; [2] verba R. Meir. R. Joſe dicit; in omni die tres, & hodie quatuor. R. Jehuda dicit; in omni die duo, & hodie tres.

ANNOTATIONES.

(1) והיום כהן גדול עולה באמצע ויורד באמצע. *Et hodie Sacerdos magnus aſcendebat in medio, & deſcendebat in medio.*] Alia lectio. והיום עולים באמצע ויורידים באמצע, *& hodie aſcendebant in medio, & deſcendebant in medio.* Sed lectio prior à Gemaricis recepta eſt, qui hoc Sacerdoti magno honoris cauſa conceſſum eſſe affirmant.

(2) בכל יום היו שם ארבע מערכות והיום חמש וגו'. *In omni die quatuor ibi erant lignorum ordines, & hodie quinque, &c.*] מערכה apud Lexicographos generaliter *ſtruem, diſpoſitionem, ordinem* cujuſcun-

que

quæ rei ſignificat: ſed Talmudicis, ubi ad altare refertur, peculiarem habet ſignificationem, & *ordinem lignorum* denotat, quæ ſuper altare cremandis ſacrificiis, aut aliis miniſteriis peragendis imponuntur. Juxta ſententiam R. Meir quinque erant hujuſmodi ordines in die expiationis. Primus erat, ut in Gemara explicatur, מערכה גדולה, quo ſacrificium juge comburebant. Secundus erat מערכה שנייה של קטרת, unde prunas ſuffitui adolendo ſumpſerit. Tertius מערכה של קיום האש, quo primum ordinem reſtaurabant ſi ligna ejus defeciſſent. Quartus erat מערכה לאיברים ופדרין שלא נתעכלו מבערב, cui membra & omenta, quæ à ſacrificio veſpertino uſque ad ſequentem auroram non conſumebantur, impoſuerint. Quintus מערכה שמוסיפין בו ביום, unde Sacerdos magnus prunas ad ſuffiendum hauſerit, cum intravit ſanctum ſanctorum.

פרק ה. CAPUT V.

Suffimentum ad Sacerdotem magnum adductum. §. 1. Modus pugillationis. Ibid. De duplici velo. Ibid. Quomodo Sacerdos magnus intravit ſanctum ſanctorum. Ibid. Quomodo ſuffimentum adolevit. Ibid. Quomodo exiit. Ibid. De lapide fundationis. §. 2. Templi luſtratio. §. 3. 4. 5. Decurſus ſanguinis in torrentem Kedron. §. 6. Quo ordine ſingula miniſteria peracta ſunt. §. 7.

א. MISCHNA I.

הוציאו לו את הכף ואת המחתה וחפן מלא חפניו ונתן לתוך הכף הגדול לפי גדלו והקטן לפי קטנו וכך היתה מידתה.

DEpromſerunt ei cupam [1] thuribulumque: [2] plenum pugillum ſuum accepit, [3] & in cupam infudit, [4] magnus juxta magnitudinem ſuam, & parvus juxta parvitatem; [5] & ſic erat menſura [6].

ANNOTATIONES.

(1) הוציאו לו את הכף. *Deprompſerunt ei cupam.*] Ex conclavi vaſorum; מלשכת הכלים, ut ait Gemara, ubi totus apparatus vaſarius occludebatur. Græci poſteriores σκευοφυλάκιον vocant: habuerunt enim & ipſi in ſuis templis conclavia; quibus calices & quicquid erat vaſariæ

ſariæ ſupellectilis cuſtodiebant. Codinus de ſtructura templi S. Sophiæ. ἔστι δὲ ὁ τόπος τῶν οἰκημάτων αὐτῆς, ὃν δέδωκεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν τὸ σκευοφυλάκιον ὅλον σὺν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου. *Locus autem ædium ejus, quem dedit magna Eccleſia, totum conclave vaſarium cum templo S. Petri continet.* Depromſerunt autem cupam, ut ſuffimentum in ea in ſanctum ſanctorum deportaret, neque enim in thuribulum, quo odores incendebantur, injicere licebat, antequam intra velum ingreſſus eſſet, ut in primo capite habetur, ubi ſacerdotes dicuntur juramentum ab eo exegiſſe, ne Sadducæorum more adoleret.

(2) ואת המחתה. *Thuribulumque.*] In thuribulo illo ſuffimentum non incendebatur, nam quod huic miniſterio deſtinatum erat, in quarto atrii ſcamno relictum fuiſſe ſuperiori capite dictum. Iſthoc verò thuribulum ſuffimento plenum erat, ipſumque è domo Abtines, non è conclavi vaſorum, depromſerint. Gemara Babylonica. הוציאו בו כף ריקן מלשכת הכלים ומחתה גדושה של קטורת מלשכת בית אבטינס. *Deprompſerunt ei cupam vacuam è conclavi vaſorum, & thuribulum plenum ſuffimento è conclavi domus Abtines.* Deprompſerunt autem thuribulum ſuffimento plenum, ut Sacerdos magnus pugillum ſuum impleret.

(3) וחפן מלא חפניו. Ad verbum, *Et pugillavit plenitudinem pugillorum ejus.*] Inter omnia templi miniſteria hoc maximè difficile erat, & propterea pridie diei expiationis, ut ſuprà traditum eſt, Sacerdotem magnum in domum Abtines ducebant, ut ſingula quæ opus erant addiſceret. Modus verò pugillationis (ut cæteras eorum traditiones, quæ in Gemara Babylonica recenſentur, omittam) talis erat. חופה שלש אצבעותיו על פיסת ידו וקומץ ובמחתב ובמורחשת מוחק בגודלו מלמעלה ובאצבעו קטנה מלמטה, *Tribus digitis operuit volam, & pugillum accepit, & in craticulam, & in patellam abraſit pollice quod ſupra erat, & minimo digito quod infra.*

(4) ונתן לתוך הכף, *Et in cupam infundebat.*] Pugillum è thuribulo carpſerit, & in cupam infuderit, quia thuribulum ſuffimento plenum grave erat, nec ſecum commodè Sacerdos magnus in ſanctum ſanctorum deferre poterat.

(5) הגדול לפי גדלו והקטן לפי קטנו, *Magnus juxta magnitudinem ſuam, & parvus juxta parvitatem ſuam.*] Hoc indicat Miſchna, Sacerdotem magnum aliquando plus, aliquando minus carpſiſſe, prout pugillus illi major aut minor extiterit: nonnulli enim grandi ſtatura erant, quibus plerumque major erat pugillus; alii ſtatura humili, quibus minor.

(6) וכך היתה מדתה, *Et ſic erat menſura.*] Verba hæc variè exponuntur à Talmudicis. à quibuſdam referuntur ad cupam, וכך היתה מדתה כף ביום הכפורים. *& ſic erat menſura cupæ in die expiationis.* quaſi cupa fuiſſet æqualis pugillo Sacerdotis magni, & ſingulis annis ad menſu-

menſuram ejus facta. ſed in *Toſaphoth* contra hoc diſputatur; quia; ſi cupa non fuiſſet major pugillo Sacerdotis magni, ægrè abſtinuiſſet quin partem ſuffimenti diſſipaſſet. In *Torath Cohanim* verba hæc referuntur ad ſuffimentum, וכן היתה מידתה קטורת, *& ſic erat menſura ſuffimenti.* Et juxta hanc expoſitionem, innuit Miſchna, nullam fuiſſe ſtatam menſuram, quæ pugilli quantitatem contineret, qua ſuffimentum è thuribulo carpſerit; ſed pugillum ipſum ſacerdotis magni, qui aliquando major, aliquando minor erat, menſuram ejus fuiſſe: atque hoc etiam in ſancto ſanctorum, ubi ſuffimentum è cupa denuò ſumpſerit, ut in thuribulum aureum funderet.

נטל את המחתה בימינו
ואת הכף בשמאלו והיה
מהלך בהיכל עד שמגיע
לבין שתי הפרוכו׳ המבדילו׳
בין הקדש ובין קדש הקדשי׳
וביניהן אמה ר׳ יוסי אומר
לא היתה שם אלא פרוכת
אחת בלבד שנאמר והבדילה
הפרוכת לכם בין הקדש
ובין קדש הקדשים
החיצונה היתה פרופה מן
הדרום והפנימית מן הצפון
מהל׳ ביניהן עד שמגיע
לצפון הגיע לצפון הופך
פניו לדרום מהלך לשמאלו
עם הפרוכת עד שהוא
מגיע לארון הגיע לארון
נותן את המחתה בין שני
הבדים צבר את הקטורת
על גבי גחלים ונתמלא
כל הבית כולו עשן יצא
ובא לו בדרך בית כניסתו
ומתפלל תפילה קצרה
בבית החיצון ולא היה

Thuribulum dextra accepit, & cupam ſiniſtra. [7] in ſanctuario ibat donec inter duo vela pervenerat, quæ inter ſanctum & ſanctum ſanctorum dividebant, & cubito inter ſe diſtabant. R. Joſe dicit, unum duntaxat erat velum; [8] quia dicitur, & dividet velum vobis inter ſanctum & ſanctum ſanctorum. exterius duplicatum erat à meridie, interius à ſeptentrione. Ibat inter ea donec ad ſeptentrionem pervenerat; cum ad ſeptentrionem perveniſſet, facie in meridiem verſa, ſiniſtrorſùm ibat prope velum donec ad arcam pervenerat; cum ad arcam perveniſſet, thuribulum inter duos ejus vectes collocabat. ſuper prunas ſuffimentum congerebat, & tota domus repleta erat fumo. [9] exibat retrorſùm, [10] & brevem orationem in domo exteriori recitabat, nec diu

Digitized by Google

מאריך בתפלתו שלא להבעית את ישראל. orationi inſiſtebat, ne Iſraeli metum incuteret [11].

ANNOTATIONES.

(7) נטל את המחתה בימינו ואת הכף בשמאלו, *Thuribulum dextra accepit, & cupam ſiniſtra.*] Hæc non ſunt intelligenda de thuribulo quod ſuffimento plenum erat, ſed de thuribulo in ſcamno quarto, ſive areola quarta atrii relicto, quod quia gravius erat dextra, & cupam quia levior ſiniſtra manu ferebat.

(8) רבי יוסי אומר לא היתה שם אלא פרוכת אחת בלבד. *Rabbi Joſe dicit, unum duntaxat erat velum.*] In tabernaculo & in templo primo unum tantum erat velum, ſed in templo ſecundo duo fuiſſe vela, ſecus quàm ſentit Rabbi Joſe, ſtatuit Gemara Babylonica. cujus rei ratio hæc erat, quòd in templo primo paries erat intergerinus, cubitum latus, qui adytum à domo exteriori ſeparabat. cujus ſanctitas cum ambigua controverſaque eſſet, nec ſcirent qui templum ſecundum extruebant, an ad adytum an ad domum exteriorem pertineret, ſpatium intergerini parietis vacuum reliquerunt, & utrinque ei velum appenderunt, ut quocunque eventu errorem poſſent eluctari. Gemara Babylonica. שפיר קאמר להו רבי יוסי לרבנן ורבנן אמרו לך הני מילי במשכן אבל במקדש שני כיון דלא הואי אמה טרקסין ובמקדש ראשון הוא דהואי ואיסתפקא להו לרבנן בקדושתיה אי כל פנים אי כל חוץ ועבדו שתי פרכות. Vide etiam Bartenoram ad codicem *Middoth* cap. 4. num. 7.

(9) ונתמלא כל הבית כולו עשן, *Et tota domus repleta erat fumo.*] Fumus, qui à ſuffimento incenſo in die expiationis aſcendebat, in ſacra Scriptura *nubes* vocatur, *Levit.* XVI. 2. *Quia in nube conſpiciar ſupra propitiatorium.* Fumum *nubem* vocari aliàs quoque non eſt inuſitatum. Virgilius Æneid. 3.

Horrificis juxta tonat Ætna ruinis,
Interdumque atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente favillâ.

(10) יצא ובא לו בדרך בית כניסתו. Ad verbum, *Exibat, & ibat ſibi in via domus introitus ejus.*] Senſus eſt, exibat ea via & eo modo quo intrabat, facie ſcilicet in meridiem verſâ, retrorſùm enim inceſſit cum exiit, ne in ſanctum ſanctorum terga verteret. Sic verba hæc explicat Maimonides ad præſentem Miſchnam. היה יוצא אחורנית ופניו כלפי קדשי הקדשים ואחריו אל הפתח. Sic etiam è templo exibant cæteri Sacerdotes, cum miniſterium abſolviſſent; & Levitæ, cum è ſuggeſto populo benedixiſſent; & Stationarii etiam, qui אנשי מעמדות vocabantur, qui ſacrificiis adſtabant quæ totius populi nomine fiebant.

(11) שלא להבעית את ישראל, *Ne Iſraeli metum incuteret.*] Solebant ſacerdotes exitum ad populum maturare, ne ipſos in ſancto ſanctorum

rum

Digitized by Google

rum mortuos eſſe ſuſpicarentur, & inde metu percellerentur. Multi enim, ut ait Maimonides, morte mulctati ſunt, quod modo indebito adoleviſſent. Vide *Levit*. XVI. 13.

ב׳ משניטל הארון אבן היתה שם מימות נביאים ראשונים ושתיה היתה נקראת גבוהה מן הארץ שלש אצבעות ועליה היה נותן.

II. Ex quo abducta eſt arca, [1] lapis ibi erat à diebus priorum Prophetarum, & lapis fundationis fuit vocatus; [2] altus è terra tribus digitis, & ſuper ipſum thuribulum collocabat.

ANNOTATIONES.

(1) משניטל הארון, *Ex quo abducta eſt arca.*] Quinque erant quæ primi templi dignitatem maximè auxerunt, & ſecundo defuerunt, *viz.* Arca propitiatorii, Cherubini, ignis cœlitùs demiſſus, præſentia Spiritus Sancti, Urim & Thummim. Incertum autem eſt quò delata fuerit arca, aut ubi delituerit: Talmudici tradunt in Babylona cum reliquis templi ornamentis fuiſſe portatam. alii dicunt, Jeremiam prophetam templo abſtuliſſe, eamque in monte Nebo ſpelunca quadam occultaſſe, nec ea de re quempiam ſcire hilum voluiſſe. Gorionides lib. 1. cap. 17. הארון אינו כי לקחו ירמיהו הנביא עם כל היריעות אשר עשה משה עבד יי׳ במדבר וישם אותם בהר נבו וימצא שם מערה ויתנם בתוכה וירדפו הכהנים אשר היו בימים ההם אחרי הנביא להכיר את המקום ויבט ירמיהו אחריו וירא אותם ויקצוף וישבע לאמר כי לא ידע האדם ולא ידע המקום עד בואי אני ואליהו הנביא עבד יי׳ אז נשיב את הארון אל מקומו אל קודש הקדשים אל תחת כנפ׳ הכרובים. *Arca autem non aderat, quia abſtulerat eam Jeremias propheta nos cum omnibus Cortinis quas fecerat Moſes ſervus domini in deſerto, & poſuit eas in monte Nebo, ubi invenit ſpeluncam in cujus concavitatem poſuit eas; cumque ſequerentur ſacerdotes, qui fuerunt in diebus illis, prophetam, ut adverterent locum, reſpiciens Jeremias poſt ſe & videns eos, iratus juravit dicens: Non ſciet homo, neque cognoſcetur locus, donec venero ego, & Elias propheta, famulus domini: tunc reſtituemus arcam in locum ſuum intra ſanctum ſanctorum ſubter alas Cherubim.* Vide 2 Macchab. 11.

(2) אבן היתה שם מימות נביאים ראשונים ושתיה היתה נקראת, *Lapis ibi erat à diebus priorum prophetarum, & lapis fundationis fuit vocatus.*] Ridicula ſunt, quæ de *lapide fundationis*, tam in Gemara, quàm apud alios authores narrantur. Tradunt enim Rabbini, Deum lapidem iſtum in medio mundi, ſive terræ centro collocaſſe. unde nonnulli ajunt *lapidem fundationis* vocari, quià inferius mundi firmamentum, & fundamentum fuerit: quo neſcio an unquam quicquam craſſius excuderint magiſtri. Mundus enim (ut cætera taceam, quæ contra tam ille-

 pidum

Digitized by Google

pidum ſigmentum ratio facilè cuivis ſuggerat) ſuis partibus libratus, iiſdemque tanquam firmiſſimis columnis innixus, fundamento nullo eget. Alii dicunt vocari lapidem fundationis, quia cætera ex ipſo tanquam ex prima materia ſeu primo fundamento creata ſunt, quemadmodum piſces ex mari, & homo ex terra creatus dicitur. Rabbini fortè à Græcis anſam arripuerint ſingendi putidiſſimum hoc commentum, qui homines ex lapidibus à Deucalione & Pyrrha projectis procreatos eſſe fabulantur. inde ipſis λαός *populus*, quia humanum genus ἐκ τῶν λάων *ex lapidibus* ſuam originem traxerit. Euſtathius in 1. Iliad. ὁ δὲ μῦθος μετὰ τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸν καὶ τὴν ἐκεῖθεν λειπανθρωπίαν, κελευσθῆναι φησὶ τὸν Δευκαλίωνα, θῦσαι μὲν Διὶ φυξίῳ περίπου τὰ κατὰ τὸν Παρνασσὸν μέρη. εἰς ἀέρα δὲ λάας ἤγουν λίθους ἀφιέναι ὑπὲρ κεφαλῆς. τοὺς μὲν, αὐτόν. τοὺς δὲ, τὴν γυναῖκα Πύῤῥαν. καὶ τὴν θυγατέρα Πανδώραν. ἣν Ἡσίοδος πρώτην γυναῖκα φησί. καὶ πάντας τούτους τοὺς λίθους, εἰς ἀνθρώπους μεταπεσεῖν, ζωωθέντας, καὶ διὰ τοῦτο κληθῆναι λαούς. *Refert fabula, poſt aquarum diluvium, quod temporibus Deucalionis acciderit, & hominum paucitatem exinde ortam, juſſiſſe Deucalionem, ut Jovi averrunco circa partes Parnaſſo finitimas ſacrificaretur: ipſumque unà cum uxore Pyrrha & filia Pandora, quam Heſiodus primam eſſe fœminam ait, lapides ſupra caput in aerem jactâſſe, omneſque iſtos lapides vitales factos, & in homines mutatos eſſe; & exinde* λαοὺς *vocari.* A Græcis fabula hæc ad Latinos quoque pervenerit. Virgilius lib. 1. Georgic.

Continuò has leges, æternaque fœdera certis
Impoſuit natura locis, quo tempore primùm
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem:
Unde homines nati, durum genus.

Vide & Ovidium lib. 1. Metamorphoſ. qui rem fuſiùs perſequitur. Græcam hanc fabulam occaſionem dediſſe Rabbinis comminiſcendi tam audax & protervum mendacium non eſt improbabile. Addunt inſuper nonnulli lapidem hunc eundem fuiſſe, quem unxit & conſecravit Jacob; quod licèt fabuloſum videatur, inter Judæos tamen, traditionibus Rabbinorum nimis addictos, puto olim receptum fuiſſe. Certè poſt excidium templi lapis viſendus eo nomine peregrinantibus oſtendebatur. Poſtquam verò à Muſlimis urbs Hieroſolyma capta eſt, Omar eorum Imperator ad extremum ejus templum extruxit. Elmacinus lib. 1. cap. 3. Hiſt. Sar. ثم قال عمر رضي الله عنه للبطردزك عرفني موضعا ابني فيه مسجدا قال له البطريرك عن الصخرة الذي كلم الله يعقوب عليها. *Tum dixit Omar fœlicis memoria ad Patriarcham;*

Oſtende

Digitized by Google

Oſtende mihi locum, ædificabo templum in ipſo. dixit ei Patriarcha de lapide ad quem locutus eſt Dominus cum Jacobo. Tæderet Lectorem, ſi ſingula referre velim, quæ Rabbini de *lapide fundationis* dixerint dicam an delirarint, quomodo nimirum in templum à Solomone inductus ſit, quomodo nomen tetragrammaton ei inſculptum, & cætera quæ nimis inſcitè finxerint. nec operæ pretium foret iſta recenſere, cum lapis iſthic non videatur ob aliam cauſam in templo collocatus, niſi ut miniſterio ſacro inſerviret: quod in Gentilium quoque templis olim uſitatum fuit. Apollonius Rhodius lib. 2. Argonaut. de templo Martis loquens.

εἴσω δὲ μέλας λίθος ἠρήρειστο
Ἱερὸς, ᾧ πότε πᾶσαι Ἀμάζονες εὐχετόωντο.

erat autem intus niger defixus lapis
Sacer, ad quem omnes aliquando Amazones vota nuncupabant.

ג׳ נטל את הדם ממי שהיה ממרס בו נכנס למקום שנכנס ועמד במקום שעמד והזה ממנו אחת למעלה ושבע למטה ולא היה מתכוין להזות לא למעלה ולא למטה אלא כמצליף וכך היה מונה אחת אחת ואחת אחת ושתים אחת ושלש אחת וארבע אח׳ וחמש אחת ושש אחת ושבע יצא והניחו על כן הזהב שהיה בהיכל.

III. Sanguinem à miſcente ſumebat. intrabat in locum quem intrabat, ſtabatque in loco quo ſtabat, [1] & ſpargebat ex illo, ſemel ſurſum & ſepties deorſum, [2] nec intuebatur ad ſpargendum ſurſum aut deorſum, [3] ſed quaſi flagellator: [4] & ſic numerabat; ſemel. ſemel, & ſemel. [5] ſemel, & bis. ſemel, & ter. ſemel, & quater. ſemel, & quinquies. ſemel, & ſexies. ſemel, & ſepties. Exibat & ſuper columnam auream, quæ erat in ſanctuario, collocabat [6].

ד׳ הביאו לו את השעיר שחטו וקבל במזרק את דמו נכנס למקום שנכנס ועמד במקום שעמד והזה ממנו אחת למעלה ושבע

IV. Hircum ei adducebant, [7] mactabat eum, pateraque excipiebat ſanguinem, intrabat in locum quem intrabat, ſtabatque in loco quo ſtabat, & ſpargebat

Digitized by Google

למטה ולא היה מתכוין
להזות לא למעלה ולא
למטה אלא כמצליף וכך
היה מונה אחת. אחת
ואחת אחת ושתים וכו׳
יצא והניחו על כן השני
שהיה בהיכל רבי יהודה
אומר לא היה שם אלא
כן אחד בלבד.

bat ex illo, ſemel ſurſum & ſepties deorſum, nec intuebatur ad ſpargendum ſurſum aut deorſum, ſed quaſi flagellator. & ſic numerabat; ſemel. ſemel, & ſemel. ſemel, & bis. &c. exibat, & ſuper columnam ſecundam, quæ erat in ſanctuario, collocabat. R. Jehuda dicit, non erat ibi niſi una tantum columna [a].

Annotationes.

(1) נכנס למקום שנכנס ועמד במקום שעמד, *Intrabat in locum quem intrabat, ſtabatque in loco quo ſtabat.*] Hoc vult Miſchna, intrâſſe Sacerdotem magnum ad ſpargendum ſanguinem in locum quem priùs intrâſſet ad ſuffimentum adolendum, id eſt, in ſanctum ſanctorum: & ſtetiſſe in loco quo priùs ſtetiſſet, id eſt, inter vectes arcæ.

(2) והזה ממנו אחת למעלה ושבע למטה, *Et ſpargebat ex illo, ſemel ſurſum & ſepties deorſum.*] Hoc eſt quod mandavit Deus *Levit.* XVI. 14. *Tolletque de ſanguine vituli & aſperget digito ſuo contra faciem propitiatorii ad orientem. & coram propitiatorio aſperget ſeptem vicibus de ſanguine digito ſuo.* Omnia ſiquidem Deus ſub veteri lege ſanguine purgari voluit, ut ſanguis victimarum ſanguinis Chriſti typus eſſet. Vide *Epiſtolam S. Pauli ad Hebræos, cap.* IX. 19. 20. 21. 22. Habuerunt etiam Gentiles ſuas expiationes, quæ non ſanguine quidem ſed aliis rebus fiebant: interdum ſulphure & igne. Lucianus in Philopſ. ἐς γὰρ τὸν ἀγρὸν ἐλθὼν, ἕωθεν ἐπειπὼν ἱερατικά τινα ἐκ βίβλου παλαιᾶς ὀνόματα ἑπτὰ, θείῳ, καὶ δᾳδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον, περιελθὼν ἐς τρὶς, ἐξήλασεν ὅσα ἦν ἑρπετὰ ἐντὸς τῶν ὅρων. *In agrum mane profectus, cum ſeptem quædam ſacra nomina ex vetuſto libro recitâſſet, ſulphure, & face locum expians, ter ſe in gyrum vertens, ſerpentes omnes qui in ea erant regione adduxit.* Interdum ſulphure, & igne, & ovo. Apul. lib. 11. Metamor. *Ibidem ſimulachris ritè diſpoſitis, navem faberrimè factam, picturis miris Ægyptiorum circumſecus variegatam, ſummus Sacerdos tedâ lucidâ, & ovo, & ſulphure, ſolemniſſimas preces de caſto præfatus ore, quam puriſſimè purificatam, deæ nuncupavit, dedicavitque.* Alia etiam erant quibus expiationes fieri ſolebant, ſed ea nunc brevitatis ſtudioſus prætereo ac relinquo.

(3) ולא היה מתכוין להזות לא למעלה ולא למטה, *Nec intuebatur ad ſpargendum ſurſum aut deorſum.*] Non intuebatur in propitiatorium; neque

neque enim opus erat, cum ſanguis, ut in Gemara traditur, in terram lapſus ſit, & ad propitiatorium non pervenerit. Bartenora. ולא היה מתכוין להזות לא למעלה שתהא אחת למעלה בחודה של כפורת והשבע למטה מאמצעה שהרי לא על הכפורת נוגעים אלא לארץ נופלים. *Non intuebatur ad ſpargendum, non ſurſum ut eſſet ſparſio una ſurſum in faſtigio propitiatorii, & ſeptem deorſum à medio ejus, quia ſupra propitiatorium non pervenerint, ſed in terram deciderint.* Si hæc vera ſunt, vitioſa eſt verſio Anglicana, Levit. xvi. 14. qua aſſeritur juſſiſſe Deum, ut Sacerdos magnus ipſum propitiatorium ſanguine tingeret. And he ſhall take of the blood of the bullock and ſprinkle it with his finger upon the mercy-ſeat Eaſt-ward. Et nova etiam verſio Belgica, Ende hy ſal van den bloede des varren nemen / ende ſal met ſijnen vingher op het verſoen-deckſel ooſtwaert ſprengen. Utrique verſioni repugnabat praxis Judæorum, ſi quidem Talmudici vera narrant. Joſephus lib. 3. c. 10. *Antiq. Judaic.* affirmat, Sacerdotem magnum ſepties pavimentum totieſque tectum tabernaculi digito ſparſiſſe, nullâ arcæ aut propitiatorii factâ mentione: qui licèt in hoc à Talmudicis diſſentit, quòd ille ſepties, hi ſemel tantum ſurſum ſparſiſſe Pontificem affirment; in hoc tamen cum illis convenit, quòd ſanguis ad propitiatorium non pervenerit.

(4) אלא כמצליף, *Sed quaſi flagellator.*] מצליף in Gemara explicatur per מנגדנא, quod Syriacum verbum eſt, & *tortorem* ſeu *flagellatorem* ſignificat. Matth. xviii. 34. ܘܪܓܙ ܡܪܗ ܘܐܫܠܡܗ ܠܡܢܓܕܢܐ. *Et iratus eſt Dominus ejus, eumque tradidit tortoribus.* Modus autem flagellandi apud Hebræos talis erat; Miniſter publicus reum flagris cæſurus, eum columnæ alligatum pectore nudavit. ponè verberonem lapis erat, quo lictor innixus, lorum bubulum manu tenebat, quo reum feriebat; non ſolebat autem primam plagam humeris, & ſecundam lumbis inferre, ſed ab humeris orſus gradatim deſcendit, & ordine plagas inflixit, unde ex ſententia R. Solomonis innuit Miſchna, non proſpexiſſe Sacerdotem magnum ut primâ vice ſurſum ſpargeret, & ſecundâ deorſum, & tertiâ ſurſum denuò, & ſic deinceps ſine ordine, ſed ita ſparſiſſe ut lictor ſolet reos verberare, ut eſſet ſtructa ſeries, & veluti textus ordo ſparſionum, ita ut ſecunda ſub prima, & tertia ſub ſecunda, & quarta ſub tertia, & ſic deinceps ſingulæ ordine fierent. In *Toſephoth* verò dicitur, non neceſſe eſſe ut ſingulæ ſparſiones ordine fierent, ſed Sacerdotem magnum infernè deorſum manus collocâſſe cum ſurſum ſpargeret, & supernè elevâſſe cum deorſum, quemadmodum flagellator ſolet manum elevare & deprimere cum ſontes plectit, & hoc modo etiam in Gemara explicatur.

(5) וכן היה מונה אחת אחת ואחת וג', *Et ſic numerabat, ſemel, ſemel, & ſemel. &c.*] Octo ſparſiones iſtas Sacerdos magnus ordine non numeravit, ſed primam, quæ ſurſum fiebat, iteravit, ne fortè erraret,

Digitized by Google

& inter ſeptem, quæ deorſum fiebant, æſtimaret. Maimonides. היה מחזיר בעמיי' מלה אחת כדי שלא יטעה במנין והיה מונה ההזאה הראשונה מכלל שבע של מטה. *Iteravit aliquoties dictionem* אחת, *ne innumero erraret, & ſparſionem primam inter ſeptem, quæ deorſum fiebant, numeraret.*

(6) יצא והניחו על כן הזהב שהיה בהיכל, *Exibat & ſuper columnam auream, quæ erat in ſanctuario, collocabat.*] כן *baſis* eſt, aut *columna*, qua aliquid ſuſtentatur; inde Græcis κίων & κιόνιον. hoc in loco *columnam vacuam* ſignificare, quivis facilè animadvertat. Puto autem columnam hanc *auream* vocari, non quòd ex auro conſtabat, ſed propter operis præſtantiam, vel quia purpurea erat, & auri ſpeciem referebat: ſic etiam Pindarus columnas pretioſas χρυσέας κίονας nominat, Olymp. Od. 6. Certè R. Aſcher lapideam fuiſſe columnam ait. יצא והניח המזרק של הדם על אבן שהיה בהיכל, *Exibat & pateram ſanguinis iſtius ſuper lapidem, qui erat in ſanctuario, collocabat.* Et hoc quidem Hebræis uſitatum eſt, ut quicquid pretioſum ſit, aut ad colorem, & ſimilitudinem auri effictum, aureum vocent. ut בגדי זהב, quod habes in ſuperioribus. & גלת הזהב *Eccleſ.* XII. 6. & ſimilia. quod etiam Græco & Latino ſermone tritum eſt.

(7) הביאו לו את השעיר, *Hircum ei adducebant.*] Vide Levit. XVI. 15.

(8) רבי יהודה אומר לא היה שם אלא כן אחד בלבד, *Rabbi Jehuda dicit, non erat ibi niſi una tantum columna.*] Gemara Babylonica. רבי יהודה אומר לא היו שם אלא כן אחד בלבד תרי מאי טעמא לא משום דמחלפי ונעביד תרי וליכתוב עליה הי דפר והי דשעיר, *Rabbi Jehuda dicit; non erat ibi niſi una tantum columna. quænam eſt ratio quòd non erant duæ? quia mutaret, ſi duæ fuiſſent, & ſcriberetur ſuper ipſas, hæc juvenci* columna eſt, *& hæc hirci.* Senſus eſt, ſi duæ fuiſſent columnæ, licèt ſuis inſcriptionibus notatæ, poterat tamen Sacerdos magnus in miniſterio errare, & mutare ſanguines. quia ſi ſanguinem juvenci ſuper columnam hircino ſanguini deſtinatam ex incogitantia collocaret, exinde facilè decipi poterat. ſi verò una tantum fuiſſet columna, omnis errandi via occluderetur, cum neceſſe eſſet ut ſanguinem juvenci tolleret, priuſquàm ſanguinem hirci deponeret. Sed non ſtatuitur juxta ſententiam R. Jehuda.

נטל דם הפר והניח דם השעיר והזה ממנו על הפרוכת שכנגד הארון מבחוץ אחת למעלה ושבע למטה ולא היה מתכוון

Sumebat ſanguinem juvenci, [9] hircique ſanguinem demittebat; ſpargebat ex illo juxta velum [10] quod contra arcam erat extrinſecus, [11] ſemel ſurſum, & ſepties deorſum,

ומ׳ וכך היה מונה וכ׳ נטל דם השעיר והניח דם הפר והזה ממנו על הפרוכת שכנגד הארון מבחוץ אחת למעלה וז׳ למטה וכו׳.

orſum, nec intuebatur &c. & ſic numerabat &c. ſumebat ſanguinem hirci, & juvenci ſanguinem demittebat, ſpargebat ex illo juxta velum quod contra arcam erat extrinſecus, ſemel ſurſum, & ſepties deorſum &c.

Annotationes.

(9) נטל דם הפר, *Sumebat ſanguinem juvenci.*] Poſtquam ſanctum ſanctorum debito ritu expiaſſet, ſanguinem juvenci, & poſtea ſanguinem hirci denuò ſumpſerit, ut tabernaculum conventus expiaret; quia dicitur *Levit.* XVI. 16. *& ſic faciet tabernaculo conventus.*

(10) והזה ממנו על הפרוכת, *Et ſpargebat ex illo juxta velum.*] Locus, quo ſanguinem in tabernaculo conventus ſparſerit, prope velum erat; ideò על הפרוכת tranſtuli *juxta velum*, non *ſuper velum.* Sanguis enim, ut in Gemara traditur, velum non attigerit. תנא כשהוא מזה אינו מזה על הפרוכת אלא כנגד הפרוכת

(11) שכנגד הארון מבחוץ, *Quod contra arcam erat extrinſecus.*] Sancto ſanctorum duo vela expanſa fuiſſe in templo ſecundo, priùs dictum: ſanguinem verò ſparſerit propè velum exterius, quòd adytum à ſanctuario diſparabat. Erat etiam & aliud velum exterius circa ingreſſum ſanctuarii, quale erat in tabernaculo, & ſubintrantibus Sacerdotibus acceſſum præbebat. Vide Philon. Jud. lib. *de victimis*. & etiam lib. *de victimas offerentibus*. & Joſeph. lib. 3. cap. 5. *Antiq.*

עירה דם הפר לתוך דם השעיר ונתן את המלא בריקן.

Sanguinem juvenci in ſanguinem hirci effundebat, [12] & pateram plenam in vacuam remittebat [13].

ה׳ ויצא אל המזבח אשר לפני ה׳ זה מזבח הזהב התחיל מחטא ויורד מהיכן הוא מתחיל מקרן מזרחית צפונית צפונית מערבית מערבית דרומית

V. Et exibat ad altare quod erat coram Domino, [14] hoc erat altare aureum; incipiebat, mundabat, & deſcendebat. [15] Unde incipiebat? à cornu orientali aquilonari, [16] aquilonari occidentali, occidentali meridionali,

Digitized by Google

דרומית מזרחית מקום
שהוא מתחיל בחטאת
על מזבח החיצון משם
היה גומר על מזבח
הפנימי רבי אליעזר אומר
במקומו היה עומד ומחטא
ועל כולן היה נותן מלמטה
למעלה חוץ מזו שהיתה
לפניו שעליה היה נותן
מלמעלה למטה.

dionali, meridionali orientali, loco quo incipiebat cum hoſtiam pro peccato offerebat in altari exteriori, eodem, in altari interiori finiebat. 17 R. Eliezer dicit, in loco ſuo ſtabat & mundabat. & dabat ſuper ſingula manum ſupernè elevans, excepto eo ſolo quod ei à fronte erat, quia ſuper illud dabat manum infernè collocans [18].

ANNOTATIONES.

(12) עירה דם הפר לתוך דם השעיר, *Sanguinem juvenci in ſanguinem hirci effundebat.*] Cum ad mundandum altare perrexit, ſanguines permiſcuit; nam ut bis ambiret altare, & ſanguinem juvenci, hircique, ſeorſim cornibus ejus imponeret, non erat ei injunctum. Vide *Levit.* XVI. 18.

(13) ונתן את המלא בריקן, *Et pateram plenam in vacuam remittebat.*] Hoc innuit Miſchna, Sacerdotem magnum ſanguines ex uno vaſe in aliud ſæpe effudiſſe, ut commodè permiſcerentur.

(14) ויצא אל המזבח אשר לפני ה', *Et exibat ad altare quod erat coram Domino.*] Poſtquam ſanguines miſcuiſſet, altare quod erat coram Domino, hoc eſt altare thymiamatum, expiabat. Præcepit enim Deus *Levit.* XVI. 18. ut ſanguinem cornibus ejus imponeret. & ſi hoc omiſiſſet, aut quicquam aliud, quod ad ſparſionem ſanguinis ſpectabat, totum opus, ut in *Sebachim* dicitur, irritum fuiſſet; nec delicta populi expiaſſet. *Sebachim* cap. 5. פר ושעיר של יום הכפורים שחיטתן בצפון וקבול דמן בכלי שרת בצפון ודמן טעון הזיה על בין הבדי' ועל הפרוכ' ועל מזבח הזהב מתנה אחת מהם מעכבת.

(15) התחיל מחטא ויורד. *Incipiebat, mundabat, & deſcendebat.*] Senſus eſt, manum ſupernè elevabat uſque ad ſummitatem cornu, ſanguinemque ei impoſuit, incipiendo à ſummo ejus vertice, & deſcendendo uſque ad imum, id eſt, dabat מלמעלה למטה, non autem manum infernè collocabat, incipiendo ab imo, & ſic ſurſum aſcendendo uſque ad ſummitatem, id eſt, non dabat מלמטה למעלה. Deſcendebat autem hoc modo, nè veſtes inquinaret: nam ſi incepiſſet ab imo, & aſcendiſſet, ſanguis deorſum per brachium currens lineæ tunicæ manicas fœdaſſet.

Digitized by Google

ſet. Bartenora. היה נותן מתנה מלמעלה למטה שאם יתן ממטה למעלה בקרן שלפניו הדם זב לתוך בית יד שלו ומטנף את בגדיו.

(16) מהיכן הוא מתחיל מקרן מזרחית צפונית וגו׳, *Unde incipiebat? à cornu orientali aquilonari &c.*] Senſus eſt, circumibat altare incipiendo à cornu orientali vergente ad aquilonem, & inde pergebat ad cornu aquilonare quod occidente claudebatur, ibat deinceps ad cornu occidentale quod propendebat ad meridiem, & poſtremo cornu meridionale petebat quod verſus orientem porrigebatur: & ſingulis cornibus, ut eis propiùs acceſſit, ſanguinem prædicto modo impoſuit.

(17) ממקום שהוא מתחיל בחטאת על מזבח החיצון משם היה גומר על מזבח הפנימי. *Loco quo incipiebat, cum hoſtiam pro peccato offerebat, in altari exteriori: eodem, in altari interiori finiebat.*] Incepiſſe à cornu meridionali orientali, cum ſacrificium pro peccatis offerebat, habes in codice *Sebachim*, ubi modus imponendi ſanguinem ſuper cornua altaris in iſtis ſacrificiis deſcribitur. Vide *Sebachim* cap. 5. num. 3.

(18) ועל כולן היה נותן מלמטה למעלה חוץ מזו שהיתה לפניו שעליה היה נותן מלמעלה למטה, *Et dabat ſuper ſingula manum ſupernè elevans, excepto eo ſolo, quod ei à fronte erat, quia ſuper illud dabat manum infernè collocans.* Quis ſit horum verborum ſenſus, videas ex iis quæ paulò ſupra annotavimus num. 15. ad verba illa, התחיל מחטא ויורד. non ſtatuitur autem juxta ſententiam R. Eliezeris.

ו הזה על טהרו של מזבח שבע פעמים ושירי הדם היה שופך על יסוד מערבי של מזבח החיצון ושל מזבח החיצון היה שופך אל יסוד דרומי אלו ואלו מתערבין באמה ויוצאין לנחל קדרון ונמכרין לגננין לזבל ומועלין בהן.

VI. Super locum mundum altaris ſpargebat [1] ſepties, reliquiaſque ſanguinis in lembum occidentalem altaris exterioris fundebat. [2] reliquias verò ſanguinis altaris exterioris fundebat in lembum ejus meridionalem. in foſſa autem miſcebantur, & currebant in torrentem Kedron, [3] & ſtercorandis hortis olitoribus vendebantur, & oblationem transgreſſionis perſolvere tenebantur in illis [4].

ANNOTATIONES.

(1) הזה על טהרו של מזבח, *Super locum mundum altaris ſpargebat.*] Obſervavit locum hunc Buxtorfius in dictione טהר, & tranſtulit,

lit, *Super medium altaris ſpargebat*. Quod ſanè vitioſum eſt: licèt enim initio Gemaræ ita verba hæc à Rabba Bar Shila explicantur, idem tamen poſteà ſententiam retractavit, & cæteris Talmudicis conſentit, qui per טהרו של מזבח *locum mundum altaris*, intelligunt מקום המגולה *locum patentem* & *detectum*, id eſt, locum terſum & nitidum, & ab omni cinere & pulvere expurgatum. Abſtulit enim pulverem & prunas Sacerdos magnus & ſordes omnes ab altari deterſit, & tum in loco iſto detecto ſanguinem ſparſit. & juxta Talmudicorum ſententiam hoc eſt quod præcepit Deus *Lev.* XVI. 19. וטהרו וקדשו, *& mundabit illud*, *& ſanctificabit illud*. Deinde non ſparſiſſe ſuper medium altaris, ſed propè cornua, in loco nimirum ubi finiebat, cum ſanguinem impoſuiſſet, ab iiſdem traditur. Verba Gemaræ adjiciam, quæ licet (ut ubique fere) obſcura ſint, ex his tamen quæ diximus, facile intelligantur. מאי טהרו אמר רבה בר רב שילא פלגיה דמזבח כדאמרי אינשי טהר טיהרא הוי פלגיה דיומא מיתיבי כשהו׳ מזה אינו מזה לא על גבי האפר ולא על גבי הגחלים אלא חותה גחלים אילך ואילך ומזה אלא אמר רבה בר רב שילא על גלוייה דמזבח כדכתיב לעצם השמים לטוהר תניא חנניא אומר בצד צפוני הוא נותן רבי יוסי אומר בצד דרומי הוא נותן במאי קמיפלגי מ״ס פיתחא בדרום קאי וכ״ס פיתחא בצפון קאי דכ״ע מיהא היכא דגמרן מתנ״ו דקרנ״ו התם יהיב על גגו מ״ט אמר קרא וטהרו וקדשו מקום שקדשו שם טיהרו. *Quid eſt* טהרו? *Dixit Rabba Bar Rab Shila; medium altaris. Sic enim loquuntur homines* טהר טיהרא, *id eſt, medium diei. Objiciebant ei; Cum ſparſerit, non ſparſerit ſuper cinerem neque ſuper prunas, ſed prunas accepit hinc indè, & ſparſerit. Tum dixit Rabba Bar Rab Shila; Super detectionem altaris, ſicut ſcribitur,* כעצם השמים לטהר. *Trad. Chanina dicit; In parte aquilonari ſparſerit: R. Joſe dicit; In parte meridionali ſparſerit. Quibus rationibus ducti ſic diſſentiunt? Dominus conjicit, quod introitus ei erat à meridie: &* Dominus *conjicit, quod introitus ei erat ab aquilone. Ex hoc rem colligunt; ubi finiebat, cum ſanguinem cornibus altaris impoſuiſſet, ubi ſuper tectum ejus dedit. Quæ eſt ratio? dicit Scriptura; & mundabit illud & ſanctificabit illud: in loco quo ſanctificavit illud, ibi mundavit illud.* Ex his ſatis apparet Rabbam ſolutionem, qua טהרו של מזבח *medium altaris* expoſuerat, rejeciſſe, aliamque ſolutionem dediſſe. Eſtque dictio אלא retractatæ ſententiæ nota. Vide *Halicoth olam*, tract. 2. cap. 2.

(2) ושירי הדם היה שופך על יסוד מערבי של מזבח החיצון, *Reliquias verò ſanguinis in limbum occidentalem altaris exterioris fundebat.*] Juſſit Deus non uno in loco, ut quicquid ſanguinis ſuperfuturum eſſet, poſt factam expiationem, ad baſim altaris exterioris, quod in atrio erat, effunderetur. Colligunt autem Talmudici ſanguinem ad partem occidentalem effuſum, quia dicitur *Levit.* IV. 7. *Et totum ſanguinem juvenci effundet ad fundamentum altaris holocauſtorum quod eſt ad oſtium tabernaculi conventus.* Fundamentum altaris quod erat ad oſtium tabernaculi conventus, pars occidentalis altaris erat, quia tabernaculum conventus,

ſit

Digitized by Google

ut ajunt Rabbini, erat in occidente. Vide Gemaram ad cap. 5. *Sebachim*, ad num. 1.

(3) אלו ואלו מתערבין באמה ויוצאין לנחל קדרון. Ad verbum, *Iſti, & iſti in foſſa miſcebantur, & currebant in torrentem Kedron.*] Iſti, & iſti, id eſt, ſanguines interiores & exteriores miſcebantur. Duo enim foramina erant in baſi altaris, inſtar duarum narium exilium, ut in *Middoth* traditur, ex quibus utrique ſanguines in foſſam ſubterraneam cadentes, ſimul in torrentem Kedron ferebantur. Vide codicem *Middoth* cap. 3. & Annotationes clariſſimi viri Conſtantini l'Empereur ad eundem.

(4) ונמכרין לגננין לזבל ומועלין בהן, *Et ſtercorandis hortis olitoribus vendebantur, & oblationem tranſgreſſionis perſolvere tenebantur in illis.*] מעל apud Lexicographos ſignificat *prævaricari*, aut *fructum & commodum è re ſacra iniquè accipere*, ſed hoc loco peculiariter מועלין dicuntur, *qui oblationem tranſgreſſionis perſolvere tenentur*; quo ſenſu in toto codice *Meila*, atque etiam paſſim alibi in Talmude, verbum occurrit. Maimonides ad cap. 1. codicis *Meila*. ואנו צריך לבאר לך שבכל מקום שאומרי' מועלין כונתן שהנהנ' מאותו דבר חייב קרבן מעלה ובכל מקום שאומרי' אין מועלין כונתן שהנהנ' ממנו ואפילו יותר משוה פרוטה אינו חייב קרבן מעילה ובכל מקום שנאמר לא נהנין ולא מועלין ענינו שאינו מותר ליהנו' באותו דבר להדיוט ונהנה אין חייב קרבן מעילה. *Non opus eſt explicare, quod quocunque loco dicunt* מועלין, *intentio eorum eſt, quod quiſquis lucrum capit ex ea re tenetur oblationem tranſgreſſionis perſolvere: & quocunque loco dicunt* אין מועלין, *intentio eorum eſt, quod quiſquis lucrum capit ex ea re, tametſi plus ſit quàm quantum æquivalet prutæ, non tenetur oblationem tranſgreſſionis perſolvere: & quocunque loco dicitur* לא נהנין ולא מועלין, *ſenſus ejus eſt, laico non licere, ut ex ea re lucrum capiat: ſi tamen lucrum capiat, oblationem tranſgreſſionis perſolvere non teneri.* Sanguis autem iſte à Tribunis ærarii, & rei quæſtuariæ præpoſitis vendebatur, nec oblationem tranſgreſſionis perſolvere tenebantur, antequàm ſanguis eſſet in torrentem Kedron devolutus. *Meila* cap. 3. num. 3. הדם בתחלה אין מועלין בו יצא לנחל קדרון מועלין בו.

ו׳ כל מעשה יום הכפורים האמור על הסדר אם הקדים מעשה לחבירו לא עשה כלום הקדים דם השעיר לדם הפר יחזור ויזה מדם השעיר לאחר דם הפר ואם עד

VII. In omni opere, quod ordine dicto in die expiationis fiebat, [1] ſi quod ſocium ſuum anteverterit, nihil fecit. Si ſanguis hirci ſanguinem juvenci anteverterit, redibit, & ſanguinem hirci ſparget poſt ſanguinem juvenci. Et ſi funditur ſanguis,

Digitized by Google

שלא גמר את המתנות שבפנים נשפך הדם יביא דם אחר וחזור ויזה בתחלה מבפנים וכן בהיכל וכן במזבח הזהב שכולן כפרה בפני עצמן רבי אלעזר ורבי שמעון אומרים ממקום שפסק משם הוא מתחיל.

guis, antequam finem ſpargendi interius fecerit, adducet alium ſanguinem, [2] & redibit ſpargetque de novo [3], interius. Et ſic in ſanctuario, & ſic in altari aureo; quia ſingulis ſeorſim expiatio facienda eſt. R. Eleazar & R. Schimeon dicunt, à loco quo ceſſavit ibi incipiet [4].

Annotationes.

(1) כל מעשה יום הכפורים האמור על הסדר, *In omni opere, quod ordine dicto in die expiationis fiebat.*] Hoc intelligendum eſt, ut inquit Maimonides, de miniſteriis iſtis, quæ in ſancto ſanctorum, & in ſanctuario, veſtimentis albis peregit. בל עבודות שעובד בבגדי לבן בפני׳ ובהיכל: cæteroquin multa erant, quæ ſi penitùs omiſſa, aut non peracta fuiſſent eo ordine quo dicta ſunt, miniſteria tamen ſubſequentia non fuiſſent irrita.

(2) ואם עד שלא גמר את המתנו׳ שבפנים נשפך הדם יביא דם אחר *Et ſi funditur ſanguis antequam finem ſpargendi interius fecerit, adducet alium ſanguinem.*] Habes idem in *Sebachim* cap. 5. num. 1. מתנה אחת בהם מעכבה.

(3) ויזה בתחלה, *Spargetque de novo.*] בתחלה hoc ſenſu paſſim in Talmude uſurpatur. *Moed Katon* cap. 1. num. 1. במועד משקין בית השלחין ובשביעית בין ממעין שיצא בתחלה בין ממעין שלא יצא בתחלה, *Irrigans agrum ſiticuloſum in Moed, & in anno ſeptimo, ſive ex fonte qui exiit de novo, ſive ex fonte qui non exiit de novo.* Eodem capite & ſæpe etiam alibi hoc ſenſu occurrit.

(4) רבי אלעזר ורבי שמעון אומרים ממקום שפסק משם הוא מתחיל *R. Eleazar & R. Schimeon dicunt, à loco quo ceſſavit ibi incipiet.*] Hoc volunt R. Eleazar & R. Schimeon, non neceſſe eſſe ut totum opus de novo incipiat, ſed ſufficere ut incipiat ubi deſiiſſet. Exempli gratiâ, ſi ſemel ſurſum & quinquies deorſum ſparſiſſet, non opus eſſe ut vices iſtas denuò abſolveret, ſed ſatis eſſe ſi bis inſuper ſpargeret. Sed non ſtatuitur juxta ſententiam eorum.

CAPUT VI.

Digitized by Google

פרק ו׳. CAPUT VI.

Mandata quædam de duobus hircis. Sacerdos magnus nomine totius cœtus confeſſionem edidit. A quibus, & quomodo hircus emiſſarius in deſertum actus, & à ſcopulo detruſus. De juvenco, & hirco urendo. Sacerdos magnus quomodo ſciverit cum hircus emiſſarius ad deſertum acceſſiſſet.

א׳. MISCHNA I.

שני שעירי יום הכפורים מצותן שיהו שוין במרא׳ ובקומה ובדמים ולקיחתן כאחד ואף על פי שאינן שוין כשרין לקח אחד היום ואחד למחר כשרין מת אחד מהם אם עד שלא הגריל מת יקח זוג לשני ואם משהגריל מת יביא זוג אחר ויגריל עליהם בתחלה ויאמר אם של שם מת וזה שעלה עליו הגורל לשם יתקיים תחתיו ואם של עזאזל מת וזה שעלה עליו הגורל לעזאזל יתקיים תחתיו והשני ירעה עד שיסתאב וימכר ויפלו דמיו לנדבה שאין חטאת צבור מתה

DE duobus hircis diei expiationis mandatum eſt ut ſint pares aſpectu, 1 ſtaturâ, & pretio: & ut ſimul etiam capiantur. & quamvis non ſunt pares, legitimi ſunt. 2 Si unus hodie captus ſit, & alter cras, legitimi ſunt. Moritur alter? ſi id ſit ante ſortitionem factam, comparem ſubſtituet alteri: 3 ſi poſt ſortitionem factam, par novum adducet, & ſuper iis de novo ſortietur. Si hircus Domino immolandus morietur, dicet; iſte, ſuper quem ſors Domino aſcenderit, ſtabit pro eo: ſi emiſſarius morietur, iſte, ſuper quem ſors aſcenderit, emiſſario, ſtabit pro eo. & alter paſcetur quamdiu immundus fuerit, & vendetur, & pecuniæ ejus cadent in munus voluntarium, 4 quia victima pro pecca-

רבי יהודה אומר תמות ועוד אמר רבי יהודה נשפך הדם ימות המשתלח מת המשתלח ישפך הדם.

peccatis totius cœtus **non** moritur. [5] R. Jehuda dicit, morietur. dicit etiam, R. Jehuda, funditur ſanguis? morietur emiſſarius. moritur emiſſarius? fundetur ſanguis.

ב׳ בא לו אצל שעיר המשתלח וסומך שתי ידיו עליו ומתודה וכך היה אומר אנא השם עוו פשעו חטאו לפניך עמך בית ישראל אנא השם כפר נא לעונות ולפשעים ולחטאים שעוו ושפשעו ושחטאו לפניך עמך בית ישראל ככתוב בתורת משה עבדך לאמר כי ביום הזה יכפר עליכם לטהר אתכם מכל חטאתיכם לפני ה׳ תטהרו והכהנים והעם העומדים בעזרה כשהיו שומעים שם המפורש שהוא יוצא מפי כהן גדול היו כורעים ומשתחוים ונופלים על פניהם ואומרים ברוך

II. Ibat ad hircum emiſſarium, duaſque manus ei imponebat, & confitebatur, [6] & ſic dicebat: Obſecro Domine, deliquerunt, rebelles fuerunt, & peccaverunt coram te populus tuus, domus Iſrael, obſecro Domine remitte nunc delicta, & rebelliones, & peccata, quæ deliquerunt, & in quibus rebelles fuerunt, & quæ peccaverunt coram te populus tuus, domus Iſrael, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſis ſervi tui, dicendo: Quia in die hoc expiabit ſuper vos ad mundandum vos ab omnibus peccatis veſtris coram Domino, & mundi eritis. Et ſacerdotes, & populus, qui in atrio ſtabant, cum primum nomen explicatum ex ore Sacerdotis magni egreſſum audirent, incurvabant ſe, & adorabant, & in facies decidui procumbebant, & dicebant; Benedictum ſit nomen glorioſum

Digitized by Google

שם כבוד מלכותו לעולם ועד. riosum regni ejus in ſecula ſeculorum.

ANNOTATIONES.

(1) במראה, *Aſpectu.*] Colore. Bartenora, שניהם לבני' או שניהם שחו', *Ambo albi, aut ambo nigri.*

(2) ואף על פי שאינן שוין כשרין, *Et quamvis non ſunt pares, legitimi ſunt.*] Hoc vult Miſchna, mandatum de paritate hircorum obligaſſe, ſed prætermiſſum opus irritum non feciſſe: nam licet impares hircos adduxiſſent, factum valuiſſet. Sic etiam jure civili facta multa tenent, quæ fieri vetatur. Gloſ. *fuit* in l. 40. *ex quibus cauſ. major.*

(3) יקח זוג לשני, *Comparem ſubſtituet alteri.*] Mortuo altero neceſſe erat alterum ſubſtituere, quia juſſit Deus, ut duobus hircis litaretur, Levit. XVI. 7. *Et capiet duos hircos, & ſtare faciet eos coram Domino ad oſtium tabernaculi conventus.* ubi *Siphra*: ולקח את שני השעירים מלמד שהם מעכבים זה את זה, *Et capiet duos hircos, docens quod ſe impediunt invicem.* Eadem habentur in codice *Menachoth* cap. 3. שני שעירי יום הכפורי' מעכבין זה את זה, *Duo hirci diei expiationis ſe impediunt invicem.*

(4) ויפלו דמיו לנדבה. *Et pecunia ejus cadent in munus voluntarium.*] נדבה, ut ait Buxtorfius, *arca eleemoſynaria eſt, unde liberalitas exercetur in pauperes*: & verba hæc, ויפלו דמיהן לנדבה, quæ in *Sanhedrim* etiam occurrunt, tranſtulit, *& cadant numi ipſorum in arcam eleemoſynariam.* Quod ſanè tum à verbi ſignificatione, tum etiam à ſenſu loci longe recedit. Neque enim נדבה arcam eleemoſynariam ſignificat, neque pecuniæ iſtæ pauperibus in eleemoſynam ceſſerunt, ſed in gazophylacium repoſitæ ſunt, & iiſdem poſtea holocauſtum comparatum, quod pro munere voluntario totius cœtus oblatum eſt. Maim. ad *Tem.* cap. 3. בכל מקום שהוא אומר יפלו לנדבה ר"ל שיקריבו באותן דמים עולת נדבה, *Ubicunque dicit* יפלו לנדבה *vult dicere, quod ex iſtis pecuniis offerebant holocauſtum pro munere voluntario.* Non eſt igitur נדבה in hoc loco, aut in loco à Buxtorfio citato, arca eleemoſynaria unde pecuniæ collatitiæ egentibus erogatæ ſunt, ſed quocunque loco verba hæc יפלו דמיו לנדבה occurrunt, ut paſſim occurrunt in Talmude, modo prædicto intelligenda ſunt.

(5) שאין חטאת צבור מתה, *Quia victima pro peccatis totius cœtus non moritur.*] Oblationes unius, ſi ſimilis caſus interveniſſet, moriebantur. Exempli gratiâ, ſi quis Deo oblationem devoviſſet, eaque mox deperdita, aliam loco ejus obtuliſſet, ſi poſt expiationem factam prima denuo inventa foret, in loco clauſo cuſtoditam fame interire ſinebant. Secus de oblationibus totius cœtus ſtatutum eſt, quas, ſi immundi eſſent, una cum reliquo grege paſcuis alebant, donec maculæ conci-

 diſſent,

Digitized by Google

diſſent, & tum ipſis venditis pecunia in gazophylacium immiſſa eſt. *Temura* cap. 2. חטאת היחיד שכפרו הבעלים מתות ושל צבור אינן מתות, *Victima pro peccatis unius, quarum Domini expiaverint, morientur, & victima pro peccatis totius cœtus non moriuntur.* Rabbi Jehuda contra ſentit, ſed opinio ejus à magiſtris rejicitur.

(6) בא לו אצל שעיר המשתלח וסומך שתי ידיו עליו ומתודה. *Ibat ad hircum emiſſarium, duaſque manus ei imponebat, & confitebatur.*] Tribus vicibus in die expiationis confeſſionem edidit. prima, pro ſe; ſecunda, pro fratribus ſacerdotibus; & ultima hac vice, pro univerſo cœtu.

ג' מסרו למי שהיה מוליכו הכל כשרין להוליכו אלא שעשו הכהנים גדולים קבע ולא היו מניחין את ישראל להוליכו אמר רבי יוסי מעשה והוליכו ערסלא מצפורי וישראל היה.

III. Tradebat eum ei qui ducturus erat. Omnes legitimi erant [1] ad ducendum; ſed quod faciebant Sacerdotes magni, ratum erat, nec permittebant ut Iſraelita duceret. Dicit R. Joſe, factum eſt ut Arzela Zipporenſis duceret, & Iſraelita fuit.

ד' וכבש עשו לו מפני הבבליים שהיו מתלשים בשערו ואומרים לו טול וצא טול וצא מיקירי ירושלם היו מלוין אותו עד סוכה הראשונה עשר סוכות מירושלם ועד צוק תשעים ריס שבעה ומחצה לכל מיל.

IV. Et gradum ei fecerunt [2] propter Babylonios, [3] qui crines ei vellicabant, & dicebant ei; Vade, & exi; [4] vade, & exi. Nobiles Hieroſolymæ comitabantur eum ad tabernaculum primum, [5] decem erant tabernacula inter Hieroſolymam & Zuck, & nonaginta ſtadia. ſeptem ſtadia cum dimidio miliarium conſtituebant.

ה' על כל סוכה וסוכה אומרים לו הרי

V. Singulis tabernaculis dicebant ei; Ecce cibum, ecce

מתוך והרי מים ומלון אותו מסוכה לסוכה חוץ מאחרונה שבהן שאינו מגיע עמו לצוק אלא עומד מרחוק ורואה את מעשיו.

ecce aquas, [6] & comitabantur eum à tabernaculo ad tabernaculum, [7] excepto ultimo, quia non ibat cum illo uſque ad Zuck, ſed ſtabat e longinquo, & obſervabat quid facturus erat [8].

ו׳ מה היה עושה חולק לשון של זהורית חציו קשר בסלע וחציו קשר בין קרניו ודחפו לאחוריו והוא מתגלגל ויורד ולא היה מגיע לחצי ההר עד שנעשה אברים אברים בא וישב לו תחת סוכה אחרונה עד שתחשך ומאימתי מטמא בגדים משיצא חוץ לחומת ירושלם רבי שמעון אומר משעת דחייתו לצוק.


VI. Quid faciebat? linguam coccineam dividebat; dimidium ad rupem, dimidium inter cornua ejus alligabat: [9] & impellebat eum retrorſum. & ipſe volvebatur & deſcendebat, nec ad medium montem pervenit, antequam ſingula membra facta erant. [10] Ibat & ſedebat ſub tabernaculo ultimo donec adveſperaſceret: [11] & quando erat pollutus veſtes? a quo muris Hieroſolymæ exibat. R. Schimeon dicit, a tempore impulſionis ejus ad Zuck.

ANNOTATIONES.


(1) הכל כשרין, *Omnes legitimi erant.*] Etiamſi laici aut immundi. Gemara Babylonica; ת״ר איש להכשיר את הזר עתי שיהא מוזמן עתי ואפילו בשבת עתי ואפילו בטומאה. *Tradunt Rabbini; Vir, ut extraneus legitimus ſiat; Opportunus, ut ſit præparatus; Opportunus, quamvis in Sabbatho; Opportunus, quamvis in immunditia ſua.* Senſus eſt, eo quod is, qui hircum in deſertum duceret, dicitur *vir*, & non *Sacerdos* Levit. XVI. 21. innuitur, quod laici legitimi ſunt; eo quod dicitur *opportunus*, innuitur, quod non erit temere conſtitutus, ſed ad hanc rem præparatus & edoctus, & tum erit *opportunus* etiamſi in Sabbatho, aut etiamſi immundus ſit.

(2) וכבש עשו לו. *Et gradum ei fecerunt.*] Per gradum intelligit viam elevatam, per cujus mediam eminentiam urbe exiret, ne ad eum


pervenirent Babylonii & crines ei vellicarent. Bartenora; וכבש כמין מעלה עשו שהוא גבוה ויוצא דרך הכבש חוץ לעזרה וחוץ לעיר, *Et gradum ei veluti aſcenſum fecerunt, qui excelſus erat, & per gradum atrio & urbe exibat.* Erat igitur gradus iſte via elata & edita, Angli a cauſey/ Latini *aggerem* vocant. Niſi mavis *tabulatum* vocare, Anglice a ſcaffold. ex terra enim, calce, lapidibuſque aggeſtis non conſtabat, ut aggeres ſolent, ſed ex aſſeribus tabuliſque coaſſatis. Ad modum tamen aggeris factum fuiſſe tradit Maimonides ad caput quartum *Shekalim*, ubi hanc ei formam appinxit.



Fecerunt etiam gradum Sacerdoti qui vaccam rufam comburebat, per quem cum ſociis & adjutoribus ſuis inceſſit, ne a ſepulchris immundi fierent. Gradus autem iſte non ex coaſſatis tabulis, ſed lapidibus aggeſtis factus eſt. *Para* cap. 3. וכבש היו עושים מהר הבית להר המשחה כיפין על גבי כיפין וכיפה כנגד האומם מפני קבר התהום שבו כהן השורף את הפרה ופרה וכל מסעדיה יוצאין להר המשחה. *Et gradum fecerunt à monte templi ad montem olivarum, lapides ſuper lapides, & lapis ſuper columnam propter ſepulchrum abyſſi, ut per illum Sacerdos qui vaccam comburebat, & vacca, omneſque adjutores ejus exirent ad montem olivarum.*



Hæc erat forma ejus, ut eam Maimonides delineavit. Quod ſi mortuum ſepeliri cognoviſſent in loco, quo figeretur columna, ſupra columnam tranſitum ei fecerunt, & hæc erat ejus forma. Vide Maimonid. ad c. 3. *Para.*



(3) מפני הבבליים, *Propter Babylonios.*] In Gemara traditur non fuiſſe Babylonios, ſed Alexandrinos; Judæos vero propter eorum in Babylonios inveteratum odium, ita ſtultum populum vocaſſe. Gemara Babylonica; אמר רבה בר בר חנה לא בבליים היו אלא אלכסנדריים היו ומתוך ששונאים את הבבליים היו קורין אותן על שמן, *Dixit Rabba Bar Bar Chana; non erant Babylonii, ſed Alexandrini erant; ſed propterea quod oderant Babylonios, vocabant ipſos eorum nomine.*

(4) שהיו מתלשים בשערו ואומרים לו טול וצא, *Qui crines ei vellicabant, & dicebant ei, Vade & exi.*] Stultus populus, ſive Alexandrini

[illegible] Judæi erant, ſive Babylonii, ſive Proſelyti, ita eum urgebat, ut eum properaret: quaſi dicerènt, maturato opus eſt, abi ocyus, ut delicta nobis condonentur. Gemara Babylonica: מה שהי צפירא דין וחובי דרא סגין. *Quare diutius manet hircus iſte cum peccata populi tam numeroſa ſunt?*

(5) מיקירי ירושלם היו מלוין אותו עד סוכה הראשונה. *Nobiles Hieroſolymæ comitabantur eum ad tabernaculum primum.*] Inter Hieroſolymam & Zuck decem erant tabernacula, & nonaginta ſtadia, quæ duodecim milliaria conſtituunt, inter Hieroſolymam & tabernaculum primum, itemque inter ſingula tabernacula unum erat milliarium, quod reliquum erat ſpatium inter tabernaculum ultimum & Zuck duo milliaria conſtituebat. Non poterant igitur nobiles Hieroſolymæ eum ultra tabernaculum primum comitari, quia milliarium unum terminus erat Sabbathi.

(6) אומרים לו הרי מזון והרי מים, *Dicebant ei, Ecce cibum, ecce aquas.*] Cibum potumque, ut Gemara habet Hieroſolymitana, ei attulerunt; לייפות את כחו למה שאין יצר הרע תעב אלא דבר שהוא אסור לו. *ut reficerent vires ejus, quia concupiſcentia mala non deſideraret niſi quod ipſi illicitum foret.* Gemara Babylonica huic non multo diſparem rationem reddit; אינו דומה מי שיש לו פת בסלו למי שאינו פת בסלו, *Qui habet panem in ſportula ſua, non eſt ſimilis ei, qui non habet panem in ſportula ſua.* Utraque Gemara innuit licitum ei fuiſſe cibum potumque quamvis in die jejunii ſumpſiſſe.

(7) ומלוין אותו מסוכה לסוכה, *Et comitabantur eum a tabernaculo ad tabernaculum.*] Non erat unus idemque cœtus qui comitabatur eum a tabernaculo ad tabernaculum; hoc enim non licebat: ſed qui in tabernaculo primo erat, comitabatur eum ad ſecundum, qui in ſecundo ad tertium, & ſic rurſus uſque ad ultimum.

(8) שאינו מגיע עמו לצוק אלא עומד מרחוק ורואה את מעשיו, *Quia non ibat cum illo uſque ad Zuck, ſed ſtabat e longinquo, & obſervabat quid facturus erat.*] Qui in ultimo tabernaculo erat, non poterat eum ad Zuck comitari, quia duo milliaria interpoſita erant, & milliarium unum, ut dictum eſt, terminus erat Sabbathi. Neceſſe erat igitur, ut ſtaret e longinquo, & obſervaret quid facturus erat.

(9) חולק לשון של זהורית חציו קשר בסלע וחציו קשר בין קרניו. *Linguam coccineam dividebat, dimidium ad rupem, dimidium inter cornua ejus alligabat.*] In principio coccinea lingua veſtibulo templi affixa erat, & quadraginta annis quibus Schimeon juſtus ſacerdotio functus eſt, ut tradunt Gemarici in quarto capite hujus codicis, ſemper albeſcebat: ex eo tempore, aliquando albeſcebat, aliquando non albeſcebat. Cum albeſcebat, populus gaudebat & lætabatur; hoc enim ſignum erat peccata ipſis remiſſa eſſe: cum non albeſcebat, ſinguli ejulabant & pudore ſuffundebantur. Tum ſtatuerunt Rabbini, ut qui hircum in deſertum duceret, partem ejus ad rupem, & partem inter cornua hirci alligaret, ne in

Digitized by Google

in conſpectu populi ſuffigeretur. Gem. Babylon. תנו רבנן בראשונה היו קושרין לשון של זהורית על פתח האולם מבחוץ הלבין היו שמחין לא הלבין היו עצבין ומתביישין התקינו שיהו קושרין על פתח אולם מבפנים ועדיין היו מציצין ורואין הלבין היו שמחין לא הלבין היו עצבין התקינו שיהו קושרין אותו חצי בסלע וחציו בין קרניו. *Tradunt Rabbini, quod in principio alligabant linguam coccineam ad oſtium veſtibuli exterioris: ſi albeſcebat, lætabantur; ſi non albeſcebat, dolebant, & confundebantur. Statuerunt ut alligarent eam ad oſtium veſtibuli interioris, & tunc introſpiciebant: ſi albeſcebat, lætabantur; ſi non albeſcebat, dolebant & confundebantur. Statuerunt ut dimidium ad rupem, & dimidium inter cornua ejus alligarent.* Tradunt inſuper Talmudici, linguam coccineam in duas partes diviſam eſſe, ne, ſi tota ad rupem appoſita fuiſſet, ſubito albeſcere contigiſſet, & proinde qui hircum duxiſſet, præ gaudio ſui oblitus, eum a rupe non deturbaſſet, ſed peractum eſſe mandatum ejus, & peccata ipſis remiſſa eſſe exiſtimaſſet. Si autem tota ad frontem hirci appenſa fuiſſet, futurum eſſet, ut qui hircum duceret, neſciret aliquando an albuiſſet; quia dum hircus præceps ferebatur, cum reliquum corpus inſtar velaminis capiti obtenderetur, linguam coccineam tegi neceſſe erat.

(10) ולא היה מגיע לחצי ההר עד שנעשה אברים אברים. *Ad verbum, Nec fuit appropinquans ad medium montem antequam factus erat membra membra.*] Senſus eſt: vix ad medium montem volvebatur antequam erat membra mutilatus. Mandatum Dei non erat, ſed ſtatutum Rabbinorum, ut hircus emiſſarius à rupe detruderetur. Nam ſi hircus è deſerto vivus rediiſſet, triſtia præſagire ſolebant, malumque inde portendi exiſtimabant: ſtatuerunt igitur ut è Zuck alto & prærupto monte depelleretur. Nonnulli tamen inter Talmudicos hæc lege divina præſcripta & imperata eſſe putant; probantque ſuam ſententiam ex eo quod dicitur Levit. XVI. 22. *Et portabit hircus ſuper ſe omnes iniquitates eorum in terram exciſionis.* Per *terram* autem *exciſionis*, intelligunt locum in quo membra ejus exſcinderentur. Gemara Babylonica; איבעיא להו אותן אברים מה הן בהנאה רב ושמואל חד אמר מותרין וחד אמר אסורין מאן דא׳ מותרין דכתיב במדבר ומאן דאמר אסורין דכתיב גזירה *Quæſitum eſt inter ipſos; membra quid illa in pulchritudine?* id eſt, ſi integra maneant & non mutilata. *Rab & Samuel, unus eorum dixerit, licita ſunt; alter dixerit, vetita ſunt: Qui dixerit, licita ſunt;* ex eo probat ſententiam ſuam, *quia ſcribitur; in deſerto. Qui dixerit, vetita ſunt,* ex eo probat ſententiam ſuam, *quia ſcribitur* in terram *exciſionis.*

(11) בא וישב לו תחת סוכה אחרונה עד שתחשך. *Ibat & ſedebat ſub tabernaculo ultimo donec adveſperaſceret.*] Poſtquam opus diei abſolviſſet, ex ſtatutis Rabbinorum non licuiſſet niſi milliarium unum revertiſſe. Sed quia ex labore ſuſcepto infirmus & languidus eſſe poterat, timiduſque etiam ſi ſolus in deſerto poſt exortas tenebras permanſiſſet, ut ad tabernaculum ultimum reverteretur ei indultum eſt. R. Sol. Jarchi;

Digitized by Google

וחזר עד סוכה אחרונה אע״פ שהוצא חוץ לתחו׳ אפילו ברשות אין Jarchi; לו אלא אלפים אמה ממקום שיצא לשם ברשות לזה התירו לפי שהוא סכנה וחלש ועוד שירא לעמוד יחידי במדבר משתחשך.

ז׳ בא לו אצל פר ושעיר הנשרפין קרען והוציא את אימוריהן נתנן במגיס והקטירם על גבי המזבח קלען במקלעות והוציאן לבית השריפה ומאימתי מטמאין בגדים משיצאו חוץ לחומת העזרה. רבי שמעון אומר משיצית האור ברובן.

VII. Ibat ad juvencum & hircum qui erant comburendi: [1] findebat eos, & eorum viſcera educebat. [2] Ponebat in ſcutella, eaque ſuper altare offerebat: [3] incidebat eos incisionibus, [4] & ad locum combuſtionis portari curabat. [5] & quando erant polluti veſtes? à quo exibant muris atrii. [6] R. Schimeon dicit, à quo ignis in maxima eorum parte accendebatur.

Annotationes.

(1) בא לו אצל פר ושעיר הנשרפין, *Ibat ad juvencum & hircum qui erant comburendi.*] Tam apud Judæos quàm cæteras gentes nulla fere erat victima, cujus non aliqua ſaltem pars urebatur: unde veteres Græci καίειν *urere* dixerunt pro θύειν *ſacrificare*. Heſiod. Op. & *dies*.

Ἐπὶ δ᾽ ἀγλαὰ μηρία καίειν,

ſplendidaque crura adurito.

& vice verſâ θύειν *ſacrificare*, pro καίειν *urere*. Theocrit. Idyll. 2.

Νῦν θύσω τὰ πίτυρα,

Nunc furfures ſacrificabo.

Quædam tamen apud Judæos erant ſacrificia, quæ peculiariter dicebantur נשרפין *urenda*, quæ tota extra urbem in loco mundo urebantur, exceptis iſtis partibus quæ ſuper altare holocauſtorum oblatæ erant. Vide caput quartum & quintum Codicis *Zebachim*, notaſque Rabbinorum in eadem.

(2) והוציא את אימוריהן, *Et eorum viſcera educebat.*] Viſcera ſacrificiorum pro peccatis, & pacificorum, dicuntur אימורים, non omnia, ſed ea ſolum quæ ſuper altare cremabantur, adipes, & renes, & fibra jecinoris. In id genus ſacrificiis, iſtis litare juſſit Deus. Vide

 Levit.

Levit. III. 3. 4. & *Levit.* IV. 8. 9. Antiquæ gentes iiſdem ritibus uſæ ſunt. In quibuſdam enim ſacrificiis Judæorum more viſcera ſuper aras comburebant. Virgil. lib. 6. Æneid.

Et ſolida imponit taurorum viſcera flammis.

Joſephus lib. 3. cap. 10. *Antiq. Judaïc.* τὰς ἐξοχὰς *extremitates*, id eſt, *caudas* eorum ſuper altare etiam oblatas eſſe ait. quod dubito an verum ſit, cum *Levit.* XVI. 25. nulla extremitatum facta ſit mentio; nec etiam *Levit.* IV. 8. 9. ubi de ſacrificiis iſtis, quæ חטאות vocantur, agitur. Certè in quibuſdam ſacrificiis cauda inter partes iſtas, quæ אימורין Talmudicis dicuntur, numeratur; ipſamque Sacerdos altari inferre jubetur, *Levit.* VII. 3. ſed cum juvencus & hircus iſte ex illis erant ſacrificiis, quæ Hebræis חטאות vocantur, ut ex *Levit.* XVI. conſtat, neſcio an Joſepho habenda ſit fides.

(3) נתן במגים והקטירם על גבי המזבח, *Ponebat in ſcutella, eaque, ſuper altare offerebat.*] Gemarici pro והקטירם ſubſtituunt להקטירם. viſcera enim è veſtigio non obtulit, ſed poſuit in ſcutella donec offerendi tempus inſtaret. Gem. Babylon. והקטירם סלקא דעתך אלא אימא להקטירם על גבי המזבח. *Et offerebat ea, aſcendit in mentem tuam? ſed dic, ut offerret ea ſuper altare.* Certior eſt hæc emendatio in Gemara *Peſachim* ad finem capitis quinti, ubi in Miſchna eadem de viſceribus agni paſchalis ſuper altare concremandis, quæ in hoc loco de viſceribus juvenci & hirci dicuntur. ibi והקטירם laïco tribuitur, qui munus hoc obire non poterat; mendum ideo ſubeſſe neceſſe eſt. Gemara ad caput quintum *Peſachim.* אטו הוא גופיה הוה מקטר להו אימא להקטירן על גבי המזבח. *Ergo ille ipſe obtulit ea? dic, ut offerret ea* Sacerdos *ſuper altare.* Pro והקטירם igitur להקטירם in utroque loco ſubſtitui debet.

(4) קלען במקלעות, *Incidebat eos inciſionibus.*] Membra eorum in fruſta non diſſecuit, ut in holocauſtis fieri ſolebat. Sed poſtquam viſcera abſtuliſſet, inciſionibus quibuſdam reliqua carne factis, quibus invicem adhærebant, ipſos ad locum combuſtionis demiſit. Maimonides in *Hilcoth Abodath Jom Hakkippurim*: מחתך שאר בשרן חתיכות גדולות מעורות זו בזו כמין קליעה ואינו מפרק אותן, *Reliqua carne incidit inciſiones magnas cohærentes invicem, ſicut opus implexum, & non ſeparavit eos.* Modus loquendi ex 1 *Reg.* VI. 31. decerptus videtur. וקלע עליהם מקלעות כרובים, *Et incidit ſuper eis inciſiones Cherubim.* R. Solomon Jarchi paulò aliter hanc Miſchnam explicat. ארבעה בני אדם נושאין שני מוטו׳ שנים לפנים שנים לאחור ומהלכין מוט אצל מוט הפר והשעיר נתונין עליהן מורכבין זה על זה וכופפין זה תחת זה כמין קליעה ושלימין הן אלא שנקרע כריכן להוציא אימוריהן, *Quatuor homines duos vectes ferebant; duo ante, & duo pone. Portabant vectes juxta ſe, & juvencus & hircus iis imponebantur, alterum ſuper alterum vehebant, & alterum ſub altero*

incur-

incurvabant, velut opus implexum. & integri erant, niſi quod venter eorum diſſectus erat ut viſcera educerentur.

(5) והוציאן לבית השריפה, *Et ad locum combuſtionis portari curabat.*] Locus iſte extra urbem erat, quo cineres altaris deferri ſolebant. ibi enim tam hirci quam juvenci omnes, qui urendi erant, urebantur. *Zebachim* cap. 5. פרים הנשרפי׳ ושעירי׳ הנשרפים שחיטתן בצפון וקבול דמן בכלי שרת בצפון ודמן טעון הזייה על הפרוכת ועל מזבח הזהב מתנה אחת מהם מעכבת שירי הדם היה שופך על יסוד מערבי של מזבח החיצון אם לא נתן לא עכב אלו ואלו נשרפין בבית הדשן. *Juvenci comburendi, & hirci comburendi, mactatio eorum in aquilone eſt, & acceptio ſanguinis in vaſe ſacro in aquilone. Sanguis eorum juxta propitiatorium & ſuper altare aureum ſpargi debet. Sparſio una ex iſtis impedit. Reliquias ſanguinis in limbum occidentalem altaris exterioris fundebat. & ſi non fundebat, opus non erat irritum. Iſti & iſti comburuntur in loco cinerum.* Idem traditur *Zebachim* cap. 12. פרים הנשרפים ושערים הנשרפי׳ בזמן שהם נשרפין כמצותן נשרפין בבית הדשן; *Juvenci urendi & hirci urendi, quando juxta mandatum eorum uruntur, in loco cinerum uruntur.*

(6) משיצאו חוץ לחומת העזרה, *A quo exibant muris atrii.*] Sic in codice *Zebachim* traditur; quamvis ibi quoque R. Schimeon diſſentit. *Zebachim* cap. 12. היו סובלין במוטו׳ יצאו הראשוני׳ חוץ לחומת העזרה והאחרוני׳ לא יצאו הראשני׳ מטמאין בגדים והאחרוני׳ אינן מטמאין בגדים עד שיצאו יצאו אלו ואלו מטמאין בגדים רש״א אלו ואלו אינן מטמאין בגדים עד שיצת האור ברובן, *Portabant illos vectibus: quando priores atrio exiſſent, priores erant polluti veſtes, & poſteriores non erant polluti veſtes, donec exiſſent. cum omnes exiſſent, omnes erant polluti veſtes. R. Schimeon dicit, nec iſti, nec iſti veſtes polluti erant donec ignis in maxima eorum parte accenderetur.*

ח׳ אמרו לו לכהן גדול
הגיע שעיר למדבר ומנין
היו יודעין שהגיע שעיר
למדבר דרכיות היו עושין
ומניפין בסודרין ויודעין
שהגיע שעיר למדבר אמר
רבי יהודה והלא סימן
גדול היה להם מירושלם
ועד בית חדודו שלשה

VIII. Dicebant Sacerdoti magno; hircus ad deſertum acceſſerit. [1] & unde ſciebant hircum ad deſertum acceſſiſſe? ſpeculas in via fecerunt, & agitabant ſudaria, [2] & ſciebant hircum ad deſertum acceſſiſſe. Dicit R. Jehuda; & annon illis ſignum magnum erat hoc; ab Hieroſolyma uſque ad aditum deſerti tria erant millia-

Digitized by Google

מילין הולכין מיל וחוזרין ושוהין כדי מיל ויודעין שהגיע שעיר למדבר.

milliaria, ibant milliarium & redibant, & æſtimabant quaſi milliarium, & ſciebant hircum ad deſertum acceſſiſſe.

ברייתא.

Traditio Exotica.

רבי ישמעאל אומר והלא סימן אחר היה להם לשון של זהורית היה קשור על פתחו של היכל וכשהגיע שעיר למדבר היה הלשון מלבין שנאמר אם יהיו חטאיכם כשנים כשלג ילבינו.

Dicit R. Iſmael, & an non illis ſignum aliud erat hoc? lingua coccinea alligata erat ad portas templi, & cum hircus ad deſertum acceſſiſſet, albeſcebat. quia dicitur; Si fuerint peccata veſtra ſicut coccinum, ſicut nix albeſcent.

ANNOTATIONES.

(1) אמרו לו לכהן גדול הגיע שעיר למדבר. *Dicebant Sacerdoti magno, hircus ad deſertum acceſſerit.*] Cum primum hircus ad deſertum acceſſiſſet, hoc Sacerdoti magno narrant, ut ſe ad lectionem conferat; quia tum juxta ſententiam R. Jehuda peractum erat mandatum hirci: alii autem, ut ex ſuperioribus liquet, dicunt, non eſſe peractum mandatum ejus, donec à rupe deturbaretur.

(2) וכניפין בסודרין, *Et agitabant ſudaria.*] Inter Hieroſolymam & Zuck altos lapides erexerint, in quibus ſtabant ſpeculatores, & cum hircus ad deſertum acceſſiſſet, qui proxime deſertum ſtabat agitavit ſudarium; quo viſo, reliqui omnes ordine ſignum dederunt. Hanc artem vero excogitarunt, ut fama hujus rei ad Sacerdotem celeriter perveniret. Sic etiam in jugi ſacrificio cum Sacerdos magnus libaret, princeps reliquorum Sacerdotum agitavit ſudaria, ut hoc ſcirent cantores, qui e longinquo ſtabant. *Tamid* cap. 7. באו ועמדו אצל בן ארזא אחד מימינו ואחד משמאלו שחה לנסך והניף הסגן בסודרי' והקיש בן ארזא בצלצל ודברו הלוים בשיר. *Ibant & ſtabant prope filium Arza, alter e dextra ejus, & alter e ſiniſtra; incurvavit ſe ut libaret, & princeps Sacerdotum agitavit ſudaria, & filius Arza cymbalo tinniit, & Levitæ cantabant canticum.*

CAPUT VII.

פרק ז. CAPUT VII.

Legendi ritus. De Benedictionibus. Duo arietes, & ſeptem agni perfecti immolantur. Sacerdos magnus cupam thuribulumque ex ſancto ſanctorum deprompſit, ut veſperi ſuffimentum adoleret. Amicis, cum ſalvus evaſit, convivium inſtruxit. De veſtibus Sacerdotalibus. De oraculo Urim & Thummim.

א. MISCHNA I.

בא לו כהן גדול לקרוא אם רצה לקרוא בבגדי בוץ קורא ואם לא קורא באצטלית לבן משלו חזן הכנסת נוטל ספר תורה ונותנו לראש הכנסת וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן נותנו לכהן גדול וכהן גדול עומד ומקבל וקורא עומד וקורא אחרי מות ואך בעשור וגולל ספר תורה ומניחו בחיקו ואומר יותר ממה שקראתי לפניכם כתוב כאן ובעשור שבחומש הפקודים קורא על פה ומברך עליה שמנה ברכו' על התורה ועל העבודה ועל ההודאה ועל מחלת העון ועל המקדש בפני

SAcerdos magnus ibat ad legendum; 1 ſi volebat legere in veſtibus byſſinis, legebat; 2 & ſi non, legebat ſtola alba propria. 3 Miniſter publicus deprompſit librum legis, 4 tradiditque capiti conventus, 5 & caput conventus tradidit principi ſacerdotum, & princeps ſacerdotum tradidit Sacerdoti magno. 6 Sacerdos magnus ſtabat, & accipiebat & legebat. ſtabat & legebat אחרי מות & אך בעשור, 7 & volvebat librum legis, 8 & ſuo pectore collocabat, 9 & dicebat. plus quam id, quod legi coram vobis, eſt hic. 10 & בעשור in Pentateucho numerorum 11 legebat ore, 12 & benedicebat benedictiones octo. Super lege, & ſuper miniſterio, & ſuper confeſſione, & ſuper remiſſione peccatorum, & ſuper ſan-

Digitized by Google

עצמו ועל ישראל בפני עצמן ועל הכהנים בפני עצמן ועל שאר התפלה.

ſanctuario, & ſuper Iſrael & ſuper ſacerdotibus, & ſuper oratione reliqua.

ב׳ הרואה כהן גדול כשהוא קורא אינו רואה פר ושעיר הנשרפין והרואה פר ושעיר הנשרפין אינו רואה כהן גדול כשהוא קורא לא מפני שאינו רשאי אלא שהיתה דרך רחוקה ומלאכת שניהן שוה כאחת.

II. Qui videbat Sacerdotem magnum cum legebat, non videbat juvencum & hircum cum cremabantur. Qui videbat juvencum & hircum cum cremabantur, non videbat Sacerdotem magnum cum legebat: non quia fas non erat, ſed quia longior via erat, & opus utrumque ſimul peragebatur.

Annotationes.

(1) בא לו כהן גדול לקרוא, *Sacerdos magnus ibat ad legendum.*] Ibat, ut ajunt Rabbini, ad atrium mulierum, ubi juxta ritum diei legerit, quemadmodum à ſenioribus Synedrii magni (ut in primo capite habetur) inſtitutus & eruditus fuerit.

(2) אם רצה לקרוא בבגדי בוץ קורא, *Si volebat legere in veſtibus byſſinis, legebat.*] Quamvis lectio ad miniſterium altaris, quod ipſis עבודה dicitur, non ſpectabat, veſtibus tamen ſacris, ſi voluerit, legebat. quia licitum erat Sacerdoti magno veſtes ſacras geſtare etiam quando altari non adminiſtrabat. Gem. Babylon. קתני אם רצה לקרות בבגדי בוץ קורא שמעת מינה בגדי כהונה ניתנו ליהנות בהם, Docet Miſchna, *ſi voluit legere in veſtibus byſſinis, legebat: audias inde; veſtes ſacerdotii data ſunt, ut ex iis utilitas caperetur.* Joſephus à Talmudicis diſſentire videtur, qui libr. 15. capit. 14. *Antiquitat. Judaïcar.* affirmat, Sacerdotem magnum ſtolam ſacram nunquam geſtaſſe, niſi cum immolaret victimam. κατὰ δὲ τὴν βόρειον πλευρὰν ἀκρόπολις ἐγγώνιος εὐερκὴς ἐπετείχιστο, διάφορος ὀχυρότητι. ταύτην οἱ πρὸ Ἡρώδου τοῦ Ἀσαμωναίων γένους βασιλεῖς καὶ ἀρχιερεῖς ᾠκοδόμησαν, καὶ βάριν ἐκάλεσαν, ὡς ἐκεῖ τὴν ἱερατικὴν ἀποκείσθαι στολὴν, ἣν, ὅταν δέῃ θύειν, τότε μόνον ὁ ἀρχιερεὺς ἀμφιέννυται. *In ſeptentrionalis lateris angulo arx erat firma & bene munita, opus Aſmonaeorum qui ante Herodem gentis Sacerdotium ſimul & Principatum tenuerunt, & turrim vocaverunt, repoſitorium ſtola Pontificia, qua, cum ſacrificare oporteret,*

ret, tam ſolum Sacerdos magnus induebatur. Si Joſephus de jure loquatur, in hoc (ut in aliis ſæpe) erraſſe certum eſt: nam ut dubia ſint, quæ in præſenti Miſchna de lectione dicuntur, & tantundem authoritas Joſephi quantum Talmudicorum valeat: at dubium non eſt, quin Sacerdotes magni ſacris veſtibus uterentur quando oraculum Urim & Thummim conſuluerint, quod tamen ad ſacrificia & miniſterium altaris non ſpectabat. Si verò de facto loquatur, ab errore excuſari poſſit, cum ſub Templo ſecundo oraculum Urim & Thummim ceſſaſſet; cum etiam per ἱερατικῇ στολῇ habitum forte aliquem peculiarem intelligat, quem propter enorme pretium, aut ob alias cauſas, Sacerdos magnus nunquam geſtavit niſi cum ſacrificaret; non quia non licuit alias geſtare, ſed ut pretioſis veſtibus parceret. Poterant etiam & gregarii Sacerdotes ſacris veſtibus uti eo tempore quo miniſterio altaris non adeſſent. Lapſus clariſſimus Seldenus, qui lib. 2. cap. 7. de *Succeſſ. in Pontificat. Heb.* hoc negat. Quod vero ex Juriſconſultis Hebræis adducit, hoc forte de ſolo balteo intelligendum eſt, quo indui, ex eorum ſententia, haud fas erat Sacerdotibus niſi cum altari adminiſtrarent, quia ex heterogeneis conſtabat. Si vir clariſſimus Juriſconſultos Hebræos nominaſſet, nobis aliquid certi proferre licuiſſet. Interim quod dictum eſt veriſimile videatur, cum hoc apud Hebræos celebre & decantatum ſit. Rabbi Levi Barſellonius in Paraſ. Tſav. ובאלו היה עובר לעולם כוהן הדיוט ומותר ללובשן ביום בין בשעת עבודה או שלא בשעת עבודה דמותר ליהנות בהם חוץ מן האבנט לפי שהוא שעטנז ולפיכך אסור שלא בשעת עבודה. *Et in iſtis veſtibus aſſidue adminiſtrabat Sacerdos gregarius, & interdiu licitum erat iſtis uti tum eo tempore quo adminiſtrabat altari, tum eo tempore quo non adminiſtrabat, quia licitum erat ex iis utilitatem capere, excepto balteo, quia pannus mixtus erat, & propterea prohibitus eo tempore quo non adminiſtrabat.* Vide Gemaram ad præſentem Miſchnam, & Gemaram etiam ad caput primum *Tamid*, ubi aſſeritur gregarios Sacerdotes veſtes ſacras noctu ſub capitibus collocare non potuiſſe cum dormirent, nec in iiſdem dormire: potuiſſe tamen interdiu iiſdem uti eo tempore quo non adminiſtrabant. Sed hoc tantum in Sanctuario aut in urbe Hieroſolyma ipſis permiſſum, eaſdem enim geſtare cum ex urbe exirent non licebat. Gemara Babylonica; בגדי כהונה היוצא בהן למדינה אסור ובמקדש בין בשעת עבודה בין שלא בשעת עבודה מותר מפני שבגדי כה' ניתנו ליהנות בהן. *Probibitum eſt quemvis veſtibus ſacris indui cum abeat in provinciam, ſed hoc in Sanctuario & in urbe Hieroſolyma licitum eſt, tum eo tempore quo altari miniſtrant, tum eo tempore quo non miniſtrant, quia veſtes Sacerdotales datæ ſunt ut ex iis utilitas caperetur.* Ex his apertum eſt, ſi ex Juriſpandectis Hebræorum res ſit decernenda, uſum veſtium Sacerdotalium gregariis Sacerdotibus conceſſum eſſe eo tempore quo miniſterium altaris non obierint: & hoc quidem non ſolum in Sanctuario, ſed etiam cum e Sanctuario in urbem prodirent. Cum enim מקדש & מדינה, ut in loco citato, opponuntur, per מקדש Sanctuarium Hieroſolymitanum cum tota urbe ſive ירושלים כלה intelligitur, ut recte notavit Buxtorfius in ſuo Lexico magno ad dictionem מדינה. Ta-

cco

Digitized by Google

ceo id quod in tempore Schimeonis juſti Pontificis in Gemara accidiſſe traditur, quo Sacerdotes ſacris veſtibus amicti Alexandro magno ex urbe obviam proceſſerunt, quia factum illud extraordinarium fuiſſe videatur, nec alias licitum: refert etiam Joſephus Schimeonem juſtum, ſive Jaddum (plura enim habuit nomina) a Deo in ſomnis monitum hoc ipſis conſilium ſuggeſſiſſe. Talmudici Joſephum etiam conſentientem habent, niſi quod ille ne ipſum quidem balteum excipit. Sic enim ille de balteo gregarii Sacerdotis, lib. 3. cap. 8. *Antiquitatum Judaïcarum.* καὶ κέχυται μεζῶ πολλὴ μέχρι καὶ τῶν σφυρῶν ἕως οὐ μηδὲν ὁ ἱερεὺς ἐνεργεῖ. πρὸς γὰρ εὐπρέπειαν οὕτως ἔχει τοῖς ὁρῶσι καλῶς. ὅταν δὲ σπουδάζειν περὶ τὰς θυσίας δέῃ καὶ διακονεῖν, ὅπως μὴ κινούμενος ἐμποδίζηται πρὸς τὸ ἔργον, ἀναβαλλόμενος ἐπὶ τὸν λαιὸν ὠμοφορεῖ. *Et quidem* balteus *uſque ad talos defluit dum Sacerdos à miniſterio ceſſat, hoc enim videntibus pulchrum eſt. Cum vero ſacrificare oportet & altaris miniſterium peragere, ne motus miniſterio obeſſet, ſuper humerum lævum rejicitur.* Male igitur Joſephi locus lib. 6. cap. 15. de *Bello Judaïco* in contrariam partem a viro clariſſimo adductus eſt; verba hæc ſunt. τῶν δὲ ἀπὸ γένους ἱερέων ὅσοι διὰ πήρωσιν οὐκ ἐλειτούργουν πάρησαν τε ἅμα τοῖς ὁλοκλήροις ἐνδοτέρω τοῦ γείσου καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ γένους ἐλάμβανον μερίδας, ταῖς γε μὴν ἐσθήσεσιν ἰδιωτικαῖς ἐχρῶντο. τὴν γὰρ ἱερὰν ὁ λειτουργῶν ἠμφιέννυτο μόνος. *Quicunque ex genere Sacerdotum cæcitatis cauſa non adminiſtrabant, cum ſanis intra limitem aderant, parteſque generis conſequebantur: veſtibus verò utebantur plebejis; Sacerdotali enim ſolus qui adminiſtrabat induebatur.* Fruſtra hæc in ſuam ſententiam traxerit vir clariſſimus, cum ex ſenſu loci ſatis appareat, quod Joſepho ὁ λειτουργῶν is dicitur, qui vice ſua fungebatur propter cœcitatem non excluſus, licet actu miniſterium altaris non peregerit.

(3) ואם לאו קורא באצטלית לבן משלו. *Et ſi non, legebat ſtola alba propria.*] Propria ſtola legebat, ſi voluerit, quia, ut in Gemara dicitur, קריאה לוא עבודה היא, *Lectio non eſt miniſterium.* Opus igitur non erat ut ſacris uteretur veſtibus, ſed ſuis legere potuerit ſi libuiſſet. Non eſt autem *ſtola* genus veſtimenti Medici aut Perſici, ut Critici quidam inſulſe affirmant, ſed dictio hæc à Græcis ſuam originem traxerit, quibus στολὴ indumentum omne cujuſcunque ſit generis ſignificat. Helleniſtis etiam eodem modo uſurpatur, quibus omnes Sacerdotis veſtes στολαὶ vocantur. Vide Septuaginta Interpretes, *Exod.* XXVIII. 4. & *Exod.* XXXIX. 1. *Stola* vero, ſive indumentum hoc, quo Sacerdos utebatur cum legebat (ſi ſuis uti veſtibus voluerit) factum erat ad modum pallii, לבוש עשוי כמין חלוק לבן, ut ajunt Rabbini. Latinis olim *ſtola* muliebria veſtimenta erant, quibus uti viro turpe & ignominioſum fuit. D. xxxiiii. de auro, argento. &c. l. veſtis. *Muliebria ſunt, quæ matrisfamiliæ cauſa ſunt comparata, quibus vir non facile uti poteſt ſine vituperatione,*

Digitized by Google

tium, veluti ſtola, pallia, tunica, capitia, zonæ, mitra (*quæ magis capitis tegendi quam ornandi cauſa ſunt comparata*) *plagula, penula.* Hoc veſtimenti genus matronis præcipue in uſu fuit, & rugis plicisſque obducebatur, ut innuit Martialis lib. 3. Epigram. 93.

Rugoſiorem cum geras ſtola frontem,
Et aranearum caſſibus pares mammas.

(4) חזן הכנסת נוטל ספר תורה, *Miniſter publicus capiebat librum legis.*] Ex arca, ubi repoſita erat, deprompſit. חזן enim, ut ait Bartenora ad caput ſeptimum codicis *Sotah*, ubi tota fere hæc ſectio iterum occurrit, miniſter erat publicus, ad quem ſpectabat librum ex arca depromere cum legebant, & eundem finita lectione in arca denuo collocare. Curabat etiam munditiem templi, & ut ſingula in eo rite ordinata & diſpoſita forent. חזן הכנסת שמש הכנסת שטורח עסקי הכנסת עליו להכניס ולהוציא להפשיט את התיבה ולהכין הכל.

(5) נותנו לראש הכנסת, *Tradebatque capiti conventus.*] *Caput conventus* is dicebatur, qui ſingulis ſuum munus impertivit, cujus ore determinabatur quis prophetas explicaret, quis exponeret ſuper lectione Schemah, quis deſcenderet coram arca. Solomon Jarchi; ראש הכנסת על פיו נתתכן צרכי הכנסת מי מפטיר מי פורס על שמע מי עובר לפני התיבה.

(6) וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן נותנו לכהן גדול, *Et caput conventus tradebat Principi Sacerdotum, & Princeps Sacerdotum tradebat Sacerdoti magno.*] Librum hoc modo a manu ad manum tradiderunt in honorem Sacerdotis magni; inde enim ſignificare voluerunt eum plures ſub ſe habere miniſtros. Bartenora; ונותנים ס״ת מזה לזה משום יקרא דכ״ג להראות שיש שררות הרבי לפני כמו Idem fecerunt in honorem Regis, cum Rex legebat ſectionem ſuam. *Sotah* cap. 7. חזן הכנסת נוטל ס״ת ונותנו לראש הכנסת וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן נותנו לכהן גדול וכהן גדול נותנו למלך ומלך עומד ומקבל וקורא יושב, *Miniſter publicus capiebat librum legis, tradebatque Capiti conventus, & Caput conventus tradebat Principi Sacerdotum, & Princeps Sacerdotum tradebat Sacerdoti magno, & Sacerdos magnus tradebat Regi, & Rex ſtabat & accipiebat, & legebat ſedens.*

(7) וקורא אחרי מות ואך בעשור, *Et legebat* אחרי מות & אך בעשור.] Iſtæ ſunt lectiones, quas Seniores Synedrii magni legebant coram eo juxta ritum diei, ut habetur capite primo. *Achare Mot* incipit *Levit.* XVI. *Ac beaſchor*, *Levit.* XXIII. 27.

(8) וגולל ספר תורה, *Et volvebat librum legis.*] Id eſt, complicabat; olim enim libri ex ſutilibus foliis non conſtabant, ut hodie conſtant: ſed una erat continua & perpetua pagina, quam circa virgam oblongam (ut hodie ſolemus tabulas Geographicas) quaſi circa transjectum axem volvebant, ne a pulvere aut aliunde noceretur. Inde libri ab Hebræis מגלות, à Latinis *volumina* dicti ſunt. Hinc ſumpta metaphora dicitur

Digitized by Google

dicitur *Eſai.* XXXIV. 4. ונגלו כספר השמים, *& cæli volventur ut liber*: & Apocalyp. VI. 14. ϗ ὁ ὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον ἑλισσόμενον, *& cœlum receſſit ſicut liber convolutus.*

(9) ומניחו בחיקו, *Suoque pectore collocavit.*] Puto legem pectori impoſuiſſe, ut eam cor proxime ſiſteret. Certe innuit hoc R. Eleazar in Gemara *Sanhedrin* cap. 7. ubi de eo morituro ſic narratur; נטל שתי זרועותיו והניחן על לבו אמר אוי לכם ב׳ זרועותי שהן כשתי ס״ת שנגללין. *Levatis duobus brachiis ea cordi impoſuit, dixitque; Heu brachia mea, quæ eſtis inſtar duorum legis librorum, qui convolvuntur.* Hoc facto alludit Rabbi Eleazar ad ea quæ hic à Sacerdote magno geruntur: & ſicut iſte legem convolutam, ita Rabbi Eleazar brachia, quæ ejus ſimilitudinem exprimebant, in ſinu collocavit, aut, ut verba in Gemara ſonant, cordi impóſuit.

(10) ואומר יותר ממה שקראתי לפניכם כתוב כאן, *Et dicebat plus quàm id quod legi coram vobis ſcriptum eſt hic.*] Cum ſentiret legem complicari, & lectionem tertiam à Sacerdote memoriter recitari, ſuſpicari poterat cœtus partem aliquam legis deeſſe; ut poſſit igitur Sacerdos magnus hanc ſuſpicionem amoliri, dicit, plus illic ſcriptum quam a ſe lectum eſſe. Sic Rabbini.

(11) ובעשור שבחומש הפקודים. Ad verbum, *Et* בעשור *quod in Pentateucho viſitatorum.*] Lectio incipit *Num.* XXIX. 7.

(12) קורא על פה, *Legebat ore.*] Id eſt, memoriter recitabat. Eandem loquendi formulam habes in codice *Megilla*, cap. 2. הקורא את המגילה למפרע לא יצא קראה על פה קראה תרגום בכל לשון לא יצא. *Qui legit volumen retrorſum, non eſt immunis; qui legit ipſum ore, aut qui legit ipſum in aliam linguam tranſlatum, non eſt immunis.* Videntur Talmudici modum loquendi ſumpſiſſe ex *Jerem.* XXXVI. 18.

ג׳ אם בבגדי בוץ קורא קדש ידיו ורגליו פשט ירד וטבל עלה ונסתפג הביאו לו בגדי זהב ולבש וקדש ידיו ורגליו ויצא ועשה את אילו ואת איל העם ואת שבעת כבשים תמימים בני שנה ד״ר אליעזר רבי עקיבא אומר עם

III. Si in veſtibus byſſinis legebat, ſanctificabat manus & pedes: exuebat, deſcendebat, & lavabat. [1] aſcendebat & abſtergebat: adducebant ei veſtes aureas, & induebat, & manus & pedes ſanctificabat: & exibat & offerebat arietem pro ſe, & arietem pro populo, [2] ſeptemque agnos [3] perfectos [4] anniculos. Verba Rabbi Elea-

תמיד של שחר היו קרבין ופר העולה ושעיר הנעשה בחוץ היו קרבין עם תמיד של בין הערבים.

Eleazaris. Rabbi Akiba dicit; offerebant eos cum ſacrificio jugi matutino. Juvencum vero aſcenſionis, & hircum oblatum extrinſecus, cum ſacrificio jugi veſpertino offerebant.

ד׳ קדש ידיו ורגליו ופשט וירד וטבל ועלה ונסתפג הביאו לו בגדי לבן ולבש וקדש ידיו ורגליו נכנס להוציא את הכף ואת המחתה קדש ידיו ורגליו ופשט וירד וטבל עלה ונסתפג הביאו לו בגדי זהב ולבש וקדש ידיו ורגליו ונכנס להקטיר קטורת של בין הערבים ולהטיב את הנרות וקדש ידיו ורגליו ופשט הביאו לו בגדי עצמו ולבש ומלוין אותו עד ביתו ויום טוב היה עושה לאוהביו בשעה שיצא בשלום מן הקדש.

IV. Sanctificabat manus & pedes, & exuebat, & deſcendebat, & lavabat & aſcendebat, & abſtergebat. Adducebant ei veſtes albas, & induebat, & manus & pedes ſanctificabat. Intrabat ut depromeret cupam thuribulumque. [5] Sanctificabat manus & pedes, & exuebat, & deſcendebat, & lavabat, aſcendebat & abſtergebat. Adducebant ei veſtes aureas, & induebat, & ſanctificabat manus & pedes, & intrabat ad ſuffiendum ſuffimentum veſpertinum, & ad aptandum lucernas, [6] & ſanctificabat manus & pedes, & exuebat. Adducebant ei veſtimenta propria, & induebat, & comitabantur eum ad domum ſuam. Ipſe vero convivium parabat amicis, quando in pace exierat [7] e ſanctuario.

Digitized by Google

ANNOTATIONES.

(1) אם בבגדי בוץ קורא קדש ידיו ורגליו פשט ירד וטבל וגו׳, *Si in veſtibus byſſinis legebat, ſanctificabat manus & pedes, exuebat, deſcendebat, & lavabat, &c.*] Sacerdotem inter ſingula miniſteria ad mutationem veſtium corpus lavare, & manus & pedes bis ſanctificare debuiſſe ſupra ad caput tertium oſtenſum eſt, ubi rationes ex *Torath Cohanim* adduximus: quod hic admonuiſſe ſufficiet. Vide quæ ibi annotavimus. Hoc ſolum addam, quod lavabat & ſemel tantum manus & pedes ſanctificabat, ſi non in veſtibus ſanctis, ſed ſtola propria legiſſet, quia alteram vicem abſolverat cum primum veſtes byſſinas exuiſſet. R. Aſcher: אם קרא באצטלית משלו ונמצא כבר קדש ידיו ורגליו כפשטו בגדי הבוץ ואינו צריך עתה אלא טבילה וקדוש׃

(2) ועשה את אילו ואת איל העם, *Et offerebat arietem pro ſe, & arietem pro populo.*] De ariete ſuo extat mandatum, *Levit.* XVI. 3. de ariete populi, *Num.* XXIX. 8.

(3) ואת שבעת כבשים, *Et ſeptem agnos.*] Nonnulli dicunt multitudinem populi Judaïci numero ſeptenario deſignari. Certè oportet myſterium ſubeſſe, cum Deus nihil unquam temere conſtituit. Inter Gentiles quoque numeri ſeptenarii celebris uſus fuit, & hoc etiam in victimis immolandis. Virgilius Æneid. lib. 6.

Nunc grege de intacto ſeptem mactare juvencos
Præſtiterit, totidem lectas de more bidentes.

(4) תמימים, *Perfectos.*] Id eſt, immaculatos, integros, ſuis omnibus partibus abſolutos. Habes hoc præceptum *Num.* XXIX. 8. ubi etiam juſſit Deus, ut anniculi & maturi ætate eſſent, quemadmodum in Miſchna narratur. Veteres olim, qui omnes fere Judæorum ritus & conſuetudines in deorum falſorum cultu adhibuerunt, hanc in quibuſdam ſacrificiis venuſtatem & elegantiam requirebant. Homerus Iliad. lib. 1.

Αἴκέν πως ἀρνῶν κνίσσης αἰγῶν τε τελείων
Βούλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.

Aut ſi forte ovium nidorem caprarumque perfectarum
Velit aſſequutus à nobis peſtem depellere.

Apud eundem etiam eodem libro legas τεληέσσας ἑκατόμβας. Thucydides de *Bello Pelop.* lib. 5. ὀμνυώντων δὲ τὸν ἐπιχώριον ὅρκον ἕκαστοι, μέγιστον κατὰ τῶν ἱερῶν τελείων, *Jurent autem ſinguli jusjurandum quod moribus patriis eſt receptum, & quod religioſiſſimum habetur, ſupra victimas perfectas.* Ubi Scholiaſtes; τὰ ἱερὰ τέλεια *victimas perfectas* exponit; τὰ ἱερεῖα τὰ ὁλόκληρα καὶ μηδὲν λελωβημένα, *victimas integras nec ulla parte mutilatas.* Latini *lectas & eximias hoſtias* appellant, quia animalium partes, ut ſolebant Judæi, accuratiſſime explorabant, eaque ſola legebant , quæ integro & illæſo corpore erant;

quæ-

Digitized by Google

quæcunque etiam linguam nigram, aurem fiſſam, aut caudam aculeatam haberent, recuſabant. Virgilius lib. 4. Æneid.

--- mactant lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœboque, Patrique Lyæo.

Vide Servium ibi, & ad lib. 6. & Macrobium lib. 3. cap. 5. Saturnal. Alii *majores hoſtias* vocant. Cicero contra Rullum: *Erant hoſtiæ majores in foro conſtitutæ, quæ ab his Prætoribus de Tribunali, ſicut à nobis Conſulibus de Concilii ſententia probatis, ad Præconem & ad Tibicinem immolabantur.*

(5) נכנס להוציא את הכף ואת המחתה. *Intrabat ut depromeret cupam thuribulumque.*] Intravit ſanctum ſanctorum; quia ibi cupam thuribulumque, poſtquam adoleverat, reliquiſſet. Rabbi Aſcher: מקד׳ ולובש בגדי לבן ומוציא כף ומחת׳ שהניח לפני ולפנים בהקט׳ שעת הקטרת.

(6) להטיב את הנרות; *Ad aptandum lucernas.*] Id eſt, ad accendendum; ſic enim in hoc loco verba intelligi debent. Bartenora: הטבה זו הדלקה הא, *Aptatio iſta accenſio eſt.*

(7) בשעה שיצא בשלום, *Quando in pace exierat.*] Id eſt, ſalvus, & incolumis. Ea enim tempeſtate, qua frigus aliquantulum vigere incepiſſet, facile poterat ægrotare: tum quia ſolis lineis veſtibus indutus, quibus maxime frigori expoſitus erat, quædam miniſteria præſtiterit; tum quia toties veſtes depoſuerit, ut lavaret. Certe ex iſtis aliiſque cauſis Sacerdotes in varios morbos crebro incidiſſe, ex Maimonide notavit Cunæus, lib. 2. cap. 14. de *Republica Hebræorum.* Et proinde quidam eligebantur, quibus ſalus Sacerdotum curæ fuit; qui iſtis præfectus erat, ממנה על החולין dicebatur. Multi quoque in ſancto ſanctorum, ut tradunt Hebræi, mortui ſunt; atque inde etiam ei periculum imminebat.

ה׳ כהן גדול משמש
בשמנה כלים וההדיוט
בארבעה בכתונת ומכנסים
ומצנפת ואבנט מוסף עליו
כהן גדול חשן ואפוד
ומעיל וציץ באלו נשאלין
באורים ותומים ואין
נשאלין בהן להדיוט אלא

V. Sacerdos magnus in octo veſtibus miniſtravit, gregarius quatuor; [1] in tunica, [2] & femoralibus, [3] & tiara, [4] & balteo. [5] Sacerdos magnus his addidit pectorale, [6] & ephod, [7] & pallium, [8] & laminam. [9] & in iſtis [10] inquirebant in Urim & Thummim; [11] & non inquirebant de privato, ſed de Rege, [12] & de Synedrio magno,

Digitized by Google

מילין הולכין מיל וחוזרין ושוהין כדי מיל ויודעין שהגיע שעיר למדבר.

milliaria, ibant milliarium & redibant, & æſtimabant quaſi milliarium, & ſciebant hircum ad deſertum acceſſiſſe.

ברייתא. Traditio Exotica.

רבי ישמעאל אומר והלא סימן אחר היה להם לשון של זהורית היה קשור על פתחו של היכל וכשהגיע שעיר למדבר היה הלשון מלבין שנאמר אם יהיו חטאיכם כשנים כשלג ילבינו.

Dicit R. Iſmael, & an non illis ſignum aliud erat hoc? lingua coccinea alligata erat ad portas templi, & cum hircus ad deſertum acceſſiſſet, albeſcebat. quia dicitur; Si fuerint peccata veſtra ſicut coccinum, ſicut nix albeſcent.

ANNOTATIONES.

(1) אמרו לו לכהן גדול הגיע שעיר למדבר. *Dicebant Sacerdoti magno, hircus ad deſertum acceſſerit.*] Cum primum hircus ad deſertum acceſſiſſet, hoc Sacerdoti magno narrant, ut ſe ad lectionem conferat; quia tum juxta ſententiam R. Jehuda peractum erat mandatum hirci: alii autem, ut ex ſuperioribus liquet, dicunt, non eſſe peractum mandatum ejus, donec à rupe deturbaretur.

(2) וכניפין בסודרין, *Et agitabant ſudaria.*] Inter Hieroſolymam & Zuck altos lapides erexerint, in quibus ſtabant ſpeculatores, & cum hircus ad deſertum acceſſiſſet, qui proxime deſertum ſtabat agitavit ſudarium; quo viſo, reliqui omnes ordine ſignum dederunt. Hanc artem vero excogitarunt, ut fama hujus rei ad Sacerdotem celeriter perveniret. Sic etiam in jugi ſacrificio cum Sacerdos magnus libaret, princeps reliquorum Sacerdotum agitavit ſudaria, ut hoc ſcirent cantores, qui e longinquo ſtabant. *Tamid* cap. 7. באו ועמדו אצל בן ארזא אחד מימינו ואחד משמאלו שחה לנסך והניף הסגן בסודרין והקיש בן ארזא בצלצל ודברו הלוים בשיר. *Ibant & ſtabant prope filium Arza, alter e dextra ejus, & alter e ſiniſtra; incurvavit ſe ut libaret, & princeps Sacerdotum agitavit ſudaria, & filius Arza cymbalo tinniit, & Levitæ cantabant canticum.*

CAPUT VII.

פרק ז. CAPUT VII.

Legendi ritus. De Benedictionibus. Duo arietes, & ſeptem agni perfecti immolantur. Sacerdos magnus cupam thuribulumque ex ſancto ſanctorum deprompſit, ut veſperi ſuffimentum adoleret. Amicis, cum ſalvus evaſit, convivium inſtruxit. De veſtibus Sacerdotalibus. De oraculo Urim & Thummim.

א. MISCHNA I.

בא לו כהן גדול לקרוא אם רצה לקרוא בבגדי בוץ קורא ואם לא קורא באצטלית לבן משלו חזן הכנסת נוטל ספר תורה ונתנו לראש הכנסת וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן נותנו לכהן גדול וכהן גדול עומד ומקבל וקורא עומד וקורא אחרי מות ואך בעשור וגולל ספר תורה ומניחו בחיקו ואומר יותר ממה שקראתי לפניכם כתוב כאן ובעשור שבחומש הפקודים קורא על פה ומברך עליה שמנה ברכו' על התורה ועל העבודה ועל ההודאה ועל מחילת העון ועל המקדש בפני

SAcerdos magnus ibat ad legendum; [1] ſi volebat legere in veſtibus byſſinis, legebat; [2] & ſi non, legebat ſtola alba propria. [3] Miniſter publicus deprompſit librum legis, [4] tradiditque capiti conventus, [5] & caput conventus tradidit principi ſacerdotum, & princeps ſacerdotum tradidit Sacerdoti magno. [6] Sacerdos magnus ſtabat, & accipiebat & legebat. ſtabat & legebat אחרי מות & אך בעשור, [7] & volvebat librum legis, [8] & ſuo pectore collocabat, [9] & dicebat. plus quam id, quod legi coram vobis, eſt hic. [10] & בעשור in Pentateucho numerorum [11] legebat ore, [12] & benedicebat benedictiones octo. Super lege, & ſuper miniſterio, & ſuper confeſſione, & ſuper remiſſione peccatorum, & ſuper ſan-

Digitized by Google

עצמו ועל ישראל בפני עצמן ועל הכהנים בפני עצמן ועל שאר התפלה.

ſanctuario, & ſuper Iſrael, & ſuper ſacerdotibus, & ſuper oratione reliqua.

ב׳ הרואה כהן גדול כשהוא קורא אינו רואה פר ושעיר הנשרפין והרואה פר ושעיר הנשרפין אינו רואה כהן גדול כשהוא קורא לא מפני שאינו רשאי אלא שהיתה דרך רחוקה ומלאכת שניהן שוה כאחת.

II. Qui videbat Sacerdotem magnum cum legebat, non videbat juvencum & hircum cum cremabantur. Qui videbat juvencum & hircum cum cremabantur, non videbat Sacerdotem magnum cum legebat: non quia fas non erat, ſed quia longior via erat, & opus utrumque ſimul peragebatur.

ANNOTATIONES.

(1) בא לו כהן גדול לקרוא, *Sacerdos magnus ibat ad legendum.*] Ibat, ut ajunt Rabbini, ad atrium mulierum, ubi juxta ritum diei legerit, quemadmodum à ſenioribus Synedrii magni (ut in primo capite habetur) inſtitutus & eruditus fuerit.

(2) אם רצה לקרוא בבגדי בוץ קורא, *Si volebat legere in veſtibus byſſinis, legebat.*] Quamvis lectio ad miniſterium altaris, quod ipſis עבודה dicitur, non ſpectabat, veſtibus tamen ſacris, ſi voluerit, legebat. quia licitum erat Sacerdoti magno veſtes ſacras geſtare etiam quando altari non adminiſtrabat. Gem. Babylon. קתני אם רצה לקרות בבגדי בוץ קורא שמעת מינה בגדי כהונה ניתנו ליהנות בהם, Docet Miſchna, *ſi voluit legere in veſtibus byſſinis, legebat: audias inde; veſtes ſacerdotii data ſunt, ut ex iis utilitas caperetur.* Joſephus à Talmudicis diſſentire videtur, qui libr. 15. capit. 14. *Antiquitat. Judaïcar.* affirmat, Sacerdotem magnum ſtolam ſacram nunquam geſtaſſe, niſi cum immolaret victimam. κατὰ δὲ τὴν βόρειον πλευρὰν ἀκρόπολις ἐγγώνιος εὐερκὴς ἐτετείχιστο, διάφορος ὀχυρότητι. ταύτην οἱ πρὸ Ἡρώδου τῦ Ἀσαμωναίων γένους βασιλεῖς καὶ ἀρχιερεῖς ᾠκοδόμησαν, καὶ βάριν ἐκάλεσαν, ὡς ἐκεῖ τὴν ἱερατικὴν ἀποκεῖσθαι στολήν, ἣν, ὅταν δέῃ θύειν, τότε μόνον ὁ ἀρχιερεὺς ἀμφιέννυται. *In ſeptentrionalis lateris angulo arx erat firma & bene munita, opus Aſmonæorum qui ante Herodem gentis Sacerdotium ſimul & Principatum tenuerunt, & turrim vocaverunt, repoſitorium ſtolæ Pontificiæ, quæ, cum ſacrificare oporteret,*

ret, tum ſolum Sacerdos magnus induebatur. Si Joſephus de jure loquatur, in hoc (ut in aliis ſæpe) erraſſe certum eſt: nam ut dubia ſint, quæ in præſenti Miſchna de lectione dicuntur, & tantundem authoritas Joſephi quantum Talmudicorum valeat: at dubium non eſt, quin Sacerdotes magni ſacris veſtibus uterentur quando oraculum Urim & Thummim conſuluerint, quod tamen ad ſacrificia & miniſterium altaris non ſpectabat. Si verò de facto loquatur, ab errore excuſari poſſit, cum ſub Templo ſecundo oraculum Urim & Thummim ceſſaſſet; cum etiam per ἱερατικὴν στολὴν habitum forte aliquem peculiarem intelligat, quem propter enorme pretium, aut ob alias cauſas, Sacerdos magnus nunquam geſtavit niſi cum ſacrificaret; non quia non licuit alias geſtare, ſed ut pretioſis veſtibus parceret. Poterant etiam & gregarii Sacerdotes ſacris veſtibus uti eo tempore quo miniſterio altaris non adeſſent. Lapſus clariſſimus Seldenus, qui lib. 2. cap. 7. de *Succeſſ. in Pontificat. Heb.* hoc negat. Quod vero ex Juriſconſultis Hebræis adducit, hoc forte de ſolo baltheo intelligendum eſt, quo indui, ex eorum ſententia, haud fas erat Sacerdotibus niſi cum altari adminiſtrarent, quia ex heterogeneis conſtabat. Si vir clariſſimus Juriſconſultos Hebræos nominaſſet, nobis aliquid certi proferre licuiſſet. Interim quod dictum eſt veriſimile videatur, cum hoc apud Hebræos celebre & decantatum ſit. Rabbi Levi Barſellonius in Paraſ. Tſav. ובאלו היה עובד לעולם כוהן הדיוט ומותר ללובשן ביום בין בשעת עבודה או שלא בשעת עבודה רמותר ליהנות בהם חוץ מן האבנט לפי שהוא שעטנז ולפיכך אסור שלא בשעת עבודה. *Et iſtis* veſtibus *aſſidue adminiſtrabat Sacerdos gregarius, & interdiu licitum erat iſtis uti tum eo tempore quo adminiſtrabat altari, tum eo tempore quo non adminiſtrabat, quia licitum erat ex iis utilitatem capere, excepto baltheo, quia pannus mixtus erat, & propterea probibitus eo tempore quo non adminiſtrabat.* Vide Gemaram ad præſentem Miſchnam, & Gemaram etiam ad caput primum *Tamid*, ubi aſſeritur gregarios Sacerdotes veſtes ſacras noctu ſub capitibus collocare non potuiſſe cum dormirent, nec in iiſdem dormire: potuiſſe tamen interdiu iiſdem uti eo tempore quo non adminiſtrabant. Sed hoc tantum in Sanctuario aut in urbe Hieroſolyma ipſis permiſſum, eaſdem enim geſtare cum ex urbe exirent non licebat. Gemara Babylonica; בגדי כהונה היוצא בהן למדינה אסור ובמקדש בין בשעת עבודה בין שלא בשעת עבודה מותר מפני שבגדי כה' ניתנו ליהנות בהן. *Probibitum eſt quemvis veſtibus ſacris indui cum abeat in provinciam, ſed hoc in Sanctuario & in urbe Hieroſolyma licitum eſt, tum eo tempore quo altari miniſtrant, tum eo tempore quo non miniſtrant, quia veſtes Sacerdotales data ſunt ut ex iis utilitas caperetur.* Ex his apertum eſt, ſi ex Juriſpandectis Hebræorum res ſit decernenda, uſum veſtium Sacerdotalium gregariis Sacerdotibus conceſſum eſſe eo tempore quo miniſterium altaris non obierint: & hoc quidem non ſolum in Sanctuario, ſed etiam cum e Sanctuario in urbem prodirent. Cum enim מדינה & מקדש, ut in loco citato, opponuntur, per מקדש Sanctuarium Hieroſolymitanum cum tota urbe ſive ירושלים כולה intelligitur, ut recte notavit Buxtorfius in ſuo Lexico magno ad dictionem מדינה. Taceo

Digitized by Google

ceo id quod in tempore Schimeonis juſti Pontificis in Gemara accidiſſe traditur, quo Sacerdotes ſacris veſtibus amicti Alexandro magno ex urbe obviam proceſſerunt, quia factum illud extraordinarium fuiſſe videatur, nec alias licitum: refert etiam Joſephus Schimeonem juſtum, ſive Jaddum (plura enim habuit nomina) a Deo in ſomnis monitum hoc ipſis conſilium ſuggeſſiſſe. Talmudici Joſephum etiam conſentientem habent, niſi quod ille ne ipſum quidem balteum excipit. Sic enim ille de balteo gregarii Sacerdotis, lib. 3. cap. 8. *Antiquitatum Judaïcarum.* καὶ κέχυται μετὰ πολλὴ μέχρι καὶ τῶν σφυρῶν ἕως οὗ μηδὲν ὁ ἱερεὺς ἐνεργεῖ. πρὸς γὰρ εὐπρέπειαν οὕτως ἔχει τοῖς ὁρῶσι καλῶς. ὅταν δὲ σπουδάζειν περὶ τὰς θυσίας δέῃ καὶ διακονεῖν, ὅπως μὴ κινούμενος ἐμποδίζηται πρὸς τὸν ἔργον, ἀναβαλλόμενος ἐπὶ τὸ λαιὸν ὠμοφορεῖ. *Et quidem* balteus *uſque ad talos deſluit dum Sacerdos à miniſterio ceſſat, hoc enim videntibus pulchrum eſt. Cum vero ſacrificare oportet & altaris miniſterium peragero, ne motus miniſterio obeſſet, ſuper humerum lævum rejicitur.* Male igitur Joſephi locus lib. 6. cap. 15. de *Bello Judaico* in contrariam partem a viro clariſſimo adductus eſt; verba hæc ſunt. τῶν δὲ ἀπὸ γένους ἱερέων ὅσοι διὰ πήρωσιν οὐκ ἐλειτούργουν παρῆσαν τε ἅμα τοῖς ὁλοκλήροις ἐνδοτέρω τοῦ γείσου καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ γένους ἐλάμβανον μερίδας, ταῖς γε μὴν ἐσθήσεσιν ἰδιωτικαῖς ἐχρῶντο. τὴν γὰρ ἱερὰν ὁ λειτουργῶν ἠμφιέννυτο μόνος. *Quicunque ex genere Sacerdotum cæcitatis cauſa non adminiſtrabant, cum ſanis intra limitem aderant, parteſque generis conſequebantur: veſtibus verò utebantur plebejis; Sacerdotali enim ſolus qui adminiſtrabat induebatur.* Fruſtra hæc in ſuam ſententiam traxerit vir clariſſimus, cum ex ſenſu loci ſatis appareat, quod Joſepho ὁ λειτουργῶν is dicitur, qui vice ſua fungebatur propter cœcitatem non excluſus, licet actu miniſterium altaris non peregerit.

(3) ואם לאו קורא באצטלית לבן משלו. *Et ſi non, legebat ſtola alba propria.*] Propria ſtola legebat, ſi voluerit, quia, ut in Gemara dicitur, קריאה לוא עבודה היא, *Lectio non eſt miniſterium.* Opus igitur non erat ut ſacris uteretur veſtibus, ſed ſuis legere potuerit ſi libuiſſet. Non eſt autem *ſtola* genus veſtimenti Medici aut Perſici, ut Critici quidam inſulſe affirmant, ſed dictio hæc à Græcis ſuam originem traxerit, quibus στολὴ indumentum omne cujuſcunque ſit generis ſignificat. Helleniſtis etiam eodem modo uſurpatur, quibus omnes Sacerdotis veſtes στολαὶ vocantur. Vide Septuaginta Interpretes, *Exod.* XXVIII. 4. & *Exod.* XXXIX. 1. *Stola* vero, ſive indumentum hoc, quo Sacerdos utebatur cum legebat (ſi ſuis uti veſtibus voluerit) factum erat ad modum pallii, לבוש עשוי כמין חלוק לבן, ut ajunt Rabbini. Latinis olim *ſtola* muliebria veſtimenta erant, quibus uti viro turpe & ignominioſum fuit. D. xxxiiii. de auro, argento. &c. l. veſtis. *Muliebria ſunt, quæ matrisfamiliæ cauſa ſunt comparata, quibus vir non facile uti poteſt ſine vituperatione,*

tione, *veluti ſtola*, *pallia*, *tunica*, *capitia*, *zone*, *mitra* (*que magis capitis tegendi quam ornandi cauſa ſunt comparata*) *plagula*, *penula*. Hoc veſtimenti genus matronis præcipue in uſu fuit, & rugis pliciſque obducebatur, ut innuit Martialis lib. 3. Epigram. 93.

> *Rugoſiorem cum geras ſtola frontem,*
> *Et aranearum caſſibus pares mammas.*

(4) חזן הכנסת נוטל ספר תורה, *Miniſter publicus capiebat librum legis.*] Ex arca, ubi repoſita erat, deprompſit. חזן enim, ut ait Bartenora ad caput ſeptimum codicis *Sotah*, ubi tota fere hæc ſectio iterum occurrit, miniſter erat publicus, ad quem ſpectabat librum ex arca depromere cum legebant, & eundem finita lectione in arca denuo collocare. Curabat etiam munditiem templi, & ut ſingula in eo rite ordinata & diſpoſita forent. חזן הכנסת שמש הכנסת שטורח עסק׳ הכנסת עליו להכניס ולהוציא להפשיט את התיבה ולהכין הכל.

(5) נותנו לראש הכנסת, *Tradebatque capiti conventus.*] *Caput conventus* is dicebatur, qui ſingulis ſuum munus impertivit, cujus ore decernebatur quis prophetas explicaret, quis exponeret ſuper lectione Schemah, quis deſcenderet coram arca. Solomon Jarchi; ראש הכנסת על פיו נתחכן צרכי הכנסת מי מפטיר מי פורס על שמע מי עובר לפני התיבה.

(6) וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן נותנו לכהן גדול, *Et caput conventus tradebat Principi Sacerdotum*, *& Princeps Sacerdotum tradebat Sacerdoti magno.*] Librum hoc modo a manu ad manum tradiderunt in honorem Sacerdotis magni; inde enim ſignificare voluerunt eum plures ſub ſe habere miniſtros. Bartenora; ונותנים ס״ת מזה לזה משום יקרא דכ״ג להראות שיש שררות הרב׳ לפני כמו Idem fecerunt in honorem Regis, cum Rex legebat ſectionem ſuam. *Sotah* cap. 7. חזן הכנסת נוטל ס״ת ונותנו לראש הכנסת וראש הכנסת נותנו לסגן והסגן נותנו לכהן גדול וכהן גדול נותנו למלך ומלך עומד ומקבל וקורא יושב, *Miniſter publicus capiebat librum legis*, *tradebatque Capiti conventus*, *& Caput conventus tradebat Principi Sacerdotum*, *& Princeps Sacerdotum tradebat Sacerdoti magno*, *& Sacerdos magnus tradebat Regi*, *& Rex ſtabat & accipiebat*, *& legebat ſedens.*

(7) וקורא אחרי מות ואך בעשור, *Et legebat* אחרי מות *&* אך בעשור.] Iſtæ ſunt lectiones, quas Seniores Synedrii magni legebant coram eo juxta ritum diei, ut habetur capite primo. *Achare Mot* incipit *Levit.* XVI. *Ac beaſchor*, *Levit.* XXIII. 27.

(8) וגולל ספר תורה, *Et volvebat librum legis.*] Id eſt, complicabat; olim enim libri ex ſutilibus foliis non conſtabant, ut hodie conſtant: ſed una erat continua & perpetua pagina, quam circa virgam oblongam (ut hodie ſolemus tabulas Geographicas) quaſi circa tranſjectum axem volvebant, ne a pulvere aut aliunde noceretur. Inde libri ab Hebræis מגלות, à Latinis *volumina* dicti ſunt. Hinc ſumpta metaphora dicitur

Digitized by Google

dicitur *Eſai.* XXXIV. 4. ונגלו כספר השמים, *& cæli volventur ut liber.* & Apocalyp. VI. 14. καὶ ὁ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον ἑλισσόμενον, *& cœlum receſſit ſicut liber convolutus.*

(9) ומניחו בחיקו, *Suoque pectore collocavit.*] Puto legem pectori impoſuiſſe, ut eam cor proxime ſiſteret. Certe innuit hoc R. Eleazar in Gemara *Sanhedrin* cap. 7. ubi de eo morituro ſic narratur; נטל שתי זרעותיו והניחן על לבו אמר אוי לכם ב׳ זרעותי שהן כשתי ס״ת שנגללין. *Levatis duobus brachiis ea cordi impoſuit, dixitque; Heu brachia mea, quæ eſtis inſtar duorum legis librorum, qui convolvuntur.* Hoc facto alludit Rabbi Eleazar ad ea quæ hic à Sacerdote magno geruntur: & ſicut ille legem convolutam, ita Rabbi Eleazar brachia, quæ ejus ſimilitudinem exprimebant, in ſinu collocavit, aut, ut verba in Gemara ſonant, cordi impóſuit.

(10) ואומר יותר ממה שקראתי לפניכם כתוב כאן, *Et dicebat plus quàm id quod legi coram vobis ſcriptum eſt hic.*] Cum ſentiret legem complicari, & lectionem tertiam à Sacerdote memoriter recitari, ſuſpicari poterat cœtus partem aliquam legis deeſſe; ut poſſit igitur Sacerdos magnus hanc ſuſpicionem amoliri, dicit, plus illic ſcriptum quam a ſe lectum eſſe. Sic Rabbini.

(11) ובעשור שבחומש הפקודים. Ad verbum, *Et* בעשור *quod in Pentateucho viſitatorum.*] Lectio incipit *Num.* XXIX. 7.

(12) קורא על פה, *Legebat ore.*] Id eſt, memoriter recitabat. Eandem loquendi formulam habes in codice *Megilla*, cap. 2. הקורא את המגילה למפרע לא יצא קראה על פה קראה תרגום בכל לשון לא יצא. *Qui legit volumen retrorſum, non eſt immunis; qui legit ipſum ore, aut qui legit ipſum in aliam linguam tranſlatum, non eſt immunis.* Videntur Talmudici modum loquendi ſumpſiſſe ex *Jerem.* XXXVI. 18.

ג׳ אם בבגדי בוץ קורא קדש ידיו ורגליו פשט ירד וטבל עלה ונסתפג הביאו לו בגדי זהב ולבש וקדש ידיו ורגליו ויצא ועשה את אילו ואת איל העם ואת שבעת כבשים תמימים בני שנה ד״ר אליעזר רבי עקיבא אומר עם

III. Si in veſtibus byſſinis legebat, ſanctificabat manus & pedes: exuebat, deſcendebat, & lavabat. [1] aſcendebat & abſtergebat: adducebant ei veſtes aureas, & induebat, & manus & pedes ſanctificabat: & exibat & offerebat arietem pro ſe, & arietem pro populo, [2] ſeptemque agnos [3] perfectos [4] anniculos. Verba Rabbi Elea-

Digitized by Google

תמיד של שחר היו קרבין ופר העולה ושעיר הנעשה בחוץ היו קרבין עם תמיד של בין הערבים.

Eleazaris. Rabbi Akiba dicit; offerebant eos cum ſacrificio jugi matutino. Juvencum vero aſcenſionis, & hircum oblatum extrinſecus, cum ſacrificio jugi veſpertino offerebant.

ד׳ קדש ידיו ורגליו ופשט וירד וטבל ועלה ונסתפג הביאו לו בגדי לבן ולבש וקדש ידיו ורגליו נכנס להוציא את הכף ואת המחתה קדש ידיו ורגליו ופשט וירד וטבל עלה ונסתפג הביאו לו בגד זהב ולבש וקדש ידיו ורגליו ונכנס להקטיר קטורת של בין הערבים ולהטיב את הנרות וקדש ידיו ורגליו ופשט הביאו לו בגדי עצמו ולבש ומלוין אותו עד ביתו ויום טוב היה עושה לאוהביו בשעה שיצא בשלום מן הקדש.

IV. Sanctificabat manus & pedes, & exuebat, & deſcendebat, & lavabat & aſcendebat, & abſtergebat. Adducebant ei veſtes albas, & induebat, & manus & pedes ſanctificabat. Intrabat ut depromeret cupam thuribulumque. [5] Sanctificabat manus & pedes, & exuebat, & deſcendebat, & lavabat, aſcendebat & abſtergebat. Adducebant ei veſtes aureas, & induebat, & ſanctificabat manus & pedes, & intrabat ad ſuffiendum ſuffimentum veſpertinum, & ad aptandum lucernas, [6] & ſanctificabat manus & pedes, & exuebat. Adducebant ei veſtimenta propria, & induebat, & comitabantur eum ad domum ſuam. Ipſe vero convivium parabat amicis, quando in pace exierat [7] e ſanctuario.

ANNOTATIONES.

(1) אם בבגדי בוץ קורא קדש ידיו ורגליו פשט ירד וטבל וגו׳ , *Si in veſtibus byſſinis legebat, ſanctificabat manus & pedes, exuebat, deſcendebat, & lavabat, &c.*] Sacerdotem inter ſingula miniſteria ad mutationem veſtium corpus lavare, & manus & pedes bis ſanctificare debuiſſe ſupra ad caput tertium oſtenſum eſt, ubi rationes ex *Torath Cohanim* adduximus: quod hic admonuiſſe ſufficiet. Vide quæ ibi annotavimus. Hoc ſolum addam, quod lavabat & ſemel tantum manus & pedes ſanctificabat, ſi non in veſtibus ſanctis, ſed ſtola propria legiſſet, quia alteram vicem abſolverat cum primum veſtes byſſinas exuiſſet. R. Aſcher: אם קרא באצטלית משלו ונמצא כבר קדש ידיו ורגליו כשפשט בגדי הבוץ ואינו צריך עתה אלא טבילה וקדוש׃

(2) ועשה את אילו ואת איל העם , *Et offerebat arietem pro ſe, & arietem pro populo.*] De ariete ſuo extat mandatum, *Levit.* XVI. 3. de ariete populi, *Num.* XXIX. 8.

(3) ואת שבעה כבשים , *Et ſeptem agnos.*] Nonnulli dicunt multitudinem populi Judaïci numero ſeptenario deſignari. Certè oportet myſterium ſubeſſe, cum Deus nihil unquam temere conſtituit. Inter Gentiles quoque numeri ſeptenarii celebris uſus fuit, & hoc etiam in victimis immolandis. Virgilius Æneid. lib. 6.

Nunc grege de intacto ſeptem mactare juvencos
Præſtiterit, totidem lectas de more bidentes.

(4) תמימים , *Perfectos.*] Id eſt, immaculatos, integros, ſuis omnibus partibus abſolutos. Habes hoc præceptum *Num.* XXIX. 8. ubi etiam juſſit Deus, ut anniculi & maturi ætate eſſent, quemadmodum in Miſchna narratur. Veteres olim, qui omnes fere Judæorum ritus & conſuetudines in deorum falſorum cultu adhibuerunt, hanc in quibuſdam ſacrificiis venuſtatem & elegantiam requirebant. Homerus Iliad. lib. 1.

Αἴ κέν πως ἀρνῶν κνίσσης αἰγῶν τε τελείων
Βούλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.

Aut ſi forte ovium nidorem caprarumque perfectarum
Velit aſſequutus à nobis peſtem deponere.

Apud eundem etiam eodem libro legas τελήεσσας ἑκατόμβας. Thucydides de *Bello Pelop.* lib. 5. ὀμνυώντων δὲ τὸν ἐπιχώριον ὅρκον ἕκαστοι, μέγιστον κατὰ τῶν ἱερῶν τελείων, *Jurent autem ſinguli jusjurandum quod moribus patriis eſt receptum, & quod religioſiſſimum habetur, ſupra victimas perfectas.* Ubi Scholiaſtes; τὰ ἱερὰ τέλεια victimas perfectas exponit; τὰ ἱερεῖα τὰ ὁλόκληρα καὶ μηδὲν λελωβημένα, *victimas integras nec ulla parte mutilatas.* Latini *lectas & eximias hoſtias* appellant, quia animalium partes, ut ſolebant Judæi, accuratiſſime explorabant, eaque ſola legebant, quæ integro & illæſo corpore erant; quæ-

Digitized by Google

quæcunque etiam linguam nigram, aurem fiſſam, aut caudam aculeatam haberent, recuſabant. Virgilius lib. 4. Æneid.

... mactant lectas de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœboque, Patrique Lyæo.

Vide Servium ibi, & ad lib. 6. & Macrobium lib. 3. cap. 5. Saturnal. Alii *majores hoſtias* vocant. Cicero contra Rullum: *Erant hoſtiæ majores in foro conſtitutæ, quæ ab his Prætoribus de Tribunali, ſicut à nobis Conſulibus de Concilii ſententia probatis, ad Præconem & ad Tibicinem immolabantur.*

(5) נכנס להוציא את הכף ואת המחתה. *Intrabat ut depromeret cupam thuribulumque.*] Intravit ſanctum ſanctorum; quia ibi cupam thuribulumque, poſtquam adoleverat, reliquiſſet. Rabbi Aſcher: מקד' ולובש בגדי לבן ומוציא כף ומחת' שהניח לפני ולפנים בהקטיר שמורת הקטרת

(6) להטיב את הנרות; *Ad aptandum lucernas.*] Id eſt, ad accendendum; ſic enim in hoc loco verba intelligi debent. Bartenora: הטבה זו הדלקה היא. *Aptatio iſta accenſio eſt.*

(7) בשעה שיצא בשלום, *Quando in pace exierat.*] Id eſt, ſalvus, & incolumis. Ea enim tempeſtate, qua frigus aliquantulum vigere incepiſſet, facile poterat ægrotare: tum quia ſolis lineis veſtibus indutus, quibus maxime frigori expoſitus erat, quædam miniſteria præſtiterit; tum quia toties veſtes depoſuerit, ut lavaret. Certe ex iſtis aliiſque cauſis Sacerdotes in varios morbos crebro incidiſſe, ex Maimonide notavit Cunæus, lib. 2. cap. 14. de *Republica Hebræorum*. Et proinde quidam eligebantur, quibus ſalus Sacerdotum curæ fuit; qui iſtis præfectus erat, ממונה על החולין dicebatur. Multi quoque in ſancto ſanctorum, ut tradunt Hebræi, mortui ſunt; atque inde etiam ei periculum imminebat.

ה' כהן גדול משמש בשמנה כלים וההדיוט בארבעה בכתונת ומכנסים ומצנפת ואבנט מוסיף עליו כהן גדול חשן ואפוד ומעיל וציץ באלו נשאלין באורים ותומים ואין נשאלין בהן להדיוט אלא

V. Sacerdos magnus in octo veſtibus miniſtravit, gregarius quatuor; [1] in tunica, [2] & femoralibus, [3] & tiara, [4] & balteo. [5] Sacerdos magnus his addidit pectorale, [6] & ephod, [7] & pallium, [8] & laminam. [9] & in iſtis [10] inquirebant in Urim & Thummim; [11] & non inquirebant de privato, ſed de Rege, [12] & de Synedrio magno,

Digitized by Google

למלך ולציר דין ולמי magno, & de Miniſtro pu-
שהצבור צריך בו. blico.

Annotationes.

(1) כהן גדול משמש בשמנה כלים וההדיוט בארבעה, *Sacerdos magnus in octo veſtibus miniſtravit, gregarius quatuor.*] Verba hujus Miſchnæ intelligenda ſunt de miniſteriis in Sanctuario peractis; nam cum ſanctum ſanctorum intravit Sacerdos magnus, quatuor tantum veſtibus uſus eſt, quæ a Talmudicis *alba* appellantur. Finito expiationis feſto veſtes illas depoſuit, nec unquam denuo in iiſdem miniſtravit. R. Levi Barſel. in *Paraſ. Tſav.* ובכל השמנה היה עובד עבודת חוץ אבל בפנים שהוא לפנים מן הפרכת לא היה עובד לעולם כי אם בבגדי הבד ואחר שעבד בהן ביום הכפורים אחד אינו חוזר ועובד בהן לעולם שנאמר והניחם שם, *Et in omnibus octo miniſterium obiit quod exterius peragebatur, quod vero interius præſtitit, non niſi lineis veſtibus peractum eſt: & poſtquam in illis uno expiationis die adminiſtraſſet, nunquam iterum in illis miniſtravit; quia dicitur; & relinquet eas ibi.* Vide etiam Maimonidem in *Hilcoth Kele Hammikdaſch* cap. 8. Alias Sacerdos magnus perpetuo ſacris adfuit octo veſtibus amictus, quæ Talmudicis *aurea* appellantur. Gregarii Sacerdotes ſemper quatuor veſtibus munus ſuum obierunt, nec fas erat cuiquam vices ſuas exequi, niſi iiſdem ex lege induto. Si quis (ſive Sacerdos magnus, ſive gregarius erat) plures aut pauciores quam lex imperat aſciviſſet, ſi emplaſtrum vulneri impoſitum inter carnem ejus & veſtes latuiſſet, ſi veſtes ruptura deformaſſet, aut ſordes inquinaſſent, miniſterium ejus irritum fuiſſet. Gemara *Zebachim* cap. 2. לבש שני מכנסים שני אבנטים חסר אחת ייתר אחת או שהיתה לו רטיה על מכת בשרו תחת בגדו או שהיו מטושטשים או מקורעין ועבד עבודתו פסולה. *Si quis duo femoralia aut duos balteos induiſſet, ſi veſtis una defeciſſet aut redundaſſet, ſi emplaſtrum vulneri impoſitum ſub veſte fuiſſet, aut ſi veſtes fuiſſent ſordidæ & laceratæ, & in illis miniſtraſſet, miniſterium ejus irritum erat.*

(2) בכתונת. *In tunica.*] Tunica Sacerdotalis indumentum lineum erat, totius corporis velamen. Latini vulgò *camiſiam* vocant: quod etiam ipſa vox nativa ſua ſignificatione innuit. כתונת enim propriè *tunicam lineam* ſignificat: inde Græcis χιτὼν, ejuſdem ſignificationis. Tzetzes ad Heſiodi *Opera & dies.* χιτὼν δ' ἐςὶ κατὰ τοῦτον νῦν, καὶ κατὰ τὴν συνήθειαν, τὸ λεγόμενον ἐπικάμυσον. *χιτὼν verò juxta hunc*, Heſiodum, *nunc, & juxta conſuetudinem, idem eſt quod* ἐπικάμυσον. id eſt, *camiſia.* Puto in hoc loco ἐπικάμυσον mendoſe ſcribi pro ὑποκάμισον, quod alibi ſæpe legi; ſed ἐπικάμυσον nuſquam. Videtur etiam & *tunica*, ut non male conjicit Becmanus, per literarum tranſpoſitionem a כתונת provenire. Varro non placet, qui aliam ejus etymologiam adducit. *Tunica* (inquit ille libro quarto de *Lin-*

Lingua Latina) *ab tuendo corpore*. Multo minus placent quæ Iſidorus habet libro decimo nono *Orig*. *Tunica veſtis antiquiſſima appellata, quia in motu incedentis ſonum facit, tonus enim ſonus eſt*. Veriſimiliora ſunt quæ diximus, cum dictio Latina eandem prorſus cum Hebræa ſignificationem habeat. *Tunica* enim camiſiam, aut veſtem lineam interiorem, qua caro tegitur, præcipue denotat. Unde proverbium, cujus meminit Plautus in Trinummo, *Tunica propior pallio eſt*. Propertius lib. 2. Eleg. 2.

Cedite jam divæ, quas paſtor viderat olim,
Idæis tunicam ponere verticibus.

Atque hæc quidem horum verborum propria & genuina ſignificatio eſt. Communiter tamen ad alias veſtes extenduntur, & non ſolum camiſias lineas quas carni obducimus, ſed etiam veſtes exteriores quaſcunque humeris geſtamus, ſive pelliciæ, ſive laneæ, aut qualeſcunque fuerint, deſignant. Quod ad formam attinet, tunicam Sacerdotalem manicatam fuiſſe ſtrictimque corpori adhæſiſſe, refert Joſephus lib. 3. cap. 8. *Antiquit. Judaïc*. Talaris etiam erat & in longum porrecta, ut totum corpus ad pedes uſque operiret. Talem Heſiodus τερμιόεντα χιτῶνα nominat. Helleniſtis ποδήρης dicitur, quo nomine, aliquando veſtes ad imos pedes demiſſæ, aliquando veſtes breviores, quæ ad talos vix pervenerint, notantur. nam & pallium Sacerdotale Joſepho ποδήρης appellatur. ſed de pallio mox ſuo loco dicemus. De *tunica* hoc tantum addam ex Hieronymo ad Fabiolam: *Secunda ex lino tunica eſt* ποδήρης, id eſt, *talaris, duplici ſyndone, quam & ipſam Joſephus byſſinam vocat, appellaturque* כתנת *chetonet*, id eſt, χιτὼν, *quod Hebræo ſermone in lineam vertitur. Hæc adhæret corpori, & tam arcta eſt, & ſtrictis manicis, ut nulla omnino in veſte ſit ruga: & uſque ad crura deſcendat. volo pro legentis facilitate abuti ſermone vulgato. Solent militantes habere lineas, quas camiſias vocant, ſic aptas membris & adſtrictas corporibus, ut expediti ſint, vel ad curſum, vel ad prælia, dirigere jacula, tenere clypeum, enſem librare, & quocunque neceſſitas traxerit. Ergo & Sacerdotes parati in miniſterium Dei, utantur hac tunica, ut habentes pulchritudinem veſtimentorum, nudorum celeritate diſcurrant*.

(3) מכנסים. *Et femoralibus*.] Femoralia hæc lineæ brachæ erant, quibus femora & pudenda velabant Sacerdotes. Superne circa cor, ut Targum Jonathanis habet ad *Ezech*. XLIV. 18. conſtringebantur. Joſephus lib. 3. cap. 8. *Antiquit. Judaïc*. ait, circum ilia conſtricta fuiſſe. Utrumque verum. totum enim ſpatium ab axillis ad coxendicem huic rei liberum fuit. Loca vero quibus copioſus ſudor excurrit, (ipſas puta axillas, & imum ventrem) prohibita erant, ne ſacræ veſtes, inde attracto ſudore, inquinatæ & maleolentes fierent. Vide *Ezech*. XLIV. 18. ubi Kimchius. תניא כשהם חוגרים אינם חוגרי׳ לא למטה ממתניהם ולא למעלה מאציליהם אלא כנגד אצילי ידים. *Traditio eſt, cum accingebant, non accingebant infra lumbos, nec ſupra axillas, ſed prope axillas*. Inferne ipſa genua attingebant, ut femoralia quæ nunc

ſunt

Digitized by Google

ſunt in uſu. *Exod.* XXVIII. 42. ממתנים ועד ירכים יהיו, ubi per ירכים *genua* intelligi aſſerunt Rabbini. R. Levi Barſellonius in *Paraſhath Tſau.* והמכנסים צורתן ידוע בכל׳ מקום והיו שלהם גדולים ממתנים עד ירכים כלומר עד הירכים שהוא הנק׳ גינו׳. Tantundem habet Hieronymus ad Fabiolam: *Lineis fœminalibus, quæ uſque ad genua & poplites veniunt, verenda celantur.* Hoc genus veſtimenti Cicero *ſubligacula* vocat, alii *brachas*. Cerda in *Adverſariis ſacris* cap. 67. num. 2. exiſtimat eſſe idem cum *campeſtribus* Auguſtini, & *ſuccinctoriis* aliorum; & certe in hoc conveniunt, quod omnia hæc pudendorum velamenta ſunt: ſi verò forma ſpectetur, multum differre videntur. De *Femoralibus* vide Joſephum lib. 3. cap. 8. *Antiq. Judaïc.* de *Campeſtribus* & *Succinctoriis* Iſidori *Origines*, lib. 19. cap. 22. & 33.

(4) ומצנפת. *Et tiara.*] Sunt qui contendunt מצנפת ſolius Sacerdotis magni tiaram eſſe: ſed hoc contra authoritatem hujus Miſchnæ affirmant, itemque contra authoritatem Joſephi, qui gregarii etiam Sacerdotis tiaram hoc nomine vocari, in loco jam ſæpe memorato, aſſerit. *Tiara* autem faſcia erat linea, quæ multis contorta voluminibus caput cinxit, & in occipitio redimiculo conſtricta fuit: in arcuatam galeæ formam flectebatur, unde ipſum Græci nonnulli πάρσιν Κορυβάντιον appellant. Corybantes enim gladiis, ſcutis, galeiſque (quibus ſimiles erant Sacerdotum tiaræ) armati, furentium more, inter ſacrificia ſaltabant, criſtaſque quatiebant, ut præſentibus terrorem metumque numinis inferrent. Vide Strabonem lib. 10. *Geograph.* & Lucianum de *Saltatione.* Ab his non multum diverſæ erant cæterarum gentium, præcipue Perſarum, tiaræ, quos etiam arcuatam galeæ figuram habuiſſe innuit Sidonius Apollinaris in *Panegyrico ad Anthemium Auguſtum*, & inde *lunatos* vocat,

--- ac ſupplice vultu
Flectit Achamenius lunatam Perſa tiaram.

(5) ואבנט. *Et balteo.*] אבנט *balteus* eſt, quo tunicas cingebant Sacerdotes, ut magis agiles, magiſque expediti eſſent, cum ad opus progredi deberent. Laxatæ enim ſolutæque tunicæ brachiis incommodare potuiſſent. Latus erat, ut tradit Joſephus, quatuor digitos, & variis floribus figuriſque inſtar operis plumarii acu pictus. Contextura cava erat, ut ſerpentis exuvium, aut marſupium longius, putares. Vide Joſephum lib. 3. cap. 8. *Antiq. Judaïc.* & Hieronymum ad Fabiolam.

(6) מוסף עליו כ״ג חשן, *Sacerdos magnus his addidit pectorale.*] Quatuor veſtes prædictæ Sacerdoti magno cum reliquis Sacerdotibus communes erant; nam licet veſtes Sacerdotis magni paulo accuratiores mollioreſque fuerint, licet tiara balteuſque ejus aliquantulum a cæteris diſcreparent, omnes tamen eiſdem nominibus appellantur. Sed præter veſtes memoratas Sacerdos magnus alias habuit peculiares, quibus munus ſacrum obiit: quarum prima חשן *pectorale* dicitur. In ſacra Scriptura חשן המשפט *pectorale judicii* nominatur, quia per ipſum Sacerdos magnus divinum

Digitized by Google

divinum reſponſum accepit, & judicium de bello, & pace, cæteriſque ad ſalutem Reipublicæ ſpectantibus, edidit. Ornamentum erat propter immane pretium luculentiſſimum, collo appenſum, & ad pectus uſque pendulum, תכשיט כנגד הלב, ut ait Solomon Jarchi ad *Exod.* XXVIII. 4. Ad eundem fere modum triumphantes, & pueri prætextati Romanorum bullas aureas collo appenſas ad pectus geſtabant. Vide Macrobii *Saturnalia* lib. 1. cap. 6. & Plinium Secundum de *Viris illuſtribus* cap. 6. Ornamenta illa dicta ſunt *bulla*, ut inquit Feſtus, *à Græco ſermone* βουλὴ, *quia eam corporis partem* bulla *contingat, id eſt, pectus, in quo naturale manet conſilium.* Ob eandem cauſam, ut quibuſdam placet, pectorale Sacerdotis magni Helleniſtis λόγιον *rationale* dicitur, quia nimirum ad pectus rationis ſedem apponebatur. Hodie quoque apud nos Equites Ordinis Periſcelidis ad eundem fere modum ornamentum ad pectus gerunt, cui imago Sancti Georgii impreſſa eſt, quod ipſis, ut pectorale Sacerdoti magno, honoris & dignitatis inſigne eſt.

(7) ואפוד, *Et Ephod.*] Indumentum hoc Helleniſtis ἐπωμὶς dicitur. Unde Latini *ſuperhumerale* vocant. Nonnulli ajunt ὠμοφόριον, quod Græcis olim Patriarchis in uſu fuerit, forma huic reſpondiſſe. Sed hoc magis audacter quam perite dictum, cum ὠμοφόριον veſtis erat oblonga, & ad terram uſque demiſſa, ut innuit Zonaras in *Conſtantino Copronymo.* Vide Cerdæ *Adverſaria ſacra* c. 64. num. 2. Mallem igitur ἡμιφόριον vocare, cum veſtis erat brevis & quaſi dimidiatum pallium. Nihil huic tam ſimile credo, quam ſagum militare, quamvis in quibuſdam diſcrepant: huic enim, ut ait Joſephus, circa medium pectus lacuna erat cui pectorale inſertum. Joſephus lib. 3. cap. 8. *Antiquitatum Judaïcarum.* Ἐπὶ δὲ τούτοις τρίτον ἐνδύεται τὸν λεγόμενον ἐφώδην, Ἑλληνικῇ δ' ἐπωμίδι προσεοικότα. γίνεται γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον. ὑφανθεὶς ἐπὶ βάθος πηχυαῖος ἔκ τε χρωμάτων παντοίων καὶ χρυσοῦ συμπεποικιλμένος περίπτυχον μὲν τοῦ στέρνου τὸ μέσον καταλιμπάνει, χειρῖσί τε ἠσκημένος καὶ πάντῃ σχήματι χιτὼν εἶναι πεποιημένος, τῷ δὲ διακένῳ τοῦ ἐνδύματος συνίεσι πρόστμημα σπιθαμῆς τὸ μέγεθος, χρυσῷ τε καὶ τοῖς αὐτοῖς τῷ ἐφώδει βάμμασι διηνθισμένον. ἐσσὴν μὲν καλεῖται. σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν λόγιον. *Super has* veſtes *tertiam etiam induit vocatam ephodem Græcanicæ epomidi ſimilem: ea fit hoc modo, ex variis coloribus auro intermixto ita contexitur, ut circa medium pectus lacuna quædam relinquatur, maniculis quoque ita extantibus ut plane pallium appareat. Lacunæ vero inſeritur fruſtum amplitudine palmi, auro, iiſdemque coloribus quibus ephodes variegatum. Id vocatur eſſen, ac ſi dicas rationale.*

(8) ומעיל, *Et pallium.*] מעיל Veſtis erat exterior, ut כתונת interior. His reſpondent *pallium* & *tunica*: Latinis enim pallium operculum erat tunicæ, ut Judæis מעיל operculum erat הכתונת. Plautus in *Aulular.*

M EUCL.

EUCL. *Quid abſtuliſti hinc?* ST. *Di me perdant, ſi ego quicquam abſtuli;*

Nive adeo abſtuliſſe vellem. EUCL. *Agedum excute dum pallium.*

STROB. *Tuo arbitratu.* EUCL. *Ne inter tunicas habeas.*

Erat autem pallium Sacerdotale, ut refert Joſephus, veſtis oblonga & talaris; & hoc, ut ait Maimonides, in honorem Sacerdotis magni ceſſit. Maimonides in *Hilcoth Kele Hammikd.* cap. 8. בגדי כהונה מצוותן שיהיו חדשים נאים ומשולשלים כדרך בגדי הגדולים שנאמר לכבוד ותפארת *Mandatum eſt ut veſtes Sacerdotii nova ſint, elegantes, & demiſſa, ſicut veſtes magnatum, quia dicitur; in gloriam & decorem.* Pallio autem huic appenſa erant mala punica, & tintinnabula, ut Sacerdotis magni, cum adiret ſanctuarium, ſonus audiretur. Miror vero quomodo Hieronymus lapſus, qui affirmat tintinnabula pallio appoſita fuiſſe, ut Pontifex vocalis incederet, cum ſancta ſanctorum ingrederetur. Hieronymus ad Fabiolam: *Inter duo tintinnabula unum malum eſt, inter duo mala unum tintinnabulum, ut alterutrum ſibi media ſint, cauſaque redditur. Idcirco tintinnabula veſti appoſita ſunt, ut cum ingreditur Pontifex in ſancta ſanctorum totus vocalis incedat, ſtatim moriturus ſi hoc non fecerit.* Incautè hæc & præproperè nimis Hieronymus aſſeruit; ex ſacra enim Scriptura totaque antiquitate ſatis conſtat, Sacerdotem magnum in ſancta ſanctorum non niſi ſolis lineis veſtibus indutum ingredi potuiſſe.

(9) וציץ *Et laminam.*] Lamina hæc duos digitos lata erat, frontemque ad aures uſque cinxit. Solomon Jarchi in *Exod.* XXVIII. 36. ציץ כמין טס של זהב היה רוחב ב' אצבעו' מקיף על המצח מאזן לאזן. Idcirco *Exod.* XXXIX. 30. dicitur נזר הקדש, id eſt, *corona ſancta*; aut forte magis proprie dixeris *corollarium ſanctum*. Latini enim ejuſmodi laminas non *coronas*, ſed *corollaria* vocarunt. Plinius lib. 21. cap. 2. *Paulatimque & Romæ ſubrepſit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis poſtquam e lamina area tenui inaurata aut inargentata dabantur.* Ad imitationem Sacerdotis magni Gentilium Sacerdotes ſacrificaturi coronas capite geſtabant. Tertullianus lib. 15. *Ipſa denique fores, ipſa hoſtia & ara, ipſi miniſtri & Sacerdotes eorum*, id eſt, Gentilium, *coronantur.* Putabant enim, ut eſt apud Athenæum lib. 15. εὐανθέστερον καὶ κεχαρισμένον μᾶλλον τοῖς θεοῖς εἶναι στεφανοῦσθαι τοὺς θύοντας. Ipſis etiam aliquando mos erat, ut non Sacerdotes modò, ſed quicunque deorum opem implorarent coronati precarentur. Scholiaſtes Sophoclis in *Oedip. tyran.* ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἐστεφανωμένους πρὸς ἱκετείαν χωρεῖν, ἵν' αἰδέσιμοι δοκοῖεν τοῖς ὧν ἱκέτευον. *Mos erat Antiquis coronatos ad preces incedere, ut venerabiles iis quibus ſupplicabant apparerent.* Livius Dec. 4. lib. 10. *Decemviri ſupplicationem in biduum valetudinis cauſa in urbe, & per omnia fora conciliabulaque edixerunt: majores duodecim annis omnes coronati, & lauream in manu tenentes ſupplicaverunt.* Porro, juſſit Deus *Exod.* XXVIII. 37. ut lamina hæc ad tiaram pontificiam vitta hyacinthina aſtringeretur,

Digitized by Google

geretur, unde a quibuſdam *διάδημα* dicitur. Græci enim vittas capiti impoſitas *διαδήματα* vocarunt. Plutarchus in Lucullo. *περισπάσασα τῆς κεφαλῆς τὸ διάδημα, τῷ τραχήλῳ περιῆψε, καὶ ἀνήρτησεν ἑαυτήν.* *Capitis diadema arripiens*, Monima uxor Mithridatis, *collo aptavit*, *& ſeipſam ſuſpendit.* Qui plura de veſtibus ſacerdotalibus & earum myſteriis ſcire cupit, adeat commentaria Rabbinorum in *Exod.* cap. XXVIII. & cap. XXXIX. ubi copioſe de ipſis agitur, & *Torath Cohanim* ad finem *Paraſath Tſav*, & *Korban Aharon*, & Maimonidem in *Hilcoth Kele Hammikdaſch.* adeat etiam Joſephum lib. 3. cap. 8. *Antiquit. Judaïc.* & Hieronymum ad Fabiolam.

(10) באלו, *In illis.*] Hoc de ſingulis octo veſtibus, quibus Sacerdos magnus ad altare miniſtraverit, & non tantum de quatuor illis poſtremum memoratis, quas ad veſtes gregarii Sacerdotis addiderit, intelligendum eſt. Maimonides ad ſubjectam Miſchnam. אמרם באלו נשאלין רוצה לומר שאין נשאלין באורים ותומים אלא בכהן גדול לובש אלו השמנה בגדים, *Cum dicitur*, in illis inquirebant, *hoc indicatur quod non inquirebant in Urim & Thummim niſi per Sacerdotem magnum iſtis octo veſtibus indutum.* Solebant etiam & Gentiles in quibuſdam locis veſtibus uti peculiaribus, cum oracula ſciſcitarentur. Maximus Tyrius *Serm.* 26. *ἐν Τροφωνίου γε μήν (καὶ γὰρ τοῦτο μαντεῖόν ἐστιν ἐν Βοιωτίᾳ ἥρωος Τροφωνίου περὶ Λεβαδίαν πόλιν) ὁ δεόμενος συγγενέσθαι τῷ δαιμονίῳ ἐνσκευασάμενος ὀθόνῃ ποδήρει καὶ φοινικίδι, μάζας τε ἐν χεροῖν ἔχων εἰσδύεται ὕπτιος κατὰ στομίου στενοῦ.* *In antro quoque Trophonii (nam & hujus herois oraculum eſt in Bœotia circa Lebadiam urbem) qui dæmonem adire velit, amictu induitur lineo, talari, purpureoque, libaque in manibus habens ſupinus anguſto ingreditur oſtiolo.* Pauſanias in *Bœoticis.* *ἔρχεται πρὸς τὸ μαντεῖον χιτῶνα ἐνδεδυκὼς λινοῦν καὶ ταινίαις τὸν χιτῶνα ἐπιζωσθείς.* *Ad oraculum progreditur*, qui reſponſum petit, *tunicam indutus lineam ac faſciis incinctus.*

(11) נשאלין באורים ותומים *Inquirebant in Urim & Thummim.*] Quid ſint Urim & Thummim, aut quis ſit modus conſulendi hoc oraculum, certo definiri non poteſt: libet tamen Talmudicorum ſententiam referre, quia licet multi leviter attigerunt, eam nullus, quod ſciam, integre pleneque percenſuit. Schikardus quidem cap. 1. de *Jure regio Hebræorum* ex propoſito de hac re dicere aggreſſus eſt: ſed magiſtrorum ſententiam, quamvis vir doctus, nec appoſite explicavit, nec ſatis ad eorum mentem retulit. Ut ab ipſis autem nominibus ordiamur, ſciendum eſt pectorali Pontificis aliquid a Moſe inſertum eſſe, quod אורים ותומים, id eſt, *luces & perfectiones*, dicebatur; ex hoc Sacerdos magnus conſulentibus reſponſum reddidit, atque inde oraculo nomina hæc indita ſunt. Gemara Hieroſolymitana: למה נקר' שמם אורי' שהן מאירין לישראל ותומים שהן מתימין לפניהם את הדרך, *Quare vocatur nomen*

eorum Urim ? quia illuminabant Iſraelem, (id eſt, voluntatem divinam in rebus dubiis ſignificabant:) *& Thummim ? quia coram ipſis perficiebant viam*, (id eſt, viam indicabant qua inſiſtere, & ingredi oporteret.) Modus conſulendi oraculum talis erat: Pontifex arcam verſus faciem inflexit, qui oraculum conſuluit ei a tergo ſtetit, dixitque, Faciam hoc, aut non faciam ? Tum Pontifex Urim & Thummim inſpexit, & e veſtigio reſponſum invenit. De duobus ſimul non inquiſiverint, niſi hoc temporis anguſtiæ exegiſſent, ut cum hoſtis perſequendus erat, aut negotium gerendum quod moras non pateretur. Ordine itidem inverſo non petiverint, & ſi petiſſent, oraculum ad quæſita ordine reſpondet, & quod primum futurum erat, primum prædixit. Et quamvis decreta Prophetarum propter pœnitentiam irrita ſæpe facta ſunt, judicium tamen per Urim & Thummim editum nunquam reſcindi ſolebat. Gemara Babylonica ; השואל פניו כלפי נשאל והנשאל פניו כלפי שכינה
השואל אומר ארדוף אחרי הגדוד הזה והנשאל אומר כה אמר ה׳
עלה והצלח רבי יהודה אומר. אין צריך לומר כה אמר ה׳ אלא עלה
והצלח אין שואלין בקול שנאמר ושאל לו ולא מהרהר בלבו שנאמר
ושאל לו לפני ה׳ אלא כדרך שאמרה חנה בתפלתו שנאמר וחנה היא
מדברת על לבה אין שואלין שני דברים כאחד ואם שאל אין מחזירין
אלא אחד ואין מחזירין לו אלא ראשון שנאמר היסגירוני בעלי קעילה
בידו הירד שאול וגו׳ ויאמר ה׳ ירד והא אמרת אין מחזירין אלא
ראשון דוד שאל שלא כסדר והחזירו לו כסדר וכיון שידע ששאל
שלא כסדר חזר ושאל כסדר שנאמר היסגירוני בעלי קעילה אתי
ואת אנשי ביד שאול ויאמ׳ ה׳ יסגירו ואם הוצרך הדבר לשנים
מחזירין לו שניהם שנאמר וישאל דוד לה׳ לאמר הארדוף אחרי הגדוד
הזה האשיגנו ויאמר ה׳ אליו רדוף כי השג תשיג והצל תציל ואף
על פי שגזירת נביא חוזרת גזירת אורים ותומים אינה חוזרת שנאמר
במשפט האורים. *Qui rogat faciem verſus rogatum*, id eſt, Sacerdotem, *& rogatus faciem* convertit *verſus Spiritum ſanctum*, id eſt, verſus arcam, ut nonnulli dicunt, verſus Urim & Thummim, ut dicunt alii. *Qui rogat, dicit; Perſequar poſt agmen iſtud ? & rogatus dicit; ſic dicit Dominus, Aſcende & proſperare.* Rabbi *Jehuda dicit, non opus eſt dicere, ſic dicit Dominus, ſed, Aſcende & proſperare. Non rogat voce* magna & excelſa, *quia dicitur; & petet reſponſum ei : neque concipiens corde*, id eſt, non rogat ſolo conceptu mentis, *quia dicitur; & petet reſponſum ei coram Domino : ſed ſicut Hanna loquebatur in oratione ſua, quia dicitur; & Hanna loquebatur in corde ſuo. Non rogant de duobus ſimul. &, ſi rogant, non reddunt reſponſum niſi ad unum, & non niſi ad primum, quia dicitur; Nunquid tradent me domini Chebilah in manum ejus ? nunquid deſcendet Saül, &c. & dixit Dominus, deſcendet. Ecce dixiſti, non reſponſum reddunt, niſi ad primum; David rogavit extra ordinem, & ordine ei reſpondebant. Et poſtquam intellexit, quod extra ordinem rogaſſet, ordine denuo rogavit, quia dicitur; Nunquid tradent domini Chebilah me & viros meos in manum Saül ? & dixit Dominus, tradent. Et ſi neceſſe ſit* propter anguſtias temporis *de duobus ſimul rogare, ad utrum-*

Digitized by Google

utrumque reſponſum reddunt, *quia dicitur*; *& rogavit David à Domino*, *dicendo*, *Perſequar poſt agmen iſtud? num attingam ipſum? dixit ei Dominus*; *Perſequere*, *quia attingendo attinges*, *& eruendo erues*. *Et licet decretum Propheta redit*, id eſt, a Deo propter pœnitentiam reſcinditur, *decretum Urim & Thummim non redit*, *quia dicitur*; *in judicio Urim*. Reſponſum divinum exilientes literæ indicarunt; tradunt enim Talmudici nomina Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, & nomina duodecim tribuum pectorali Sacerdotis magni inſculpta fuiſſe; his etiam additum, כל אלה שבטי ישראל, quibus totum Alphabetum continetur: literas vero iſtas emicuiſſe, & reſponſum quæſitis exhibuiſſe. Exempli gratia, cum oraculum reſponderit עלה והצלח *aſcende & proſperare*. ע ex שמעון, ל ex לוי, ה ex יהודה emicuerunt, ut efficerent עלה: ו ex נפתלי, ה ex אברהם, צ ex יצחק, ל ex זבלון, ח ex יצחק emicuerunt, ut efficerent והצלח. Tradunt inſuper Talmudici, vocem auditam eſſe, quæ Pontificem docuit inſtituitque, ne erraret ex punctorum vocalium defectu. Cum ipſæ etiam literæ e pectorali non exierint, ut debito ordine coaleſcerent, ſed in locis ſuis permanſerint, ex iiſdem varia verba confici poterant, ut ſi ו & ע & ל emicuiſſent, ex illis licuiſſet componere עלו & לעו & עול, & proinde neceſſe erat, ut Spiritus ſanctus Pontificem erudiret, ne hæreret incertus quale reſponſum redderet: hinc factum eſt, ut Deum fruſtra per Urim & Thummim conſuluiſſent, niſi Sacerdos magnus propheta fuiſſet, aut a Deo detentus, cui alloquenti Spiritus ſanctus adeſſe voluiſſet. Atque hæc quidem Talmudicorum ſententia eſt, quam non ſatis intellexit Schikardus, in loco citato bis lapſus. Primo, quod ait certum eſſe, vocem non fuiſſe auditam: ſecundo, quod ait totum Alphabetum nuſquam comparuiſſe. Secus omnino tradunt Magiſtri. Gemara Hieroſolymitana: אית תניי תני הקול היה שומע אית תניי תני הכתב בולט מאן דאמר הקול היה שומע ניחא דכתיב וישמע את הקול מאן דאמר הכתב היה בולט והא לית חית' בשבטים ולא צדי' ולא קוף' בשבטים אברהם יצחק יעקב כתוב עליהן והא לית טית' בשבטים כל אלה שבטי ישראל היה חקוק עליהן. *Tradit Doctor*, *quod audiebat vocem*; *tradit Doctor*, *quod ſcriptura prominebat*. *Qui dicit*, *quod audiebat vocem*, *nullis urgetur difficultatibus*, *quia ſcribitur*; *Et audiebat vocem*. *Qui dicit*, *quod ſcriptura prominebat*, his difficultatibus urgeri poteſt; *quia ecce Cheth non eſt in nominibus duodecim tribuum*, *neque Tzade*, *neque Koph*. Huic reſponderi poterit, quod hæc nomina אברהם יצחק יעקב *inſculpta erant ſuper ipſa*. *Et ecce non eſt Teth in nominibus duodecim tribuum*; Huic reſponderi poterit, quod hæc verba כל אלה שבטי ישראל *inſculpta erant ſuper ipſa*. Ex his apparet vocem, juxta Talmudicorum ſententiam, fuiſſe auditam, & totum etiam Alphabetum comparuiſſe, exceptis tantum tribus literis finalibus ץ, ם, ן, quibus opus non erat, cum literæ, ut dictum eſt, e locis ſuis non exierint, ut debito ordine coaleſcerent, ſed ipſas Sacerdos magnus, a Spiritu ſancto doctus, conjunxit. Ex his etiam apparet, literas emicantes, ex quarum prominentiis Sacerdos magnus res dubias intellexit, aut aliquid pectorali inſertum,

 quod

quod ipſas extruſit & prodire fecit, ex Talmudicorum ſententia, *Urim & Thummim* fuiſſe. Quod licet indubitatum non ſit, majorem tamen quam quicquam aliud, quod legi hactenus, probabilitatis ſpeciem habere videtur: ridiculum enim eſt, quod nonnulli ajunt, reſponſum divinum per ſolum gemmarum fulgorem Sacerdoti magno innotuiſſe. Poterat quidem victoria (quod refert Joſephus lib. 3. cap. 9. *Antiquitat. Judaïc.*) per ſolum lapidum fulgorem prænunciari: ſed quomodo poterant omnia illa indicari, quæ 2 *Sam.* v. 23. habentur? *Non aſcendes contra eos, ſed gyra poſt tergum eorum, & venies ex adverſo mororum, & cum audieris ſonitum gradientis in cacumine mororum, tunc inibis prælium, quia tunc egredietur* Dominus *ante faciem tuam, ut percutiat caſtra Pheliſtim.* Non placet Schikardus, qui gemmarum illuminatarum configurationem ſpeciem literarum exhibuiſſe affirmat, eo ſcilicet modo quo obſeſſi ſolent ſtatum urbis, artificii conſcio & eminus ſpectanti ſocio, per candelas varie ſublatas noctu ſignificare: qui & characteres (quorum nonnullos Chinenſium potius quam Hebræorum notas eſſe putares) ex earundem ſitu ad rem illuſtrandam fabricavit, ex quibus putat Sacerdotem magnum Dei reſponſum noſſe potuiſſe. Quod quidem nullo fundamento innixum eſt; nam locum illum, quem ex *Tſeror Hammor* attulit, perperam omnino intellexit, cum literas emicuiſſe haud ſecus quam Talmudici docent, & poſtea a gemmis illuminatas fuiſſe aſſerat ibi R. Abraham Seba: ipſas vero gemmas literarum ſimulacra exhibuiſſe, ut expoſuit Schikardus, ne ſomniavit quidem. Vide Schikardum, ſi lubet, cap. 1. de *Jure regio Hebræorum.* Non cognovit inſuper Sacerdos magnus reſponſum divinum ex voce audita ſolum, neque ſolum ex viſione prophetica, quia fruſtra Deus Urim & Thummim pectorali ejus imponi præcepiſſet, ſi huic rei nequicquam inſervire debuiſſent; ſi per vocem ſolam aut viſionem propheticam reſponſum editum fuiſſet. Prætereo ea quæ de ſacro Dei nomine in concavitate pectoralis impoſito tradunt Rabbini, quia non explicant, quo pacto per ipſum Pontifex reſponſum ſcierit. Forte volunt literas virtute hujus nominis emicuiſſe, ſed de hac re nequeo quicquam certi reperire.

(12) ואין נשאלין בהן להדיוט אלא למלך וגו׳, *Et non inquirebant de privato, ſed de rege, &c.*] Probant hoc Talmudici ex *Num.* XXVII. 21. *Et ſtabit coram Eleazaro ſacerdote, & interrogabit pro eo judicium Urim coram* Domino; *juxta ſermonem ejus egredientur, & juxta ſermonem ejus ingredientur, ipſe, & omnes filii Iſrael cum eo, & omnis congregatio.* Gemara Babylon. אמר רבי אבהו דאמר קרא ולפני אלעזר הכהן יעמד ושאל לו במשפט האורים וגו׳ הוא זה מלך וכל ישראל אתו זה משוח מלחמה וכל העדה זו סנהדרי, Dicit Rab. *Abbu, quod dicit Scriptura; & ſtabit coram Eleazaro ſacerdote, & interrogabit pro eo judicium Urim, &c. ipſe, id eſt, rex; & omnis Iſrael cum eo, id eſt, unctus in bellum; & omnis congregatio, id eſt, Synedrium.*

CAPUT VIII.

Digitized by Google

פרק ח. CAPUT VIII.

De vetitis & licitis in die expiationis. Spe veniæ peccantibus pœnitentiam in die expiationis non concedi. Peccata in homines ſine ſatisfactione non remitti.

א. MISCHNA I.

יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה וברחצה ובסיכה ובנעילת הסנדל ובתשמיש המטה והמלך והכלה ירחצו את פניהם והחיה תנעול את הסנדל דברי רבי אליעזר וחכמים אוסרין.

IN die expiationis interdictum eſt in cibo, & in potu, [1] & in lotione, & in unctione, [2] & in inductione calcei, [3] & in miniſterio lecti; [4] Rex verò & ſponſa lavabunt facies ſuas, [5] & puerpera calceos inducet. [6] Verba Rab. Eleazaris; at Sapientes prohibent.

Annotationes.

(1) יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה, *In die expiationis interdictum eſt in cibo & in potu.*] Abſtinentiam a cibo potuque mandavit Deus, *Levit.* xvi. 29. *In menſe ſeptimo, in decima menſis affligetis animas veſtras.* In die igitur expiationis uſque ad veſperam jejunarunt; ſi quis contra feciſſet, exciſionis ſive exterminii pœna plectebatur. *Levit.* xxiii. 29. *Omnis anima, quæ non afflicta fuerit in die iſto, excidetur e populis ſuis.* Vide *Keritoth* cap. 1. ubi inter exterminii reos numeratur. האוכל והעושה מלאכה ביום הכפורים, *Qui cibum ſumpſerit, & qui opus fecerit in die expiationis.* Nec exciſione tantum mulctabatur, ſed etiam vapulabat. Vide *Maccoth* cap. 3. ubi pariter inter vapulantes numeratur. האוכל והעושה מלאכה ביום הכפורים, *Qui cibum ſumpſerit, & qui opus fecerit in die expiationis.* Apud nos hodie inuſitatum eſt ob delictum hoc flagris cædi, ſed Eccleſiaſticis cenſuris ex lege plectuntur, qui jejunium violant; olim tamen inter majores noſtros pœna hæc in uſu fuit, ut ex antiquis legibus conſtat. Leges Edovardi & Guthurni cap. 8. Gif ſreoman rihte faeſtan abrece. gylde wite. and lahſlite. Gif hit theowman gedo. tholie hir hyde. oththe hyde gyldes. *Liber ſi indictum jejunium cibo ſumpto diſſolverit, & mulcta, & ipſa legis violatæ pœna plectitor, ſervus vapulato, aut pretio redimito.* Idem habes ad verbum antiqua verſione tranſlatum inter leges Aluredi & Guthurni,

Digitized by Google

thurni, cap. 12. *Si liber homo rectum jejunium frangat, reddat witam vel lashlite, ſi ſervus hoc faciat, perdat corium ſuum vel bidgildum.*

(2) וברחיצה ובסיכה, *Et in lotione, & in unctione.*] Hæc, quæ ſequuntur, ſtatuta erant Rabbinorum, de quorum obſervantia maxime laborabant hypocritæ, de interna cordis afflictione parum ſoliciti, & propterea Chriſtus Salvator noſter ipſos acriter reprehendit, jubetque diſcipulos ſuos, ut nuſquam eorum mores imitarentur. *Matth.* VI. 17. Σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλήν, καὶ τὸ πρόσωπόν σου νίψαι, *Tu autem cum jejunas unge tuum caput, & faciem tuam lava.* Quamvis non videtur Salvator noſter afflictionem externam verbis iſtis reprehendere, ſed fictam ſimulatamque hypocritarum religionem caſtigare, qui turpitudinem & atrocitatem animi externo fuco obvelarent. Daniel enim jejunium initurus ab unctione abſtinuerit, & hoc Deo optatum acceptumque fuiſſe conſtat. Vide *Dan.* x. 3. David etiam cum pro puero jejunarit, tum ab unctione, tum a lotione temperaverit. Vide 2 *Sam.* XII. 20. Externæ igitur afflictiones Deo gratæ non ſunt, niſi cor intus æſtuet, & peccati odio crucietur. Si vero externam corporis afflictionem internus animi dolor comitetur, Deo jejunium hoc probari illuſtria exempla confirmant.

(3) ובנעילת הסנדל, *Et in inductione calcei.*] Hoc intelligendum eſt de calceis coriaceis; poterant enim ſoccis ex panno, aut quavis alia materia confectis, uti. *Arba Turim* in *hilk. jom Hakkipp.* מותר לילך באנפלאות של בגד לא שנא בבית לא שנא ברשו' הרבים, *Licitum eſt* in die expiationis *incedere ſoccis panni, nihil intereſt ſive privatim ſive publice.* Menaſſeh Ben Iſrael in *Theſouro dos dinim*, cap. 98. He neſte dia proiiibido calçar aynda que ſeja só num pè çapatos de couro, mas de pano ou outra qualquer couſa, he licito; porque ſe julga o meſmo que andar deſcalço. *In iſta die prohibitum eſt inducere calceos coriaceos, quamvis in unum ſolum pedem, ex panno tamen aut quavis alia materia confectos inducere licitum eſt, quia hoc perinde eſt ac ſi quis diſcalceatus incederet.* Calceis vero coriaceis uti nemini fas erat, niſi ægrotaret, aut gravi aliqua neceſſitate premeretur. Solebant enim Judæi, cum ſe affligerent, diſcalceati incedere, quemadmodum Davidem feciſſe legimus, 2 *Sam.* XV. 30. *Et David aſcendebat per aſcenſum montis olivarum, aſcendebat, & flebat, & caput ei opertum erat, & incedebat diſcalceatus.*

(4) ובתשמיש המטה, *Et in miniſterio lecti.*] Non ſolum a miniſterio lecti abſtinuerint conjuges, ſed nec in eodem lecto una cubuerint. Menaſſeh Ben Iſrael: He peccado tocar na mulher, como ſe foſſe menſtruoſa, e non podem dormir numa meſma cama, por fugir a occaſion de peccar. *Peccatum eſt* in die expiationis *tangere mulierem, ac ſi eſſet menſtruata, nec in eodem lecto dormire poſſunt, ut fugiant occaſionem peccati.* Statutum hoc Rabbinorum ad pietatem plurimum conducere non eſt negandum. Deus enim religioſiſſime colitur, cum mens, repudiatis obſcænis ſpurciſque voluptatibus, ſola cœleſtia cogitat. Innuit hoc Paulus 1 *Corinth.* VII. 5. Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ.

Noluit

Nolite fraudare invicem, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut vacetis jejunio & orationi. Et proinde Eccleſia Græca abſtinentiam conjugalem imperavit, ſtatuitque ut in diebus jejunii, & in diebus ſacris, conjuges à mutuo congreſſu abſtinerent. Vide Balſam. ad *Canon.* 3. *Dionyſii Alexandrini*, & Leunclav. lib. 5. *Reſponſorum.* Statuit & hoc Eccleſia Latina. Vide *Decretum* Gratiani pàrt. II. cauſa 33. quæſt. 4. Gentiles etiam ſolennibus diebus, quibus ſacra diis ſuis facerent, hoc obſervarunt. Juvenalis *Sat.* 6.

Ille petit veniam, quoties non abſtinet uxor
Concubitu, ſacris obſervandiſque diebus.

(5) המלך והכלה ירחצו את פניהם. *Rex verò & ſponſa lavabunt facies ſuas.*] Regi hoc permiſſum, quia recreat ſubditos gratioſus & ſplendidus regis vultus; ſponſæ vero, ne fœdata ſordibus a ſponſo ſuo contemneretur. Sponſa autem vocatur triginta diebus poſt nuptias, quibus ſi dies expiationis inciderit, lavabat faciem ſuam. Gemara Babylonica: מאי טעמא מלך משום דכתיב מלך ביפיו תחזינה עיניך כלה מאי טעמא כדי שלא תתגנה על בעלה אמר ליה רב לרבי חייא כלה עד כמה אמר ליה כדתנן אין מונעין תכשיטי׳ מן הכלה כל שלשים יום.
Rex quare? quia ſcribitur; Regem in pulchritudine ſua videbunt oculi tui. Sponſa quare? Ne vilis ſit apud ſponſum ſuum. Dixit Rab ad Rabbi Chija; Sponſa quamdiu? Dixit ei: juxta id quod docemus; Non cohibent ornatum ejus totis triginta diebus.

(6) והחיה תנעול את הסנדל, *Et puerpera calceos inducet.*] Hoc ei indultum eſt triginta diebus poſt partum ne a frigore læderetur. *Arba Turim* in *Hilcoth jom hakkippurim.* והחיה מותר לנעול הסנדל כל ל׳ יום משום צנה, *Puerpera licitum eſt inducere calceos totis triginta diebus propter frigus.* In loco, quo ſibi a ſcorpionibus metuerent, poterant ſinguli calceis uti. Gemara Babylonica: והחיה תנעול את הסנדל משום צינה אמר שמואל אם מחמת סכנת עקרב מותר. *Et puerpera inducet calceos propter frigus. Dixit Samuel; Si propter periculum ſcorpionis, licitum.* Hoc etiam infirmo, & pede vulnerato licuit. Menaſſeh Ben Iſrael. Pode con tudo a parida dentro dos 30. dias do parto, calçar çapatos de couro, e aſſi meſmo o doente, aynda que naõ eſtè perigozo, e o que tem alguma ferida no pe, ou teme ſer mordido de ſerpentes donde as ay. *Nihilominus mulier, quæ peperit, triginta diebus poſt partum inducere poteſt calceos coriaceos, itemque & infirmus, quamvis nullum ſit periculum, & qui vulnus habet in pede, aut qui in loco degit ubi timeat ſerpentium morſus.*

ב׳ האוכל ככותבת הגסה כמוה וכגרעינתה והשותה מלא לוגמיו חייב | II. Qui edit menſuram dactyli craſſi: cum grano ſuo, & qui bibit quantum maxil-

ſunt in uſu. *Exod.* XXVIII. 42. ממתנים ועד ירכים יהיו, ubi per ירכים *genua* intelligi aſſerunt Rabbini. R. Levi Barſellonius in *Parashath Tſav.* והמכנסים צורתן ידוע בכל מקום והיו שלהם גדולים ממתנים עד ירכים כלומר עד הירכים שהוא הנק גינוי. Tantundem habet Hieronymus ad Fabiolam: *Lineis fœminalibus, quæ uſque ad genua & poplites veniunt, verenda celantur.* Hoc genus veſtimenti Cicero *ſubligacula* vocat, alii *brachas*. Cerda in *Adverſariis ſacris* cap. 67. num. 2. exiſtimat eſſe idem cum *campeſtribus* Auguſtini, & *ſuccinctoriis* aliorum; & certe in hoc conveniunt, quod omnia hæc pudendorum velamenta ſunt: ſi verò forma ſpectetur, multum differre videntur. De *Femoralibus* vide Joſephum lib. 3. cap. 8. *Antiq. Judaïc.* de *Campeſtribus* & *Succinctoriis* Iſidori *Origines*, lib. 19. cap. 22. & 33.

(4) ומצנפת. *Et tiara.*] Sunt qui contendunt מצנפת ſolius Sacerdotis magni tiaram eſſe: ſed hoc contra authoritatem hujus Miſchnæ affirmant, itemque contra authoritatem Joſephi, qui gregarii etiam Sacerdotis tiaram hoc nomine vocari, in loco jam ſæpe memorato, aſſerit. *Tiara* autem faſcia erat linea, quæ multis contorta voluminibus caput cinxit, & in occipitio redimiculo conſtricta fuit: in arcuatam galeæ formam flectebatur, unde ipſum Græci nonnulli πάρον Κορυβάντιον appellant. Corybantes enim gladiis, ſcutis, galeiſque (quibus ſimiles erant Sacerdotum tiaræ) armati, furentium more, inter ſacrificia ſaltabant, criſtaſque quatiebant, ut præſentibus terrorem metumque numinis inferrent. Vide Strabonem lib. 10. *Geograph.* & Lucianum de *Saltatione.* Ab his non multum diverſæ erant cæterarum gentium, præcipue Perſarum, tiaræ, quos etiam arcuatam galeæ figuram habuiſſe innuit Sidonius Apollinaris in *Panegyrico ad Anthemium Auguſtum*, & inde *lunates* vocat,

--- ac ſupplice vultu
Flectit Achæmenius lunatam Perſa tiaram.

(5) ואבנט. *Et balteo.*] אבנט *balteus* eſt, quo tunicas cingebant Sacerdotes, ut magis agiles, magiſque expediti eſſent, cum ad opus progredi deberent. Laxatæ enim ſolutæque tunicæ brachiis incommodare potuiſſent. Latus erat, ut tradit Joſephus, quatuor digitos, & variis floribus figuriſque inſtar operis plumarii acu pictus. Contextura cava erat, ut ſerpentis exuvium, aut marſupium longius, putares. Vide Joſephum lib. 3. cap. 8. *Antiq. Judaïc.* & Hieronymum ad Fabiolam.

(6) מוסף עליו כ״ג חשן, *Sacerdos magnus his addidit pectorale.*] Quatuor veſtes prædictæ Sacerdoti magno cum reliquis Sacerdotibus communes erant; nam licet veſtes Sacerdotis magni paulo accuratiores mollioreſque fuerint, licet tiara balteuſque ejus aliquantulum a cæteris diſcreparent, omnes tamen eiſdem nominibus appellantur. Sed præter veſtes memoratas Sacerdos magnus alias habuit peculiares, quibus munus ſacrum obiit: quarum prima חשן *pectorale* dicitur. In ſacra Scriptura חשן המשפט *pectorale judicii* nominatur, quia per ipſum Sacerdos magnus divinum

divinum reſponſum accepit, & judicium de bello, & pace, cæteriſque ad ſalutem Reipublicæ ſpectantibus, edidit. Ornamentum erat propter immane pretium luculentiſſimum, collo appenſum, & ad pectus uſque pendulum, תכשיט כנגד הלב, ut ait Solomon Jarchi ad *Exod.* XXVIII. 4. Ad eundem fere modum triumphantes, & pueri prætextati Romanorum bullas aureas collo appenſas ad pectus geſtabant. Vide Macrobii *Saturnalia* lib. 1. cap. 6. & Plinium Secundum de *Viris illuſtribus* cap. 6. Ornamenta illa dicta ſunt *bullæ*, ut inquit Feſtus, *à Græco ſermone* βυλή, *quia eam corporis partem* bulla *contingat, id eſt, pectus, in quo naturale manet conſilium.* Ob eandem cauſam, ut quibuſdam placet, pectorale Sacerdotis magni Helleniſtis λόγιον *rationale* dicitur, quia nimirum ad pectus rationis ſedem apponebatur. Hodie quoque apud nos Equites Ordinis Periſcelidis ad eundem fere modum ornamentum ad pectus gerunt, cui imago Sancti Georgii impreſſa eſt, quod ipſis, ut pectorale Sacerdoti magno, honoris & dignitatis inſigne eſt.

(7) ואפוד, *Et Ephod.*] Indumentum hoc Helleniſtis ἐπωμὶς dicitur. Unde Latini *ſuperhumerale* vocant. Nonnulli ajunt ὠμοφόριον, quod Græcis olim Patriarchis in uſu fuerit, forma huic reſpondiſſe. Sed hoc magis audacter quam perite dictum, cum ὠμοφόριον veſtis erat oblonga, & ad terram uſque demiſſa, ut innuit Zonaras in *Conſtantino Copronymo.* Vide Cerdæ *Adverſaria ſacra* c. 64. num. 2. Mallem igitur ἡμιφόριον vocare, cum veſtis erat brevis & quaſi dimidiatum pallium. Nihil huic tam ſimile credo, quam ſagum militare, quamvis in quibuſdam diſcrepant: huic enim, ut ait Joſephus, circa medium pectus lacuna erat cui pectorale inſertum. Joſephus lib. 3. cap. 8. *Antiquitatum Judaïcarum.* Ἐπὶ δὲ τούτοις τρίτον ἐνδύεται τὸν λεγόμενον ἐφώδην, Ἑλληνικῇ δ' ἐπωμίδι προσεοικότα. γίνεται γὰρ οὕτω τὸν τρόπον. ὑφανθεὶς ἐπὶ βάθος πηχυαῖος ἔκ τε χρωμάτων παντοίων καὶ χρυσοῦ συμπεποικιλμένος περίπτυχον δὲ στέρνου τὸ μέσον καταλιμπάνει, χειρῖσί τε ἠσκημένος καὶ πάντι σχήματι χιτὼν εἶναι πεποιημένος, τῷ δὲ διακένῳ τοῦ ἐνδύματος συνέστι παρέμβλημα σπιθαμῆς τὸ μέγεθος, χρυσῷ τε καὶ τοῖς αὐτοῖς τῷ ἐφώδει βάμμασι διηνθισμένον. ἐσσὴν μὲν καλεῖται. σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν λόγιον. *Super has* veſtes *tertiam etiam induit vocatam ephodem Græcanicæ epomidi ſimilem: ea fit hoc modo, ex variis coloribus auro intermixto ita contexitur, ut circa medium pectus lacuna quædam relinquatur, maniculis quoque ita extantibus ut plane pallium appareat. Lacunæ vero inſeritur fruſtum amplitudine palmi, auro, iiſdemque coloribus quibus ephodes variegatum. Id vocatur eſſen, ac ſi dicas rationale.*

(8) ומעיל, *Et pallium.*] מעיל Veſtis erat exterior, ut כתנת interior. His reſpondent *pallium* & *tunica*: Latinis enim pallium operculum erat tunicæ, ut Judæis מעיל operculum erat הכתנת. Plautus in *Aulular.*

Digitized by Google

Eucl. *Quid abſtuliſti hinc?* St. *Di me perdant, ſi ego quicquam abſtuli;*
Nive adeo abſtuliſſe vellem. Eucl. *Agedum excute dum pallium.*
Strob. *Tuo arbitratu.* Eucl. *Ne inter tunicas habeas.*

Erat autem pallium Sacerdotale, ut refert Joſephus, veſtis oblonga & talaris; & hoc, ut ait Maimonides, in honorem Sacerdotis magni ceſſit. Maimonides in *Hilcoth Kele Hammikd.* cap. 8. בגדי כהונה מצותן שיהיו חדשים נאים ומשולשלים כדרך בגדי הגדולים שנאמר לכבוד ולתפארת *Mandatum eſt ut veſtes Sacerdotii nova ſint, elegantes, & demiſſa, ſicut veſtes magnatum, quia dicitur; in gloriam & decorem.* Pallio autem huic appenſa erant mala punica, & tintinnabula, ut Sacerdotis magni, cum adiret ſanctuarium, ſonus audiretur. Miror vero quomodo Hieronymus lapſus, qui affirmat tintinnabula pallio appoſita fuiſſe, ut Pontifex vocalis incederet, cum ſancta ſanctorum ingrederetur. Hieronymus ad Fabiolam: *Inter duo tintinnabula unum malum eſt, inter duo mala unum tintinnabulum, ut alterutrum ſibi media ſint, cauſaque redditur. Idcirco tintinnabula veſti appoſita ſunt, ut cum ingreditur Pontifex in ſancta ſanctorum totus vocalis incedat, ſtatim moriturus ſi hoc non fecerit.* Incautè hæc & præproperè nimis Hieronymus aſſeruit; ex ſacra enim Scriptura totaque antiquitate ſatis conſtat, Sacerdotem magnum in ſancta ſanctorum non niſi ſolis lineis veſtibus indutum ingredi potuiſſe.

(9) וציץ *Et laminam.*] Lamina hæc duos digitos lata erat, frontemque ad aures uſque cinxit. Solomon Jarchi in *Exod.* XXVIII. 36. ציץ כמין טס של זהב היה רוחב ב׳ אצבעו׳ מקיף על המצח מאזן לאזן. Idcirco *Exod.* XXXIX. 30. dicitur נזר הקדש, id eſt, *corona ſancta*; aut forte magis proprie dixeris *corollarium ſanctum.* Latini enim ejuſmodi laminas non *coronas*, ſed *corollaria* vocarunt. Plinius lib. 21. cap. 2. *Paulatimque & Romæ ſubrepſit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis poſtquam e lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.* Ad imitationem Sacerdotis magni Gentilium Sacerdotes ſacrificaturi coronas capite geſtabant. Tertullianus lib. 15. *Ipſa denique fores, ipſa hoſtia & ara, ipſi miniſtri & Sacerdotes eorum*, id eſt, Gentilium, *coronantur.* Putabant enim, ut eſt apud Athenæum lib. 15. εὐανθέστερον καὶ κεχαρισμένον μᾶλλον τοῖς θεοῖς εἶναι στεφανοῦσθαι τοὺς θύοντας. Ipſis etiam aliquando mos erat, ut non Sacerdotes modò, ſed quicunque deorum opem implorarent coronati precarentur. Scholiaſtes Sophoclis in *Oedip. tyran.* ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς ἐστεφανωμένους πρὸς ἱκετείαν χωρεῖν, ἵν' αἰδέσιμοι δοκοῖεν τοῖς οὓς ἱκέτευον. *Mos erat Antiquis coronatos ad preces incedere, ut venerabiles iis quibus ſupplicabant apparerent.* Livius Dec. 4. lib. 10. *Decemviri ſupplicationem in biduum valetudinis cauſa in urbe, & per omnia fora conciliabulaque edixerunt: majores duodecim annis omnes coronati, & lauream in manu tenentes ſupplicaverunt.* Porro, juſſit Deus *Exod.* XXVIII. 37. ut lamina hæc ad tiaram pontificiam vitta hyacinthina aſtringeretur,

Digitized by Google

geretur, unde a quibuſdam διάδημα dicitur. Græci enim vittas capiti impoſitas διαδήματα vocarunt. Plutarchus in Lucullo. περιασπάσασα τῆς κεφαλῆς τὸ διάδημα, τῷ τραχήλῳ περιῆψε, καὶ ἀνήρτησεν ἑαυτήν. *Capitis diadema arripiens*, Monima uxor Mithridatis, *collo aptavit, & ſeipſam ſuſpendit.* Qui plura de veſtibus ſacerdotalibus & earum myſteriis ſcire cupit, adeat commentaria Rabbinorum in *Exod.* cap. XXVIII. & cap. XXIX. ubi copioſe de ipſis agitur, & *Torath Cohanim* ad finem *Paraſath Tſau*, & *Korban Aharon*, & Maimonidem in *Hilcoth Kele Hammikdaſch.* adeat etiam Joſephum lib. 3. cap. 8. *Antiquit. Judaïc.* & Hieronymum ad Fabiolam.

(10) באלו, *In illis.*] Hoc de ſingulis octo veſtibus, quibus Sacerdos magnus ad altare miniſtraverit, & non tantum de quatuor illis poſtremum memoratis, quas ad veſtes gregarii Sacerdotis addiderit, intelligendum eſt. Maimonides ad ſubjectam Miſchnam. אמרם באלו נשאלין רוצה לומר שאין נשאלין באורים ותומים אלא בכהן גדול לובש אלו השמנה בגדים, *Cum dicitur*, in illis inquirebant, *hoc indicatur quod non inquirebant in Urim & Thummim niſi per Sacerdotem magnum iſtis octo veſtibus indutum.* Solebant etiam & Gentiles in quibuſdam locis veſtibus uti peculiaribus, cum oracula ſciſcitarentur. Maximus Tyrius *Serm.* 26. ἐν Τροφωνίου γε μὴν (καὶ γὰρ τοῦτο μαντεῖόν ἐστιν ἐν Βοιωτίᾳ ἥρωος Τροφωνίου περὶ Λεβαδίαν πόλιν) ὁ δεόμενος συγγενέσθαι τῷ δαιμονίῳ ἐνσκευασάμενος ἐσθῆτι ποδήρει καὶ φοινικίδι, μάζας τε ἐν χεροῖν ἔχων εἰσδύεται ὕπτιος κατὰ στομίου στενοῦ. *In antro quoque Trophonii (nam & hujus herois oraculum eſt in Bœotia circa Lebadiam urbem) qui dæmonem adire velit, amictu induitur lineo, talari, purpureoque, libaque in manibus habens ſupinus anguſto ingreditur oſtiolo.* Pauſanias in *Bœoticis.* ἔρχεται παρὰ τὸ μαντεῖον χιτῶνα ἐνδεδυκὼς λινοῦν καὶ ταινίαις τὸν χιτῶνα ἐπιζωσθείς. *Ad oraculum progreditur*, qui reſponſum petit, *tunicam indutus lineam ac faſciis incinctus.*

(11) נשאלין באורים ותומים *Inquirebant in Urim & Thummim.*] Quid ſint Urim & Thummim, aut quis ſit modus conſulendi hoc oraculum, certo definiri non poteſt: libet tamen Talmudicorum ſententiam referre, quia licet multi leviter attigerunt, eam nullus, quod ſciam, integre pleneque percenſuit. Schikardus quidem cap. 1. de *Jure regio Hebræorum* ex propoſito de hac re dicere aggreſſus eſt: ſed magiſtrorum ſententiam, quamvis vir doctus, nec appoſite explicavit, nec ſatis ad eorum mentem retulit. Ut ab ipſis autem nominibus ordiamur, ſciendum eſt pectorali Pontificis aliquid a Moſe inſertum eſſe, quod אורים ותומים, id eſt, *luces & perfectiones*, dicebatur; ex hoc Sacerdos magnus conſulentibus reſponſum reddidit, atque inde oraculo nomina hæc indita ſunt. Gemara Hieroſolymitana: למה נקר' שמם אורי' שהן מאירין לישראל ותומים שהן מתימין לפניהם את הדרך, *Quare vocatur nomen*

Digitized by Google

eorum Urim ? quia illuminabant Iſraelem, (id eſt, voluntatem divinam in rebus dubiis ſignificabant :) *& Thummim ? quia coram ipſis perficiebant viam*, (id eſt, viam indicabant qua inſiſtere, & ingredi oporteret.) Modus conſulendi oraculum talis erat: Pontifex arcam verſus faciem inflexit, qui oraculum conſuluit ei a tergo ſtetit, dixitque, Faciam hoc, aut non faciam ? Tum Pontifex Urim & Thummim inſpexit, & e veſtigio reſponſum invenit. De duobus ſimul non inquiſiverint, niſi hoc temporis anguſtiæ exegiſſent, ut cum hoſtis perſequendus erat, aut negotium gerendum quod moras non pateretur. Ordine itidem inverſo non petiverint, & ſi petiſſent, oraculum ad quæſita ordine reſpondet, & quod primum futurum erat, primum prædixit. Et quamvis decreta Prophetarum propter pœnitentiam irrita ſæpe facta ſunt, judicium tamen per Urim & Thummim editum nunquam reſcindi ſolebat. Gemara Babylonica ; השואל פניו כלפי נשאל והנשאל פניו כלפי שכינה השואל אומר ארדוף אחרי הגדוד הזה והנשאל אומר כה אמר ה׳ עלה והצלח רבי יהודה אומר אין צריך לומר כה אמר ה׳ אלא עלה והצלח אין שואלין בקול שנאמר ושאל לו ולא מהרהר בלבו שנאמר ושאל לו לפני ה׳ אלא כדרך שאמרה חנה בתפלתו שנאמר וחנה היא מדברת על לבה אין שואלין שני דברים כאחד ואם שאל אין מחזירין אלא אחד ואין מחזירין לו אלא ראשון שנאמר היסגירוני בעלי קעילה בידו הירד שאול וגו׳ ויאמר ה׳ ירד והא אמרת אין מחזירין אלא ראשון דוד שאל שלא כסדר והחזירו לו כסדר וכיון שידע ששאל שלא כסדר חזר ושאל כסדר שנאמר היסגירוני בעלי קעילה אתי ואת אנשי ביד שאול ויאמ׳ ה׳ יסגירו ואם הוצרך הדבר לשנים מחזירין לו שניהם שנאמר וישאל דוד לה׳ לאמר הארדוף אחרי הגדוד הזה האשיגנו ויאמר ה׳ אליו רדוף כי השג תשיג והצל תציל ואף על פי שגזירת נביא חוזרת גזירת אורים ותומים אינה חוזרת שנאמר במשפט האורים. *Qui rogat faciem verſus rogatum*, id eſt, Sacerdotem, *& rogatus faciem* convertit *verſus Spiritum ſanctum*, id eſt, verſus arcam, ut nonnulli dicunt, verſus Urim & Thummim, ut dicunt alii. *Qui rogat, dicit; Perſequar poſt agmen iſtud ? & rogatus dicit; ſic dicit Dominus, Aſcende & proſperare.* Rabbi *Jehuda dicit, non opus eſt dicere, ſic dicit Dominus, ſed, Aſcende & proſperare. Non rogat voce* magna & excelſa, *quia dicitur; & petet reſponſum ei : neque concipiens corde*, id eſt, non rogat ſolo conceptu mentis, *quia dicitur; & petet reſponſum ei coram Domino : ſed ſicut Hanna loquebatur in oratione ſua, quia dicitur; & Hanna loquebatur in corde ſuo. Non rogant de duobus ſimul. &, ſi rogant, non reddunt reſponſum niſi ad unum, & non niſi ad primum, quia dicitur; Nunquid tradent me domini Chebilah in manum ejus ? nunquid deſcendet Saül, &c. & dixit Dominus, deſcendet. Ecce dixiſti, non reſponſum reddunt, niſi ad primum; David rogavit extra ordinem, & ordine ei reſpondebant. Et poſtquam intellexit, quod extra ordinem rogaſſet, ordine denuo rogavit, quia dicitur; Nunquid tradent domini Chebilah me & viros meos in manum Saül ? & dixit Dominus, tradent. Et ſi neceſſe ſit* propter anguſtias temporis *de duobus ſimul rogare, ad utrum-*

Digitized by Google

utrumque reſponſum reddunt, quia dicitur; & rogavit David à Domino, dicendo, Perſequar poſt agmen iſtud? num attingam ipſum? dixit ei Dominus; Perſequere, quia attingendo attinges, & eruendo erues. Et licet decretum Prophetæ redit, id eſt, a Deo propter pœnitentiam reſcinditur, *decretum Urim & Thummim non redit, quia dicitur; in judicio Urim.* Reſponſum divinum exilientes literæ indicarunt; tradunt enim Talmudici nomina Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, & nomina duodecim tribuum pectorali Sacerdotis magni inſculpta fuiſſe; his etiam additum, כל אלה שבטי ישראל, quibus totum Alphabetum continetur: literas vero iſtas emicuiſſe, & reſponſum quæſitis exhibuiſſe. Exempli gratia, cum oraculum reſponderit עלה והצלח *aſcende & proſperare.* ע ex שמעון, ל ex לוי, ה ex יהודה emicuerunt, ut efficerent עלה: ו ex נפתלי, ה ex אברהם, צ ex יצחק, ל ex זבלון, ח ex יצחק emicuerunt, ut efficerent והצלח. Tradunt inſuper Talmudici, vocem auditam eſſe, quæ Pontificem docuit inſtituitque, ne erraret ex punctorum vocalium defectu. Cum ipſæ etiam literæ e pectorali non exierint, ut debito ordine coaleſcerent, ſed in locis ſuis permanſerint, ex iiſdem varia verba confici poterant, ut ſi ו & ע & ל emicuiſſent, ex illis licuiſſet componere עלו & לעו & עול, & proinde neceſſe erat, ut Spiritus ſanctus Pontificem erudiret, ne hæreret incertus quale reſponſum redderet: hinc factum eſt, ut Deum fruſtra per Urim & Thummim conſuluiſſent, niſi Sacerdos magnus propheta fuiſſet, aut a Deo detentus, cui alloquenti Spiritus ſanctus adeſſe voluiſſet. Atque hæc quidem Talmudicorum ſententia eſt, quam non ſatis intellexit Schikardus, in loco citato bis lapſus. Primo, quod ait certum eſſe, vocem non fuiſſe auditam: ſecundo, quod ait totum Alphabetum nuſquam comparuiſſe. Secus omnino tradunt Magiſtri. Gemara Hieroſolymitana: אירת תניי תני הקול הוה שומע אירת תניי תני הכתב בולט מאן דאמר הקול היה שומע ניחא דכתיב וישמע את הקול מאן דאמר הכתב היה בולט והא לית חית׳ בשבטים ולא צרי׳ ולא קוף׳ בשבטים אברהם יצחק יעקב כתוב עליהן והא לית טית׳ בשבטים כל אלה שבטי ישראל היה חקוק עליהן. *Tradit Doctor, quod audiebat vocem; tradit Doctor, quod ſcriptura prominebat. Qui dicit, quod audiebat vocem, nullis urgetur difficultatibus, quia ſcribitur; Et audiebat vocem. Qui dicit, quod ſcriptura prominebat,* his difficultatibus urgeri poteſt; *quia ecce Cheth non eſt in nominibus duodecim tribuum, neque Tzade, neque Coph.* Huic reſponderi poterit, quod hæc nomina אברהם יצחק יעקב *exarata erant ſuper ipſa. Et ecce non eſt Teth in nominibus duodecim tribuum*; Huic reſponderi poterit, quod hæc verba כל אלה שבטי ישראל *inſculpta erant ſuper ipſa.* Ex his apparet vocem, juxta Talmudicorum ſententiam, fuiſſe auditam, & totum etiam Alphabetum comparuiſſe, exceptis tantum tribus literis finalibus ץ, ם, ן, quibus opus non erat, cum literæ, ut dictum eſt, e locis ſuis non exierint, ut debito ordine coaleſcerent, ſed ipſas Sacerdos magnus, a Spiritu ſancto doctus, conjunxit. Ex his etiam apparet, literas emicantes, ex quarum prominentiis Sacerdos magnus res dubias intellexit, aut aliquid pectorali inſertum,

 quod

Digitized by Google

quod ipſas extruſit & prodire fecit, ex Talmudicorum ſententia, *Urim & Thummim* fuiſſe. Quod licet indubitatum non ſit, majorem tamen quam quicquam aliud, quod legi hactenus, probabilitatis ſpeciem habere videtur: ridiculum enim eſt, quod nonnulli ajunt, reſponſum divinum per ſolum gemmarum fulgorem Sacerdoti magno innotuiſſe. Poterat quidem victoria (quod refert Joſephus lib. 3. cap. 9. *Antiquitat. Judaïc.*) per ſolum lapidum fulgorem prænunciari: ſed quomodo poterant omnia illa indicari, quæ 2 *Sam*. v. 23. habentur? *Non aſcendes contra eos, ſed gyra poſt tergum eorum, & venies ex adverſo mororum, & cum audieris ſonitum gradientis in cacumine mororum, tunc inibis prelium, quia tunc egredietur* Dominus *ante faciem tuam, ut percutiat caſtra Pheliſtim.* Non placet Schikardus, qui gemmarum illuminatarum configurationem ſpeciem literarum exhibuiſſe affirmat, eo ſcilicet modo quo obſeſſi ſolent ſtatum urbis, artificii conſcio & eminus ſpectanti ſocio, per candelas varie ſublatas noctu ſignificare: qui & characteres (quorum nonnullos Chinenſium potius quam Hebræorum notas eſſe putares) ex earundem ſitu ad rem illuſtrandam fabricavit, ex quibus putat Sacerdotem magnum Dei reſponſum noſſe potuiſſe. Quod quidem nullo fundamento innixum eſt; nam locum illum, quem ex *Tſeror Hammor* attulit, perperam omnino intellexit, cum literas emicuiſſe haud ſecus quam Talmudici docent, & poſtea a gemmis illuminatas fuiſſe aſſerat ibi R. Abraham Seba: ipſas vero gemmas literarum ſimulacra exhibuiſſe, ut expoſuit Schikardus, ne ſomniavit quidem. Vide Schikardum, ſi lubet, cap. 1. de *Jure regio Hebræorum*. Non cognovit inſuper Sacerdos magnus reſponſum divinum ex voce audita ſolum, neque ſolum ex viſione prophetica, quia fruſtra Deus Urim & Thummim pectorali ejus imponi præcepiſſet, ſi huic rei nequicquam inſervire debuiſſent; ſi per vocem ſolam aut viſionem propheticam reſponſum editum fuiſſet. Prætereo ea quæ de ſacro Dei nomine in concavitate pectoralis impoſito tradunt Rabbini, quia non explicant, quo pacto per ipſum Pontifex reſponſum ſcierit. Forte volunt literas virtute hujus nominis emicuiſſe, ſed de hac re nequeo quicquam certi reperire.

(12) ואין נשאלין בהן להדיוט אלא למלך וגו׳, *Et non inquirebant de privato, ſed de rege, &c.*] Probant hoc Talmudici ex *Num*. XXVII. 21. *Et ſtabit coram Eleazaro ſacerdote, & interrogabit pro eo judicium Urim coram* Domino; *juxta ſermonem ejus egredientur, & juxta ſermonem ejus ingredientur, ipſe, & omnes filii Iſrael cum eo, & omnis congregatio.* Gemara Babylon. אמר רבי אבהו דאמר קרא ולפני אלעזר הכהן יעמד ושאל לו במשפט האורים וגו׳ הוא זה מלך וכל ישראל אתו זה משוח מלחמה וכל העדה זו סנהדרי, *Dicit Rab. Abbu, quod dicit Scriptura; & ſtabit coram Eleazaro ſacerdote, & interrogabit pro eo judicium Urim, &c. ipſe, id eſt, rex; & omnis Iſrael cum eo, id eſt, unctus in bellum; & omnis congregatio, id eſt, Synedrium.*

CAPUT VIII.

Digitized by Google

פרק ח. CAPUT VIII.

De vetitis & licitis in die expiationis. Spe veniæ peccantibus pœnitentiam in die expiationis non concedi. Peccata in homines ſine ſatisfactione non remitti.

א. MISCHNA I.

יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה וברחיצה ובסיכה ובנעילת הסנדל ובתשמיש המטה והמלך והכלה ירחצו את פניהם והחיה תנעול את הסנדל דברי רבי אליעזר וחכמים אוסרין.

IN die expiationis interdictum eſt in cibo, & in potu, [1] & in lotione, & in unctione, [2] & in inductione calcei, [3] & in miniſterio lecti; [4] Rex verò & ſponſa lavabunt facies ſuas, [5] & puerpera calceos inducet. [6] Verba Rab. Eleazaris; at Sapientes prohibent.

ANNOTATIONES.

(1) יום הכפורים אסור באכילה ובשתיה, *In die expiationis interdictum eſt in cibo & in potu.*] Abſtinentiam a cibo potuque mandavit Deus, *Levit.* XVI. 29. *In menſe ſeptimo, in decima menſis affligetis animas veſtras.* In die igitur expiationis uſque ad veſperam jejunarunt; ſi quis contra feciſſet, exciſionis ſive exterminii pœna plectebatur. *Levit.* XXIII. 29. *Omnis anima, quæ non afflicta fuerit in die iſto, excidetur e populis ſuis.* Vide *Keritoth* cap. 1. ubi inter exterminii reos numeratur. האוכל והעושה מלאכה ביום הכפורים, *Qui cibum ſumpſerit, & qui opus fecerit in die expiationis.* Nec exciſione tantum mulctabatur, ſed etiam vapulabat. Vide *Maccoth* cap. 3. ubi pariter inter vapulantes numeratur. האוכל והעושה מלאכה ביום הכפורים, *Qui cibum ſumpſerit, & qui opus fecerit in die expiationis.* Apud nos hodie inuſitatum eſt ob delictum hoc flagris cædi, ſed Eccleſiaſticis cenſuris ex lege plectuntur, qui jejunium violant; olim tamen inter majores noſtros pœna hæc in uſu fuit, ut ex antiquis legibus conſtat. Leges Edovardi & Guthurni cap. 8. Gif freoman rihte faeſtan abrece. gylde wite. and lahſlite. Gif hit theowman gedo. tholje hir hyde. owwe hyde gyldes. *Liber ſi indictum jejunium cibo ſumpto diſſolverit, & mulcta, & ipſa legis violatæ pœna plectitor, ſervus vapulato, aut pretio redimito.* Idem habes ad verbum antiqua verſione tranſlatum inter leges Aluredi & Guthurni,

Digitized by Google

thurni, cap. 12. *Si liber homo rectum jejunium frangat, reddat witam vel lasblite, ſi ſervus hoc faciat, perdat corium ſuum vel bidgildum.*

(2) וברחיצה ובסיכה, *Et in lotione, & in unctione.*] Hæc, quæ ſequuntur, ſtatuta erant Rabbinorum, de quorum obſervantia maxime laborabant hypocritæ, de interna cordis afflictione parum ſoliciti, & propterea Chriſtus Salvator noſter ipſos acriter reprehendit, jubetque diſcipulos ſuos, ut nuſquam eorum mores imitarentur. *Matth.* VI. 17. Σὺ δὲ νηστεύων ἄλειψαί σου τὴν κεφαλήν, καὶ τὸ πρόσωπόν σου νίψαι, *Tu autem cum jejunas unge tuum caput, & faciem tuam lava.* Quamvis non videtur Salvator noſter afflictionem externam verbis iſtis reprehendere, ſed fictam ſimulatamque hypocritarum religionem caſtigare, qui turpitudinem & atrocitatem animi externo fuco obvelarent. Daniel enim jejunium initurus ab unctione abſtinuerit, & hoc Deo optatum acceptumque fuiſſe conſtat. Vide *Dan.* X. 3, David etiam cum pro puero jejunarit, tum ab unctione, tum a lotione temperaverit. Vide 2 *Sam.* XII. 20. Externæ igitur afflictiones Deo gratæ non ſunt, niſi cor intus æſtuet, & peccati odio crucietur. Si vero externam corporis afflictionem internus animi dolor comitetur, Deo jejunium hoc probari illuſtria exempla confirmant.

(3) ובנעילת הסנדל, *Et in inductione calcei.*] Hoc intelligendum eſt de calceis coriaceis; poterant enim ſoccis ex panno, aut quavis alia materia confectis, uti. *Arba Turim* in *bilk. jom Hakkipp.* מותר לילך באנפלאות של בגד לא שנא בבית לא שנא ברשו׳ הרבים, *Licitum eſt* in die expiationis *incedere ſoccis panni, nihil intereſt ſive privatim ſive publice.* Menaſſeh Ben Iſrael in *Theſouro dos dinim*, cap. 98. He neſte dia prohibido calçar aynda que ſeja só num pè çapatos de couro, mas de pano ou outra qualquer couſa, he licito; porque ſe julga o meſmo que andar deſcalço. *In iſta die prohibitum eſt inducere calceos coriaceos, quamvis in unum ſolum pedem, ex panno tamen aut quavis alia materia confectos inducere licitum eſt, quia hoc perinde eſt ac ſi quis diſcalceatus incederet.* Calceis vero coriaceis uti nemini fas erat, niſi ægrotaret, aut gravi aliqua neceſſitate premeretur. Solebant enim Judæi, cum ſe affligerent, diſcalceati incedere, quemadmodum Davidem feciſſe legimus, 2 *Sam.* XV. 30. *Et David aſcendebat per aſcenſum montis olivarum, aſcendebat, & flebat, & caput ei opertum erat, & incedebat diſcalceatus.*

(4) ובתשמיש המטה, *Et in miniſterio lecti.*] Non ſolum a miniſterio lecti abſtinuerint conjuges, ſed nec in eodem lecto una cubuerint. Menaſſeh Ben Iſrael: He peccado tocar na mulher, como ſe foſſe menſtruoſa, e non podem dormir numa meſma cama, por fugir a occaſion de peccar. *Peccatum eſt* in die expiationis *tangere mulierem, ac ſi eſſet menſtruata, nec in eodem lecto dormire poſſunt, ut fugiant occaſionem peccati.* Statutum hoc Rabbinorum ad pietatem plurimum conducere non eſt negandum. Deus enim religioſiſſime colitur, cum mens, repudiatis obſcænis ſpurciſque voluptatibus, ſola cœleſtia cogitat. Innuit hoc Paulus 1 *Corinth.* VII. 5. Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρὸν, ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ.

Noliſe

Nolite fraudare invicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, ut vacetis jejunio & orationi. Et proinde Eccleſia Græca abſtinentiam conjugalem imperavit, ſtatuitque ut in diebus jejunii, & in diebus ſacris, conjuges à mutuo congreſſu abſtinerent. Vide Balſam. ad *Canon.* 3. *Dionyſii Alexandrini*, & Leunclav. lib. 5. *Reſponſorum.* Statuit & hoc Eccleſia Latina. Vide *Decretum* Gratiani part. II. cauſa 33. quæſt. 4. Gentiles etiam ſolennibus diebus, quibus ſacra diis ſuis facerent, hoc obſervarunt. Juvenalis *Sat.* 6.

Ille petit veniam, quoties non abſtinet uxor
Concubitu, ſacris obſervandiſque diebus.

(5) והמלך והכלה ירחצו את פניהם. *Rex verò & ſponſa lavabunt facies ſuas.*] Regi hoc permiſſum, quia recreat ſubditos gratioſus & ſplendidus regis vultus; ſponſæ vero, ne fœdata ſordibus a ſponſo ſuo contemneretur. Sponſa autem vocatur triginta diebus poſt nuptias, quibus ſi dies expiationis inciderit, lavabat faciem ſuam. Gemara Babylonica: מאי טעמא מלך משום דכתיב מלך ביפיו תחזינה עיניך כלה מאי טעמא כדי שלא תתגנה על בעלה אמר ליה רב לרבי חייא כלה עד כמה אמר ליה כדתנן אין מונעין תכשיטי מן הכלה כל שלשים יום. *Rex quare? quia ſcribitur; Regem in pulchritudine ſua videbunt oculi tui. Sponſa quare? Ne vilis ſit apud ſponſum ſuum. Dixit Rab ad Rabbi Chija; Sponſa quamdiu? Dixit ei: juxta id quod docemus; Non cohibent ornatum ejus totis triginta diebus.*

(6) והחיה תנעול את הסנדל, *Et puerpera calceos inducet.*] Hoc ei indultum eſt triginta diebus poſt partum ne a frigore læderetur. *Arba Turim* in *Hilcoth jom hakkippurim.* והחיה מותר לנעול הסנדל כל ל׳ יום משום צנה, *Puerpera licitum eſt inducere calceos totis triginta diebus propter frigus.* In loco, quo ſibi a ſcorpionibus metuerent, poterant ſinguli calceis uti. Gemara Babylonica: והחיה תנעול את הסנדל משום צינה אמר שמואל אם מחמת סכנת עקרב מותר, *Et puerpera inducet calceos propter frigus. Dixit Samuel; Si propter periculum ſcorpionis, licitum.* Hoc etiam infirmo, & pede vulnerato licuit. Menaſſeh Ben Iſrael. Pode con tudo a parida dentro dos 30. dias do parto, calçar çapatos de couro, e aſſi meſmo o doente, aynda que naó eſtè perigozo, e o que tem alguma ferida no pe, ou teme ſer mordido de ſerpentes donde as ay. *Nihilominus mulier, quæ peperit, triginta diebus poſt partum inducere poteſt calceos coriaceos, itemque & infirmus, quamvis nullum ſit periculum, & qui vulnus habet in pede, aut qui in loco degit ubi timeat ſerpentium morſus.*

ב׳ האוכל ככותבת הגסה כמוה וכגרעינתה והשותה מלא לוגמיו חיב

II. Qui edit menſuram dactyli craſſi: cum grano ſuo, & qui bibit quantum maxil-

כל האוכלין מצטרפין לכותבת וכל המשקין מצטרפין למלא לוגמיו האוכל ושותה אין מצטרפין.

maxillis infundi poſſit, [2] reus eſt. Cibi omnes conjunguntur, ut conſtituant menſuram dactyli craſſi, & potus omnes conjunguntur, ut conſtituant quantum maxillis infundi poſſit. Edens & bibens non conjunguntur [3].

ג׳ אכל ושתה בהעלם אחת אינו חייב אלא חטאת אחת אכל ועשה מלאכה חייב שתי חטאות אכל אוכלין שאינן ראוין לאכילה ושתה משקין שאינן ראוין לשתייה ושתה ציר או מורייס פטור.

III. Qui ſemel inſcius edit & bibit, uno tantum tenetur ſacrificio. [4] Qui edit & opus facit, duobus tenetur ſacrificiis. [5] Qui edit quod non eſt commodum in cibum, & qui bibit quod non eſt commodum in potum, & qui abſordet liquamen ſalſum [6] aut muriam, [7] liber eſt.

ד׳ התינוקות אין מענין אותן ביום הכפורים אבל מחנכין אותם לפני שנה ולפני שנתים בשביל שיהיו רגילין במצות.

IV. Non affligunt [8] pueros in die expiationis, ſed erudiunt [9] eos anno uno aut duobus, [10] antequam ad maturitatem pervenerint, ut ſint præceptis aſſueti.

Annotationes,

(1) האוכל ככותבת הגסה. Ad verbum, *Qui edit quaſi dactylum craſſum.*] Oliva ciborum omnium vetitorum communis menſura erat; ſed in die expiationis, quia cibus non prohibetur expreſſe, ſed tantum *afflictio animarum* imperatur, alia menſura conſtituta eſt, qua unuſquiſque reus peragebatur. Licet enim ab eſu ciborum vetitorum abſtinere omnino ex lege tenerentur, a pœna tamen liberi erant, niſi cibos ad certam menſuram comediſſent; menſura autem in die expiationis dactylus erat, cæteroquin oliva. Bartenora: ואף על גב דכל שיעורי אכילה בכזית היינו משום דכתיב בהו אכילה אבל הכא דלא כתיב אלא אשר לא תעונה גמירי דבכציר מכותבת לא מיתבא דעתיה והוי כעונה

ומיהו

ומיהו קיימא לן דחצי שעור אסור מן התורה אלא שאין חייבין כרת ולא לוקין אלא על כשער, *Quamvis ſibi menſuræ omnes ſunt quaſi oliva. hoc ſit ea propter quia ſcribitur de eo cibus; ſed hic, ubi non ſcribitur niſi anima quæ non afflicta fuerit, ſtatuerunt ut minor menſura quam dactylus non decerneretur, & hoc affligit: & nihilominus fundamentum eſt apud nos, quod dimidium menſuræ a lege prohibitum eſt, ſed quod non exciſione plectuntur, & quod non vapulant niſi de menſura tota.* Nonnulli vapulaſſe ajunt eos, qui menſura minus comediſſent, ſed exterminio non fuiſſe mulctatos; menſuras vero omnes a Moſe ex mandato divino inſtitutas eſſe tradunt Rabbini. Maimonides: כל השיעורי שהם בכל התורה הם הלכה למשה מסיני, *Omnes menſuræ, quæ ſunt in lege, conſtitutiones Moſis ſunt a monte Sinai.*

(2) והשותה מלא לוגמיו. Ad verbum, *Et qui bibit plenitudinem maxillarum ejus.*] Totum illud, quod concavitas oris altero latere continere poſſit, cum inflantur buccæ, dicitur מלא לוגמיו. Bartenora: כל שאלו יסלקנו לצד אחד יהיה אותו הצד בולט ונראה נקרא מלא לוגמיו׃

(3) האוכל ושותה אין מצטרפין, *Edens & bibens non conjunguntur.*] Senſus eſt: Id quod aliquis edit, & id quod bibit, non conjunguntur, ut alterutram menſuram conſtituant. Sic a Rabbinis, qui agunt de conſtitutionibus diei expiationis, locus iſte explicatur. *Shulchan Aruch*: כל האוכלים מצטרפין לשיעור זה אפילו מלח שעל הבשר וציר שעל ירק אבל אכילה ושתיה אין מצטרפות, *Omnes cibi conjunguntur ad menſuram hanc, etiam ſal quo carnes ſaliuntur, & liquamen oleris; ſed cibus & potus non conjunguntur.*

(4) אכל ושתה בהעלם אחת אינו חייב אלא חטאת אחת. Ad verbum, *Edit & bibit in abſconſione ſemel? non tenetur niſi uno ſacrificio pro peccatis.* Unum tantum tenebatur ſacrificium perſolvere, quia edendi & bibendi actio quaſi factum unum æſtimatur.

(5) אכל ועשה מלאכה חייב שתי חטאות. Ad verbum, *Edit & opus fecit? tenetur duobus ſacrificiis pro peccatis.*] Hoc etiam de iis intelligendum eſt, qui inſcienter peccaſſent; nam ſi quis ex arrogantia hæc feciſſet, exterminio reus erat, & verberibus cæſus, ut ſupra dictum eſt.

(6) ציר *liquamen ſalſum.*] צִיר eſt *liquor ex ſale piſcium reſolutus.* Maimonides: ציר הוא מה ששותת מן הדג כששורים אותו במלח. *Tſir eſt id quod effluit a piſce, cum ipſum ſale macerant.* Alias tamen ſignificatio ejus latius patet, ut ציר שעל הירק, *Liquamen olerum*, quod habes paulo ante in *Shulchan Aruch.* Sed liquor iſte permiſſus non erat in die expiationis, ut ex loco adducto conſtat. Vide etiam ſi libet *Arba Turim* in *Hilcoth jom Hakkippurim.*

(7) או מורייס, *Aut muriam.*] מורייס eſt *humor pinguis, qui ex piſcibus ſalitis excidit.* Verbum iterum occurrit capite ſexto codicis

Digitized by Google

Nedarim, ubi Bartenora: מורייס שומן היוצא מדגים מלוחים, *Murejas eſt oleum, quod exit a piſcibus ſalitis.*

(8) אין מענין, *Non affligunt.*] Non arcent a cibis.

(9) אבל מחנכין, *Sed erudiunt.*] Præcipua religionis fundamenta docent. Maimonides: מלמדין אותן מגזירת חנוך לנער, *Docent eos Catechiſmum puerorum.* Qui enim ab ineunte ætate præceptis divinis imbuuntur, poſtea in ætatis flexu facilius ad voluntatem divinam ſuam fingere & accommodare poſſunt. Ipſos etiam longius quam cæteris diebus a cibis cohibuerint. Bartenora: מחנכין אותן לשעות היה רגיל לאכול בארבע שעות מאכילין אותו בחמש או בשש כפי כח הבן *Aſſuefaciunt eos ad horas; ſi quis hora quarta edere ſolebat, dant ei cibos hora quinta aut ſexta juxta vires pueri.* Vide etiam Gemaram.

(10) לפני שנה ולפני שנתים. Ad verbum, *Ante annum, & ante duos annos.*] Per annum intelligit tempus maturitatis. Pueri autem maturi erant poſtquam annos tredecim & diem unum, puellæ cum annos duodecim & diem unum abſolviſſent: tum jejunii tempore a cibis abſtinuerint. Antea vero anno uno, ſi infirmi erant, ſi ſani, duobus, ipſos modo prædicto erudierunt. Vide Rabbinos.

ה׳ עוברה שהריחה מאכילין אותה עד שתשיב נפשה חולה מאכילין אותו על פי בקיאין ואם אין שם בקיאין מאכילין אותו על פי עצמו עד שיאמר די.

V. Prægnanti mulieri, ſi odorem percipiat, cibos adminiſtrant donec redierit anima ejus. [1] Ægroto cibos adminiſtrant ex ore peritorum, [2] & ſi non ſint ibi periti, ex ore ſui ipſius, donec dicat, Satis eſt.

ו׳ מי שאחזו בולמוס מאכילין אותו אפילו דברים טמאים עד שיאורו עיניו מי שנשכו כלב שוטה אין מאכילין אותו מחצר כבד שלו ורבי מתיא בן חרש מתיר ועוד אמר ר׳ מתיא בן חרש החושש בגרונו מטילין לו סם בתוך פיו

VI. Appetitu canino laboranti cibos adminiſtrant, etiam de rebus pollutis, donec illuminentur oculi ejus. [3] Si quem mordet canis furioſus, non adminiſtrant ei de reticulo jecoris ejus. [4] Rabbi Mathia filius Charaſi permittit. Dicit etiam R. Mathia filius Charaſi; Si quis gutture dolet, pharmacum

Digitized by Google

בשבת מפני שהוא ספק נפשות וכל ספק נפשות דוחה את השבת.

cum ei in Sabbatho adminiſtrant, quia eſt dubium vitæ; & omne dubium vitæ pellit Sabbathum.

ז׳ מי שנפלה עליו מפולת ספק הוא שם ספק אינו שם ספק חי ספק מת ספק נכרי ספק ישראל מפקחין עליו את הגל מצאוהו חי מפקחין עליו ואם מת יניחוהו.

VII. Si quem ruderum moles obruat, ſive dubitatur an ibi ſit, ſive dubitatur an ibi non ſit, [2] ſive dubitatur an vivus ſit, ſive dubitatur an mortuus ſit, ſive dubitatur an extraneus ſit, ſive dubitatur an Iſrael ſit, aperiunt ei cumulum: Si vivum invenerint, aperiunt ei, ſi mortuum, eum relinquunt.

ANNOTATIONES.

(1) עוברה שהריחה מאכילין אותה עד שתשוב נפשה. *Prægnanti mulieri, ſi odorem percipiat, cibos adminiſtrant, donec redierit anima ejus.*] Id eſt, ſi odorem percipiat carnis ſanctæ, aut carnis porcinæ, ut in Gemara Babylonica explicatur. Primum vero plumam aut virgulam in juſculum aut humorem rei vetitæ immittunt, & in os ei inſerunt; ſi inde cupiditas ejus ſedata & conſopita non ſit, ipſam carnem ei concedunt. Gemara Hieroſolymit. בתחילה תוחבה ברוטב אם שבה נפשה הרי יפה..ואם לאו נותנין לה מגופו של איסור. *Primo infigit in ſuccum, ſi redierit anima ejus, bene eſt; & ſi non, dant ei ex corpore rei vetitæ.* Ita nimirum afficiuntur mulieres gravidæ, ut nunc hoc, nunc illud appetant, quarum deſideriis niſi ſatisfiat, fœtum edunt abortivum: morbus iſte Græcis dicitur κίττα, *pica*, ab ave ejuſdem nominis, quæ ipſam terram quandoque deglutire ſolet, quod mulieres etiam faciunt, quæ nonnunquam tanto deſiderii æſtu abripiuntur, ut ne a calce, luto, aut carbonibus abſtineant: aut forte morbus iſte κίττα vocatur, quia prægnantium mulierum appetitus varius eſt, inſtar coloris hujus avis; ſed hoc minus placet. Alexander lib. 2. Problem. 73. εἴρηται ἡ κίττα ἀπὸ τοῦ ὄρνεου τοῦ ἀεὶ βώλους καταπίνοντος, ἢ ὅτι ποικίλον ἐστὶ τῷ χρώματι καὶ ἀλλόκοτον ὥσπερ ἡ τούτων ἐπιθυμία. *Dicitur vero* prægnantium mulierum morbus *pica, ab ave ſemper glebas terræ deglutiente, aut quia* avis illa *verſicolor ſit & variegata, velut earundem deſiderium.*

(2) על פי בקיאין, *Ex ore peritorum.*] Id eſt, ex ſententia Medicorum qui artis periti ſunt. Maimonides: בקיאין הם המהירי׳ במלאכתן ורצה בו בכאן הבקיאין מן הרופאים, *Qui in arte ſua exercitati ſunt, dicuntur* בקיאין, *in hoc autem loco* בקיאין *vocantur, qui Medicorum periſſimi ſunt.*

(3) מי שאחזו בולמוס מאכילין אותו אפילו דברים טמאים עד שיאירו עיניו, *Appetitu canino laboranti cibos adminiſtrant, etiam de rebus pollutis, donec illuminentur oculi ejus.*] בולמוס morbus eſt a calore ex nimia Fame orto proveniens. Bartenorius: בולמוס חולי האוחז מחמרת רעבון ומסוכן למות וכשמראיתו חוזר בידוע שנתרפא, *Bolemos morbus eſt arripiens ex calore famis, periculum mortis inducens, & cum redeat viſus, notum eſt quod ſanatur.* Morbus iſte hiberno magis quam æſtivo tempore ſævire ſolet, quia tum calor internus ab ambiente frigore augetur. Vide Ariſtotelis *problemata*, ſect. 8.

(4) מי שנשכו כלב שוטה אין מאכילין אותו מחצר כבד שלו, *Si quem mordet canis furioſus, non adminiſtrant ei de reticulo jecoris ejus.*] Non eſt permiſſum ut edat de reticulo jecoris ejus, cum non ſit remedium efficax & abſolutum, quia cibus immundus eſt & ex lege vetitus. Bartenora: אע״פ שנהגו הרופאים ברפואה זו אינה רפואה גמורה להתיר לו איסור בהמ׳ טמאה על כן.

(5) ספק הוא שם ספק אינו שם. Ad verbum, *Dubium ipſe ibi, dubium non ipſe ibi.*] Vide, ſi placet, *Jadajim*, cap. 2. ubi eadem loquendi formula pluries occurrit.

ח׳ חטאת ואשם ודאי מכפרין מיתה ויום הכפורים מכפרין עם התשובה תשובה מכפרת על עבירות קלות על עשה ועל לא תעשה ועל החמורות היא תולה עד שיבא יום הכפורים ויכפר.

VIII. Victima pro peccatis, & victima pro delictis certis expiant: Mors & dies expiationis expiant cum pœnitentia; & pœnitentia expiat peccata levia, tam contra præcepta affirmativa quam negativa; & gravia ſuſpendit, donec veniat dies expiationis & expiet.

ט׳ האומר אחטא ואשוב אחטא ואשוב אין מספיקין בידו לעשות תשובה אחטא

IX. Qui dicit, peccabo & reſipiſcam, peccabo & reſipiſcam, non ſuppeditant in manum ejus ut reſipiſcat: pecca-

Digitized by Google

ויום הכפורים מכפר אין
יום הכפורים מכפר
עבירות שבין אדם למקום
יום הכפורים מכפר
עבירות שבין אדם לחבירו
אין יום הכפורים מכפר
עד שירצה חבירו את זו
דרש רבי אלעזר בן
עזריה מכל חטאתיכם לפני
ה' תטהרו עבירות שבין
אדם למקום יום
הכפורים מכפר עבירות
שבין אדם לחבירו אין
יה"כ מכפר עד שירצה
את חבירו אמר רבי עקיבא
אשריכם ישראל לפני מי
מיטהרין אתם מי
מטהר אתכם אביכם
שבשמים שנאמר וזרקתי
עליכם מים טהורים
וטהרתם ואומר מקוה
ישראל ה' מה מקוה מטהר
את הטמאים אף הקדוש
ברוך הוא מטהר את
ישראל.

peccabo & dies expiationis expiabit, dies expiationis non expiat. Scelera, quæ homo in Deum perpetraverit, dies expiationis expiat; ſcelera, quæ homo in ſocium ſuum perpetraverit, dies expiationis non expiat, donec placaverit ſocium ſuum [2]. Hoc ſic exponit R. Eleazar filius Azariah; Ab omnibus peccatis veſtris coram Domino mundi eritis: ſcelera, quæ homo in Deum perpetraverit, dies expiationis expiat; ſcelera, quæ homo in ſocium ſuum perpetraverit, dies expiationis non expiat, niſi prius placaverit ſocium ſuum. Dicit R. Aquiba; Beati vos, Iſrael, coram quo vos mundatis? quis vos mundat? Pater veſter qui eſt in cœlis, quia dicitur; Spargam ſuper vos mundas aquas, & mundi eritis. Et dicit Dominus fons Iſrael. Quid fons? mundat immundos: Etiam Deus benedictus mundat Iſrael.

Annotationes.

(1) מיתה ויום הכפורים מכפרין, *Mors & dies expiationis expiant.*] Pro peccatis, quæ exciſionem & mortem merebantur, nullum peculiare ſacrificium a lege injunctum eſt, ſed dies expiationis, rite peracta pœnitentia, ea omnia expiavit, ſi ad illum uſque diem ſuperſtes eſſet qui peccaſſet: ſi non ſuperſtes eſſet, pœnam ipſam & mortem cum pœnitentia peccata expiaſſe crediderunt Judæi. De ſalute enim per Chriſtum obtinen-

obtinenda nihil ipſis vulgo notum. Hinc rei ob delictum aliquod morte mulctandi, confeſſionis vice, dicere ſolebant. תהא מיתתי כפרה על כל עונותי, *Sit mors mea expiatio pro omnibus peccatis meis.* Vide *Sanhed.* cap. 6. Pœnam quoque & mortem ſcelera expiaſſe putarunt Gentiles. Virgil. Æneid. 2.

Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia, & culpam miſerorum morte piabunt.

Libanius Declam. 44. καθαρσίων ὑμῖν δεῖ· μᾶλλον δὲ πάσῃ τῇ πόλει τηλικούτου μιάσματος· καθάρσιον δὲ πρεπωδέστατον ἔσται ταύτης ἡ κόλασις. *Expiationibus vobis opus eſt, potius vero toti civitati ob tam grave piaculum. Expiationis vero genus decentiſſimum erit iſtius pœna.*

(2) עבירות שבין אדם לחברו אין יום הכפורים מכפר עד שירצה חבירו, *Scelera, quæ homo in ſocium ſuum perpetraverit, dies expiationis non expiat, niſi prius placaverit ſocium ſuum.*] Si quis a ſocio bona ſua vi aut fraude abſtuliſſet, ex præſcripto legis rem reſtituit. Si vero eum verbo læſiſſet, veniam petivit. *Arba Turim* in *Hilcoth Jom Hakkippurim*; אפי׳ לא הקניטו אלא בדברים צריך לפייסו וצרי׳ לילך לו ואם אינו מתפייס בראשונ׳ יחזור וילך לו פעם שנית ושלישית ובכל פעם יקח עמו שלשה שפייסנו שימחול לו, *Si eum non niſi verbis laceſſivit, placare oportet, & neceſſe eſt ut ad eum accedat, & ſi prima vice placare non poſſit, ut accedat ſecunda & tertia vice, & ſingulis vicibus tres ſibi adjunget, qui eum deprecentur ut ignoſcat.* Si vero mortuus ſit qui verbis læſus eſt, oportet, decem ſibi adjunctis, ad ſepulchrum ejus culpam deprecari. *Arba Turim* loco citato. ואם מת מביא עשרה בני אדם ומעמידם על קברו ואומר חטאתי לאלדי ישראל ולפלוני זה שפשעתי לו *Et ſi mortuus ſit, decem ſecum adducet & ſtare faciet ſuper ſepulchrum ejus, & dicet; Peccavi in Deum Iſrael & in N. hoc quod peccavi.* Hoc eſt etiam quod mandavit Chriſtus Matth. v. 23. Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατά σου, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius redi in gratiam cum fratre tuo, & tunc veniens offer munus tuum.*

F I N I S.

DEO omnium Factori gloria.

Digitized by Google

JACOBI RHENFERDII
COMPARATIO
EXPIATIONIS ANNIVERSARIÆ PONTIFICIS MAXIMI in V. T.
Cum
UNICA ATQUE ÆTERNA EXPIATIONE JESU CHRISTI.

I.

APoſtolus Paulus quum Hebræos ad conſtantem fidei in Jeſum Chriſtum profeſſionem adhortari in eaque retinere allaborat, id ſibi potiſſimum negotii dari credidit, ut ſummam hujus tanti Legati, Apoſtoli, inquam, & Pontificis pacis noſtræ, excellentiam ſupra reliquos omnes, quorum miniſterio Deus unquam apud populum ſuum uſus fuerat, graviſſimis atque evidentiſſimis argumentis demonſtraret. Itaque igitur & cum Moſe ac Joſua illum comparat, primis & ſupremis populi Ducibus; & Aharone ejuſque ſucceſſoribus, Pontificibus Maximis, multis modis excellentiorem oſtendit.

II. Cum vero ſumma Pontificis dignitas & eximium munus die x. Tisri maxime eluceret, quo & ſolenne atque ſtatutum ſacrificium facere, & in adytum penetrare, & populum expiare, & ſolus denique omnia illius diei ſacra peragere debebat: Paulus quoque tribules ſuos ad ejuſdem ſolennitatis contemplationem vocat, atque illum locum præ cæteris explicare aggreditur, capitibusque aliquot, quæ convenientia inter Pontificem Leviticum, umbram atque exemplar, & Jeſum Chriſtum veri nominis Sacerdotem; quid item diſcriminis inter eoſdem intercedat, prolixe perſequitur: præclaro atque evidenti argumento, genuinam rationem Sacerdotii Chriſti, & quam nobis præſtitit, expiationis ejus, non poſſe melius feliciuſque perſpici atque intelligi,

 quam

Digitized by Google

quam ſi ſedula & accurata inter umbram & corpus comparatio inſtituatur.

III. Verumenimvero cum Hebræi omnes illius diei ritus, ſive à Deo ipſo inſtitutos, ſive à Prophetis aliisve populi doctoribus additos, inde à teneris, pro more gentis, accurate edocti eſſent; multo illis facilius fuiſſe neceſſe eſt, & quæ à Paulo explicabantur intelligere, & reliqua quoque ejus ductu aſſequi, quam nobis: qui cum natura gentes ſimus, & in R. P. Iſraëlis hoſpites, plurima ignorare cogimur, niſi à Judæis ipſis minimas quaſque circumſtantias fuerimus edocti. Atque id adeo cauſæ fuiſſe exiſtimabis, humaniſſime Lector, cur & doctiſſimus Sheringhamus negotium ſuſceperit Titulum *Jomæ*, in quo ſolennia diei Expiationis ſacra accurate atque ordine enarrantur, vertendi eruditiſſimiſque notis illuſtrandi, & nos eundem de novo typis curaverimus deſcribendum.

IV. Cæterum quo gratius atque utilius hoc utriuſque inſtitutum rerum Judaicarum, imo & Chriſtianarum, ſtudioſis accideret, faciendum exiſtimavimus, ut quam hujus argumenti partem doctiſſimus Sheringhamus intactam reliquit, hiſtoriam ipſam Diei expiationis quam clariſſime nobis expoſuiſſe contentus; eam nos hic occuparemus, vel potius ab aliis Clariſſimis Viris, Ainswortho, Altingio, aliiſque pridem occupatam feliciſſiméque excultam, huc referremus, & myſticam ſignificationem rituum illorum, quoad ejus rei fieri poſſit, breviter ſubjungeremus.

V. In hoc autem argumento Chriſtianus lector per ſe ipſe facile intelliget, nobis ita verſandum eſſe, ut cum quæ aliquam imbecillitatem Pontificis Judaici arguent, ea non modo à noſtro Pontifice procul removeantur, ſed eorum contrarium etiam in hoc oſtendatur; tum quæ convenientiam nobis inter utrumque exhibent, eadem in Chriſto omni modo excellentiora fuiſſe demonſtrentur.

VI. Quod itaque ad præparationem illam Pontificis Aaronici attinet, quæ capite primo tituli *Jomæ* recenſetur, varia in eâ occurrunt, quibus in vero Pontifice Jeſu Chriſto nihil relictum eſt loci, cum in illo varios defectus arguant, à quibus hunc liberum fuiſſe novimus & immunem. Nihil itaque cauſæ erat, cur vel metu pollutionis ab uxore ſegregaretur, quam non habebat; vel alius illi ſubſtitueretur, cum de invicta ejus virtute & robore animi ita conſtaret, ut periculum non eſſet, ne qua vadimonium desereret, aut in re ipſa perficienda deficeret.

VII. Quod ſi vero ſeparatio illa & ad templum deductio veluti quædam deſignatio conſiderari mereatur, qua Pontifex Maximus jam ſolenniter declarabatur præcipuo illo munere eſſe functurus; cogitare nobis licebit, non tantum de æterno illo conſilio

filio pacis & fœdere redemtionis, in quo Filius Dei à Patre deſignatus eſt, & jurejurando declaratus Pontifex & Legatus pacis noſtræ, Zach. VI. Pſal. CX. Hebr. V. VII. XIII. Sed & de nativitate ejus, quando cœleſti ſua ſede quaſi relicta orbem terrarum ingreſſus eſt, in quo ad condictum munere ſuo fungeretur, Pſal. XL. 7. 8. 9. coll. Hebr. X. 5. ſ. imo etiam baptiſmo, quo rite & ſolenniter muneri ſuo eſt inauguratus, Johanne veluti præcone illum coram Judæis proclamante, & Deo ipſo cœlitus atteſtante, Jeſum Nazarenum illum eſſe, per quem Deo placeat peccata mundi expiare Matt. III. 11. ſ. Joh. I. 26. ſ. Quæ omnia veluti gradus quidam conſiderari poſſunt, quibus Jeſus Nazarenus, & deſignatus primum ſit & deinde declaratus Pontifex Maximus, qui proprio ſanguine & ſui ipſius oblatione expiationem peccatorum, & reconciliationem adeo ac pacem inter Deum & homines eſſet confecturus.

VIII. Si cui vero ulterius etiam ſeptidui ſpatium meditari lubeat, quo Sacerdos in templo eſt moratus, neque hic forte deerit, cujus ſimilia in Jeſu Chriſto inveniamus; cum non ſine ratione Johannes Cap. XII. obſervaſſe videatur, *Sex diebus ante Paſcha illum veniſſe in Bethaniam*, ibique *in cœna à Maria pretioſiſſimo unguento eſſe delibutum*, quod Chriſtus ipſe εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ, *in diem ſepulturæ* factum eſſe ait: quam paſſionis & ſepulturæ diem, quæ prima paſchatis erat, ſi ſex præcedentibus addamus, *ſeptiduo ante diem magnæ expiationis* Jeſum ad inſtantem mortem unctum deprehendemus.

IX. Quemadmodum itaque Pontifex Leviticus durante illo ſeptiduo omnes muneris ſui partes meditabatur, illique rite & legitime obeundo ſeſe præparabat, & quaſi præludebat, ſpargendo ſanguinem, adolendo ſuffitum, & quæ id genus alia erant, Cap. I. §. 2. Senioreſque Synedrii illum officii ex præſcripta formula admonebant, & in quo ejus fides & diligentia verſari debebat, ante oculos ſiſtebant, §. 3. Ita Jeſum quoque in eorum meditatione tunc aſſiduum fuiſſe legimus, quæ illi ex ſuſcepti muneris officio peragenda erant. Tametſi enim omnibus *diebus carnis ſuæ* omni cura, ſtudio, cogitatione denique omni in id incubuit meditandum, quod muneris ſui eſſet, Hebr. V. 7. 8. atque inde à puero ἐν τοῖς τοῦ πατρός αὐτοῦ ſe verſari velle oſtendit, Luc. II. 49. tamen illo inprimis ſeptiduo templum quotidie adiit, & cum publice ad populum ejuſque principes, tum privatim ad diſcipulos eos ſermones habuit, ex quibus abunde liqueat, quid tum egerit, quid ſit meditatus; quemadmodum Evangeliſtæ ſedulo curateque notarunt, obſervato etiam, quid quoque die ab eo actum ſit dictumve.

X. Enimvero ingens in his omnibus diſcrimen apparet inter

Digitized by Google

(2) על פי בקיאין, *Ex ore peritorum.*] Id eſt, ex ſententia Medicorum qui artis periti ſunt. Maimonides: בקאין הם המהירי' במלאכתן ורצה בו כבאן הבקיאין מן הרפואים, *Qui in arte ſua exercitati ſunt, dicuntur* בקיאין, *in hoc autem loco* בקיאין *vocantur, qui Medicorum peritiſſimi ſunt.*

(3) מי שאחזו בולמוס מאכילין אותו אפילו דברים טמאים עד שיאירו עיניו, *Appetitu canino laboranti cibos adminiſtrant, etiam de rebus pollutis, donec illuminentur oculi ejus.*] בולמוס morbus eſt a calore ex nimia Fame orto proveniens. Bartenorius: בולמוס חולי האוחז מחמרת רעבון ומסוכן למורת וכשמראיתו חוזר בידוע שנתרפא, *Bolemos morbus eſt arripiens ex calore famis, periculum mortis inducens, & cum redeat viſus, notum eſt quod ſanatur.* Morbus iſte hiberno magis quam æſtivo tempore ſævire ſolet, quia tum calor internus ab ambiente frigore augetur. Vide Ariſtotelis *problemata*, ſect. 8.

(4) מי שנשכו כלב שוטה אין מאכילין אותו מחצר כבד שלו, *Si quem mordet canis furioſus, non adminiſtrant ei de reticulo jecoris ejus.*] Non eſt permiſſum ut edat de reticulo jecoris ejus, cum non ſit remedium efficax & abſolutum, quia cibus immundus eſt & ex lege vetitus. Bartenora: אעפ״י שנהגו הרופאים ברפואה זו אינה רפואה גמורה להתיר לו איסור בהמ' טמאה על כך.

(5) ספק הוא שם ספק אינו שם. Ad verbum, *Dubium ipſe ibi, dubium non ipſe ibi.*] Vide, ſi placet, *Jadajim*, cap. 2. ubi eadem loquendi formula pluries occurrit.

ח' חטאת ואשם ודאי מכפרין מיתה ויום הכפורים מכפרין עם התשובה תשובה מכפרת על עבירות קלות על עשה ועל לא תעשה ועל החמורות היא תולה עד שיבא יום הכפורים ויכפר.

VIII. Victima pro peccatis, & victima pro delictis certis expiant: Mors & dies expiationis expiant cum pœnitentia; & pœnitentia expiat peccata levia, tam contra præcepta a[illegible]ativa quam negativa; & gravia ſuſpendit, donec veniat dies expiationis & expiet.

ט' האומר אחטא ואשוב אחטא ואשוב אין מספיקין בידו לעשות תשובה אחטא

IX. Qui dicit, peccabo & reſipiſcam, peccabo & reſipiſcam, non ſuppeditant in manum ejus ut reſipiſcat: pecca-

ויום הכפורים מכפר אין יום הכפורים מכפר עבירות שבין אדם למקום יום הכפורים מכפר עבירות שבין אדם לחבירו אין יום הכפורים מכפר עד שירצה חבירו את זו דרש רבי אלעזר בן עזריה מכל חטאתיכם לפני ה׳ תטהרו עבירות שבין אדם למקום יום הכפורים מכפר עבירות שבין אדם לחבירו אין י״ה״כ מכפר עד שירצה את חבירו אמר רבי עקיבא אשריכם ישראל לפני מי מיטהרין אתם מי מטהר אתכם אביכם שבשמים שנאמר וזרקתי עליכם מים טהורים וטהרתם ואומר מקוה ישראל ה׳ מה מקוה מטהר את הטמאים אף הקדוש ברוך הוא מטהר את ישראל.

peccabo & dies expiationis expiabit, dies expiationis non expiat. Scelera, quæ homo in Deum perpetraverit, dies expiationis expiat; ſcelera, quæ homo in ſocium ſuum perpetraverit, dies expiationis non expiat, donec placaverit ſocium ſuum [a]. Hoc ſic exponit R. Eleazar filius Azariah; Ab omnibus peccatis veſtris coram Domino mundi eritis: ſcelera, quæ homo in Deum perpetraverit, dies expiationis expiat; ſcelera, quæ homo in ſocium ſuum perpetraverit, dies expiationis non expiat, niſi prius placaverit ſocium ſuum. Dicit R. Aquiba; Beati vos, Iſrael, coram quo vos mundatis? quis vos mundat? Pater veſter qui eſt in cœlis, quia dicitur; Spargam ſuper vos mundas aquas, & mundi eritis. Et dicit Dominus fons Iſrael. Quid fons? mundat immundos: Etiam Deus benedictus mundat Iſrael.

ANNOTATIONES.

(1) מיתה ויום הכפורים מכפרין, *Mors & dies expiationis expiant.*] Pro peccatis, quæ exciſionem & mortem merebantur, nullum peculiare ſacrificium a lege injunctum eſt, ſed dies expiationis, rite peracta pœnitentia, ea omnia expiavit, ſi ad illum uſque diem ſuperſtes eſſet qui peccaſſet: ſi non ſuperſtes eſſet, pœnam ipſam & mortem cum pœnitentia peccata expiaſſe crediderunt Judæi. De ſalute enim per Chriſtum obtinen-

obtinenda nihil ipſis vulgo notum. Hinc rei ob delictum aliquod morte mulctandi, confeſſionis vice, dicere ſolebant. תהא מיתתי כפרה על כל עונותי, *Sit mors mea expiatio pro omnibus peccatis meis.* Vide *Sanhed.* cap. 6. Pœnam quoque & mortem ſcelera expiaſſe putarunt Gentiles. Virgil. Æneid. 2.

Quos illi fors ad pœnas ob noſtra repoſcent
Effugia, & culpam miſerorum morte piabunt.

Libanius Declam. 44. καθαρσίων ὑμῖν δεῖ· μᾶλλον δὲ πάσῃ τῇ πόλει τηλικούτου μιάσματος· καθάρσιον δὲ πρεπωδέστατον ἔσται ταύτης ἡ κόλασις. *Expiationibus vobis opus eſt, potius vero toti civitati ob tam grave piaculum. Expiationis vero genus decentiſſimum erit iſtius pœna.*

(2) עבירות שבין אדם לחבירו אין יום הכפורים מכפר עד שירצה חבירו, *Scelera, quæ homo in ſocium ſuum perpetraverit, dies expiationis non expiat, niſi prius placaverit ſocium ſuum.*] Si quis a ſocio bona ſua vi aut fraude abſtuliſſet, ex præſcripto legis rem reſtituit. Si vero eum verbo læſiſſet, veniam petivit. *Arba Turim* in *Hilcoth Jom Hakkippurim;* אפי' לא הקניטו אלא בדברים צריך לפייסו וצרי' לילך לו ואם אינו מתפייס בראשונ' יחזור וילך לו פעם שנית ושלישית ובכל פעם יקח עמו שלשה שפייסנו שימחול לו, *Si eum non niſi verbis laceſſivit, placare oportet, & neceſſe eſt ut ad eum accedat, & ſi prima vice placare non poſſit, ut accedat ſecunda & tertia vice, & ſingulis vicibus tres ſibi adjunget, qui eum deprecentur ut ignoſcat.* Si vero mortuus ſit qui verbis læſus eſt, oportet, decem ſibi adjunctis, ad ſepulchrum ejus culpam deprecari. *Arba Turim* loco citato. ואם מת מביא עשרה בני אדם ומעמידם על קברו ואומר חטאתי לאלהי ישראל ולפלוני זה שפשעתי לו *Et ſi mortuus ſit, decem ſecum adducet & ſtare faciet ſuper ſepulchrum ejus, & dicet; Peccavi in Deum Iſrael & in N. hoc quod peccavi.* Hoc eſt etiam quod mandavit Chriſtus Matth. v. 23. Ἐὰν οὖν προσφέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατά σου, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. *Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius redi in gratiam cum fratre tuo, & tunc veniens offer munus tuum.*

F I N I S.

DEO omnium Factori gloria.

Digitized by Google

JACOBI RHENFERDII

COMPARATIO

EXPIATIONIS ANNIVERSARIÆ PONTIFICIS MAXIMI in V. T.

Cum

UNICA ATQUE ÆTERNA EXPIATIONE JESU CHRISTI.

I.

APoſtolus Paulus quum Hebræos ad conſtantem fidei in Jeſum Chriſtum profeſſionem adhortari in eâque retinere allaborat, id ſibi potiſſimum negotii dari credidit, ut ſummam hujus tanti Legati, Apoſtoli, inquam, & Pontificis pacis noſtræ, excellentiam ſupra reliquos omnes, quorum miniſterio Deus unquam apud populum ſuum uſus fuerat, graviſſimis atque evidentiſſimis argumentis demonſtraret. Itaque igitur & cum Moſe ac Joſua illum comparat, primis & ſupremis populi Ducibus; & Aharone ejuſque ſucceſſoribus, Pontificibus Maximis, multis modis excellentiorem oſtendit.

II. Cum vero ſumma Pontificis dignitas & eximium munus die x. Tisri maxime eluceret, quo & ſolenne atque ſtatutum ſacrificium facere, & in adytum penetrare, & populum expiare, & ſolus denique omnia illius diei ſacra peragere debebat: Paulus quoque tribules ſuos ad ejuſdem ſolennitatis contemplationem vocat, atque illum locum præ cæteris explicare aggreditur, capitibusque aliquot, quæ convenientia inter Pontificem Leviticum, umbram atque exemplar, & Jeſum Chriſtum veri nominis Sacerdotem; quid item diſcriminis inter eoſdem intercedat, prolixe perſequitur: præclaro atque evidenti argumento, genuinam rationem Sacerdotii Chriſti, & quam nobis præſtitit, expiationis ejus, non poſſe melius feliciuſque perſpici atque intelligi,

 quam

quam ſi ſedula & accurata inter umbram & corpus comparatio inſtituatur.

III. Verumenimvero cum Hebræi omnes illius diei ritus, ſive à Deo ipſo inſtitutos, ſive à Prophetis aliisve populi doctoribus additos, inde â teneris, pro more gentis, accurate edocti eſſent; multo illis facilius fuiſſe neceſſe eſt, & quæ à Paulo explicabantur intelligere, & reliqua quoque ejus ductu aſſequi, quam nobis: qui cum natura gentes ſimus, & in R. P. Iſraëlis hoſpites, plurima ignorare cogimur, niſi à Judæis ipſis minimas quaſque circumſtantias fuerimus edocti. Atque id adeo cauſæ fuiſſe exiſtimabis, humaniſſime Lector, cur & doctiſſimus Sheringhamus negotium ſuſceperit Titulum *Jomæ*, in quo ſolennia diei Expiationis ſacra accurate atque ordine enarrantur, vertendi eruditiſſimiſque notis illuſtrandi, & nos eundem de novo typis curaverimus deſcribendum.

IV. Cæterum quo gratius atque utilius hoc utriuſque inſtitutum rerum Judaicarum, imo & Chriſtianarum, ſtudioſis accideret, faciendum exiſtimavimus, ut quam hujus argumenti partem doctiſſimus Sheringhamus intactam reliquit, hiſtoriam ipſam Diei expiationis quam clariſſime nobis expoſuiſſe contentus; eam nos hic occuparemus, vel potius ab aliis Clariſſimis Viris, Ainſwortho, Altingio, aliiſque pridem occupatam feliciſſiméque excultam, huc referremus, & myſticam ſignificationem rituum illorum, quoad ejus rei fieri poſſit, breviter ſubjungeremus.

V. In hoc autem argumento Chriſtianus lector per ſe ipſe facile intelliget, nobis ita verſandum eſſe, ut cum quæ aliquam imbecillitatem Pontificis Judaici arguent, ea non modo à noſtro Pontifice procul removeantur, ſed eorum contrarium etiam in hoc oſtendatur; tum quæ convenientiam nobis inter utrumque exhibent, eadem in Chriſto omni modo excellentiora fuiſſe demonſtrentur.

VI. Quod itaque ad præparationem illam Pontificis Aaronici attinet, quæ capite primo tituli *Jomæ* recenſetur, varia in eâ occurrunt, quibus in vero Pontifice Jeſu Chriſto nihil relictum eſt loci, cum in illo varios defectus arguant, à quibus hunc liberum fuiſſe novimus & immunem. Nihil itaque cauſæ erat, cur vel metu pollutionis ab uxore ſegregaretur, quam non habebat; vel alius illi ſubſtitueretur, cum de invicta ejus virtute & robore animi ita conſtaret, ut periculum non eſſet, ne qua vadimonium deſereret, aut in re ipſa perficienda deficeret.

VII. Quod ſi vero ſeparatio illa & ad templum deductio veluti quædam deſignatio conſiderari mereatur, qua Pontifex Maximus jam ſolenniter declarabatur præcipuo illo munere eſſe functurus; cogitare nobis licebit, non tantum de æterno illo con-

ſilio

Digitized by Google

ſilio pacis & fœdere redemtionis, in quo Filius Dei à Patre deſignatus eſt, & jurejurando declaratus Pontifex & Legatus pacis noſtræ, Zach. VI. Pſal. CX. Hebr. V. VII. XIII. Sed & de nativitate ejus, quando cœleſti ſua ſede quaſi relicta orbem terrarum ingreſſus eſt, in quo ad condictum munere ſuo fungeretur, Pſal. XL. 7. 8. 9. coll. Hebr. X. 5. ſ. imo etiam baptiſmo, quo rite & ſolenniter muneri ſuo eſt inauguratus, Johanne veluti præcone illum coram Judæis proclamante, & Deo ipſo cœlitus atteſtante, Jeſum Nazarenum illum eſſe, per quem Deo placeat peccata mundi expiare Matt. III. 11. ſ. Joh. I. 26. ſ. Quæ omnia veluti gradus quidam conſiderari poſſunt, quibus Jeſus Nazarenus, & deſignatus primum ſit & deinde declaratus Pontifex Maximus, qui proprio ſanguine & ſui ipſius oblatione expiationem peccatorum, & reconciliationem adeo ac pacem inter Deum & homines eſſet confecturus.

VIII. Si cui vero ulterius etiam ſeptidui ſpatium meditari lubeat, quo Sacerdos in templo eſt moratus, neque hic forte deerit, cujus ſimilia in Jeſu Chriſto inveniamus; cum non ſine ratione Johannes Cap. XII. obſervaſſe videatur, *Sex diebus ante Paſcha illum veniſſe in Bethaniam*, ibique *in cœna à Maria pretioſiſſimo unguento eſſe delibutum*, quod Chriſtus ipſe εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ, *in diem ſepulturæ* factum eſſe ait: quam paſſionis & ſepulturæ diem, quæ prima paſchatis erat, ſi ſex præcedentibus addamus, *ſeptiduo ante diem magnæ expiationis* Jeſum ad inſtantem mortem unctum deprehendemus.

IX. Quemadmodum itaque Pontifex Leviticus durante illo ſeptiduo omnes muneris ſui partes meditabatur, illique rite & legitime obeundo ſeſe præparabat, & quaſi præludebat, ſpargendo ſanguinem, adolendo ſuffitum, & quæ id genus alia erant, Cap. I. §. 2. Senioreſque Synedrii illum officii ex præſcripta formula admonebant, & in quo ejus fides & diligentia verſari debebat, ante oculos ſiſtebant, §. 3. Ita Jeſum quoque in eorum meditatione tunc aſſiduum fuiſſe legimus, quæ illi ex ſuſcepti muneris officio peragenda erant. Tametſi enim omnibus *diebus carnis ſuæ* omni cura, ſtudio, cogitatione denique omni in id incubuit meditandum, quod muneris ſui eſſet, Hebr. V. 7. 8. atque inde à puero ἐν τοῖς τοῦ πατρός αὐτοῦ ſe verſari velle oſtendit, Luc. II. 49. tamen illo inprimis ſeptiduo templum quotidie adiit, & cum publice ad populum ejuſque principes, tum privatim ad diſcipulos eos ſermones habuit, ex quibus abunde liqueat, quid tum egerit, quid ſit meditatus; quemadmodum Evangeliſtæ ſedulo curateque notarunt, obſervato etiam, quid quoque die ab eo actum ſit dictumve.

X. Enimvero ingens in his omnibus diſcrimen apparet inter

 duos

Digitized by Google

duos illos Pontifices; quorum cum alter aliis indigeret, qui illum & monerent & docerent, atque adeo aliquando rudis eſſet, ut ne quidem literas noſſet; alterum minime horum indiguiſſe videmus, ceu cujus animo lex Dei inſcripta eſſet, Pſal. XL. 9. & ſuper quo Spiritus Domini, Spiritus, inquam, ſapientiæ & prudentiæ, conſilii & roboris, ſcientiæ timorisque Dei requieſceret, Jeſ. XI. 2. Cum itaque magno illo die inſtante Juniores Sacerdotes Pontifici adjungerentur, qui colloquiis ſuis, & neſcio qua alia arte illum à ſomno averterent §. 7. tantum abeſt ut Chriſto ſimile officium diſcipuli ejus præſtiterint, ut ille è contrario, cum totam noctem inſomnis ageret, graviſſimis ſanctiſſimisque meditationibus & ardentiſſimis ad Deum precibus intentus, illos iterum iterumque à ſomno debuerit excitare.

XI. Atque hæc de præparatione utriusque Pontificis ad ſolennem illum diem & graviſſimum munus dicta ſufficiant. In cujus meditatione ſi quis ſit, qui oleum & operam perdi exiſtimet, quod ejus nihil à Moſe proditum legamus: is illud velim conſideret, quod & alia in Judæorum ſolennioribus ſacris inveniantur, quæ etſi à Moſe non ita explicate tradita ſunt, tamen ita Chriſto accurate conveniunt, adeo illum vivis coloribus depingunt, ut quisquis æqua rationis lance rem perpenderit, dubitare non poſſit, quin Deus ipſe ſingulari ſua providentia per Prophetas aliosve publicos Doctores, univerſas & ſingulas ſacrorum illorum circumſtantias ita ſit moderatus, ut, ad quem omnia collineabant, Sacerdotem Meſſiam quam exactiſſime repræſentarent. Cujus noſtri effati ut plenam lectori fidem faciamus, unum hoc ſaltem exemplum obſervetur.

XII. Lev. XXIII. 10. ſ. Deus poſtridie Sabbathi Paſchatis manipulum ſegetis hordeaceæ offerri jubet, primitias jam inſtantis meſſis, coram Deo agitandum & in altari conſumendum. Hujus vero ritus ſequentes circumſtantias nobis Judæi tradunt. Tranſacto primo die azymorum, qui XV Niſan & Sabbathum feſti erat, die proximo, qui decimus ſextus erat, Summum Synedrium quoſdam delegabat Hieroſolymis, qui torrentem Kedron tranſeuntes in vicino agro partem aliquam ſegetis hordeaceæ, publico ære emtam, non ſine præmiſſis ſolennibus carminibus, demetebant. Nam qui meſſuri erant, ter quærere; *occiditne jam Sol?* cæteri ter itidem reſpondere, *occidiſſe.* Similiter *Hac falce? Hoc corbe? Metamne?* ad quæ ſingula ter quæſita cæteri ter quoque reſpondere, / הין / הין / הין *omnino*, & *mete.* Ex templo itaque falcem ariſtis ſubjicere, & quantum ſatis eſſet metere, & cophino ad Sacerdotes in atrium deferre. Tum hi illud calamis excutere, flammis torrere, vento nonnihil exponere, & mola frangere; porro partem ejus coram

Deo

Deo agitare, miſcere oleo & thure conſpergere; denique pugillum inde decerptum in altari comburere, & quod reliquum more aliorum fertorum comedere. Atque hoc erat præmetium, reliquam univerſam meſſem ab illa oblatione demum rite auſpicandam, ſanctificaturum.

XIII. Atque his omnibus quotus quisque eſt, ſi rem recte conſideret, qui non Chriſti patientis hiſtoriam & pleraſque omnes circumſtantias delineari intelligat? Quem cum Sacerdotes & Senatus Hieroſolymitanus triginta ſiclis emiſſent, Judam cum lictoribus ſuis & militum manu miſerunt, qui noctu trans torrentem Kedron in oliveti montem egreſſi, Jeſum Nazarenum è medio diſcipulorum captum in urbem ad Sacerdotes & Senatum rapuerunt; ubi poſtquam indignis modis acceptus, primum colaphis, mox etiam à Pilato virgis cæſus eſſet, tandem in crucem actus Deo eſt oblatus, & ignem iræ divinæ expertus ſuaviſſimum Deo odorem præbuit, factus ita revera primitiæ ſeu primogenitus inter multos fratres, per quem rite oblatum univerſa electorum multitudo, quæ ſæpe meſſi comparatur, Deo ſanctificaretur. At quorſum, inquias, concepta illa verba; *Solne occidit? Hac falce? Hoc corbe?* Nempe ut illi Chriſti dicto ſua conſtaret veritas: *Filius hominis abit quemadmodum de eo ſcriptum* (addere liceat, *& in typus prælusum*) *eſt, ſed væ illi per quem prodetur.* Matt: 26: 24. Quemadmodum enim poſt ſolis occaſum meſſem illam faciebant, ita Chriſtus quoque *noctu* proditus & captus eſt; tunc ſc: *erat bona hoſtium ejus, & poteſtas tenebrarum*, Luc. XXII. 53. Sic Judas *falcis* vice functus eſt, per quem Chriſtus captus eſt; Milites lictoreſque *cophino* repræſentantur, ceu per quos ad Sacerdotes & Senatum populi eſt deportatus.

XIV. Cum itaque tanta hic & tam illuſtris convenientia inter illum ritum, uti poſterioribus temporibus eſt celebratus, & hiſtoriam Chriſti cernatur; quis jam amplius dubitet, an illæ temporis, loci & perſonarum circumſtantiæ, ſi non diſerta lege divina per Moſen, minimum ſingulari Dei providentiâ atque inſtinctu per prophetas ſint definitæ, etſi earundem nec vola nec veſtigium in hiſtoria Moſis occurrat?

XVI. Sed pergamus tandem, & rem ipſam luſtremus. Ad quam minime neceſſe eſt erit referre, quæ Cap. II. Miſnæ noſtræ, & parte tertii recenſentur; cum illa quotidianum cultum & gregariorum ſacerdotum munia ſpectent, de quibus hic non eſt agendi locus: quæ etſi P. M. hoc die ſolus omnia adminiſtrare debebat, tamen iis peractis demum eximium ſuum munus ordiebatur, quod Moſes Lev. XVI. 4. & Magiſtri Capite tertio Codicis *Jomæ*, §. 6. explicare aggrediuntur.

§. Initium fit ab habitu, quem Deus *lineum* eſſe jubet, Ma-

 giſtri

giſtri *veſtes albas* appellant. Nimirum P. M. qui reliquo toto anno, & hoc ipſo quoque die aliquo uſque *aureis veſtibus* uteretur, longe illis elegantiſſimis, auro, cocco & purpura interſtinctis varieque ornatis, ſummæ inter ſuos dignitatis & auctoritatis ſymbolo; expiationis illud munus aggreſſurus & ad Deum in adytum penetraturus omnem illum ornatum ponere debebat, atque loto prius toto corpore ejuſmodi habitum ſumere, in quo nihil externi illius ornatus appareret, quique meram humilitatem, ſed cum pari innocentia conjunctam præ ſe ferret. Auri enim, purpuræ & coccini defectus humilitatem oſtendit, candidus vero color candorem animi, & morum vitæque integritatem in vero Pontifice requiſitam. Utrumque vero in Jeſu Chriſto præclare elucet. qui cum Dei filius eſſet, & reliquo vitæ ſuæ atque inprimis miniſterii tempore divinæ ſuæ majeſtatis teſtimoniis cœlitus ornaretur, & miracula paſſim ederet, quibus divina ejus majeſtas, veluti rutilantis auri radii, effulgebat, etiam ſub extremum vitæ Angelo illi miniſtrante, & miraculo in Malcho ſanando edito: quando tandem hora illa venit, qua Patri ſatisfaciendum erat, & magnum illud expiationis munus peragendum, adeo omnis illa priſtina gloria receſſit, adeo nihil divinitatis in eo emicuit, ut vermi quam homini ſimilior videretur, viliſſimus & contemtiſſimus omnium mortalium, cui nulla ſpecies eſſet, nulla formæ elegantia. Tunc itaque maxime ipſe ſe humiliavit, tunc perſona ſervi aſſumta factus eſt Patri obediens uſque ad mortem, imo mortem crucis, quæ viliſſimorum mancipiorum pœna erat. Interea vero non deerat ei ſimplex illa & nativa venuſtas, vitæ anteactæ integritas, quæ illum ab omni macula & labe immunem præſtabat, ut ne quidem ipſi infenſiſſimi hoſtes invenirent, cujus eum jure accuſare poſſent, cum peccatum non haberet, neque noſſet, neque dolus in ore ejus eſſet inventus. Atque eodem lotio illa Pontificis M. pertinet, quæ veri nominis Sacerdotem, qui populi peccata expiaturus eſſet, omni modo mundum & intaminatum eſſe debere ſignificabat.

XVII. Etſi verò Pontifex Aaronicus iſta lotione atque habitu veri Sacerdotis perfectiſſimam integritatem atque innocentiam adumbrabat; tamen ipſummet ejus expertem fuiſſe illud argumento eſt, quod priuſquam populum expiare poſſet, propria & eximia victima indigeret, proprio ære emta, qua ſua & familiæ ſuæ & totius denique ordinis Sacerdotalis delicta expiaret, quorum etiam apertam confeſſionem conceptis verbis atque iterato edere & ſupplex veniam orare tenebatur, vi legis Lev. XVI. 6. & 11. narrantibus Magiſtris cap. III. §. 8. IV. §. 2. ubi illud וכפר בעדו ובעד ביתו *& expiabit pro ſe & domo ſua*, conſen-

ſentiente veterum praxi & Latino interprete; nihil aliud eſt, quam *peccata confiteri & preces fundere pro ſe & domo ſua.* Hoc itaque vitulo prius pro ſe rite facere Sacerdos debebat, quam pro populo offerre poſſet. Ut itaque in eo Pontificis Aaronici *ἀσθένεια* ſeſe inprimis prodidit, quod prius pro ſe ipſo ſuisque offerre debuit: ita è contrario noſtri Sacerdotis dignitas atque excellentia præ illo elucet, quod natura ſua atque in omni vita & actionibus *caſtus, innocens, intaminatus & à peccatoribus ſeparatus eſſet, qui non haberet neceſſe quotannis, more Pontificum, prius pro propriis peccatis victimas offerre, tum demum pro peccatis populi: quippe qui id ſemel fecerit, cum ſe ipſum obtulit,* Hebr. VII. 26. 27.

XVIII. Priusquam tamen proprium juvencum mactaret, *cum omnis Pontifex ex hominibus deſumtus, pro hominibus conſtituatur in iis quæ apud Deum agenda ſunt, ut offerat munera & victimas pro peccatis,* Heb: V. 2. de publica quoque victima ſibi mature proſpicere debuit. Itaque ab Eccleſia filiorum Iſraëlis duos hircos accipiebat, quantum ejus fieri poſſet, ſimilimos, ejuſdem coloris, ſtaturæ & pretii, publico ſumtu ex ſacro populi ærario, unde ligna, ſal, aliaque emebantur, partos, qui duo unius victimæ piacularis loco eſſent. Lev. XVI. 5. *Joma,* Cap. VI. §. 1. Itaque & Chriſtum *neceſſe fuit habere, quod offerret,* Heb: VIII. 3. at victimam modis omnibus excellentiorem, naturam vere humanam. Nam *cum fieri non poſſet ut ſanguis taurorum & hircorum,* quos Pontifex Aaronicus offerebat, *peccata tolleret, Chriſtus mundum intrans, Victimam, ait, & oblationem noluiſti, at corpus adaptaſti mihi. Holocauſtis & victimis piacularibus non es delectatus; Tunc dixi: Ecce venio (in volumine libri ſcriptum eſt de me) ut faciam, Deus, voluntatem tuam.*

XIX. Cur vero duos hircos ſumere debuerit, & quid Emiſſario fuerit ſignificatum, in ſequentibus locus dabitur explicandi, poſtquam ceremonias circa utrumque obſervandas viderimus. Unum illud nunc obſervaſſe ſufficiet, Deum Lev. XVI. 5. utrumque ex æquo deſtinare לחטאת *victimam piacularem.*

XX. Primum itaque, quod hircis facere debebat, erat ſortitio, qua alter eorum Deo deſtinabatur, alter Azazeli; quorum illum mox ſingulariſſime *faciebat,* id eſt declarabat, *victimam pro peccato,* hunc vero tantiſper coram Deo ſiſtebat, ut ſuo tempore peccata populi ſuper eo confeſſus illum dimitteret in deſertum. Cum itaque magnus ille omnium rerum arbiter Deus etiam ſortem moderetur, Prov. XVI. 33. & quod cuique legitima ſorte obtingit, id divinitus eveniſſe cenſeatur, Joſ. XIII. 6. XIV. 2. Act. II. 24. 25. 26. Sortitio illa præſentibus graviſſimis teſtibus inſtituta, & urna probe ſuccuſſata, ne quis fraudi locus

eſſet,

eſſet; commode Dei voluntatem declarabat, qua proprium filium miſeris mortalibus *deſtinavit* & tandem miſit, ut eſſet *victima piacularis per fidem in ſanguinem illius*, Rom. III. 25. 2. Cor. V. 21. cum ſatis non ſit ab homine victimam vicariam arripi & Deo obtrudi, ſed eandem à Deo approbari, imo vero conſtitui & donari ſit neceſſe: atque huic nihil accidere potuiſſe, niſi *quod manus ejus & conſilium definierat futurum*. Act. IV. 28.

XXI. Sed parum erat quæſitas victimas Deo vivas ſtitiſſe, cum *abſque ſanguinis effuſione nulla ſit peccati* expiatio, & *remiſſio*, Heb. IX. 22. niſi eædem etiam cæderentur, cæſarumque ſanguis Deo offerretur. Juvenco itaque Pontificis, repetita manuum impoſitione & reatuum confeſſione, rite mactato & ſanguine ſtudioſe excepto, Pontifex M. foculo aureo candentes prunas ex altari holocauſti colligebat, & thuribulo itidem aureo ſuffitum accipiebat, & utrumque in adytum intra velum inferebat, injectaque in prunas thura adolebat, ut ſibi ſanguinem mox illaturo viam muniret. Lev. XVI. 11 ---- 14. coll. ℣. 2. Miſn. Cap. IV. §. 3. 5. V. & I. Suffitus preces deſignat, Apoc. VIII. 3. 4. Itaque & Chriſtus priuſquam arduum illud munus aggrederetur, ſe ſuamque victimam ardentiſſimis precibus Deo commendavit, quas cum aliàs toto vitæ ſuæ tempore, tum præcipue ſub extremum ejus, *cum clamore valido*, (מלא חפניו, *plenis pugillis*, quantas mente concipere poterat maximas) *& largo lacrymarum imbre* ad Patrem ſuum, eundemque juſtiſſimum judicem & rigidiſſimum peccatorum vindicem, fudit. Atque in his principem facile locum ſibi vindicant graviſſimæ illæ preces, quas Johannes Cap. XVII. prolixe deſcripſit, in quibus cum Patre ſuo ex æterno illo fœdere agit, & ad honorem muneris Mediatorii, & Pontificalis admitti, ejuſque fructum electis omnibus applicari poſtulat. Præclara ſane oratio, & ob argumenti gravitatem atque ubertatem omni animi attentione digniſſima. Quam adeo Sacerdotalem fuiſſe, & præparatoriam ſuffitu illo adumbratam, inde facile evinci poſſe videtur, quod Johannes notet, illam proxime dictam fuiſſe ante quam Chriſtus torrentem Kedron tranſiret; & eventus ipſe teſtetur illas in cœlum ad thronum Dei penetraſſe, Chriſtumque in illis eſſe exauditum, & etiamnum aſſidue exaudiri.

XXII. Non de nihilo autem eſſe videtur, adeoque minime prætermittendum, quod Deus *ardentes favillas*, quibus thus cremandum erat, non ex privato foco, ſed *ex altari* holocauſti, *quod coram Deo erat*, deſumi juſſit: quo procul dubio docere voluit, & Pontificis preces ſanctificandas fuiſſe ſacrificio Chriſti, & hujus quoque ardentiſſimas preces unice ſacrificium ejus reſpexiſſe, ab eoque omnem ſuam vim atque efficaciam accepiſſe.

XXIII. Sic

XXIII. Sic itaque via in adytum patefacta Pontifex juvenci ſui ſanguinem intra velum illatum ſpargebat, ut prius quam quicquam pro populo agere inciperet, ipſe pro ſe expiationem faceret, & ad populum expiandum rite præpararet. Qua tota in re nihil Chriſtus illi ſimile habuit, qui cum inde à prima conceptione per omnem vitam ab omni peccato atque impuritate liber & immunis eſſet, neceſſe non habuit pro ſe ipſo offerre &c: Heb. VII. 27. 28.

XXIV. Quicquid vero hactenus & quantocunque apparatu atque ſolertia à Pontifice Aaronico factum erat, id omne, ſi populi expiationem ſpectes, cujus cauſa omnia inſtituta erant, nihil erat, ſed mera tantum ad eximium illud opus præparatio. Quippe ſatis non erat Pontificem victimam nactum eſſe, quam pro populo offerre poſſet, niſi eandem etiam mactaret & ſanguinem in adytum inferret; cum *abſque ſanguinis effuſione nulla fit remiſſio*. Hebr: IX. 22. Neque populo prodeſſe poterat, quod idem Pontifex pro ſe ſuaque familia ſpectatam victimam obtuliſſet, eaque litaſſet, niſi id ipſum quoque pro populo efficeret; cum illa ſui ipſius luſtratione id tantum obtinuiſſet, ut porro etiam pro populo offerre & deprecari poſſet. Adeo ut præcipuum munus, cujus gratia & dies ille & univerſa ſacra inſtituta erant, adhuc peragendum reſtarèt.

XXV. Neque vero aliter cum Chriſto comparatum erat. Nihilo magis juvabat humanam naturam induiſſe, ſine omni labe conceptum eſſe, ſine omni item crimine vitam traduxiſſe, denique idoneam victimam habere, quam offerre poſſet; niſi reapſe illam offerret, niſi, inquam, *gratia Dei pro omnibus ſibi datis mortem guſtaret: ſiquidem decebat eum, propter quem omnia & per quem omnia, poſtquam multos filios ad gloriam duxerat, ducem ſalutis illorum per paſſiones conſummare*, maxime *paſſionem mortis*. Hebr. II. 9. 10.

XXVI. Itaque igitur Pontifex M. jam rite præparatus ex templo rem populi agebat, arreptumque hircum, populi victimam, more & loco ſolito conſtringebat & jugulabat, ejusdemque ſanguinem illico in adytum intra velum inferebat, & ſuper ac ante arcam ſpargebat, ut expiaret illud ab omni impuritate, transgreſſionibus, & peccatis Iſraëlitarum.

XXVII. Atque hoc illud eſt, quo Aaronicus Sacerdos Meſſiæ noſtri typum maxime geſſit, & præcipuum ejus munus adumbravit, mactatione victimæ ejuſque ſanguinis oblatione, quem intra velum inferre Deoque ſiſtere debebat. Ut hic adeo pedem figere, & ſimilitudinem & diſcrimen item, quæ inter haſce victimas interfuerunt, accuratius contemplari, & rem omnem paullo altius repetere, non abs re ſit futurum. Quemad-

Digitized by Google

modum itaque hircus ille pro populo offerendus omni vitio c
rere debebat, ſive nativo illo, ſive culpa caſuve contracto, e
generali lege ſacrificiorum; ita Chriſtus quoque, qua victima, fu
ἄμωμος καὶ ἄσπιλος ſine vitio & labe, 1 Pet. 1: 19. *qui peccatu*
non fecerat, in cujus ore dolus nullus inventus erat, Ibid. 11. 2:
Quemadmodum idem innocentiſſimus hircus ſorte à Deo deſti-
nabatur victima pro peccatis populi ad hujus expiationem; it
Deus Chriſtum, qui non norat peccatum, pro nobis peccatum, i. e. vi-
ctimam, *fecit; ut nos fieremus juſtitia Dei per illum* 2 Cor. v. 21
& *noſtrum omnium reatum illi impoſuit*, Jeſ. LIII. 6. Porro quem
admodum Pontifex ipſe hircum à Deo deſtinatum, ſortis impo
ſitione in illum, pariter declarabat victimam; ita & Chriſtus
cum in æterno illo pacis conſilio reatum electorum in ſe ſuſce
pit, ſuumque conſenſum eſt teſtatus, tum *mundum ingreſſus* ſ
pro *agno Dei* geſſit, *qui peccata mundi ferret*, Pſal. XL 7. ſ. Joh
1:29. Porro verò hircus ille in latere atrii ſeptentrionali, ſan-
ctioribus victimis dicato, Lev. VI. 18. coll. cap. I. 11. & ex ve
terum Cabbaliſtarum ſcitis, divinæ juſtitiæ, iræ atque vindi-
ctæ ſymbolo, pedibus conſtrictis proſternebatur, & deni-
que ad expiationem faciendam jugulabatur, ita ut ſanguine omn
effuſo penitus emoreretur. Similiter itaque & Chriſtus, ad con-
dictum diem, cum *hora* ejus, tempus ſolutioni conſtitutum ve-
niſſet, ad tribunal Dei accedens *judicio* ſe ſtitit, Jeſ. LIII. 10. ubi
à juſto judice *propter alienos reatus*, quos in ſe ſuſceperat, *eſt*
condemnatus, Rom: VIII. 3. Pſal. LXIX. 5. Jeſ. LIII. *exactus* e-
tiam *atque afflictus* Jeſ. LIII. 8. *plagis affectus* ÿ 10 *vulneratus pro-*
pter prævaricationes noſtras, contritus propter iniquitates noſtras,
ÿs. 6. adeo ut *in* extrema *anguſtia* verſaretur, ÿs. 8. (θλίψει καὶ
στενοχωρίᾳ, qualis damnatos manet Rom. 11. 9.) cum *Dominus*
ipſe delectaretur illum conterere, atque infirmare, ÿs. 11. *ad demon-*
ſtrationem juſtitiæ ſuæ, Rom. III. 25. 26. quam non minus in
Filio Sponſore demonſtrare *decebat*, Hebr. 11. 10. quam in ſce-
leratis & damnatis Rom. 11. 5 6. 8. 9. 11.

XXVIII. Atque hoc Dei judicium in Chriſtum exercitum,
hi graviſſimi atque exquiſitiſſimi dolores & cruciatus, quos Chri-
ſtus in cruce pendens, vivus, ſentiens, animo pariter atque cor-
pore ſuſtinuit, quoſque homini cogitatione aſſequi aut verbis
exæquare nihilo magis datum eſt, quam infinitum illud *robur*
iræ, & excandeſcentiæ divinæ, Pſal. XC. 11. 2 Theſſ. 1. 9. Hi,
inquam, dolores & cruciatus illud ſunt, quod mactatione &
ſanguinis effuſione in brutis hoſtiis fuit ſignificatum, lytron ſc.
animarum noſtrarum, quo Deo quam pleniſſime pro noſtris
debitis eſt ſatisfactum, quo electi omnes peccatorum reatu li-
berati Deo reconcilantur, & amica cum illo pace fruuntur. *Id*

quod

Digitized by Google

quod ex lege & ritu Sacrificiorum, quorum antitypus in Chriſto ſpectatur, & phraſibus typo convenientibus exprimitur, verbis Cl. *Altingii* paullo uberius declaraſſe non abs re fore arbitramur.

„XXIX. Hoſtiæ vicariæ ratio deſcripta eſt Lev. XVII. 11. „*Anima cujuſque carnis* (id eſt animalis) *in ſanguine eſt*, (& ℣. „14. *ſanguis eſt anima cujuſque carnis; ſanguis ejus pro anima* „*ejus eſt; cujuſque carnis anima ſanguis ejus eſt*) *propterea dedi eum* „*vobis in altari, ad expiationem faciendam pro animabus veſtris:* „*nam ſanguis eſt qui pro anima expiationem facit.* Subſtitutionem „ſive permutationem animæ ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς inſtituit, cujus „analogia obſervari debet.

„XXX. Id quod in homine peccat eſt Anima: inde enim „procedunt cogitationes & actiones malæ univerſæ Matth. XV. „19. Corpus, uti animæ inſtrumentum eſt, ita quoque peccantis animæ eſt inſtrumentum: adeoque Anima eſt, quæ fit „rea pœnæ, Ezech XVIII. 4. Lev. IV. 2. Corpus autem reum „eſt, quatenus peccanti animæ inſtrumenti vice fuit, 2 Cor. „V. 10. Ut igitur homo vicarium habeat, non tantum corpus „pro corpore, ſed etiam atque inprimis anima pro anima noſtræ dedenda eſt. Et quum Deus bruta quædam animalia ſtatuerit vicaria pro hominibus peccatoribus; illud quod in animalibus iſtis animæ reſponderet, potiſſimum ſpectari voluit.

„XXXI. Vicarium itaque Animæ humanæ dicit eſſe Brutorum illorum *Sanguinem*; quia in brutis anima à ſanguine ſeparari nequit: quem ſanguinem ſemper voluit pro hominis anima in altari offerri, & nonnunquam in Sacrarium inferri, etiam quando totum corpus altari neutiquam admovendum, „ſed extra caſtra comburendum fuit, Lev. IV. 12. 21. VI. 30. „XVI. 27. Hebr. XIII. 11. Atque hinc quotiescunque in deſcriptione victimarum & ſacrificiorum mentio fit *Sanguinis*, anima bruti, animæque humanæ vicarium ſignificatur.

„XXXII. Veruntamen non quivis Sanguis animam ſignificat, „aut animæ vicem præſtat: ſed is ſolum, qui cum animæ anguſtia & effuſione conjunctus eſt. Neque enim ſi quis venam ſecuiſſet juvenco, aliive hoſtiæ, & copioſum ſanguinem, animali tamen ſuperſtite, ex iſto vulnere manantem altari infudiſſet, „atque in ſanctuarium intuliſſet, ulla fuiſſet facta expiatio; verum nova & gravior provocatio, illuſo per ἐθελοθρησκείαν Deo, cui „loco animæ ſanguis ſine anima ſupponeretur: ſed ad expiationem poſcebatur ille ſanguis, cum quo anima, vitæ principium, „ſociata eſt, pariter cum ſanguine effuſa; de quo ſanguine loquitur Apoſtolus Hebr. IX. 22. Ut veriſſima ſit ac ſapientiſſima „Hebræorum diſtinctio inter *Sanguinem Animæ* & *Sanguinem* „*membrorum*.

 „XXXIV. Va-

Digitized by Google

„XXXIII. Valet autem circa ipſum quoque hominem uſus „ille vocis *Sanguis*, ut *Animam* deſignet. Ubi prima vice uſur„patur in ſcriptura, non alio ſenſu venit. Gen. IV. 10. *Vox ſan„guinum fratris tui clamantium ad me de terra*, hoc eſt; vox a„nimæ ejus (pluralis *ſanguines* de cæde, ſeu anima per cædem „expulſa fere dici ſolet,) quomodo *animæ clamare* leguntur. „Apoc. VI. 9. ſ. Sic Gen: IX. 5. 6. *Etiam ſanguinem veſtrum „quatenus eſt animarum veſtrarum, requiram; à manu omnis be„ſtiæ requiram eum: & à manu hominis, à manu cujusvis fratris „ejus requiram animam hominis. Qui ſanguinem hominis effundit, „per hominem ſanguis ejus effunditor.* Sanguinis humani effuſio ca„pitalis ſupplicii reum facit: non tamen cujusvis ſanguinis effu„ſio: ſic chirurgi phlebotomiam facientes, ſic quicunque vul„nus leviſſimum ſibi aut aliis infert, ſons foret: membrorum „iſte ſanguis eſt duntaxat, non animæ: ſed hujus effuſio reatum „affert; quem Deus ipſe *animarum ſanguinem*, conjunctim, „itemque diviſim & *animam* & *ſanguinem* nuncupat.

„XXXIV. Confirmationi eſt ſynonymia vocabulorum *San„guis* & *Anima*, in ſacris literis frequens. Pſal. XCIV. 21. *turma„tim conveniunt contra Animam uſti, & ſanguinem innoxium „condemnant.* Sic 1 Sam. XXVI. 20. 24. collatis, item Pſal. „LXXII. 14. coll. cum 2 Reg. I. 14. rurſum Ezech. XXXIII. 7. „8. 9. & Hebr. XIII. 17. & Act. XX. 26. 27. collatis. *Sanguinem„que fundit*, quisquis violenter *animam* ex corpore exturbat, „tametſi nullam ſanguinis guttam effundat, puta ſuffocatione „ſub aquis aut terra, veneno, fame, &c: Satisfacit quoque legi „divinæ Magiſtratus, & homicidæ ſanguinem effundit, quan„do violenter animam ejus à corpore dividit, etiam cum ſus„pendio aut ſtrangulatione iſtud fieri jubet.

„XXXV. Quandoquidem igitur Chriſtus eſt ἱλαστήριον *placa„mentum*, Rom. III. 25. hoſtia hilaſtica pro peccato (unde *pec„catum factus* dicitur 2 Cor. V. 21.) etiam *ſanguinem* fundere de„buit; eumque non alienum ſed proprium, αὐτοῦ *ipſius*: quia „ipſemet, uti Sacerdos, ita quoque victima eſt, & hoc reſpectu „heic conſideratur. Cujus quidem *ſanguinis* mentio eſt, quo„tiescunque de ipſo ſermo eſt, tanquam de Agno victimali, „ferente peccatum, 1 Pet. I. 19. Apoc. V. 6. ſeq.

„XXXVI. At enim, uti Chriſtus præſtantior hoſtia eſt, ſic „quoque *ſanguis* ejus brutorum ſanguinem excellit, non brutam „animam denotans, ſed humanam, quæ ejus ſignificatio eſt u„bique, quando de expiatione agitur; nec alia ſpectatur effu„ſio, quam quæ *animæ* conveniat.

„XXXVII. Et hac propter nonnunquam memoratur *Anima* „Chriſti, Matt: XX. 28. *Filius hominis venit ut miniſtret, det*

„*que*

Digitized by Google

„que animam ſuam Λύτρον, redemptionis pretium, pro multis.
„Item Jeſ. LIII. 10. Dedit ANIMAM ſuam אשם ſacrificium
„pro reatu. & ℣. 11. propter moleſtum laborem ANIMÆ ſuæ,
„& ℣. 12. effudit in mortem ANIMAM ſuam. Quin toto illo
„capite, ubi adeo luculenta eſt Expiationis deſcriptio, nulla
„occurrit mentio Sanguinis; nimirum quia non qua Agnus of-
„ferendus iſtic ſpectatur, ſed qua Homo debitor, ob ſponſio-
„nem pro nocentibus hominibus aliis luiturus.

XXXVIII. Atque ita hactenus Altingius, Hept. II. Diſſert. II. §. 48. & ſeq. cujus verba integra huc tranſferre non piguit, cum quod rem, quam agimus, præclare explicant, tum quod extra Opera ejus haud temere inveniuntur. Cæterum ex illis jam abunde liquere arbitramur, victimæ typicæ *ſanguine* adumbratam eſſe *animam* Chriſti; & quemadmodum ille ad necem uſque victimæ plene effundebatur, ita Chriſtum quoque *animam ſuam effudiſſe in mortem*, afflictum eſſe à Deo graviſſimis & horrendis illis doloribus atque tormentis, in quibus mors, vi comminationis divinæ Gen: II. 17. peccatis debita, conſiſtebat, quæ alias *poculum* iræ divinæ appellatur, Matt. XXVI. 39. alias *baptiſmo* confertur, Rom. VI. 3. 4. quando Chriſtus *in profundas aquas, in lutum cœnoſum* venit, *ubi fundus non dabatur*, Pſal. LXIX. 3. quando, inquam, *in abyſſum maris* iræ divinæ, cum *omnibus* omnium electorum *peccatis eſt conjectus*. Mich. VII. 19. Et denique quemadmodum ſanguinis typici effuſione atque morte victimæ, populo Iſraelitico Deus propitiabatur; ita Chriſtum illa ſua morte Deum revera placaviſſe, nobiſque propitium reddidiſſe, adeoque vere eſſe *ἱλασμὸν pro peccatis totius mundi* I Joh: II. 2. & *ἱλαστήριον per fidem in ſanguinem ejus* Rom. III. 25. Quemadmodum ex ſequenti actu evidens fit & manifeſtum.

XXXIX. Scilicet Pontifex M. non tantum victimam cædere debebat pro populo, ſed etiam ſanguinem illius in Adytum, quaſi ad tribunal, deferre, ibique Deo ſiſtere; ut hic examinaret, an idoneum, ſufficiens & validum pretium oblatum eſſet, in quo tanquam plene ſatisfactorio acquieſcere poſſet: quæ graviſſima & difficilima muneris Pontificalis pars erat, & periculoſæ plenum opus aleæ, quandoquidem fieri poterat, ut Pontifex, Deo ipſum forte vel oblationem ejus non approbante, coelitus à Deo percuteretur & in ipſo adyto moreretur; cujusmodi populus quiddam de Zacharia ſuſpicabatur, ſuffitum in anteriore ſanctuario tantum offerente, Luc. I. 21. Quamprimum itaque P. M. hircum pro populo mactarat, exceptum ſanguinem è veſtigio per velum in adytum inferebat, & ſuper propitiatorium atque ante illud ſpargebat, ut expiaret adytum ab impuritatibus Iſraelitarum, tranſgreſſionibus & univerſis peccatis,

 Lev.

Digitized by Google

Lev. XVI. 15. 16. Miſn. Cap: V. §. 4. Similiter vero & Chriſtus, poſtquam ſe ipſum Deo obtuliſſet, & fudiſſet ſanguinem ſuum, ſive animam ſuam in mortem, redemtionis pretium pro multis; eundem ſuum ſanguinem, animam, inquam, in *verum Sacrarium* intulit, *cujus miniſter erat*, *qvod Deus conſtruxerat non homo* Heb: VIII. id eſt cœlum. Etenim finiente trihorio tenebrarum, cum videret Chriſtus jam omnia conſummata eſſe, quæ illi perpetienda fuerant, animam ſuam tanta tormenta paſſam Deo commendavit, *& voce clamans valida*, *Pater*, *inquit*, *in manus tuas commendo ſpiritum meum*, Joh. XIX. 28 30. Luc. XXIII. 46. Matt. XXVII. 46. 50. & *capite inclinato animam exhalavit*, Matt. Luc. l. c. imo *reddidit* Joh. XIX. 30. *Tunc* ſc: *velum templi*, quod adytum claudebat, & quotidianum introitum prohibebat, notantibus hanc temporis circumſtantiam Evangeliſtis, *ruptum eſt à ſummo ad imum*; ut publice conſtaret, eodem momento veri nominis Pontificem verum redemtionis pretium, animam ſuam, in verum ſacrarium jam inferre, & Deo Judici ſiſtere, ſatisfactionem præſtitam approbaturo.

XL. Atque hujus explicationis nobis Apoſtolus auctor eſt Heb: X. 19 20. *Cum itaque habeamus*, ait, *fratres*, *libertatem ad ingreſſum ſanctorum per ſanguinem Jeſu*, *quam initiavit nobis viam recentem & vivam*, *per velum*, *id eſt*, *per carnem ſuam*. Hic ille *velum* per *carnem Jeſu* interpretatur, id eſt *humanam naturam*, quæ quamdiu integra erat, aditus ad Deum nondum erat patefactus. Nimirum uti velum tabernaculi vel templi adytò obductum erat, & cum reliquis omnibus Sacerdotibus, tum ipſi Pontifici maximo, aditum intercludebat: ita *iniquitates* noſtræ *à Deo* & cœlo nos *dividunt*, & *peccata* noſtra *faciem ejus* à nobis *abſcondunt*, ut ad Deum accedere nequeamus, Jeſ. LIX. 2. At illa Dominus in Jeſum incurrere fecit, Ibid. LIII 6. qui cum illa in ſe ſuſcepiſſet, & in *carne* ſua, humana natura, *ferret*, Joh. I 29. quamdiu ſanguinem ſuum ad peccatorum expiationem nondum fuderat, ipſe *velum* fuit, ſive id quod per velum adumbrabatur. Poſtquam vero *peccata* illa, non per ſe & ſeorſim, quod fieri non poterat, ſed incumbentia Chriſto, *in abyſſum maris* iræ divinæ *abjecta eſſent*, Mich. VII. 19. ſive quod idem eſt, expiata eſſent, & reatus omnes *diſpuncti atque è medio ſublati*, Col. II. 14. diviſio ceſſavit inter Deum & homines, imo & ipſum Jeſum, qui propter horum reatus ad tempus à Deo atque omni favore ejus excluſus erat: ut nunc illi aditus ad Deum rurſum pateret, & velo rupto, humana natura ſeparata, ſanguinem ſuum Deo ſiſtere poſſet; imo *per ſanguinem ſuum*, vi & merito ſuarum paſſionum, & præſtitæ ſatisfactionis, aliis quoque aditum ad Deum patefacere & munire.

XLI. In-

Digitized by Google

XLI. Ingreſſus itaque Jeſus per velum, id eſt, carnem ſuam, ſanguinem ſuum, graviſſimum laborem animæ, in Sanctum Sanctorum, ſummum cœlum intulit, & Deo cauſam & meritum ſuum probavit; cum idem ille juſtiſſimus Judex, qui eum non ita multo ante ob ſuſceptum alienum reatum ad mortem condemnarat, hac tolerata, & ſolutione ad ultimum uſque quadrantem plene præſtitâ, ſibi ab illo ſatisfactum declararet, eumque ab omni crimine liberum, atque immunem: ita ut qui ſe ante à Deo deſertum queſtus eſſet, jam exclamare poſſet, *Propinquus eſt, qui me juſtificat, quis mecum contendat?* &c: Jeſ. L. 8. & Paulus adeo inter præcipua fidei Chriſtianæ capita, etiam hoc merito inculcari voluerit, illum eſſe *juſtificatum*, abſolutum & inſontem declaratum, *in Spiritu*, 1 Tim. III. ult.

XLII. Cum vero & ad Chriſti Sponſoris dignitatem, & ad eorum, qui in illum unquam crediderant vel credituri erant, ſolatium & ſecuritatem magni intereſſet, publice conſtare, & à Judice ipſo declarari, ſibi quam pleniſſime ſatisfactum eſſe; minime Deus ceſſavit ſolutionis præſtitæ apocham dare, & compluribus evidentiſſimis argumentis demonſtrare, ſe in ſolutione illa vicaria plene acquieſcere, nihilque omnino intercedere, quò minus illi, quorum vice & loco paſſus erat, pleniſſimæ liberationis effectu fruantur.

XLIII. Atque huc inprimis faciunt, (ne nunc ea repetamus, quæ modo de *velo templi rupto* dicta ſunt, peccati è medio ſublati ſymbolo) & *Sepultura* corporis Chriſti in loco mundo, ab ipſo Deo per Nicodemum & Joſephum procurata: nam *ex judicio & anguſtia exemptus eſt. Et ipſe dedit ſepulcrum ejus cum divite propter mortes ejus.* Jeſ. LIII. 8. 9. quemadmodum malefici, qui morte humano judicio ſatisfecerunt, Rom: VI. 7. de ligno tollendi erant & ſepeliendi, ut maledictio jam à terra ablata ſignificaretur, Deut. XXI. 22. 23. & *Reſurrectio*, à Deo itidem imperata, Angelo ad id miſſo, Matt: XXVIII. 2. *ſolutis vinculis mortis, eo quod fieri non poterat, ut ab ea retineretur*, Act: II. 25. exemplo ſimili in humanis judiciis Pauli & Silæ Act: XVI. 37. & *Adſcenſio Chriſti in cœlum, ac Seſſio ad dextram Dei*; cum enim *improbus*, vel reus, *apud Deum habitare nequeat*, Pſal. V. 5. reditus Chriſti ad Patrem, & manſio cum illo, evidentiſſimum graviſſimumque nobis argumentum præbet, illum ab omni reatu & liberum eſſe & abſolutum. Nam *una pro peccatis victima oblata, in perpetuum conſedit ad dextram Dei; unica enim oblatione conſummavit in perpetuum eos, qui ſanctificantur.* Hebr. X. 12. 14. ut adeo maximum credentibus in hoc gradu gloriæ Chriſti ſit ſolatium, Rom. VIII. 34. Sed de his operæ pretium eſt Cl. Altingium conſulere, qui iſtud argumentum pro more ſuo

ſolide

ſolide & nervoſe eſt perſecutus Hept. II. Diſſ. I. de *Juſtificatione Chriſti*, ex qua nos quoque in progreſſu porro aliquid delibabimus.

XLIII. Sit ergo hoc tandem ratum & certum, Jeſum Chriſtum Sanguinis ſui effuſione & illatione in Adytum *æternam redemtionem nactum eſſe*, Heb: IX. II. 12. neque illam ſibi modo, ſed omnibus etiam, qui *ſincero animo cum plena fidei perſuaſione, luſtratis animis à conſcientia mala, & corpore loto aqua munda ad Deum accedunt.* Hebr. IX. 15. X. 22. 23. pro quibus ipſe deprecari poſſit apud Deum, & dicere, *Redime illos, ne deſcendant in exitium, inveni REDEMTIONIS PRETIUM.* Job: XXXIII. 24. Quid vero illud ſit, quod ſanguinem non tantum in Adyto, ſed & in Sancto atque atrio ſpargere debuerit, idque certo ritu; & denique ſolus? De his quoque paucis agendum erit, priusquam ad reliqua ſolennia transeamus.

XLIV. In adyto, digito in ſanguinem intincto, octies ſpargebat, ſemel ſurſum *ſupra operculum*, & ſepties deorſum *ante operculum*. Numeri ſeptenarii myſterium procul dubio expiationis perfectionem & plenitudinem ſignificat, quæ die mundi ſeptimo per Meſſiam eſt promiſſa. Judæi tamen Cabbaliſtæ etiam ad *Sephiroth* ſuas referunt, quarum tres ſuperiores, quæ Trinitatem nobis exhibent, prima illa adſperſio, quæ ſurſum fiebat, reſpexerit; ſeptem vero inferiores, quæ perfectiones Dei ſunt, quas in Eccleſiæ redemtione demonſtrat, reliquæ adſperſiones ſingulæ ſingulas reſpexerint. An ut ſignificaretur, Deo Triuni ſatisfactum eſſe, atque univerſas & ſingulas ejus virtutes in hac Chriſti expiatione quam perfectiſſime & pleniſſime eſſe demonſtratas, ut juſtitiam Rom. III. 25. 26. miſericordiam Ibid. v. 8. Joh: III. 16. multifariam ſapientiam Eph. III. 10. &c.? Sed ἐπέχω.

XLV. Facilius explicatu eſſe videtur, quod de ipſius dicitur luſtratione adyti, ut illud *expiaretur ab impuritatibus filiorum Iſraelis, & à transgreſſionibus omnibuſque illorum peccatis.* Lev. XVI. 16. Tametſi enim nemo, non dicam Iſraelitarum, ſed ne ſacerdotum quidem gregariorum, eo intrabat, præter ſolum P. M. hoc die; tamen adytum jam pollutum inveniebat, quoniam ea peccati vis eſt, ut in cœlum penetret ad ipſius Dei conſpectum, & immundis omnia, ne ipſo quidem cœlo excepto, immunda reddat, quæ adeo *ſanguine omnia ſint mundanda* & initianda, cum *absque ſanguinis effuſione nulla detur remiſſio*, Hebr. IX. 22. ſeq. Vide Altingium & Ainsworthum ad h. l. An vero illud etiam hoc ritu Deus monere voluerit; quorum animæ jam in beatas illas ſedes receptæ erant, eorundem reatus tamen hactenus manſiſſe nondum expiatos, ſanguine Chriſti ſtatuto demum

rum tempore diſpungendos? ſed de eo in ſequentibus etiam erit agendi locus.

XLVI. Sed & ante *Velum* ſanguis eodemque ritu ſpargendus erat. Illud, uti jam dictum, peccatum ſignificabat, & eum, qui pro nobis peccatum factus eſt. Pontifici ſanguinem inferenti cedere debebat, ſed ita, ut identidem in locum ſuum rediret: Chriſto vero ſanguinem inferente prorſus disruptum eſt, & reatus totius terræ diſpunctus, ſed non niſi vi ejuſdem illius ſanguinis, ut per hunc aditus liber ad Deum pateret.

XLVII. Porro vero etiam altare aureum ſuffitus expiandum erat, ſanguine tecto ejus inſperſo & cornibus allito; An ut & Chriſti preces interceſſorias, & fidelium omnium, omnem ſuam vim ab eodem ſanguine ſortiri & ſanctificari intelligamus? An vero etiam, ut doceamur, ne ipſas quidem preces reliquumque cultum univerſum fidelium Sanctorum adeo ab omni vitio immunes eſſe, quin expiationis indigeant, & ſanguine Chriſti veniant luſtrandæ?

XLVIII. Denique quod reliquum erat ſanguinis, Pontifex M. ex æde egreſſus effundebat ad fundum altaris holocauſtorum, quod erat in atrio. Altare illud inferius, ex Cabbaliſtarum ſcitis, aliud *altare ſuperius* ſignificabat, *quod medium conſiſtebat inter Deum & Iſraëlem, & à quo omnia Iſraelitarum ſacrificia ſanctificabantur Deoque commendabantur*; id eſt, Dominum Jeſum Chriſtum, altare ſimul & Sacerdotem Mediatorem. At Animæ ſanctorum *cum Chriſto* ſunt, Phil. I.23. adeoque cum vel *ſub altari*, ubi Johannes illas vidiſſe legitur Apoc: VI.9. quo illud Hebræorum rurſus pertinet, נפשותן של צדיקים גנוזות תחת כסא כבודך *Animæ juſtorum ſunt abſconditæ ſub ſolio gloriæ tuæ*. Unde adeo non improbabiliter cum Altingio hanc *ſanguinis effuſionem ad fundum altaris* de applicatione paſſionum & meriti Chriſti explicare poterimus facta animis ſanctorum mortuorum, ut hi quoque eadem oblatione, quæ pro viventibus & multo poſt victuris facta eſt, conſummari doceantur: cum *omnia in unam ſummam collecta ſint in Chriſto, tum quæ in cœlis erant, tum quæ in terra*, Eph. I. 10. *& in ſanguine Chriſti juſtitia Dei demonſtretur, non tantum hoc tempore*, cum *juſtificat quotquot ſunt ex fide Jeſu; ſed etiam in tranſlatione peccatorum quæ ante* præſtitutum tempus ſolutionis *commiſſa fuerant ſub tolerantia Dei*, Rom. III. 25. 26. quæ peccata etſi credentibus remiſſa fuerant & in rationes Meſſiæ relata, tamen non prius expiata ſunt, quam dux ſalutis per paſſionem mortis conſummaretur, & *reatus totius terræ tolleretur uno* illo *die*, Zach. III. 9.

XLIX. Quod autem P. M. *ſolus*, cum reliqua omnia peragere, tum in primis ſanguinem inferre deberet, ita ut *illo ingre-*

ingrediente ad expiationem adyti, nemo homo in Tentorio eſſe deberet Lev. XVI. 17. Id nobis abſolutiſſimam Sacerdotii Chriſti perfectionem declarat, ceu qui ſolus δι' ἑαυτοῦ *per ſe ipſum expiationem peccatorum noſtrorum perfecerit*, Hebr. I. 3.

L. Sic hactenus vidimus inſignem illam convenientiam, quæ inter Hircum expiationis, & Jeſum Chriſtum, agnum Dei, ferentem & expiantem peccata, inter utriusque mactationem item, & oblationem ſanguinis, intercedit. Unde facile liqueat, quod Apoſtolus ait, *Pontificem Maximum ſerviiſſe exemplo & umbra rerum cœleſtium*, Hebr. VIII. 5. & *legem habuiſſe umbram*, picturam quandam & adumbrationem, *futurorum bonorum*, Ibid. X, I. atque adeo στοιχεῖα τοῦ κόσμου, *elementa elegantiæ*, Gal. IV. 3. ſive elegantia rudimenta doctrinæ Chriſtianæ, ætati & captui Eccleſiæ Iſraëliticæ, quam Apoſtolus infanti comparat, accommodata, quibus de modo obtinendæ juſtitiæ per vicariam victimam erudiebatur. Quantacunque vero hæc convenientia eſt, quæ certo maxima eſt; ſedulo tamen nobis cavendum, ne ceremoniis illis plus tribuamus quam par eſt, neve pro *corpore umbram* captemus: cum omnis illa ſimilitudo maximam ſimul diſſimilitudinem in ſe habeat, eamque non minori attentione dignam, quo magis excellentia ſacerdotii Chriſti præ Aaronico eluceſcat.

LI. Diſcrimen illud in eo potiſſimum cernitur, quod Pontifex Aaronicus *alienam* victimam offerebat, Chriſtus Jeſus *propriam*, ἑαυτὸν *ſemetipſum*, Hebr. IX. 14. ille *brutam*, hirci, hic *humanam*, rationalem, I Tim. II. 5. 6. ille adeo ſanguinem quoque *alienum & brutum, in tabernaculum manu factum*; hic *proprium & humanum, in majus & perfectius*, in ipſum, inquam, *cælum* inferebat, Heb. IX. II. 12. 24. unde non potuit non ingens quoque diſcrimen eſſe inter effectus utriusque oblationis. Cum enim ad humani peccati expiationem humana quoque victima requireretur, non bruta; *neque fieri poſſet, ut ſanguis taurorum & hircorum peccata auferret* Hebr. X. 4. ſeq. Pontificem maximum ad veram populi expiationem nihil egiſſe neceſſe eſt; cum Chriſtus è contrario ſui ipſius oblatione *peccati abolitionem*, Hebr. IX. 26. & καθαρισμὸν *purificationem*, Hebr. I. 3. ac per conſequens *æternam redemptionem* obtineret, Ibid. IX. 12. quæ & ad præteriti temporis, & ad ſequentium ſeculorum peccata expianda valeret; *ad claudendam*, inquam, *transgreſſionem, & obſignanda peccata, & expiandam iniquitatem; ad adducendam* denique *juſtitiam ſeculorum* Dan. IX. 24. ita ut Chriſtus ſolus atque *unicus* Pontifex Mediator, Hebr. VII. 23. 24. I. Tim. II. 5. Rom. V. 15. *unica* ſui ipſius oblatione Hebr. X. 12. 14. *ſemel, una vice* facta, Hebr. VII. 27. IX. 28 eademque in judicio approbata, δι' ἑνὸς δικαιώματος, i. e. *una actione judicialiter approbata*, Rom. V. 18.

v. 28. & ipſe in æternum ſit conſummatus, Heb. VII. 28. & cæteros omnes, quotquot ſanctificantur, in perpetuum conſummaverit, Hebr. X. 14. id eſt, pace facta Deo reconciliarit, tum qui in terris ſunt, tum qui in cœlis, Col. I. 20. Eph. I. 10. In qua dignitate atque excellentia veræ expiationis Chriſti præ typica illa Pontificis Aaronici aſſerenda, diligentia Apoſtoli in epiſtola ad Hebræos præcipue verſatur, Cap VII. VIII. IX. X. XIII. Unde quot verba, totidem etiam validiſſima argumenta peti poſſunt tam ad Pontificios revincendos, qui ſacrificium Chriſti quotidie repeti volunt, atque alios eidem mediatores adjungunt; quam ad refutandos Socinianos, qui vicariam Chriſti oblationem noſtro loco factam, & liberationem illius vi quæſitam negant.

LII. Sed pergamus tandem cum Pontifice maximo ad alterum hircum qui Azazeli erat deſtinatus, & quid illo ſignificatum ſit, videamus. Hunc Deo vivum ſiſtebat, & impoſitis in manibus, atque edita ſuper illo confeſſione omnium populi peccatorum, eadem in illum derivabat, & mox dimittebat illum per virum ad id deſtinatum in deſertum, ut omnes populi reatus in ſe ſuſceptos auferret in terram abſciſſionis, Lev. XVI. 20. 21. 22. Miſn. cap. VI. §. 2. ſeq. De hoc hirco *Emiſſario* Doctiſſimus Willetus in Hexaplis in Leviticum ad h. l. octo diverſas Gentilium, Judæorum, & Chriſtianorum ſententias recenſet; quibus ſuam tandem, quæ quoque Oſiandri ac Juſtini Martyris fuerit, addit. Nimirum Gentiles, atque inprimis Julianus Apoſtata, hircum hunc *Diabolo* offerri putarint, non quo illum hoc pacto colerent, ſed *ut mala averteret*. R. Abraham Aben Eſdra *Saturnum*, ceu in deſertis locis dominantem, intelligi: alii ex Judæis alterum pro peccatis animæ offerri, alterum *pro peccatis in corpore commiſſis dimitti* exiſtimarint. Rupertus hoc hirco *Antichriſtum*; Origines in genere *improbos*; Pellicanus denique in ſpecie *Judæos*, per mundum diſpergendos & reatum ſuum laturos, intelligant. Toſtatus ad literam nil præter ipſum hircum videat, peccata populi ablaturum: Neque vero ſecundum Calvinum hic ritus alio ſpectarit, quam ut populus certus eſſet, peccata jam *abjecta* eſſe, & ab ipſis ablata. Hiſce vero omnibus rejectis, Willetus *commodius* exiſtimat, ut *Hircum emiſſarium typum Chriſti* interpretemur, *cui Dominus noſtra peccata impoſuerit, quæ procul à nobis abſtulerit. Oſiander, & multo ante illum Juſtinus Martyr, in eandem ſententiam hanc duplicis hirci figuram incarnationi Chriſti applicuerint, qua duæ naturæ, humana & divina, uniebantur. Heſychius vero diſtinctius rem de Chriſto explicuerit, qui* Impaſſibilem divinitatem cuſtodiens, ſolam paſſionibus humanitatem tribuit: *quemadmodum ſc. alter hircus offerebatur, alter*

 vivus

vivus dimittebatur: quam quidem applicationem à Petro confirmari Willetus exiſtimat, 1 Epiſt. III. 18. quando Chriſtum dicit, *morte affectum in carne, ſed vivificatum in ſpiritu, id eſt, divino ſpiritu ſuo & natura.* Atque hæc hactenus ex Willeto.

LIII. Cum vero in hac tanta ſententiarum varietate nulla ſit, quam ſimpliciter admittere queamus; neque vero etiam omnia rejicere audeamus: aliorum quoque ſententias audire juvabit, qui rem propius tetigiſſe, aut penitus aſſecuti eſſe videantur. Complures itaque, iique non infimæ notæ interpretes, Hircum emiſſarium unius ejusdemque Chriſti typum faciunt, ut quod in priori, qui occiſus fuerat, monſtrari non poterat, id poſteriori hoc emiſſario declararetur. Nempe Chriſtus non tantum *propter peccata noſtra neci dedi*, ſed & *ad juſtificationem noſtri reſuſcitari* debebat, Rom. IV. 25. *crucifigi quidem in infirmitate, ſed vivere tamen etiam robore Dei*, 2 Cor. XIII. 4. Ita Ainsworthus, Bochartus, Altingius, & jam olim Auguſtinus & Procopius.

LIV. Alii oblatione prioris hirci *veram peccati expiationem* notari arbitrantur, quæ per ſanguinis fuſionem & pœnæ lationem fiebat; emiſſione vero vivi *effectum hujus expiationis*, ex latione ſc: *ablationem* & remotionem *peccati*, eatenus ut nunquam in conſpectum Dei contra nos veniret. Ita Turretinus de *Satisfactione Chriſti*, Parte III. §. 22. Alii tamen apud eundem aliter rem expediunt, & duplici hirco duplicem Chriſti patientis χέσιν ſignificari exiſtimant, *unam erga Deum Judicem, cui ſatisfaciendum erat per paſſionem mortis, alteram adverſus diabolum hoſtem, cum quo luctandum fuit per potentiam vitæ: reſpectu prioris jaciebatur ſors pro Domino in hircum mactandum, ratione poſterioris jaciebatur ſors ad Azazel in hircum emiſſarium, ut princeps ille tenebrarum experiretur, quid poſſet cum eo, qui omnium peccatis erat onuſtus, quemadmodum in plenitudine temporis in deſertum traductus eſt, ut ab eodem ibidem tentaretur.* Atque in hanc ſententiam nos quoque libenter concedimus, cum & per ſe ipſa orthodoxa ſit, & circumſtantiis typi ſatisfaciat, & nullis incommodis urgeatur. Quod quo magis lectori liqueat, res omnis paullo uberius erit explicanda.

LV. Nempe cum per peccatum duplex malum in mundum invectum eſſet, *reatus*, ſive obligatio ad pœnam compenſantem, Gen. II. 17. Rom. V. 12. *& ſubjectio Diabolo*, à quo cum homo ad peccatum ſeductus eſſet, ei ſubjectus eſt, ex generali jure 2 Pet: II. 19. coll. 2 Tim. II. 26. Act. XXVI. 18. Chriſtus quoque, ut perfectus Liberator eſſet, utrique malo remedium opponere debuit, & electos ab utroque liberare. Hinc itaque non tantum Deo toleratione pœnæ ſatisfacere debuit, ſed etiam adverſus Diabolum pugnare, ut huic devicto prædam eriperet. Qui duo

actus

Digitized by Google

nimium quantum differunt; quos & Catecheſis Palatina diſtinguere ſolet Quæſt. I. *Qui pretioſo ſuo ſanguine pro omnibus peccatis meis pleniſſime ſatisfecit, meque ab omni poteſtate Diaboli liberavit*; & Quæſt. XXXIV. *Quia corpus & animam noſtram non auro nec argento, ſed p. ſ. ſ. redemit, & a. o. p. D. l. atque ita nos ſibi proprios vindicavit*; & prima Nazarenorum Eccleſia aſſidue nos in ore habere jubebat, quando hac confeſſionis formula utebantur: משיחא ופרוקא דפרק נפשן מן עלמא הנא ומן כל די ביה בשמיה דיהוה וכפרן בפורקנא דנפשיה הו ישו נצרי *Jeſus Nazarenus eſt Meſſias & Redemtor noſter, qui vindicavit animam noſtram ex hoc mundo & ab omnibus quæ in eo ſunt in nomine Domini, & redemit nos lytro animæ ſuæ*. Sed & Deus duplex hoc Meſſiæ officium conjungit Jer. XXXI. II. כי פדה יהוה את יעקב וגאלו מיד חזק ממנו *Nam redemit Dominus Jacobum, & liberavit illum è manu potentioris quam eſt ipſe*. In quem locum legi meretur Cl. Altingius cum in Comm. ad Jeremiam h. l. tum in peculiari atque elegantiſſima diſſertatione *De Meſſiæ Servatoris Liberatione, hujuſque gemino actu, Redemtione & Vindicatione*, quæ eſt Heptadis IV. diſſ. V. ubi hoc argumentum prolixe exponit.

LVI. Cum itaque ad plenam Iſraelis omniumque electorum liberationem alter ille actus adeo neceſſarius eſſet, & in prima illa promiſſione Gen: III. 15. primo loco promiſſus: nihil ſane Dei ſapientia atque benignitate alienum cogitaverit, qui ſolenni illo die expiationis hoc quoque Meſſiæ beneficium adumbratum & Iſraëlitis quaſi ob oculos depictum exiſtimarit.

LVII. Atque illud omnes circumſtantiæ evincere videntur, quas Deus in *Hirco Emiſſario* obſervandas præcepit. Quod enim Deus hunc hircum, æque atque alterum illum, *ab Eccleſia Iſraëlis* Sacerdoti offerri jubet, ex ſacro populi theſauro emtum; Lev. XVI. 5. quod *alteri colore, ſtatura & pretio quam ſimilimus eſſe, quod ambo ſimul capti eſſe* debuerint; Miſn. Cap. VI. §. I. quod Deus utrumque לחטאת *victimæ piacularis loco dari* jubet: quid id omne aliud commode ſignificare poſſit, quam Hircum Emiſſarium unius ejuſdemque illius typum atque ſymbolum eſſe, quem Hircus expiationis adumbrabat, nempe Chriſti? Quid quod Deus *ſorte* hircos illos diſtingui juſſerit, & ſuo quemque uſui deſtinari? Itane vero Deus vel *omnes in genere improbos*, vel *Antichriſtum*, vel *reprobum* denique *Iſraëlem*, ære emi, Sacerdoti exhiberi, aut victimæ piacularis loco voluerit haberi? adeóne verò etiam hi Chriſto per omnia ſimiles ſint, ut divinæ ſortis judicio neceſſe fuerit ab illo diſtingui?

LVIII. Ad hoc, quod omni exceptione majus argumentum eſſe arbitramur, cum non tantum in privatorum ſed & in publicis

Digitized by Google

victimis ſolemnioribus manuum impoſitio, & peccatorum confeſſio, eorumque in victimam tranſlatio neceſſaria eſſet: nihil horum in *Hirco expiationis* factum videmus, de quibus neque Deus quicquam mandarat, neque Hebræorum Magiſtri narrant. Quod vero hic à Deo conſulto præteritum, & à Pontifice Maximo convenienter inſtituto divino omiſſum, id de *Hirco Emiſſario* diſerta lege à Deo mandatum, & à Pontifice pariter obſervatum legimus. Præceptum divinum legitur ẏs. 10. *At hircus, ſuper quem exierit ſors Azazeli, conſtituetur vivus coram Domino,* לכפר עליו / id eſt, ut Vulgatus recte vertit, *ut fundat preces ſuper eo* &c: id quod clarius exprimitur ẏs 21. *Et imponet Aharon manum utramque capiti hirci vivi, & confitebitur ſuper illo omnes transgreſſiones illorum cum peccatis univerſis, & imponet illa capiti hirci, & dimittet per virum paratum in deſertum: ut ferat (aſportet) hircus in ſe omnes iniquitates illorum in terram abſciſſionis.* Formulam ipſam confeſſionis Lector ex Miſna Cap. VI. repetat, §. 2. ex qua intelliget, Pontificem confeſſionem peccatorum univerſi Iſraëlis, mutato ſaltem nomine, cætera eodem modo, ſuper hirco emiſſario edidiſſe, atque alteram illam ſuorum & familiæ ſuæ peccatorum ediderat ſuper proprio juvenco.

LIX. Quæ vero alia commoda ratio reddi poſſit hujus inſolentis inſtituti, quo confeſſio & tranſlatio peccatorum ibi, ubi maxime neceſſaria erat, omiſſa fuit, ubi vero opus non erat, ibi edita eſt, niſi hæc ſit; quod Deus iſtoc pacto nos docere voluerit, duos illos hircos nihil diverſi exhibere, ſed ambos tanquam unum eſſe conſiderandos; & *hircum Emiſſarium*, eundem illum adumbrare, qui peccata Iſraëlis in ſe ſuſcepturus & paſſione mortis expiaturus erat & ablaturus?

LX. Sed magis idem liquebit, ſi, quod præcipuum eſt in hoc hirco, attenta mente conſideremus. Edita ſuper illo confeſſione peccatorum populi, atque his adeo ſuſceptis, dimittebatur per virum opportunum vivus in deſertum, in terram abſciſſionis, ad Azazelem, Lev. XVI. 21. 22. & ẏs. 8. 9. 10. coll. Ubi quid *Azazel* ſit, paucis explicandum. Sunt qui hirci ipſius „nomen faciunt, quaſi עז אזל ἀποπομπαῖος: ſed ob ea quæ „ẏs. 10. dicuntur, alii loci nomen faciunt, quo miſſus. Sed „quis ille, nemini conſtat. Sane uti ליהוה / non hirci aut loci „nomen eſt, ita neque לעזאזל eſſe videtur, verum utrobique „denotari eum, cui hirci iſti deſtinentur. Sed tum quæritur „majori ratione, quid ſit? Rabbini quidem ajunt, eſſe Sammaëlem, & huic dari ſuam partem, juſſu Dei, ne accuſet Iſraëlitas; imo die expiationis ipſis ἀπολογίας teſtimonium perhibeat.

„libeat. Hoc volunt; quandoquidem omnia peccata transfe-
„rantur in hircum, Diabolo illum repræſentari, in deſerto,
„quæ loca pervagari dicitur, Matt: XII. 43. Jeſ. XXXIV. ut ab-
„lata videns peccata, quod accuſet non inveniat. Deteſtantur
„autem eos, qui exinde ipſis impingunt, quaſi Satanæ ſacrifi-
„carent, eumque Deo æquarent, cum nihil agant, niſi quod
„Deus mandavit. Nec magis Sammaëli aliquid offerri, quam
„Sacerdotibus, qui etiam veſcuntur partibus ſacrificiorum ſibi à
„Deo conceſſis. Hactenus Cl. Altingius, & recte. Conſentiunt enim in eo Cabbaliſtæ, qui veteris Eccleſiæ Judaicæ fidem tandem libris conſignarunt, & myſteria Legis explicant, per *Azazelem* nihil niſi *Sammaëlem* intelligi, id eſt Diabolum, quem alias מלאך המות *angelum mortis*, & שר המדבר *Principem deſerti* appellant, ceu per quem mors & omnis corruptio, deſolatio & vaſtitas in mundum eſt introducta: cum ea tamen adjunctione, ne quis Diabolum hoc modo ab illis coli exiſtimet, quemadmodum apud R. *Nachmanidem*, *Bechai* & *Menahemum Ricanatenſem* prolixe eſt videre. Atque hanc in rem obſervant, & ante ſortitionem utrumque, & poſt eandem Emiſſarium Deo ſiſtendum fuiſſe, ut ſignificaretur, utrumque Deo dari ab Iſraelitis; qui cum ſortis arbiter ſit, Prov. XVI. 32. neque Sacerdos pro ſuo arbitrio hircos illos Deo atque Azazeli nuncupet, evidens eſſe concludunt, ipſum Deum O. M. alterum hircum Azazeli tradere, atque omnia moderari, nequaquam Iſraëlem vel Pontificem. Pariter vero Chriſtiani multi *Azazelem* de Diabolo accipiunt, maxime illi, qui *Emiſſario* vel improborum multitudinem, vel Antichriſtum, vel denique Iſraëlem ſignificari autumant.

LXI. Quemadmodum itaque hircus *Emiſſarius*, peccatis populi onuſtus, in deſertum deportabatur, tradendus Azazeli, &, ut Magiſtri narrant, de rupe præcipitandus, Miſna VI. §. 6. ita Chriſtus pariter, cum reatus omnium electorum in ſe ſuſcepiſſet, jamque pro illis ſatisfacturus eſſet, traditus eſt in poteſtatem Diaboli & ſeminis illius, quibus cum decretoria pugna de rei ſumma decertaret, ut quamvis contritionem calcanei pateretur, glorioſe tamen de iiſdem triumpharet, & per mortem aboleret eum qui mortis robur habebat, id eſt, Diabolum. Tametſi enim Chriſtus inde ab infantia omni vitæ ſuæ tempore odiis, inſidiis, calumniis, tentationibus & perſecutionibus Diaboli, Herodis, Judæorum & Principum populi obnoxius fuit, nec minus gnaviter cum aliàs, uti vero ſimile eſt, tum miniſterii ſui annis inimicitias cum iiſdem eſt perſecutus: Tamen id omne, ſi conatum hoſtium ſpectes, ludum jocumque dicere poſſis, ſum-

Digitized by Google

mum præludium tantum; præ quam pugnam depugnavit ultimo illo die, quo illi cum Patre Judice res erat, qui ſolutionem pro peccatis electorum ab illo exigebat. Tum ſc. hoſtibus Chriſti opportuniſſimum videbatur omnes ſuas vires experiri, & extrema tentare, cum, fatente ipſo Chriſto, *hora ipſorum eſſet & poteſtas tenebrarum*, Luc: XXII. 53. adeo ut dies ſolutioni dictus Deo præſtandæ, idem quoque eſſet extremæ & decretoriæ pugnæ cum Diabolo, teſte rurſum Chriſto Pſal. LXIX. 2. 3. & in primis ℣s: 4. *Multiplicati ſunt, qui me immerito oderunt, præ pilis capitis mei; qui me excidunt, qui falſis de cauſis hoſtes mei ſunt, robuſti facti ſunt: Quod non rapui, TUNC rependam.*

LXII. Duplices itaque paſſiones Chriſtus illo tempore ſuſtinuit, alteras à Deo, alteras à Diabolo & ſemine illius; quæ adeo & ad rei ipſius intelligentiam, & ad plurima Scripturæ loca recte interpretanda, ſedulo & accurate veniunt diſtinguendæ, quemadmodum à Cl. Altingio non incommode diſpeſcuntur in Judiciales & Bellicas. Qui poſtquam Heptade IV. Diſſ. VI. utraſque prolixè explicatas dedit, & in idem tempus incidere oſtendit, §. 54. diſcrimen illarum his verbis declarat. „Quæ tamen tempore „ſociatæ fuerunt actiones, non ſunt confundendæ nec compin„gendæ in unam, ut ſolutio lytri, & oppugnatio fortis hujus, nihil „differre dicantur. Sunt enim diverſiſſimæ. Solutio lytri facta eſt „à Chriſto apud Deum in judicio juſtiſſimo: cujus lytri cum „debitor eſſet ex ſponſione, ſons fuit, & obedienter citra re„pugnantiam ſolvit quicquid debebat, ad ſatisfactionem juſtitiæ „vindicantis. Oppugnatio fortis exercita eſt ab eodem Chriſto „contra Diabolum, quem injuſta poſſeſſione dejecturus, jux„ta Dei ordinationem juſte aggreſſus eſt; adeoque contrà pu„gnantem innocens ſenſit, & ſuis viribus, Deo quoque auxi„liante, ipſum tandem vicit. Unde manifeſtum eſt, quemad„modum Diabolo nulla lytri facta eſt ſolutio, ſed ſoli Deo; ſic „viciſſim nullam fuiſſe inſtitutam pugnam contra Deum, ſed ſo„lum contra Diabolum. Scilicet in congreſſu cum Deo, qui judi„cialis, Chriſtus reus fuit nocens, juste ea propter afflictus & „contritus; atque ipſe obedienter eſt paſſus, citra querelas aut „provocationem ad judicem ſuperiorem. In congreſſu vero cum „Diabolo, qui bellicus, Chriſtus inſons fuit, injuſte oppu„gnatus, qui tum fortiter contra præliatus eſt, tum jure que„ſtus de injuria apud judicem ſuperiorem Deum, cujus auxilio „hic adjutus fuit. 1 Pet. II 23. 24. Joh. XVI. 32.

LXIII. Cum itaque ad plenam & perfectam electorum liberationem gemino munere Chriſtus defungi debuerit, lytri vicarii ſolutione, & lucta cum Diabolo: uterque autem actus in uno eodemque hirco, qui mactabatur, declarari non poſſet, quis

non

Digitized by Google

[illegible] Dei O. M. & ſapientiam & benignitatem in eo [illegible], quod ſolenni illo die, quo expiatio adumbrabatur, [illegible] hircos adhiberi voluerit, quo melius Iſraël de utroque futuri Meſſiæ beneficio erudiretur?

LXIV. Sed negligendæ non ſunt circumſtantiæ, quas vel Lex mandavit, vel Magiſtrorum traditiones narrant. Hircum illum non ipſe Sacerdos abducebat in deſertum, ſed alii ad id de[illegible] deportandum tradebat: *Et dimittet illum* בְּיַד אִישׁ עִתִּי *miniſterio viri opportuni in deſertum.* Lev. XVI. 21. Nempe etſi Chriſtus ſemetipſum ad condictum tribunali divino ſtitit, tamen ut cum Diabolo committeretur, hominum opera intervenit, cum aliorum, qui cruci affixerunt, tum inprimis Judæ, qui illum prodidit. Et quemadmodum *qui hircum dimiſerat ad Azazelem, veſtes corpuſque lavare debebat, priuſquam in caſtra rediret*, Lev. XVI. 26. quod impuritatis atque reatus ex hirci illius contrectatione contracti ſignum erat: Ita Judæi quoque, quotquot Chriſti crucifigendi auctores fuerunt, etſi æternum Dei conſilium exſecuti ſunt, Act. IV. 18. tamen graviſſimo ſcelere ſeſe adſtrinxerunt, non niſi ſeria pœnitentia, & fide in eundem Chriſtum, ac baptiſmo, qui utriuſque ſymbolum, eluendo. Nam *filius hominis abit quidem, quemadmodum de eo ſcriptum eſt: Sed væ homini illi, per quem proditur. Melius eſſet illi, nunquam natum eſſe.* Sic Chriſtus de Juda, Matt. XXVI. 24. Petrus vero Act. II. 22. 23. ad Judæos: *Jeſum*, inquit, *Nazarenum ... definito Dei conſilio ac deſtinatione proditum accipientes, manibus improbis cruci affixum ſuſtuliſtis:* & tandem ỳs. 38. *Reſipiſcite, & baptizetur quiſque veſtrum in nomine Jeſu Chriſti ad remiſſionem peccatorum.* Et rurſus Cap. III. poſtquam 13. 14. 15. de graviſſimo crimine commiſſo Judæos redarguiſſet; ỳs 19. *Reſipiſcite*, inquit, *& convertimini, ut deleantur peccata veſtra.*

LXV. Notant verò Hebræorum Magiſtri, quemvis huic muneri deportandi hirci idoneum fuiſſe, etiam laicum ſive Iſraëlitam, imo impurum: quicquid vero Sacerdotes decernerent, id ratum fuiſſe. Vide Mis. VI. §. 3. & notas Scheringhami ad h. l. Quod ſi cui cum hiſtoria conferre lubeat, ibi quoque Principes Sacerdotum atque populi obſervare licebit, qui non ipſi per ſe Chriſtum ad mortem duxerunt, ſed Pilato militibuſque Romanis crucifigendum tradiderunt.

LXVI. Poſtquam Hircus Hieroſolyma elatus ad deſtinatum locum pervenerat, non victimæ in modum cædebatur, ſed è ſublimi præceps dejiciebatur, atque in acutas petras illiſus, & membra fractus, emoriebatur: Mis. VI. §. 6. Haud ſecus ſc: atque Chriſtus quoque *extra portas* Urbis *paſſus eſt*, Hebr. XIII. 12. non tantum mortem animæ divinitus ſibi inflictam, ad peccatorum

rum expiationem impetrandam, quæ mactatione alterius hirci ſignificabatur; ſed etiam corporalem, ab hominibus illatam, quam hæc Hirci Emiſſarii præcipitatio adumbrabat, etſi expiatoria minime eſt cenſenda.

LXVII. Ultimum denique, quod Hebræi de hoc hirco *Emiſſatio* obſervant, eſt quod illo à rupe dejecto, panniculus coccineus, qui capiti ejus alligatus fuerat, exalbeſceret, idque boni ominis loco haberetur, quod Pontifex M. litaſſet, & peccata populi expiata & remiſſa eſſent. Vide Exoticam, Capite VI. Miſnæ noſtræ. Id quod, ſcio, multis incredibile videbitur, qui, quicquid à Judæis traditur, vulgo fabulis ſolent annumerare. At nihil cauſæ erat, cur illud in ſuum ipſorum opprobrium atque dedecus comminiſcerentur; cum ingenue fateantur, fuiſſe quando lingua illa coccinea non exalbeſceret, id quod illis argumento erat, Numen illis propter graviſſima ſcelera iratum eſſe & manere, & Pontificem illorum peccata expiare non potuiſſe. Quod cum *quadraginta* poſtremis *annis* ante deſtructionem Hieroſolymorum factum fuiſſe dicant; eo *ipſo* ſane confitentur, inde à tempore Jeſu Nazareni cruci ab illis affixi graviſſimi ſceleris reatum ſibi incubuiſſe, ipſoſque veri Pontificis Maximi ſacrificio & expiatione repudiata, fruſtra quæſiviſſe Deum brutorum ſanguine placare.

LXVIII. Quemadmodum itaque panniculus ille coccineus Deo placato colorem mutabat, ita quoque reatus omnes, qui rubenti cocco conferuntur, Jeſ. I. 18. oblatione & morte Chriſti ſunt ablati, chirographum deletum, prorſuſque conſciſſum, & cruci affixum, &c: Col. II. 13. 14. 15.

LXIX. Interea vero, dum Emiſſarius deportabatur, Pontifex ad Juvencum ſuum & Hircum populi redibat, & inteſtina exemta rite imponebat altari, corpora item diſſecta aliis ſacerdotibus tradebat efferenda & comburenda extra caſtra. Lev. XVI. 25. 27. Miſn. Cap. VI. §. 7. *Adeps* præſtantiſſimum notat, Gen. IV. 4. *renes*, ſedem voluptatis; *cætera*, intima quæque, quæ in homine ſunt. Hæc omnia in victima delecta & in altari oblata, retectionem & demonſtrationem ſummi & perfectiſſimi amoris Chriſti indicant, quo & erga Deum mandataque ejus, & erga miſeros mortales ductus, ſemet ipſum, quantus quantus fuit, Deo victimam pro hominibus obtulit. Pſal. XL. 8. 9. Rom. V. 7. Eph. V. 2. Gal. II. 20. Corporis elati myſterium Apoſtolus explicat; *Nam quorum animalium ſanguis pro peccatis in ſanctuarium infertur à Pontifice, horum corpora comburuntur extra caſtra. Quam ob rem & Jeſus, ut proprio ſanguine populum ſanctificaret, extra portam paſſus eſt.* Heb. XIII. 11. 12. Ut adeo Chriſtus & *anima*, uti in ſuperioribus vidimus, & *corpore* ignem iræ di-

vinæ

vitæ ſenſerit, & ſe ipſum integrum pro nobis tradiderit & corpore & anima, quemadmodum nos corpore & anima peccavimus, & utraque parte pœnam debemus.

LXX. Comburebatur autem corpus hirci extra caſtra *loco mundo*, in quo reliquorum ſacrificiorum cineres deponebantur: Ita igitur & Chriſti paſſi mortuique corpus *ſepulchro novo conditum eſt, in quo nemo unquam jacuerat*, Joh. XIX. 41. Quod novum argumentum eſt, Jeſum paſſionibus ſuis quam pleniſſime ſatisfeciſſe; cum, qui vivus peccatis onuſtus omnes ipſum contractantes & ad mortem ducentes polluebat, jam mortuus omni impuritate vacaret, atque adeo merito ſuo novo & intaminato ſepulcro condebatur.

LXXI. Atque ita Pontifex Maximus Aaronicus eximio ſuo munere, quod illi ſolenni & anniverſario die Expiationis proprium erat, quóque Meſſiam Sacerdotem repræſentabat, defunctus erat, nihil tamen niſi umbram exhibens futurorum bonorum, nequaquam rem ipſam. Atque hinc adeo debuit *quotidie*, id eſt, *quotannis*, quotieſcunque dies Expiationis recurreret, *STARE miniſtrans, & eaſdem ſæpius repetere victimas, quæ non poterant peccata abolere*, Hebr. X. 11. coll. verſ. 1. cum è contrario *Chriſtus una pro peccatis victima oblata, in perpetuum CONSEDERIT ad dextram Dei*, Ibid. 12. cum *una oblatione in perpetuum conſummaſſet eos qui ſanctificantur*, verſ. 14. *& æternam redemtionem inveniſſet*, Ibid. IX. 12. *ad abolitionem peccatorum* verſ. 26. *Quorum ubicunque eſt remiſſio, ibi nulla amplius oblatio pro peccatis*, X. 18.

LXXII. Supereſt tamen adhuc una & item altera circumſtantia in miniſterio Pontificis illo die obſervanda. Poſtquam illi renunciatum erat, hircum jam perveniſſe in deſertum, atrio Sacerdotum egreſſus populo ſe ſiſtebat, & legem prælegebat, maxime ubi de ipſius miniſterio agitur, & populi expiatione. Miſn. Cap. VII. 1. Ita ſane & Chriſtum videmus, quum omni miniſterio, in primiſque illatione ſanguinis in Sacrarium cœleſte defunctus erat, ad ſuos redeuntem, & de iis, quæ ſibi vero Pontifici exantlanda fuerant, ex Lege, Prophetis, & Pſalmis accurate erudientem, Luc. XXIV. 25. ſeq.

LXXIII. Porro Pontifex poſitis veſtibus lineis aureas ſumebat, in iiſque ſuffitum veſpertinum faciebat. Quod ſicut etiam huc referre lubeat, (Suffitus enim aliàs quotidiani miniſterii pars erat) ſimiliter *Chriſtum* videmus, *qui mortuus fuit, &, quod magis, reſuſcitatus, eſſe ad dextram Dei & pro nobis deprecari*, Rom. VIII. 34.

LXXIV. Non licebat tamen Pontifici Aaronico ſuffitum intra ſiparium inferre, aditu in S. Sanctorum iterum clauſo, niſi

quando anno vertente de novo rem Sacram ſolenniter erat facturus: cum è contrario Chriſtus vi unicæ illius oblationis, cujus rationem & meritum Deo Judici approbaverat, iterum in cœlum adſcenderit, & conſederit ad dextram Dei in perpetuum, atque ibi Interceſſoris & Regis munere glorioſe fungatur, Zach. VI. 13. Hebr. VII. 26. VIII. 1. IX. 24. X. 12. Qui ſecundus Chriſti in cœlum ingreſſus, & manſio in illo, monente Apoſtolo, inprimis obſervandus venit, ceu graviſſimum & irrefragabile muneris ſacerdotalis rite adminiſtrati argumentum.

LXXV. Similiter vero Pontifex etiam lampades accendebat & reficiebat in Sanctuario, Miſna Cap. VII. §. 4. Lampadum illa refectio, quæ quotidie à ſacerdotibus inſtituebatur, verbi divini prædicationem notabat, quæ cum in Eccleſia aſſidue vigere, tum olim à Sacerdotibus maxime debebat adminiſtrari. Itaque & Chriſtus, munere expiationis defunctus, cum ad ſuos rediiſſet, illos de regno Dei plene inſtruxit, & Evangelium per totum terrarum orbem prædicare juſſit, adſcenditque in altum, & dona dedit inter homines, conſtituens alios Apoſtolos, alios Evangeliſtas, alios Prophetas, alios denique Paſtores & Doctores, qui verbum Evangelii de regno Dei in plena luce collocarent. Act. I. Eph. IV. &c.

LXXVI. Si quis vero iſtæc minus commode huc referri exiſtimet, quod ſuffitus & lampadum præparatio, non ſint Pontificis Maximi, neque hujus diei propria; quamobrem neque nos huic argumento magnopere inſiſtimus: tamen, credo, non intercedet, quominus illud in conſiderationem veniat, quod Miſn. Cap. VII. §. 4. de Pontifice M. narratur: Poſtquam omnibus muneris ſui partibus defunctus erat, domum deductum eſſe, ibique cum amicis hilariter convivatum, quod re bene feliciterque geſta ſalvus atque incolumis evaſiſſet. Ita quippe Chriſtus quoque repræſentatione ſanguinis vel lytri apud Patrem defunctus ad ſuos rediit, & ut ſe eundem eſſe probaret, qui antea cum illis verſatus fuerat, ſeque paſſurum & ad Patrem abiturum prædixerat, ſæpius cum illis cibum ſumſit, Luc. XXIV. 30. 41. 42. hoc ipſo argumenti loco uſus, ad veritatem reſurrectionis & rei bene feliciterque geſtæ probandam.

LXXVII. Atque hæc ea ſunt, in quibus *Anniverſariam Pontificis M. expiationem* cum *Unica atque æterna expiatione Jeſu Chriſti comparandam* exiſtimamus: Ubi ſi quid à nobis prætermiſſum ſit, id candidi atque æqui lectoris erit ex divitis ingenii penu ſupplere; ſi quid erratum, corrigere. Non omnia cernimus omnes. De populi Officiis, hoc die, jejunio, reſipiſcentia & fide, noſtri inſtituti non eſt hic loci agere; cum illa vulgo notiora ſint, quam ut noſtram explicationem deſiderare videantur.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX.

VOCUM & PHRASIUM

Hebræarum & Græcarum notabiliorum, quæ in notis explicantur.

א.

אבנט pag. 88.
אורים ותמים 91. ſeq.
איסרין 73.
אין לרבי כוף 1. 4.
אלא 62.
אשר 3. 4.
אזור 89.
אצבע ליד 88.
אבנט 36.

ב.

בוליון 2.
בולסום 102.
בוק 14.
בדכי לכותרת 20.
בית אבטנס 8.
בית הטבילה 24. 27.
בית הפרוה 14. 27. 29.
בית השחיטה 42.
בית השריפה 75.
בקיא 102.
בתולת. 64.

ג.

גזירי עצים 20.
מגלה & גלל 81.

ד.

Διάδημα, 91.

ה.

הטבה של נרות 85.
Ἐξοχὴ 47.
Ἐπωμὶς 89.

ז.

זהב ירוק 47.
זהב אדום *Ibid.*
זהב פרוים *Ibid.*

ח.

חביתין 6[illegible]
חזן הכנסת 81.
חומש הפקודים 82.
חושן 88.

ט.

טבילה 26.
טהר טהרא 62.
טוהר של מזבח. 61. 62.
טלאים. 14.
טרף בקלפי. 41. ſeq.

Θύειν pro καίειν, 73.

י

על ידו & יד 29.

כ

כבש 69.
כן 58.
כף 49.
χιτὼν, כתונת 86.
Καίειν pro θύειν 73.
Κίτλα, 101.
Κίων, Κιόνιον, 58.
Κολυμβῆθρα, 26.

ל

לא נתין ולא מועלין 63.
לשכת הכלים 49.
לשכת פרהדרין 2.
לשון של זהורית 42.
Λειτουργῶν quis Joſepho. 80.
Λόγιον 89.

מ

מאוכלת 45.
מדינה 79.
מוריים 99.
מחתה 44. 50.
מים 24. 25.
מכנסים 87.
מלוא לוגמין 99.
מעוכלת 45.
מועלין בהן 63.
מערכה 48. 49.
מעיל 89.
מצנפת 88.

מקדש 79.

נ

נדבה 67.
נתין 63.
נס 38.
נשרפין 73.

ס

הסיך את רגליו 25.
סגן 34. 35.

ע

עבודה
עד 33.
על ידו 29.
על פרה 82.
עתי 69.
Ὄρθος, 11.

פ

פלהדרין / פרהדרין / πάρεδροι, 2.
פקיע 15.
פרחי כהוניה 9.
פרק 37.
Ποδήρης 87.

צ

ציץ 90.
ציר 99.
צלוחית 20.

ק

קידוש

קדש 26.
קלען בבקשה 74.

ר

ראש בית אב 34. 36.
ראש הכנסת 81.

ש

Σιλλίκις, 20.
Σημεῖον καὶ τέρας, 38.
Σκευοφυλάκιον, 49.
Στήλη, 80.
Στήλη ἱερατική, 79.

ת

תמים 84.
תרם 13.
תורמין את הלשכה Ibid.
Τέλειος & ἱερὰ τέλεια, 84.

Υ

Ὑποκάμισον. 86.

I N D E X.

RERUM & VERBORUM.

A.

Abſtinentia à cibo potuque in die expiationis mandata, 95.
Abulenſis notatus, 19.
Adſcenſus & deſcenſus ſacerdotum ad altare, 48.
Afflictiones externæ quando Deo probatæ, 96.
Altaris decineratio, 12. 13. *ſolennioribus feſtis maturius fiebat*, 11.
Antiphonia populi in Sacris, 32. 33. *juxta Talmudicos inde à temporibus Moſis*, Ibid.
Aquæ ad libamina oblatæ, 19.
Arca ubi ſub templo ſecundo fuerit, incertum, 53. *ejus loco Lapis fundationis*, Ibid.
Arias Montanus notatus, 16.
Auri varius color & ſpecies, 47.
Aurum Parvajim unde dictum, Ibid.
Aureum vocatur Hebræis quidvis pretioſum. 58.
Alexandrini vocantur Babylonii, 70.

B.

Balneum, quo ſe lavit Sacerdos M. ante ingreſſum in atrium, in loco profano exſtructum, 25, 28. *poſt ingreſſum, in loco ſancto*, 27. 28. *calefactum*, 29.
Balteus Sacerdotalis, 88.
Baptiſteria poſterioribus Græcis piſcinæ vocata, 26.
Benedictiones populi in Sacris, 33.
Benedictiones claudendi modus poſt exortam hæreſin Sadducæorum, 33. 34.

Bulla

Bulla unde, 89.
Buxtorffius notatus, 37. 41. 42. 61. 62. 67.

C.

Calceorum uſus interdictus die Exp. 96. puerperis & infirmis permiſſus, 97.
Caudæ quoque ſecundum Joſephum oblatæ, 74.
Ciborum vetitorum menſura, 79. 98. ex Talmudiſtarum ſententia ab ipſo Moſe præſcripta, 99. cibus & potus non conjunguntur ut menſuram conſtituant, 99.
Collatio dictionis Hebrææ cum Græca & Latina. 81.
Collatio rituum Hebræorum & Gentilium, 20. 25. 36. 37. 42. 44. 56. 74. 84. 90. 91. 97. 104.
Collatio Juris Hebræi & Romani, 67. & veteris Anglorum, 95.
Columna aurea in Sanctuario, 58. cur una, non duæ, Ibid.
Conclave Parhedrorum, 2. Loci lapidum, Ibid. ab illo diſtinctum, 2. 3. utriuſque ſitus, 3.
Conclavia Sacerdotis M. duo, 3.
Conclavia ſuperiora & tecta domorum in templo quando ſancta, 30.
Confeſſiones à Sacerdotibus inter altare & veſtibulum edi ſolitæ, 32.
Confeſſionis ſtata & ſolennis formula in D. E. 33. pro Sacerdote M. 31. 32. pro Aaronidis Sacerdotibus univerſis, 41. pro populo, 66.
Cupa Sacerdoti M. ex conclavi vaſorum allata, 49. 50.

D.

Domus Aharonis, 43.

E.

l'Empereur notatus, 2.
Excoriatio victimæ laicis permiſſa, 22.
Expiatio à Gentilibus ſulphure & igne facta, 56. quibus rebus Judæis fieri credita, 103. 104.

F.

Facta multa valent, quæ fieri vetantur, 67.
Familia Garmu & familia Abtinis ignominia notatæ, & quare, 35. 38. 39.
Favillæ quid Latinis, 45.
Femoralia deſcripta, 87.
Filii Gamlæ memoria celebratur, 34.
Filii Kamzaris itidem, Ibid.

G.

Gentiles omnes fere Judæorum ritus in Deorum ſuorum cultu adhibuerunt, 84.
Gradus, ſive agger, per quem exibat, qui hircum in deſertum deportabat, 69. 70. qui vaccam rufam comburebat, 70.

H.

Helenæ Reginæ donaria, 34. 37.
Hieronymus notatus, 90.
Hircorum duorum in D. E. ſimilitudo requiſita, 65. 67.

Hirci

Digitized by Google

Hirci illi duo ſeſe impediunt inter ſe, 67.
Hirci emiſſarii ritus, 68. *ſeq. illum laicus, imo immundus poterat deportare*, 68. 69. *qui per viam elævatam & editam urbe egrediebatur*, 70. *à populo ſtulto ſæpe male acceptus*, 70. 71. *à nobilibus Hieroſolymitanis ad primum uſque tabernaculum deducitur*, 71. *ab aliis porro ad alia*, Ibid. *ultra terminum ſabbathi redire poteſt.* Ibid.
Hircus emiſſarius è ſublimi loco præcipitatur, 72.

I.

Jejunium qui violaſſent, qua pœna multati, 95.
Joh. VII. 37. *illuſtratur*, 20.
Joſephi narratio ſuſpecta, 74. *locus quidam perpenſus*, 78. 79.
Juniores Sacerdotes Pontificem M. à ſomno avertunt, & quomodo, 10.
Juvencus & Hircus quomodo in partes ſecti, 74. *elati & combuſti*, Ibid.

L.

Lamina ferreæ candentes in balneum Sacerdotis M. immiſſa, 29.
Lamina aurea Sacerd. M. 91.
Lexicographorum error notatus, 16.
Lingua duæ coccineæ duobus hircis alligatæ, 41.
Lingua coccineæ pars inter cornua hirci emiſſarii alligata, pars altera rupi, 71. *olim portæ templi*, 76. *exalbeſcit*, 72.
Lectio Legis nunquam Talmudicis עבודה *vocatur*, 80.
Linum Peluſiacum, 31. *Judicum, molle & pretioſum*, Ibid.
Lotio Summi Sacerdotis ubi & quomodo, 24. 27.
Lotio Sacerdotum gregariorum ubi & quomodo, 28.
Lotio manuum & pedum, 26.
Lotiones Judæorum typi & figuræ baptiſmatis, 26.
Lotio Judæis d. exp. probibita. 96.

M.

Machina labri, 36.
Majores hoſtiæ, 85.
Mala punica & tintinnabula pallio Sac. M. appenſa, 90.
R. Mos. Maimonides notatus, 10. *lectio ejus mendi ſuſpecta.* 15.
Manus capiti victimæ cur impoſitæ, 32.
Matth. V. 17. *illuſtratatur*, 96. 23. 104.
Membra victimæ quomodo altari impoſita, 17.
Memoria quorundam ob pietatem laudata, 34. *aliorum ignominia notata*, 35.
Miniſterium lecti die expiationis probibitum, 96. *in primitiva item Eccleſia Chriſtiana*, Ibid.
Micare digitis, 12. 13. 14.
Miſna emendata, 74.
Monobazi Regis donaria. 34.
Morbis variis Sacerdotes miniſterio fungentes obnoxii, 85.
Mors ſcelera expiare credita, 103. 104.
Moſes primus Sagan, 35.

T Nox

N.

Nox polluit apud Hebræos & Gentiles, 37.
Nubes pro fumo, 52.
Numerare Iſraëlem nefas creditur, 13. 14.

O.

Ordo in miniſterio ſacro non permutandus, 63. 64.

P.

Pallium Summi Sacerdotis, 89.
1. Paralip. IX. 31. 16.
Pectorale Sum. Sac. 88.
Pedes tegere, 24. 25.
Peluſium Ægypti urbs, Peluſiacæ veſtes, Peluſiacum linum, 30. 31.
Piſcator notatus, 16.
Pœna ſcelera expiare credita, 104.
Porta Nicanoris, 38.
Præfectus patrum, 36.
Prægnantibus quo caſu cibos vetitos ſumere permiſſum, 100. 101.
Pugillationis modus, 50.
Pueri die exp. quomodo eruditi, 100.

Q.

Quinque ad priſtinam gloriam templo ſecundo defuerunt, 53.

R.

Rabbinorum quorundam lapſus notatus, 28.
------ Hypocriſis à Chriſto reprehenſa, 96.
Regi & ſponſæ lavare permiſſum die expiationis, 97.

S.

Sacerdos Magnus ſeptiduo ante diem expiationis domo ſua deducitur, 1. cur, 2. Subſtituitur illi vicarius, 1. 3. quid durante illo ſeptiduo agat, 4. qua prærogativa gaudeat, 4. 5. ſub templo ſecundo ſæpe rudis & illiteratus, 5. 6. 8. pridie diei expiationis parcius edit, 5. 7. deducitur in conclave Abtinas, 7. jurejurando obſtringitur rite & more majorum ſuffitum facere, 7. 8. legit, ſi norit, & exponit S. ſcripturam, 8. 9. cur, & quomodo, dormire prohibitus, 9. 10. oblationes omnes, ſi velit, ſolus offerre poteſt, 22. quinquies die exp. corpus lavat, decies manus & pedes, 24. 27. ter confeſſionem edit peccatorum, 68. pro ſe, 31. 32. pro fratribus ſacerdotibus, 41. pro populo, 66. Sortes depromit ex urna quam probe ſuccuſſat, 42. pugillum ſuffitu implet, 50. intrat Sanctum ſanctorum 51. aliquando in S. Sanct. mortuus, 53. ſanguinem ſpargit, 55. 57. juvencum & hircum comburendum curat, 73. in atrio mulierum Legem recitat, 77. 78. veſtes ſacras geſtare poteſt, etiam cum miniſterium altaris non obit, 78. veſtibus propriis legere poteſt, 80. cur Legis volumen pectori imponat, 82. omnibus rite peractis domum deducitur & epulum dat, 83.

ecce

Digitized by Google

illo veſtibus in Sanctuario miniſtrat, 84. 85. & *Oraculum conſulit*, 91.
Sacerdotes gregarii, priuſquam atrium ingrediantur, lavare debent, 24. *retrorſum ex templo exeunt*, 52. *veſtibus ſacris uti poſſunt etiam cum altari non miniſtrant*, 79.
Sacerdos, qui vaccam rufam comburit, per viam elevatam urbe exit, 70.
Sacra apud Judæos, Gentiles & Chriſtianos ſummo mane cœpta, 11.
Sacrificio jugi offerendo quot deſtinati, 18. 19.
Sacrificiis cervices inciſæ, 43. *eorum mactatio extraneis conceſſa*, 44. *ſanguis pateris exceptus*, Ibid.
Sadducæorum hæreſis de ſuffitu adolendo, 8.
1. *Sam.* XI. 8. & 1 *Sam.* XV. 40. 14.
Sanctius notatus, 19.
Scholiaſtes Heſiodi emendatus, 106.
Sectio de muliere adultera tabula in templo inſcripta, 37.
Seldenus notatus, 28. 79. 80.
Septenarii numeri in victimis immolandis celebris uſus, 84.
Socci non probibiti die exp. 96.
Sortes buxinæ & aureæ, 36. *Hebræis Latiniſque miſcentur*, 42.
Sortitio munerum in cultu quotidiano, 13. *ſeq. quo ordine fiat*, 15. 16. *Sortitio hircorum*, 40.
Specula inter Hieroſolymam & Zuk, 76.
Sponſa quamdiu dicatur, 97.
Strues lignorum plures in altari, 48. 49.
Sudaria agitata, cum hircus in deſertum perveniſſet, 75.
Suffitum nemini bis in vita adolere permiſſum, 18. *ejus adolendi tempus*, 29. *quotidie offerendi pondus*, 47. *conficiendi ratio*, Ibid.

T.

Tabernacula inter Hieroſolymam & Zuk exſtructa, 71.
Tempus mactationis ſacrificii matutini, 22. 23.
Terminus ſabbathi, 71.
Thuribulum Sacerdotis M. ex domo Abtinus allatum, 50.
Thuribulorum diverſæ ſpecies & uſus, 45. 46. 52.
Thus panibus propoſitionis impoſitum, 21.
Tiara Sacerdotalis, 88.
Tibiæ libaminibus offerendis olim adhibitæ, 20.
Tunica, 86. 87. *Sacerdotalis ſtricta & manicata*, 87.

V.

Vaſcula acuminata quibus victimarum ſanguis exceptus, 45.
Vela duo in Templo ſecundo, 52.
Verſiones Anglica & Belgica notatæ, 57.
Veſtes Sacerdotis M. aureæ, 28. *albæ*, 28. *diei expiationis propriæ*, 86. *Peluſiacæ, & Indicæ*, 30. 31. *utræque ex goſſypio*. Ibid.
Viſcera אימורין *quæ*, 73.
Unctio die exp. prohibita, 96.
Vorſtius notatus, 37.
Urna ſortium, 36.

Digitized by Google

Errata ſic corrigantur.

Pag. 10.	lin. 25.	pro	בלא	lege ולא
16.	10.		הושע	יהושע
46.	4.		שלשי	שלש׳ vel שלשת /
50.	26.		ובמחתב	ובמחתת
62.	30.		*ubi*,	*ibi.*
117.	37.		*eſt erit*,	*erit ea.*
102.	3.		הרפואים	הרופאים

F I N I S.

Digitized by Google

STEPHANI RITTANGELII
LIBRA VERITATIS
ET DE
PASCHATE TRACTATUS,

Præmiſſa eſt

JOHANNIS Vander WAEYEN,

Diſſertatio de Λόγῳ

Adverſus

JOHANNEM CLERICUM,

FRANEQUERÆ,

Typis & Impenſis JACOBI HORREI,
Bibliopolæ, MDCXCVIII.

Digitized by Google

Errata ſic corrigantur.

Pag.	10.	lin.	25.	pro בלא	lege	ולא
	16.		10.	הושע		יהושע
	46.		4.	שלשי		שלש׳ vel שלשת /
	50.		26.	ובמחתב		ובמחתת
	62.		30.	*ubi*,		*ibi*.
	117.		37.	*eſt erit*,		*erit ea*.
	102.		3.	הרפואים		הרופאים

F I N I S.

Digitized by Google

STEPHANI RITTANGELII

LIBRA VERITATIS

ET DE

PASCHATE TRACTATUS,

Præmiſſa eſt

JOHANNIS Vander WAEYEN,

Diſſertatio de Λόγῳ

Adverſus

JOHANNEM CLERICUM.

FRANEQUERÆ,

Typis & Impenſis JACOBI HORREI,
Bibliopolæ, MDCXCVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI

S. P. D.

JOH. Vander WAEYEN.

STephani Rittangelii Proſopographiam libenter hac occaſione exhiberem Benigne Lector; neque enim aut ingratum tibi aut inutile foret tam inſignium monumentorum auctorem propius noviſſe; inprimis cum circumſtantiæ & occaſio ſcriptorum, in quarum cognitione ſæpe multum ſitum eſt, ea ratione nobis forte perſpectæ forent; verum haud ita felici eſſe licuit, ut inſtructus iis, quæ ad iſtiuſmodi inſtitutum requiruntur, laborem

* rem

Digitized by Google

rem, illum in me ſuſcipere potuerim.

Memoratur Bibliothecarum Scriptoribus Cl. Voetio aliiſque. Pfeiferus quoque & præter ipſum Philologi non pauci ipſius meminere. Ex-Judæum fuiſſe plures mihi teſtes ſunt. Inter alios Clariſſ. Hoornbeekius in Prolegomenis ad תשובת יהודה pag. 16. Incomparabili ut linguæ ſic & rerum Judaicarum cognitione imbutus, merito ſuo, Linguarum Orientalium Profeſſor ad Academiam Electoralem Regio-Montanam vocatus, exoptatiſſimam tum proficiendi, tum, quos collegerat admirandæ eruditionis theſauros, aliis elargiendi occaſionem nactus eſt.

Digitized by Google

Non unum autem ſcriptum literato orbi communicandum jam elaboraverat, verum proh dolor! inexpectato infortunio, ſpe ſua excidit. Audi verba quibus ipſe Vir Doctiſſimus triſtem hunc & funeſtum caſum enarrat in Epiſtola Dedicatoria, ad D. Gerbrandum Anſlo data, Libroque Jezirah præfixa. *Cum enim ex Academia noſtra, longa & difficili navigatione, hunc* nim. Amſtelodamum *properarem, quo hunc alioſque, quos editioni paraveram, libros excudendos hic curarem; Ecce, medio itinere, de improviſo advolat prædonum manus, invadit; capit, cædit, diripit, effractis ferociter ſcriniis libros & labores meos lacerat atque diſſipat; ego ex tanta re-*

rum ruina incolumis vix evado. Magnam ut fecerit ac deplorandam reſpublica literaria jacturam, ea quidem parte quæ maximi momenti eſt. Linguam reſpicio & antiquitates Hebræorum. Antiquitates autem, non quæ in punctorum, literarum, ſtyli examine ſubſiſtunt, ſed, quibus probe perſpectis, vetus inprimis catecheſis Patrum & veritatis olim receptæ veſtigia in ſcriptis Judæorum deteguntur.

Quanti ipſum faciat Wagenſeilius, Vir iſtarum rerum ſi quiſquam callentiſſimus, in luculenta Lipmanni Confutatione pag. 327. videre eſt. Poſtquam narraverat, aliquas Epiſtolas amoibæas

a Rit-

a Rittangelio & Judæo quodam Amſtelodamenſi ſcriptas, ſibi in manus incidiſſe, ſic infit. *Cepit me vehementer hoc munus, neque enim in iſto genere unquam quicquam legi ornatius, aut feſtivius; & id unum me cruciabat, eas literas, quibus cœpta fuit diſputatio, deſiderari, poſtremas quoque, quæ finem ſine dubio liti impoſuerunt, & hominem Judæum ad turpe ac ignominioſum ſilentium adegerunt, maxima ſui parte truncas tantum comparere. Interim tamen, omnino operæ pretium credidi, vel his fragmentis Eruditos beare, cum nullæ Chriſtianorum Epiſtolæ Hebraicæ extent, quæ cum iſtis Rittangelii ſupra modum terſis, nitidis, comtiſque comparari queant, nec fieri adeo poſſit,*

ut ſimiles ſcribat, niſi qui Rittangelii ad inſtar, à Judæis genus trahens eloquentiam ipſorum à puero imbibit, & ad proſelytiſmum Chriſtianum animum appulit tardiuſculè. Ergo meæ Diſſertationi commodum hoc κειμήλιον *ſubnecto, quod illi fœnerabitur decorem.*

Talis ſane & mihi viſus eſt Auctor, poſtquam Librum *Jetzirah* aliaque ab ipſo edita, videre licuit. Duos tractatus in præſentia Lectori heic ſiſto, prior eſt *Libri Veritatis* ante hac typis data, ſed nullo fere comparanda pretio. Alter *de Paſchate* quem brevi tertius ſequetur, *de Veritate Religionis Chriſtianæ*: haud minus deſideratus.

In

In libra veritatis ipſi cum Antitrinitario quodam res eſt, qui multis contendit, phraſin מימרא דיי paraphraſibus Chaldaicis frequenter uſurpatam, nihil facere pro demonſtranda antiquitate fidei de Deitate Filii Dei Veri Meſſiæ. Quam priſcis Judæis creditam fuiſſe; idque ex hujus phraſeos uſu palam eſſe, luculenter in dicto Tractatu demonſtrat Rittangelius. Quis qualiſve ille Unitarius fuerit, inquirere nec vacat nec lubet, Joſephum de Voiſin, Virum, editis in Raymundi Pugionem notis, & Theologia Judaica, ſatis celebrem, adverſus eundem Sociniani hominis Tractatum ſcripſiſſe forte, inutile non erit ut moneam, cum

ex utriuſque collatione videre poſſis quantum Rittangelius ſuperet Voiſinium. Dicti jam Irenepolitæ mentionem quoque facit Clariſſimus Coccejus in Princip. Euang. Joh. Cap. 11. §. 15.

In eo quem de Paſchate edidiſſe libello, ſequioribus ſeculis receptos in illius feſti obſervatione ritus ac mores Judaicos accurate deſcribit, inque lucem protrahit haud pauca minus cœteroquin cognita, ſcitu tamen non minus utilia quam jucunda.

In tertio exquiſita collegit ex vetuſtiſſimis Judæorum ſcriptis loca, quibus probat Eccleſiam Judaicam olim crediſiſſe tum S. S. Trinitatem tum æternam Deitatem

tum Meſſiæ: quæ immenſum augent ea & confirmant quæ ego Diſſert. p. 46. & ſeq. ſignate p. 65, 66, &c. hac de re exhibui. Factum autem id antequam de hoc Rittangelii Tractatu quicquam inaudiviſſem.

Auctoris fama primuſque ſingulorum intuitus tractatus hoſce tantopere commendat, ut vel unicum verbum addere haud neceſſe videatur. In fidem tamen meam omnia & ſingula ab auctore dicta non recipio: Sic pag. 38. ſtatuit Angelum, de quo Exod. XXIII. 20. eſſe unum de Separatis, ſeu creatis. Pag. 40. *Milta* Syrorum non reſpondere τῷ *Memra* Chaldæorum. De quibus aliter me ſer-

** tire,

tire, tum aliunde, tum ex præmiſſa diſſertatione conſtat.

Hujus autem quis ſcopus quodque argumentum ſit ex Syllabo videri poterit. Monitum velim B. Lectorem ne putet ſolos Contra-Remonſtrantes eſſe, qui Clerici errores tanti momenti cenſeant, ut non confutari duntaxat mereantur, verum & auctorem profanitatis haud uno nomine reum arguant. Auguſtanæ enim Confeſſionis Theologi non minus ſerio ipſum increpant. Par teſtium produxiſſe ſufficiet, inprimis cum ſint viri ab eruditione inſigni magnopere laudandi.

Unus eſt Joh. Henricus Majus Gieſſenſis Profeſſor, Vir Doctiſſimus.

Digitized by Google

mus. Is Clericum & Verſeum nuncupat *Sociniſequas Theologos Batavos*, iiſque *futile* tribuit *judicium.* Diſſert. Sacr. Loc. VIII. §. 4. Imo eodem §. ut *oppugnatores* Libri Proverbiorum *impiis & Judæis pejores cenſendos* pronunciat. Et alibi de iiſdem, ut de Scriptura L. §. XXVIII. p. 49. & 50. *Digna enim profectò materia eſt, quæ cum cura & otio expendatur, quoniam eo ſpectat perverſorum hominum inſtitutum, ut rejecta Scriptura S. Deiſmum propagent, licet hanc ſuſpicionem à ſe amoliri velint, quando ad extremum contendunt, Scripturam omnem ſuam vim retinere ſecundum ſuam hypotheſin & principia, propterea quod concedant, omnia à J. C. dicta abſolutè infallibilia, eo-*

Digitized by Google

que cœca fide credenda eſſe: cumq
nullum nobis ſcriptum à manu Chriſ
profectum ſuppetat, fidem adhiber
ipſius Apoſtolis debere, in iis, quæ d
vita ac doctrina Salvatoris referunt
licet in quibuſdam circumſtantiis aliiſ
que parvi momenti rebus erraverint,
nec rem, nec ordinem obſervaverint,
nec exactè & eleganter locuti fuerint;
& quæ alia hujus generis ſunt, indigna profectò quæ inter Chriſtianos audiantur & legantur. Commendent ergo hanc ſuam ſententiam imperitis vel impiis, tanquam valde utilem, ad ſolvendas multas magnaſque diſceptationes ex inani Theologorum ſubtilitate ortas, & difficultates à Libertinis contra Scripturam S. proponi ſolitas; nos πᾶσαν γραφὴν omnem & totam Scriptu-

ram.

rum, non tantum V.T. ſed & N. cujus plerique libri tum cum Apoſtolus ad Timotheum ſcriberet, jam extabant, ſecundum omnes ſuas partes, literas, voces, ſententias & res, cum naturales, tum ſupernaturales, θεόπνευστον *meritò credimus: & ut hanc piam mentem Theologis Batavis, omnibuſque ſecus de S. Codice ſentientibus divinum numen inſpiret, ac per Spiritum S. efficaciſſimè in omnium animis teſtetur, Spiritum eſſe veritatem, ſerio optamus atque expetimus. Qui vero ſolo Chriſtiano nomine contenti, Chriſtum in Scripturis loquentem vel non quærunt, vel negant, non meliore loco ſacros habent libros, quam alios quoſvis profanos. Hunc in numerum referendos eſſe, poſt alios, noviſſime*

Patrem Richardum Simonem, ejuſque Adverſarios, Theologos Batavos, in ſuperioribus æque ac præſentibus his diſſertationibus demonſtraſſe me, opinor. Confer ibidem §. III. pag. 6. *Viri ſane videntur eſſe ſatis quidem eruditi, ſed ſimul etiam ſatis perverſi, inque religione varii.*

Alter eſt Sebaſtianus Edzardi Facult. Phil. Witteb. Adj. longe verſatiſſimi in Hebraicis Parentis filius, in Libro nuper edito, cui inſcriptio eſt, *Jacobi Patriarchæ de Schiloh Vaticinium à Depravatione Johannis Clerici aſſertum. Sinuoſum* volumen vocat *Clerici Commentarium Pentateuchi.* §. XIII. *Quam malè rem gerit Clericus, quam infeliciter interpretis officio fungitur? Quid*

Quid igitur, ſic habet ſ. LXIII. & LXIV. *obtinuit Clericus*, *dum id totis viribus egit*, *ut longe valentiſſimum argumentum*, *quod ex Gen.* XLIX. 10. *contra Judæos ducitur*, *Chriſtianis extorqueret? Evertere voluit præſtantiſſimum vaticinium: ſed firmum immotumque permanet*, *conatus eſt rebus maxime perſpicuis noctem inducere*, *ſed ſplendidiſſima luce disjiciuntur tenebræ & diſpelluntur. Auſus fuit illud*, *a quo Grotius ipſe abſtinuit*, *ut* Meſſiam *vocabulo Schilo indicari negaret: ſed quo majori niſu fertur audacia*, *eo graviori lapſu corruere ſolet*, *ſi omni fulcro præſidioque penitus deſtituatur. Egit Judæorum cauſam*, *ſed ita ut Judæus non poſſit non ejus Patroni pœnitere*, *qui ſibi ipſi non con-*

ſtitis,

ſtitit, qui ſibi ipſi non minus ac Chriſtianis repugnavit, qui ea ſubinde diſſeruit, quæ ſe mutuo infirmarent, everterent, tollerent. Judæis adeo non profuit, nec nocuit tamen Chriſtianis ſed ſibi ſoli. Quanto magis ab hoſtibus oppugnatur veritas tanto nobis impenſius de ea gratulamur, cujus tantam vim eſſe, ut contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraque fictas omnium inſidias facile ſe defendat, novo didicimus experimento.

Utinam vero ſolus hic eſſet locus, quem Clericus ſibi depravandum ſumpſit! In tota Viri commentatione paſſim illuſtriſſima pronunciata Moſis, quibus Chriſtiana religio contra Judæos probatur defenditurque, reperias mi-

rum in modum contorta, perverſa, lacerata. Videas etiam per-multa quæ cum debita divinis literis reverentia manifeſte pugnent. Subdo §. XXLVII. *Ita quidem longe clariſſima Moſis pro Chriſtiana religione teſtimonia infirmare conatus eſt. Plura qui cupit, adeat Clericum, legat, horreat vero potius, quam miretur. Et utinam ipſe Auctor tandem aliquando a tam manifeſta Divinæ Scripturæ depravatione abhorreret! Quid enim cauſæ eſt, cur tantos in iis pervertendis labores fruſtra conſumat, quantos pauci in iis recte accurateque explicandis ponunt. Gloria Dei ſuprema lex eſto, & ſupremus omnium noſtrarum actionum ſcopus. Huic vero nihil magis repugnat, quam Divinum ſermonem,*

* * * *cui*

cui ſumma reverentia debetur, contorquere, contaminare, corrumpere. Amplificare Chriſtianæ religionis pomœria, illius confundere adverſarios, & argumentis magis magiſque conſtringere, vel ſaltem aliis occaſionem ejus rei præbere: hoc decet Interpretem ſacrum, hoc qui facit, is operam præclariſſime collocat. Tunc autem non ferendum Judæis ſubſidium eſt, nec luculentiſſima, quibus Chriſtiana religio nititur, vaticinia, tenebris debent obſcurari. Quod ſi Divini Codicis diſtortione vices ingenii oſtentare cupit, cogitet laudem in præcipiti ad ignominiam vergere, quæ cum impietate conjungitur. Præſtat ſane manere in obſcuro, quam inclareſcere malis conſiliis. Nec ille valet

Digitized by Google

ingenio, qui falſis interpretationibus confingendis palliandiſque plurimum poteſt. Sin denique Divinis literis vim attuliſſe verum & dignum labore fructum putat; ô vero tum miſerum, ô infelicem!

Limborgium quoque ad partes vocavi. At ſubſtiti intra limites vindiciarum, quas debebam meritis & orthodoxiæ Clariſſimi Burmanni, Spinoſiſmi, id eſt, Atheiſmi ita turpiter accuſati: alioqui plurima in illo Clerici Collega notanda ſunt. Unum vis Lector? Theologiæ L. v. Cap. XVII.I §. XIII. inſpice, & miſere Socinianiſmum inter & Papiſmum claudicantem deprehendes. Reperies *adorabilitatem* unam *de-*

pendentem, *& quæ ex eſſentia flu*
ſitque proprietas Dei incommunica
bilis, aliam vero, *quæ ex gratioſ*
Dei donatione ſit & non requirat ne
ceſſario eſſentiam divinam. Porro
Omniſcientiam atque Omnipotentiam
eſſentialem atque abſolutam & aliam
quæ neceſſaria ſit, *ut omnes adoran*-
tium cogitationes & preces noſcantur
& omnibus eorum neceſſitatibus ſuc-
curri poſſit. Capitis ſequentis §. V.
Pontificiis pro adoratione creato-
rum angelorum objicientibus, *an*-
gelos in V. T. ſæpe legi adoratos, re-
ſpondet 1. *non abſentes ſed præſentes*
adoratos eſſe angelos. 2. *Comparuiſſe*
tum nomine Dei, *tanquam ejus lega*-
tos, *quibus Deus nomen ſuum impo*-
ſuerat, *uti dicitur Exod.* XXIII. 21.

Per-

Digitized by Google

Perſonam itaque Dei repræſentantes, etiam honorem ſibi convenientem recipiſſe.

Verum ea quæ dicta ſunt ſufficient, ut exteris conſtet, quis & qualis ſit tum Limborgius tum inprimis Clericus. Nec Batavus hic eſt, nec Theologus Batavus, imo ne Theologus quidem, ſed homo, res ſacras immaniter profanare auſus. Batavos Theologos ſe & Verſeum dum nuncupat, quis non anteſignanos Belgarum Theologos ſibi imaginetur, à quorum ore Proteſtantis Belgii pars pendeat non exigua, cum nec Gallus exul, nec Belga, nedum Batavus ſed Genevenſis ſit, & numerum vix faciant, qui ſe ipſius Diſciplinæ

Digitized by Google

hactenus tradidere. Vale in Domino, cujus Verbum ut ames & copioſe in te habitet, votorum meorum ſumma eſt. Franekeræ Ipſis Idibus Jun. CIↃ IↃ C XCVIII.

SYL

Digitized by Google

SYLLABUS

Eorum quæ in

DISSERTATIONE

Adverſus

CLERICUM

RITTANGELII

Opuſculis Præmiſſa, reperiuntur.

UT quæ per univerſam hanc Diſſertationem, præter argumentum princeps, diverſa alia ſparſa ſunt, tanto facilius reperiri queant, hoc qualicunque compendiolo, potiſſima repræſentare operæ pretium fore exiſtimavi.

Ex edito Clerici in Joh. 1. 1—18. *commentariolo, iteratæ Scripti Rittangeliani editionis nata occaſio. pag.* 1.

Quæ ſui tractatus editioni obtendat Clericus. p. 2.

Non ſine ratione, æque ac maxima Doctorum Remonſtrantium pars, Socinianiſmi ſuſpectus. p. 3.

De Moſis ſcriptis haud ita pridem blaſpheme Clericus. ibid.

Nedum ſatis reverenter de Moſe C. p. 4.

Ut Clero Anglicano placeant Remonſtrantes Socino adverſari videri volunt. ibid.

Clericus Chriſtum in Moſis ſcriptis vix reperit ullibi. ibid.

Conſilium Moſis in Pentateucho obtenebrans verbis ſine ſcientia. p. 4. & 5.

Myſticam ſignificationem ubi rejicere penitus non audet, data opera enervat. p. 6.

Melius Limborgius. p. 8. & 9.

Cle

Clericus nec vere nec candide de ritibus Moſaicis. pag. 8. & 9.

Aliter veteres. Locus Irenæi. p. 10. & 11.

Paulus oppoſitus Clerico. p. 12.

Clariſſ. Altingii inſignis locus. p. 13. & 14.

In Cherubinis myſterium quærere operosè nugari *eſt Clerico.* p. 15.

Quæ Chriſtus docuit Seneca verbis exprimi poſſunt juxta Clericum. p. 15.

Ne quidem in Paſchate *Chriſtum reperit. Juſtini locus.* p. 15.

Tertulliani dictum de duodenario. p. 17.

Omni occaſione profert loca veterum, in quibus vel tantillum ſit imprudentius dictum de Trinitate aut Deitate filii. p. 17.

Locus de Siloh *Gen.* XLIX. 10. & Propheta inſtar Moſis *peſſime habitus a Clerico.* p. 18. & 19.

Ex dictis mirum videri poteſt Clericum Socino bellum denunciare. p. 21.

Blando nomine Socinianis caput demulcet, eorumque laudat modeſtiam C. p. 21.

Specimina contrarium probantia recenſentur. pag. 22.

Irenopolita, quem refutat Libra Veritatis, primus paragraphus heic ſufficiet. Conſer & ea quæ in Præfatione pag. 2. collegit Rittangelius.

Infeliciter Alogianos oppugnat C. p. 23.

Joh. XXI. 24. *Eccleſiam Epheſinam loqui temere adſeveratur.* p. 23.

Epiſcopi Epheſini verba eſſe, Grotii hariolatio eſt. p. 24.

Secunda & tertia Johannis Epiſtola a Dodwello alii Johanni adſcripta. p. 25.

Hieronymus pro certis non habet ea quæ de altero illo Johanne. p. 25.

Ubi ſcripſerit Euangelium. p. 26.

De Epiſcopis nonnulla. p. 27.

Vocem Λόγος *inter Chriſtianos non primi Valentiniani adhibuere.* p. 28.

Loca Juſtini haud recte verſa. p. 29.

Cum Verbo *vivere quid ei ſignificet.* ibid.

Verus ſenſus ex aliis Veteribus confirmatus. p. 30.

Wigornienſis Epiſcopus de Socinianiſmo Remonſtrantium. p. 31.

Sub-

Subſiſtentem Λόγον *cogitavit Juſtinus.* pag. 32.

Clerici theſes. p. 33.

Temeraria ejus ad deperdita hæreticorum vetuſtiſſimorum ſcripta provocatio. ibid.

An Ebion, Hæreſiarcha qualem Veteres tradunt, unquam extiterit incerta res eſt. ibid.

In fragmentis quæ habet Irenæus nihil Clerico præſidii. p. 35.

Johannem ad Philonem reſpexiſſe abſque fundamento adſeverat Clericus. ibid.

Inſigns in hanc rem Chryſoſtomi locus. ibid.

Philo Fabularum ſterquilinium nugaxque & nullius fidei Scriptor *Spencero: haud videtur Johanni cognitus aut tanti factus.* p. 39.

Quin ab eo lectum eſſe vix credendum videtur. p. 40.

Nedum ejus Scholiaſtis inſtar verba explicet. ibid.

Inane id Clerici ſomnium, & prorſus inepta criſis eſt. p. 42.

Quid ni ex Moſe potius & Catecheſi Patrum iſta Philo hauſiſſe dicatur, inprimis cum ita tenax fuerit legis patriæ. p. 43.

Philo vituperat Platonem. pag. 44.

Languide doctrinam Chriſtianam proponit Clericus. p. 45.

Quid olim de Trinitate Judæi. Locus ex Zohar. p. 46. *& Theodoreto.* p. 47.

Galatinus & Reuchlinus de tribus benedictionibus. p. 48. & 49.

De iiſdem ex Bechaj, Rakanati, Altingio. p. 50. & 51.

Δυνάμεις *Philonis & Zephiroth Kabbaliſtarum collata.* p. 52. & 53.

Baptiſmum in nomine P. F. & S. S. vix ignorare potuit Philo. p. 54.

Ex N. T. apparet veteres Judæos non abhorruiße à Doctrina Trinitatis. ibid.

Johannes ex ſacris non ex Philone ſapit. Expenditur hujus à Clerico productus locus. p. 55.

Mala fides in allegando Philone. p. 56. & 57.

Dudum ante Platonem cognita fuere, imo ex Moſe hauſta ea, quæ Plato de Trinitate. p. 57, 58, 59, 60.

Cudworthi, cognitam ante Platonem trinitatis doctrinam probantis, inſignis locus ibid.

* * * * Ea

Eodem faciens locus ex Withby. pag. 61.

Priſcam veritatem ſtudio corruptam exhibere Philonem. p. 63.

Non tam Philonis opera quam Patrum imprudentia Ario præluxit. 63. & 64.

Plato aliquid audivit de doctrina Hebræorum. p. 65.

Hæc eruitur. p. 65, 66, 67.

Olim in V. T. abunde revelata & recepta. p. 67. & 68.

Baptiſmi formula Judæis aliena non eſt viſa. p. 69. & 70.

Solebant in Baptiſmo proſelytorum adeſſe TRES TESTES. *ibid.*

In altercationibus Chriſti cum Phariſæis conſpiciuntur veritatis divinæ trinitatis manifeſta veſtigia, p. 71.

Similia ex ſcriptis Judæorum alibi prolata. p. 71. & 72.

Suo ſe gladio jugulat Clericus. p. 73.

Platonica non ſunt quæ Platonica dicit Clericus. p. 74.

Philonem negligenter imo falſo allegat. p. 75, 76, 77.

Philo Angelum Λόγον *non in Platone ſed ſæpiſſime in Sacra Script. repperit. p. 77.*

Angelus mediator & interceſſor veteribus agnitus. pag. 78.

Difficultas à Clerico ad Exod. XXIII. 20. *mota ſolvitur. ibid.*

Gloſſa ipſius de Angelo, Dei perſona induto, confutantur. p. 79, 80.

Angelus Exod. XXXIII. *à Deo irato conceſſus ipſis Judæis ab Angelo Fœderis diverſus eſt. p. 81.*

Spiritus S. quoque Angelus nuncupatur in ſacris. p. 82. coll. 78.

Origenes ad Jeſ. XLVIII. 1. *p. 82.*

Notata dudum & ſoluta difficultas quam nemini hactenus animadverſam jactitat Clericus. p. 83.

Alius Philonis locus, ſed dudum ab ipſo Euſebio recte explicatus. ibid.

Alium Philonis locum pariter recte accipit Euſebius ſed peſſime Clericus. p. 86.

De Pontifice & primogenitis loquens Philo non ex Platone ſed ex Moſe ſapit. p. 87.

Integer verſus Philonis deſideratus in Edit. Gelenii. ibid.

Diverſæ phraſes Philonis, ſed nulla earum non ex S. S. p. 87. 88.

Aſſi-

Digitized by Google

Affinia doctrina Chriſtianæ apud Philonem, non ex Platone ſed S. S. didicit. pag. 89.

An LXX. Interpretes eandem doctrinam in ſacris non repererint. p. 90.

Clerico theſes ſuas probare non valenti argumenta opponuntur. p. 91.

Nemo veterum ſomniavit voces ex Platone, in ſacra tranſlatas eſſe, ſignatè Λόγος. ibid.

Celſus id Chriſtianis exprobrare debuiſſet & Julianus. p. 92.

Euſebius ubi accuratè notat ea quæ Plato noſtræ doctrinæ habet ſimilia, de Clerici figmento ne γρὺ quidem. ibid.

Origenes Celſo regerit S. Scriptores melius ſciviſſe quid ſcribendum eſſet quam Plato. p. 93.

Alius magnopere huc faciens locus Origenis. p. 93, 94.

Nemo veterum Johannem data opera explicantium memorat figmentum Clerici. p. 94.

Si vox Λόγος &c. deberetur Platoni, non ita acriter etiam in verba ejus cenſuram ſtringerent veteres. p. 94, 95.

Vox Λόγος ante Platonem uſitata. p. 95.

Veritatum religionis revelatæ cognitio quædam apud nonnullos gentiles. pag. 96, 97.

Plato ipſe non res tantum ſed & vocabula huc facientia, Barbaris, id eſt, Hebræis recepta refert. p. 97.

Platonis, Clementis Alex. Theodoreti, Plotini, Numenii ad hanc rem dicta. p. 97, 98, 99.

Signatè ea quæ de λόγῳ habet Plato, Sacris debet Scriptoribus. p. 99.

Plura hac de re in Variis meis Sacris. p. 100.

Ipſe Philo imo Clericus non uno in loco noſtram ſententiam confirmat. p. 100. 101.

Quomodo doctrina Scripturæ olim pervenerit ad gentes. p. 102.

Quæ de λόγῳ habet Plato ex Sacris hauſiſſe ipſe teſtis eſt. p. 103.

Imo ipſum vocabulum ut plura alia ab Hebræis accepiſſe luculenter probat Gales. p. 104, 105, 106, 107.

Ipſe Clericus tandem conſentit. p. 108.

Philo Sacras literas paſſim reſpicit, ubi utitur vocabulo Λόγος &c. ibid.

Potuit ex Paraphraſi Chaldaica doceri de Verbo. p. 109.

Digitized by Google

Philonis ignorantia linguæ Hebrææ expenditur. pag. 109. *coll. p.* 89.

Chaldæi habent מימרא *ubi in Hebræo eſt* פי י׳ *p.* 110, 111.

Licet Platoni Philo, non tamen Johannes ei debet vocabulum Λόγ☉. *p.* 111.

Si vel ex Platone in religionem *tranſlata vox ſit, non tamen id a Johanne factum. ibid.*

Loca Auguſtini p. 111. *& Origenis, Clerico non obſervata, quæ pro eo facere videntur, excuſſa. p.* 111. 112.

Origenis locus valide retorquetur in Clerici figmentum. p. 113.

Philo ubi de myſteriis agit procul arcet Philoſophos eorumque ſcripta. ibid.

Clerico invito erumpit veritas. p. 114.

Idem contingit Arthuro Bury, qui in tranſitu notatur. ibid.

Ut ut ſe habeant præcedentia, Apoſtolum docere quo ſenſu voces Platonicæ accipi *debeant ſaltem putidum Clerici commentum eſt. p.* 115.

Clerici ſcopus eſt myſteriis carens communis quædam religio minus neceſſaria. ibid.

Inde fit ut minus neceſſaria minoriſque pretii fiat Scriptura ejuſque ſtudium. pag. 116.

Simile quid alicubi molitur & muſſitat Grotius. ibid.

Moſis ſcripta hodie à Profanis paſſim male habita. p. 117.

Iis cum Witzio merito accenſeo Clericum. p. 118, 119.

Eadem protervia inſultat Davidi & Salomoni. p. 120.

Canticum non eſt Idyllion quale Græcorum Latinorumque poëtarum. ibid.

Witzius in hanc rem citatur, Borrichius quoque & Caſpar Sanctius nec non Origenes audiuntur. p. 121, 122.

Theocritus ex Salomone profecit. Vixit eo tempore & loco in quibus verſio LXX. *facta eſt. Fraſſenii ſententia. p.* 123.

Fuerint Lyrici ante Theocritum: Salomonis tamen ævum non attingunt. p. 125.

Poëſeos originem in ſacris repperit Borrichius. ibid.

N. T. Scriptores pariter vapulant Clerico, ſignate Paulus, qui defenditur. p. 126, 127.

Hieronymi mens de Stylo Paulino. p. 128.

Ori

Digitized by Google

Origenis de eodem ſententia. pag. 130.

Egregia Eraſmi dicta de Stylo Apoſtoli. p. 131.

Male de Trinitate Clericus. p. 132.

De vocabulo רוח quid noſter. p. 133.

In toto Pentateucho nullibi Filium Dei loquentem aut apparentem invenit. ibid.

1 Joh. v. 7. rejicit non ſine atroce in locum agnoſcentes injuria. ibid.

Liberii nomine ſi ipſe uſus ſit, videt ea, quorum nunc, ut præſulibus Anglicanis imponat, patrocinium ſuſcipit. p. 135.

De verſione vocabuli Λόγος Verſiones nonnullæ & interpretes conſuluntur. p. 135, 136, 137.

Clerici futile pro ſua verſione argumentum. p. 137.

Eludit turpiter Lectorem. p. 138.

Philonem ubicunque Λόγε & creationis Mundi meminit de Sermone nunquam ſed de Ratione tantum cogitaſſe *manifeſtè falſum eſt.* p. 129. 140.

Ut & Johannem ad Moſis locutionem in creationis Hiſtoriæ memoratam non reſpexiſſe. pag. 141.

Rationem *vertens ſubdole fert opem Socinianis.* p. 142.

Per Λόγον omnia facta quam dilutè accipiat Clericus. p. 143.

Nonnulla de Œconomia Trinitatis. p. 144.

Inepta Clerici obſervatio. ibid.

Criticum agit ridiculè. p. 145.

Sine Sermone &c. *tenui admodum ſenſu accipit Clericus.* p. 146.

Doctrinam non minus quam verba Philonis a Johanne reſpici fingit Clericus. p. 147.

De divina rerum cura. ibid.

In ipſo Vita erat *jejune explicat Clericus.* p. 148.

Doctrina Euang. ad ſalutem neceſſitas. p. 150.

Lux illa erat vera lux *fruſtra ex Platone & Philone, uberrime ex ſacris illuſtratur.* p. 151.

Verum hoic potiſſimum umbratili opponitur. ibid.

Gloria non miracula, ſed miraculis illuſtrata. p. 152.

Socinianis accedit in negotio de remiſſione peccatorum ſub V. T. p. 153.

Ut infelix Criticus ita parum ſolidus Theologus eſt Clericus. pag. 157.
De Fœdere illiuſque relatione ad Teſtamentum. p. 158.
Quomodo Chriſtus Johanne prior fuerit. p. 159.
De Phraſi Gratiam pro gratia *Arthur Bury.* 162.
Clericus. p. 163.
Gratiam vorticordiam ridet verbis Jeſuitæ, alibi ſui immemor concedit Clericus quod heic ludibrio habuit. p 164.
De phraſi aperire oculos *infelix Clerici criſis.* p. 165.
De Gratia nonnulla ut & denuo de phraſi χάριν ἀντὶ χάριτος. *Locus Euripidis examinatur.* pag. 169.
Quomodo Lex per Moſen & gratia per J. C.
Epilogus. p. 173.
Nihil hic odio datum aut ſiniſtro affectui. ibid.
Quæ ratio quod multis placeant Clerici ſcripta. p. 174.
Limborgius notatur, eo quod omnes, Judæos quoque, placide excipiens, ita turpiter calumniatur Burmannum, cujus a Spinoſa & Spinoſiſmo diſſenſus demonſtratur, detecta Limborgii malignitate pariter atque ignorantia. De radice poſſibilitatis diſſeritur. p. 175.

Errores Typographici in ipſa Diſſert. corrigendi.

Pag. 1. l. 6. lege *emiſit.* p. 20. l. 23. lege *proportionem.* p. 23. l. 1. dele *quidem.* l. 7. poſt *id* inſere *non.* p. 26. l. 27. dele *Quod.* p. 56. l. 21. dele *olim.* p. 95. l. 30. lege Στρωματεύς. p. 97. l. 27. lege *Plotino.* p. 100. l. 10. lege L. VI. c. *Celſum p.* 275. 278. *narramus.* p. 108. l. 21. lege 202.

10

JOHANNIS VANDERWAEYEN,

DE
VOCABULO ΛΟΓΟΣ,
Non ex Platone primum repetito & *in religionem illato* adverſus

CLERICUM DISSERTATIO.

Opportuna admodum videbatur hujus Rittangeliani ſcripti iterata editio; imprimis ab eo tempore, quo Johannes Clericus, in Remonſtrantium Seminario, quod Amſtelodami eſt, Philoſophiæ & Hebrææ Linguæ Profeſſor in lucem emiſſit libellum, cujus inſcriptio Lectori, præter Paraphraſin XVIII. primorum Commatum Capitis Primi Euangelii Johannis, geminam pollicetur Diſſertationem: quarum priore Euangelium, vulgò Johanni adſcriptum, genuino adverſus Alogos auctori vindicat, alterâ Fauſti Socini de ſenſu dictorum. XVIII. commatum ſententiam evertit.

Dignum ſanè argumentum, cui pertractando Vir Doctus omnem operam gnaviter impendat. Non mi-

 nima

nima autem hujus pars eſt, accurata & vera accepti vocabuli Λόγος, cui cum noſter Rittangelius, hoc præſenti tractatu haud parum lucis adfundere viſu ſit, operæ pretium cenſui, ut & ille ſymbolam conferret ſuam. Hinc Typographo, exemplar ut typis denuô deſcriberet flagitanti, deeſſe nolui. Vix ullo pretio comparari poterat, & in paucorum manibus reperiebatur utiliſſimus libellus. Spem foveo fore, ut de vocis Λόγου ſenſu ac uſu alia cogitet & amplectatur quiſquis legerit, quam quæ à Clerico de iis chartæ mandata ſunt.

Scribendi occaſionem ſibi natam fuiſſe dicit Clericus, eô quòd ab amico rogatus ſit *ſententiam non tantum de initio Euangelii Johannis*, verum & de adverſario, quem Euangeliſta in eo refutare voluerit: ſingulatim an is, *quod a viris eruditiſſimis affirmari videbat*, Cerinthus eſſet; cui accedit, Reverendiſſimum Præſulem Anglum, exortos novos Alogos, *qui audeant Euangelium hoc Johanni Apoſtolo abjudicare*, ipſum edocuiſſe.

Probavi igitur, inquit, ante omnia, *Johannis eſſe hoc Euangelium*, deinde ejus initium interpretatus ſum; atque ut *mihi videor* Alogos certiſſimis *argumentis confutaſſe; ita etiam me* Fauſti Socini *interpretationem prorſus evertiſſe ſpero*. Conjecturæ aliquid dare ſi liceat, utrumque, tam amicum nimirum illum, quam Reverendiſſimum Præſulem, num Clericus de Chriſti Deitate rectè ſentiret dubitaſſe, ego quidem putaverim.

Ut ut ſit, ſollicitudinis illius non una ratio eſt. Sola forte ſufficiat, quod Remonſtrantibus ſe junxerit, quos in præſenti Socini hæreſes maximam partem amplexos eſſe, eaſque tum ore tum ſcriptis profiteri paſſim, atque inculcare; aut, ubi id periculo non caret, incruſtare ſaltem, &, quantum pote, palliare, nemini in *Belgio* non notum eſt. *Socinianis* dextram fraternitatis jam dudum porrigunt. Quoties ad liberalitatem in erogandis publicis eleemoſynis pro concione excitant, eam animi

mode-

Digitized by Google

moderationem, id pacis ſtudium palam præ ſe ferunt, quo omnibus ad fraternam communionem paratur aditus, qui Scripturam fidei agnoſcunt regulam, & ab omni conſcientiarum tyrannide immunes ſunt: qua ratione an non & Sociniani admmittantur, immò invitentur, judicium ſit penes Reverendiſſimum Præſulem. Immò inter doctos ac Doctores hodiernorum Remonſtrantium; qui de vexatis illis quinque tantum articulis cum orthodoxis diſſentiat, rara avis eſt.

Verùm ulterioris diſſenſionis ſuæ ea ſingulatim extare voluit ſpecimina *Clericus*, quæ, quid de ipſo ſentiendum ſit, non ſinunt ambigere.

In libro qui nomen gerit *les Sentimens de quelque Theologiens d' Hollande*; ut & in altero qui prioris Apologiam continet, plurima reperias. Sunt quidem illarum literarum nonnullæ quæ *Verſè* cujuſdam nomen præ ſe ferunt; verùm, alibi uni auctori, ſibi nimirum, utrumque illud ſcriptum adſcribendum eſſe palàm profitetur: *Bibliotheque Univerſelle* Tom. 1. Pag. 99. & 100. Ut jure meritoque ipſi imputes errores, immò profanas opiniones, quotquot in memoratis jam literis earumque defenſione reperias.

Quanta illi ſedeat verbi Divini reverentia, qui, à neſcio quo facrificulo *Bethlehemitico*, Popa revera idololatrico, ea quæ *Moſis* aliorumque Θεοπνεύϛων nomine inſignita proſtant, ſcripta eſſe, propudioſo errore adſeverare veritus haud fuit, Lector cernat. Quam autem confirmata ſit hominis fides, qui de putido figmento, a ſuis, paulo, ut fertur reprehenſus ſeverius, protinus alia profiteri paratus eſt, eidem cenſendum committo.

At necdum de ſcriptis Moſis ſatis reverenter paſſim differere noſtrum, pluribus ſi id jam agerem, demonſtratum darem, dixerat *ſine ordine rerum & temporum in iis* plura occurrere; quod Deo tribuere veritus, Moſi adſcri-

Digitized by Google

adſcribit, *qui habuit* (ô egregiam Moſis excuſationem & vindicias!) *hunc theſaurum in figulino vaſe, ut excellentia potentiæ Dei eſſe, non ab illo intelligeretur.* In *vaſe*, quod *figulinum* vocat Apoſtolus, infirmitates agnoſco, at quæ in theſaurum non redundent. Hic de theſauro, de re ſcilicet velata & Deo ſcripta revelante dum quæreres, quid juvat Moſen accuſare? Humanam infirmitatem, fateor, non exuerat penitus; verùm ut ne in ſcriptis illius ſpecimina agnoſcamus, plurima ſunt quæ prohibent.

At quid de Moſe loquor: de Apoſtolis eodem loco ſimilia profiteri non erubeſcit. Ad Exod. XXIII. 20.

Remonſtrantibus favere Cleri Anglicani partem non exiguam dolemus ex animo, at quod ipſis gratulamur, plurimi, in iis, quæ Arii ſapiunt aut Photini hæreſes, priſcæ orthodoxiæ ſunt tenaces: hinc cum placere iis noſtri Arminiani velint, omni ſtudio id operam dare debent, ne, licet ſint, videantur tamen Sociniani aut iis ſimiles. Novi Clerici hac in parte jactatam a ſe prudentiam. Hinc videri vult manus heic palàm conſerere cum Fauſto Socino. Serium autem hunc conflictum eſſe ut credam multa ſunt quæ prohibeant.

Moſes de Chriſto teſtatus eſt, & Chriſtus nihil docuit extra Moſen. Apoſtoli, præceptoris & Domini ſui veſtigia prementes, ex Moſe doctrinam ſuam, cujus ſumma Chriſtus eſt, repetitam paſſim docent. Noſter tamen, ſcripta Moſis pervolvens & commentario illuſtrans, vix ullibi volam eorum reperit aut veſtigium. Indicem inſpice, non comparet. Loca hactenus ad convincendam Judæorum contumaciam & refutandos æternæ Deitatis Filii adverſarios, aliorſum torquet & ita enervat, ut nihil magnopere notandum, nihil ſaltem myſterii continere videantur. Immò ubi datâ operâ diligenter admodum *Conſilium Moſis in Pentateucho*, enarrat Diſſert. III. ne aut promiſſionibus

in

in ſpem venturi Meſſiæ erigere Judæorum aliorumve lectorum animos, aut typis ingenti numero præfigurare; aut univerſâ lege præcepti carnalis adumbrare Chriſtum & res Novi Teſtamenti voluiſſe quis putet; ſtudio de iis omnibus mutus eſt noſter non ſecus ac piſcis. *Reconditiores tamen in ſcribendo fines*, quos Moſes *ſibi* propoſuerit, ſi credere fas eſt, hic recenſuit. Potiſſimus fuit, *edocere Iſraelem Deum eſſe colendum, & qua ratione.* Quibus verbis prorſus generalibus cave ne putes comprehendere ea quæ omiſſa conqueror; nullibi enim illorum aut rectam perceptionem, aut fidem, aut ſpem ad illius cultus integritatem, quantum obſervare potui, requirit.

Quin immò ſedulò cavet, ne quis vel tantillum veri corporis in umbris reperiat. Ad Levit. 1:2. notat, *Deum nullas victimas ſibi offerri voluiſſe, niſi ex mundiſſimis*, rectè id quidem: at, ne quis ſupra Socinianos aut ipſos Judæos hodiernos ſapiat, hæc addit. *Cujus rei non tam myſticas rationes quærendas cenſuerim, quàm ex ipſius rei naturâ petendas. Pleraque omnia ſacrificia erant veluti mulctæ Hebræis impoſitæ; quæ proinde debuerunt ex utiliſſimo brutorum genere ſolvi, ne ſpernerentur. Præterea ad Euchariſtica ſacra quod attinet, oportuit Iſraëlitas ea Deo mactare, quæ iis maximè uſui futura erant; ut & ea ipſi debere ſe palam agnoſcerent, gratoque animo recolerent, & honorem Deo exhiberent majorem, utili pecude mactatâ, non cane & ſue exempli gratia, à quibus abſtinebant. Species enim contemtus fuiſſet, ſi quis Deo mactaſſet id animal, quo ipſe veſci nollet.*

Egregiè profectò & ad Socini palatum dicta. Verùm ita diluta ut refutationem vix mereantur. Certè nec Deo dignum fuit, nec in quo acquieſcere ulla ratione mens hominis ac deliciari queat, niſi aliud quid & longe majus lateat ſub iſto cortice. Sed prolixè hæc excutere nec hujus loci, nec neceſſe eſt, cum alibi id præſtitum abunde ſit.

Digitized by Google

Sicubi quid occurrat, cujus ratio myſtica ſuâ luce oculos ita perſtringat, ut non videri haud poſſit, id primum extenuat & deinde aliorſum amandat. *Poſſemus hinc incipere oſtendere ſimilitudinem Serpentis ænei, & Chriſti ipſius; nam ut nemo credidiſſet ſalutiferum futurum eſſe Iſraelitis, ab Cherſydiis demorſis, conſpectum ænei Serpentis: ita nec quiſquam poterat, eo tempore quo res contigit, ſperare Hominis crucifixi cognitionem unicam fore viam, qua homines ad fidem Deo adhibendam, parendumque Euangelio, eſſent adducendi. Verùm hoc, aliaque id genus Theologis latius diducenda, atque illuſtranda relinquimus.* Et Paulò poſt. *Quam excellentiori ſenſu hæc de Chriſti ſalutiferâ cognitione dici poſſint, cum omnes videant, nihil attinet dicere.* Siccine? *Similitudo* eſt Clerico, non typus. *Similitudo* eſt, non ex inſtituto Dei atque intentione, ſed *quam poſſet incipere oſtendere.* Et qua obſecro in re illa ſimilitudo eſt? Ut nemo prius *credidiſſet*, quod tamen factum eſt; *ſic nec quiſquam poterat, eo tempore quo res contigit ſperare* &c. At an non ſatis ſuperque id typi alii & vaticinia Prophetica & promiſſiones docuerant, *eo quo id contigit tempore*, ut vel *ſperare potuerit quiſquam*, mortem ejus fore ita utilem? Verum & hoc enervat penitus; ipſius Domini exertis de hac re verbis nequicquam habitis. Sic Jeſus Chriſtus eo ipſo in loco ad quem nos ablegat Clericus Joh. III: 14. & ſeq. *Et quemadmodum Moſes extulit ſerpentem in deſertis: ita efferri oportet filium hominis. Ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam*; id noſtro tantundem eſt, ac, *cognitionem crucifixi unicam fore viam, qua homines ad fidem Deo adhibendam, parendumque Euangelio eſſent adducendi.* Non fuit, non eſt, ſed *erit via.* Et quæ via? Qua *ad fidem Deo adhibendam, parendumque Euangelio eſſent adducendi. Jeſum cognoſcere eumque crucifixum* unicè deſideret Apoſtolus, in *cruce Chriſti* unicè *gloriari* ipſi ſit volupe, *qui in eum credit non damnatur, non perit, ſed habet vitam æternam* ſint

verba

verba Chriſti, nihilominus, juxta Clericum, crucifixi cognitio *via* tantum *eſt*, qua homo, *ad fidem Deo adhibendam adducatur.* Non igitur ex mente Clerici fidem Deo adhibet, qui cum Apoſtolo unicè Chriſtum novit eumque crucifixum. Ac ſi in Deum non crederet, aut, ut ipſius phraſi utar, *Deo* nondum *fidem adhibeat*, qui credit in Jeſum crucifixum, ſed id demum agat, quo adducatur ad Deo fidem adhibendum atque ita *parendum Euangelio.* Putabam credere in eum quem miſit Pater, eſſe *facere opus Dei* Joh. VI. non aliam didici Euangelii obedientiam, quam quæ fidei, immò ipſa fides ſit in crucifixum Jeſum. Vides quantum a Deo diſtet Chriſtus crucifixus; ipſius cognitio via eſt, qua ad fidem in Deum adducar. Quid dilutius aut Lælius aut Fauſtus Socinus unquam potuit comminiſci? At quid mirum, cum ne in Paſchate quidem aut manna, quod ſtupendum eſt, Chriſtum viderit.

Quàm orthodoxè in univerſum de ritibus Moſaicis ſentiat, ex eo apparet, quod ab Ægyptiis mutuos acceptos cum Marſhamo & Spencero ſtatuat, ſuccenſens Juſtino Martyri, *ethnicos paſſim furti incuſanti, quaſi & dicta Hebræorum ſurripuerint & eorum mores imitati ſint.... Nec mihi, inquit deinceps, credibile ſit, Deum,* qui eſt, *ut loquitur Chriſtus,* ſpiritus, *corporeos ejuſmodi ritus unquam non modo inſtituturum, ſed ne probaturum quidem inſtitutos fuiſſe, niſi infirmitati hominum ſe accommodare voluiſſet, & erga eos more humano agere.* Immò Clerice accommodavit ſe *humanæ infirmitati*, primis mundi elementis Iſraëli puero exhibens typos, figuras, umbras, rerum ſpiritualium: *quo ſenſu tota terra Canaan, omniaque bona Judæis promiſſa, typus fuere cæli, bonorumque ſpiritualium ac cæleſtium, Chriſtianis clare promiſſorum* Limborch, Theol. Chriſt. L. III. C. VIII. §. XXVIII. Addo quæ habet §. ſeqq. *promiſſa generalia ſua generalitate etiam comprehenderunt bona cæleſtia, ac æterna, & bona terrena typicè adumbrarunt*

runt

runt bona æterna. Porro Cap. IX. §. III. IV. V. Cum quibus haud probe conveniunt ea quæ habet Clericus, tum paſſim, tum ſignate ad Exod. XXV. 10. *Nunc quæritur utrum Hebræorum ſimiæ fuerunt Ægyptii, hoc in negotio, an verò Deus ſe ſe Iſraëlitis ei rei jam in Ægypto adſuetis accommodarit? Poſterius credidit* Chryſoſtomus, *quem ex homilia VI. in Matt. laudavit vir eruditus de* Leg. Moſ. Rit. *Lib. III. Cap. I. Sect. 2. Similiter* Maimonides *Doct. Dub. Lib. III. c.* 45. „ Conſtat homines illos (*Idololatras*) „ templa exſtruxiſſe ſtellis, atque in iis collocaſſe imaginem, ad quam colendam unanimiter conſenſerant: „ imaginem nempe, ſtellæ vel alicui Deo conſecratam. „ Hinc juſſi ſumus & nos templum ædificare Deo benedicto, atque in eo collocare arcam. *Prius multi maluere, nulla alia de cauſa, quàm quia amplum & magnificum videbatur populo Hebræo neminem imitari, exemplo eſſe aliis. Sed profectò, ut hoc ſolum attingam, niſi Deus,* συγκαταβάσει *ſingulari, Legem aptaſſet indoli Hebræorum, hoc eſt, opinionibus & conſuetudinibus inter eos dudum receptis, non aliam tuliſſet, quàm quæ poſtea à Chriſto lata eſt; omiſſiſque* infirmis *illis* elementis, *ad perfectiora omnia Hebræorum animos erexiſſet. Deus, qui* idem eſt hodie atque heri, *eodem modo coli illo tempore ſe voluiſſet ac poſtea juſſit. Verùm cùm in plurimis deſcenderit ad abjectos & humiles Iſraëlitarum animos, propter eorum* σκληροκαρδίαν; *in hac quoque re receptis ritibus eos uti paſſus eſt, ut in cæteris omnibus, in quibus nulla naturalis honeſtas, nihil ſpirituali Numine dignum, nihil mortalibus proficuum deprehenditur. De hujuſmodi legibus dicere poſſumus quod* Plutarchus *de Axonibus Solonis pronuntiavit:* ἧ μὲν ἄριστον ἦν ὐκ ἐπήγαγεν ἰατρείαν, ὐδὲ καινοτομίαν, φοβηθεὶς μὴ συγχέας παντάπασι καὶ ταράξας τὴν πόλιν ἀσθενέστερος γένηται τοῦ καταστῆσαι πάλιν καὶ συναρμόσασθαι πρὸς τὸ ἄριστον. ἃ δὲ καὶ λέγων ἤλπιζε πειθομένοις, καὶ προσάγων ἀνάγκην ὑπομένουσι χρήσασθαι, ταῦτ᾽ ἔπραττεν (ὥς φησιν αὐτὸς) βίην τε καὶ

δίκην

δίκην συναρμόσας: „quà res bene habebat, neque medi-„cinam, neque innovationem ullam attulit, veritus ne, „ſi Rempublicam undequaque miſcuiſſet, infirmior „eſſet, quam ut poſſet iterum conſtituere, & prout opti-„mum erat ordinare. At quæ dicendo ſperabat ſe à per-„ſuaſis, & vim admovendo à ferentibus impetraturum, „hæc fecit, ut ipſe dicit, vim & juſtitiam ſimul tempe-„rans. Ὅθεν ὕστερον ἐρωτηθεὶς εἰ τοὺς ἀρίστους Ἀθηναίοις νόμους ἔγραψεν; Ὧν ἂν (ἔφη) προσεδέξαντο τοὺς ἀρίστους: Quare „rogatus poſt, num optimas leges Athenienſibus ſcri-„pſiſſet? Optimas, inquit, earum quas accepturi erant.

Non ſufficit erroribus favere, niſi & bene ſen-tientibus affingat quæ vera non ſunt. Quis obſecro *prius* maluit, *nulla alia de cauſa, quam quia amplum & magnificum videbatur populo Hebræo neminem imitari, exemplo eſſe aliis.* Quid? *nulla alia de cauſa*? veritati magis adverſum ſcribi non potuit quicquam.

Ipſe ego quoque poſt alios prioris ſententiæ rationem dedi, in Variis Sacris inde a Pag. 267. & ſeq. non unam, quas tamen inter nullibi comparet ea quam unicam nobis eſſe affirmat Clericus. Imo certus ſum, ſi quis fortaſſis alleget id de quo Clericus, neminem tamen eſſe inter Reformatos, qui *nulla alia de cauſa* priorem ſententiam amplexus ſit; quod tamen adſeverat Clericus, falſi heic manifeſtiſſimè convictus.

Hæc autem homines ſpectant, at Deum ipſum lædit, quando ſtatuit eum *receptis ritibus* uti Iſraëlitas *paſſum eſſe, ut* NB. *in cæteris omnibus, in quibus nulla naturalis honeſtas, nihil ſpirituali numine dignum, nihil mortalibus proficuum deprehenditur.* Ac ſi mortalibus proficuum non ſit ſerperaſtris uti, quibus ad majora ducantur. *Totus ille cultus*, ſunt verba D. Limborch *typicus tantum fuit & umbratilis, perfectiorem & ſpiritualem cultum, beneficiaque ſpiritualia ac cœleſtia adumbrans ex inſtituto divino.* L. III. Cap. IX. §. XI. Dic jam quæ ſint *cætera*,

Digitized by Google

& *cætera omnia*, de quibus ita blaſphemè loqueris.

Profanitati autem ut ne quicquam deſit, hæc ſubjicis. *De hujuſmodi legibus dicere poſſumus quod* Plutarchus *de Axonibus Solonis pronunciavit: quà res bene habebat, neque medicinam, neque innovationem ullam attulit, veritus ne, ſi Rempublicam undequaque miſcuiſſet, infirmior eſſet, quam ut poſſet iterum conſtituere, & prout optimum erat ordinare. At quæ dicendo ſperabat ſe à perſuaſis, & vim inferendo à ferentibus impetraturum, hæc fecit, ut ipſe dicit, vim & juſtitiam ſimul temperans. Quare rogatus poſt, num optimas leges Athenienſibus ſcripſiſſet? Optimas, inquit, earum, quas accepturi erant.* O bella comparatio! Auctori tractatus de tribus impoſtoribus apprimè conveniens.

Ad Geneſeos. 1.26. pag. 12.6. *Controverſiis Theologicis oleum* ſe *non affuſurum* pollicetur, *à quibus*, inquit, *in his noſtris Annotationibus abſtinere decrevimus:* dum tamen nullibi prætermittit occaſionem de Socinianis bene merendi. Nihil fere ſæpius agens, aut majore cum contentione virium, quàm ut ne Angelus increatus: aut veſtigium Deitatis Filii Dei ullibi agnoſcatur.

Et ſanè perquam mirum eſt Filium Dei ante Mariam extitiſſe, imò Deum eſſe, & nullibi tamen memorari, aut tot ſeculis ab ipſo Dei Populo eſſe agnitum. Aliter Veteres. *Inſeminatus* Scripturis dicitur Irenæo L. IV. c. XXIV. adſcribam textum integrum: *Bene igitur & Joannes meminit dicentem* (*Dominum*) *Judæis: Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vos vitam æternam habere. Illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, ut vitam habeatis. Quomodo igitur teſtabantur de eo Scriptura, niſi ab uno & eodem eſſent Patre,* (*Præſtruentes*) *homines de adventu Filii ejus. & prænunciantes ſalutem, quæ eſt ab eo? ſi enim crederetis Moyſi, & mihi crederetis; de me enim ille ſcripſit, ſcilicet inſeminatus eſt ubiquè in Scripturis ejus Filius Dei, aliquando quidem cum Abraham loquens, cum eodem comeſurus.*

rus. Aliquando cum Noë, dans ei menſuras: aliquando autem quærens Adam: aliquando autem Sodomitis inducens judicium: & rurſus cum videretur, & in viam dirigit Jacob. & de rubo loquitur cum Moſe. Et non eſt numerum dicere in quibus à Moyſe oſtenditur Filius Dei, cujus & diem paſſionis non ignoravit: ſed figuratum prænunciavit eum Paſcha nominans, & in eadem ipſa, quæ ante tantum temporis à Moyſe prædicata eſt, paſſus eſt Dominus adimplens Paſcha. Non ſolum autem diem deſcripſit, ſed & locum & extremitatem temporum, & ſignum (Occaſus) ſolis dicens: Non poteris immolare Paſcha in ulla alia civitatum tuarum, quas Dominus Deus dat tibi, niſi in eo loco, quem delegerit Dominus Deus tuus invocari nomen ſuum ibi. Immolabis Paſcha veſpere ad occaſum Solis. Jam autem, & manifeſtaverat ejus adventum, dicens: Non deerit Princeps in Juda, neque Dux ex femoribus ejus, quoad veniat cui repoſitum eſt, & ipſe eſt ſpes Gentium, alligans ad vitem pullum ſuum & ad ilicem pullum Aſinæ: lavabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine uvæ pallium ſuum: lætificabuntur oculi ejus à vino, & candidi dentes ejus tanquam lac. Inquirant enim hi qui omnia ſcrutari dicuntur, id tempus in quo defecit Princeps & Dux ex Juda, & qui eſt Gentium ſpes, & quæ vitis; & qui pullus ejus; & quod indumentum, & qui oculi, & qui dentes, & quod vinum, & unumquodque ex occultis exquirant: & invenient non alium, niſi Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum annunciatum. Quapropter Moyſes increpans Populum, quod ingratus exiſteret, ait: Hic Populus fatuus & non ſapiens, hæc Domino retribuiſtis? Et rurſus ſignificans quoniam ab initio condidit, & fecit eos Verbum, & in noviſſimis temporibus redimens nos, & vivificans oſtenditur pendens in ligno, & non credent ei. Ait enim. Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ. Et iterum: Nonne hic idem pater tuus poſſedit (te) & fecit te, & creavit te?

Hinc Paulus reliquique Apoſtoli quando quam maximè Jeſum prædicabant, nihil tamen dixere extra

Moſen. Noſter de illo in Moſe vix tantillum reperit. Paulus in omnibus ritibus legis Chriſtum quærat quantum velit. A ſcopo Dei & Moſis, & Legis aberrat penitus, ſi noſtro credas Commentatori. Unum ſpecimen proponam Lectori, ſed quod abunde ſufficiet ut cujus ſpiritus ſit clariſſimè appareat. De Cherubinis ordine diſſerens primò agit de ſignificatione vocabuli; ſecundò, de forma ejus rei quæ dicitur כרוב chroub, tertiò de ejus origine; quartò, de inſtitutionis illius ratione. *Ad originem Cheruborum quod attinet*, inquit, *poſtquam diximus Arcam videri Ægyptiacis ritibus originem debere, non dubitabimus indidem ortum Cherubinorum, qui pars Arcæ fuerunt, repetere cum Viro Doctiſſimo*, Spencerum deſignat cujus vitulo ſtrenuè aravit in hiſce Commentariis, ego ejus fundamenta penitus ſubverſa dedi in Variis Sacris. Pergat noſter.

Si quæratur inſtitutionis ratio, nihil ſimplicius reſponderi poſſe videtur, quam hoc fuiſſe merum ornamentum operculi Arcæ, qualia fuerunt plura quæ hic memorantur, aut in Templo Salomonis conſpecta ſunt. Simplicitatem deperit, at eam, quæ myſteria cœleſtis veritatis tollit penitus. Hinc & ſuſque deque habens ea quæ Sacri Scriptores de hiſce tradunt, ſuam hanc ſimplicitatem ſibi gratulatur. Nos Paulo credimus, qui ad Hebræos Capite Octavo nobis viam præit, quâ in hiſce myſteria rimemur. *Vaſa* Tabernaculi aliaque ſanguine a Moſe conſperſa ipſi dicuntur ὑποδείγματα τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς Hebr. IX. 23. Noſter autem in ipſa Arca, ac Cherubinis, Ægyptiorum tantum rituum κακοζηλίαν videt, myſtici autem ſignificatus nihil. Arca & Cherubim exertè memorantur inter ea, de quorum ſignificatu nunc κατὰ μέρος non erat locuturus Hebr. IX. 5. quod ineptè diceret, niſi & in iis æquè atque in reliquis fuerit δήλωσις τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου verſu 8.

Vel an Cherubini facti non ſunt ad *typum Moſi exhibitum* in

in monte? de eo autem in univerſum Apoſtolus adſeverat fuiſſe ὑπόδειγμα ϗ σκιὰν τῶν ἐπουρανίων exemplar & typum rerum cœleſtium. VIII. 5. Rectè hic Clariſſimus Altingius *Ex hac porro Apoſtoli declaratione obſervandum habemus.* ad Hebr. VIII. 5. p. 230. *Tabernaculum Moſaicum & omnem ejus* λειτουργίαν ϗ λατρείαν *fuiſſe quidem* ὑπόδειγμα ϗ σκιὰν, *ſed* τῶν ἐπουρανίων, *&* σκηνῆς ἀληθινῆς, *quam Dominus fecit, & non homo, quod revincit ſententiam ſatis inveteratam & magis indies invaleſcentem, univerſum cultum Moſaicum mutuatitium eſſe ab Ægyptiorum aliarumque gentium religione. Nam quia Iſraëlitæ inter Ægyptios ultra duo ſecula habitarunt, eorumque ſuperſtitionem, & ritus idololatricos longi intuitus adſuetudine imbiberunt: quin etiam majores ipſorum ante Abrahamum Chaldæorum ceremoniis innutriti fuerunt, Deum, ut ſibi eos obnoxios ſubjectoſque haberet facilius, ſe attemperando ipſorum ingenio, prohibuiſſe quidem religionem Ægyptiacam, Chaldæam, Cananæam: in ſuo tamen cultu definiendo ſimillima fere imperaſſe. Sacerdotes ſacrificiorumque leges circumſtantiis duntaxat variatis, aſt etiam in contrarium verſis. Maimonides in More Nebochim non tam Ægyptia quam Zabiorum veterum ſacra docet ſpectata fuiſſe; & Eruditi noſtro ſeculo multum in eo ponunt laboris, ut conquiſitis ex Vetuſtate ultima quorumcunque populorum moribus & inſtitutis ſacrorum, cum iis componant, quæ Iſraëlitis præſcripta fuerunt, ut inde petita perſuadeant, atque inde etiam diſcendam Iſraeliticarum ceremoniarum rationem. Sic itaque miniſtraverint quidem Sacerdotes Aaronidæ exemplo & umbræ, ſed* τῶν ἐπιγείων, *non vero* τῶν ἐπουρανίων; *imo tabernaculi veritas non Dominum habuerit auctorem ſed Diabolum, cujus ſimiam egerit Deus, & iſtius ſapientiam, ad deliniendos devinciendoſque cultorum animos prudenter imitatus fuerit.* Τύπος *ergo monſtratus Moſi in monte, non fuit* ἀρχέτυπος, *ſed,* ἔκτυπος *eorum, quæ antiquiores idololatræ inſtinctu Dæmoniorum & in honorem iſtorum commenti fuerant: quæ Moſes ab ipſiſmet petere potuiſſet, utpote in omni ſapientia Ægyptiorum inſtitutus, niſi Numæ inſtar, & Lycurgi, & aliorum Legislato-*

latorum inter Gentiles ab oraculo auctoritatem arceſſendam exiſtimaſſet: quomodo Gentiles de ipſo judicant, neque iſti magnopere diffitentur, verè tamen χρηματισθέντ☉ aſſeverantes. Sed falluntur magnopere. Quicquid ſacrorum rituum eſt, primum à Deo definitum mandatumque fuit. Sacrificia & qui offerrent Sacerdotes Deus inſtituit, cujus leges novit, & ſignificationem ceremoniarum omnium Abel, qui per fidem obtuliſſe legitur Heb XI. 3. utique verbo antiquiore fidem ejus moderante. Similiter poſt diluvium. Noach altare ſtruxit, & holocauſta obtulit non ſolum imitatus Veteres Patriarchas, ſed inprimis Dei ſtatuta ipſis primum revelata, & tot ſeculorum uſu conſervata. Noachi filii quod à patre didicerant, & apud ipſum exercuerant, poſteris tradiderunt qui poſt illa eos ritus ad cultum idolorum tranſtulerunt, variè interpolatos; Satana, quem in idolis coluerunt, fuco fallaciiſque variis ſapientiæ opinionem quærente. ſic ergo Gentilium ſacra ad exemplar cultus à Deo definiti ſunt inſtituta; non contra cultus Dei ad exemplar ſacrorum Gentilium; & horum veſtigia prima iſtic quærenda, non iſtius hic. Ἐπουράνια ſunt ad quorum ideam Moſes omnia formare juſſus eſt, quæ divinæ inventionis ſunt, non humanæ, non diabolicæ: neque Deus adeo prodigus fuit ſui honoris, ut ab his quæ ſibi ipſi, quæ Iſraëlitis, placitura eſſent, diſceret. Maimonides rerum Kabbaliſticarum imperitus, peritiſſimus licet jurium & conſtitutionum Moſaicarum, cum veram ideam ignoraret, neque intelligeret, eam inter gentes Dei veri neſcias quæſivit, & veram religionem falſæ reformationem aliquam eſſe credidit. Aſt Kabbaliſtæ longè aliter fuere animati, nihil niſi divinum & cœleſte repræſentatum perſuaſi; quemadmodum quæ antea producta ſunt teſtimonia evincunt. Quorum ſententiam non Paulus ſolum hoc loco confirmat, verum etiam Johannes in Apocalypſi, eadem ſibi in viſione monſtrata faſſus, quæ Moſes typum habuit ſtructi à ſe tabernaculi Cap. 4. vers. 1. aperto oſtio in cœlo vidit thronum, Deumque illi inſidentem, Cherubinis adſtantibus. Cap. 6. v. 9. vidit altare, & ſub eo animas necatorum martyrum Cap. 8. vers. 3. vidit altare ſuffitus coram throno Dei, quæ omnia ἐπουράνια ſunt

&

& ad quorum exemplar terrena ὑποδείγματα *&* ἀντίτυπα fuerunt adornata.

Nihilominus de Cherubinis inprimis apertum eſt, ſi Clerico credas, fuiſſe merum *ornamentum*, in quo *myſterium quærere ſit ingenioſe nugari.* Utique præ alia omni ſuppellectile *Cherubim gloriæ* appellantur Hebr. IX. 5. Deus inſidere Cherubinis dicitur, non ſane ab Ægyptiis mutuis. Pſ. XVIII. 11. Utique *Cherubini* quos memorat Ezechiel Cap. IX. merum ornamentum templi non fuerunt, in quibus tamen myſterium jure non quæſiveris niſi & in Moſaicis agnoſcas. Doleo hominem hac in parte non Grotio tantum verum & Breenio ipſique Crellio pejora comminiſci. Aliter veteres ad unum omnes.

Non miraberis autem heic ita à vero deſciſcere cum ad verſum 31. hujuſce Vigeſimi Quinti Capitis Levitici loca Hebr. XI. 6. Joh. IV. 23. &c. Parallela facere non vereatur iis, quæ apud Senecam repperit; imò ea *quæ Chriſtus Servator & Apoſtoli diſcipulis ſuis inculcavere* contendit Senecæ verbis ſe poſſe exprimere. O inſignem Chriſtianum! ô Chriſtianiſmum prorſus degenerem! Vides quanti Chriſtum ejuſque mortem, quanti omnem ſupernaturalem revelationem faciat. Sic jam unicuique in ſua religione ſalus, & propitiatio Dei non alibi quam in propria virtute peccatoribus quærenda eſt.

Hinc ne quidem in Paſchate noſter vel tantillum repperit quod Chriſtum reſpiciat. Minutias ſectatur, in Ægypto alibique gentium ſedulò a Spencero ſuo quæſita apponit, imo apud Platonem, Ælianum, Plutarchum aliosque vel tantillum notaſſe quod cum ſacris actibus convenientiæ præ ſe ferat ſpecimen, theſauros reputat. Chriſtus autem exerte licet Paſcha noſtrum dicatur Apoſtolo, & mactatus pro nobis; Johanni Baptiſtæ *agnus Dei*, *agnus* ἄμωμος Petro καὶ ἄσπιλος, in Apocalypſi toties totiesque ſub emblemate agni veniat Chriſtus, imò Jeſaias ſub ipſo V. T. Chriſtum patientem cum agno comparet quantum

velit, Veteres ad unum omnes idem doceant, ingemiſcent: imo ipſæ victimæ non tantum, verum & omnes ritus ac circumſtantiæ Chriſtum indicent, carbones ſunt homini noſtro *nugæque ingenioſæ.* Quam vellem de his & aliis a Doctiſſimo Limborch meliora diſcere non erubeſceret. Sic ille: *Agnus Paſchalis repræſentavit D. Jeſum verum agnum Paſchalem* 1 *Cor.* v. 7. *cujus nullum os debebat frangi Joh.* XIX. 31. & ſequentibus *panes infermentati quibuſcum comedi debebat,* pietatis *noſtræ ſinceritatem* 1 Cor. v. 7. Idem quod obſervandum erat in agno Paſchali, præter omnem expectationem hominum, divina cura fit in Chriſto, & ſingulatim ad id animum advertit Johannes; imo adſeverat id Chriſto eveniſſe *ut Scriptura impleretur,* ſignate quidem ea quæ Exod XII. 46. reperitur. Quod obſervandum in agno id impletur in Chriſto, in paſſionibus expreſſe *nomine agni* jam a Jeſaia nuncupato. Nihil tamen illius notat Clericus. Quid? non notat tantum, verum & Lectori tacite præripit occaſionem de Chriſto cogitandi: aliorſum trahit omnia. *Hoc quoque adfeſtinationem videtur pertinuiſſe, nam qui properant eo uſque non perveniunt, ut oſſium medullam exſugant.* Eadem & Chaskuni eſt, ſed elumbis conjectura. Chaldæus Jonathan de medulla quoque cogitaſſe videtur. Nimirum iſtiuſmodi dapibus delectari ſolent quibus non contigit univerſæ guſtaſſe Scripturæ medullam Chriſtum Jeſum. Ad veteres Eccleſiæ Doctores heic non provocat, novit enim ſibi hac in parte adverſari omnes.

Unus pro omnibus ſententiam dicat Juſtinus, ſic ille Dial. cum Tryphone pag. 260. d. de *tintinnabulis* è veſte talari Pontificis *ſuſpenſis*: *Duodecim Apoſtolorum, à virtute æterni Sacerdotis Chriſti dependentium, (quorum voce univerſa terra, gloria & gratia Dei & Chriſti ejus repleta eſt) Symbolum ſignumque fuit.* Clericus è contrario. *Quis in campanis & malis Punicis, quibus Pontificis Maximi tunica ornata erat.... myſticas ſignificationes inveſtigarit,*

git, *qui acumine ſuo abuti nolit?* Denuò Juſtinum audi; ad cujus teſtimonium toties hoc ipſo in tractatu provocat noſter. *Jam*, ſic loquitur pagina ſequente 261. b. *& alia omnia prorſus, ô Viri, inquam, à Moſe ordinata enuncians, oſtendere poſſem, figuras & notas & denunciationes eſſe eorum quæ Chriſto eventura erant, eorumque qui in ipſum ut credituri, præcogniti fuerant, atque item eorum, quæ Chriſtus ipſe erat facturus.*

Non poſſum non addere Tertullianum; Sic ille *Marcionem. Cur autem* duodecim Apoſtolos elegit; *& non alium quemlibet numerum? Ne & ex hoc meum Chriſtum interpretari poſſem, non tantùm vocibus Prophetarum, ſed & argumentis rerum prædicatum. Hujus enim numeri figuras apud creatorem deprehendo: Duodecim fontes Elim; & duodecim gemmas in tunica ſacerdotali Aaronis; & duodecim lapides ab Jeſu de Jordane electos, & in arcam Teſtamenti conditos. Totidem enim Apoſtoli portendebantur, proinde ut fontes & amnes, rigaturi aridum retrò & deſertum à notitia orbem Nationum, ſicut & per Eſaiam: Ponam in terra inaquoſa flumina. Proinde ut gemmæ, illuminaturi ſacram Eccleſiæ veſtem, quam induit Chriſtus Pontifex Patris. Proinde ut & lapides, ſolidi fide, quos de lavacro Jordanis Jeſus verus elegit, & in Sacrarium Teſtamenti ſui recepit.*

Certè nemo Socinianorum magis unquam exinanivit promiſſiones & typos, quorum in veteri Codice mentio eſt, nemo pauciora deprehendit Chriſti Jeſu veſtigia quam Clericus. Quapropter Socini confutationem cum pollicentem viderem, impenſe miratus ſum.

Quicquid ex Auguſtino imprimis & Origene obſervare, aliiſque Patribus, quin & præcedentis atque hujus ſeculi Theologis potuit, quod Socinianorum placitis favere videatur & exinanire verba myſterium continentia, ſingulari dexteritate in rem ſuam trahentem videmus paſſim. Neque id à ſe ſtudio factum, niſi me fallar, negare unquam audebit. Vide ad Gen. xv. 2: xvi: 13. xviii. 1. xlviii. 16.

Digitized by Google

Et ſi forte alicubi Chriſtum aliqua ratione indigitatum diffiteri non poſſit, Deitatem tamen ejus memoratam, reperies nullibi.

In Indice, ad vocabulum שילה ac ſi in Commentario inſignem locum non ſatis enervaſſet, exertè profitetur *non capere ſe quis tantus eſſe poſſit loci* Gen. XLIX. 10. *uſus contra Judæos.* Addit quidem *eſſe alia invicta argumenta quibus eos urgeamus, ex ipſo Moſe petita*, at parcè admodum ab ipſo ſuis locis notata. Ad unum provocat. *Vide* inquit, *quæ notavimus* ad Deut. XVIII. 15. At ne in eo quidem ſeriò Chriſti cauſam agit. „ Prophetam mei inſtar &c.] ad iſta Clericus. *Hoc vult Moſes: ſi quid populus Hebræus aut etiam privati aggredi cupiant, ne eant ad vicinarum Gentium hariolos, ut eventum prius cognoſcant; nam habebunt* NB. *Vates mei ſimiles, divinitus afflatos, quos conſulant.* Porrò de Propheta excitando ſic infit, *itaque aut voce ſingulari* נביא nabhi, *intelligendus ſolus Joſua, qui Moſi ſucceſſit, aut ſi ei ſequentium ætatum Prophetæ conjungantur, erit numerus ſingularis pro plurali. Nec deeſt ratio hujus Enallages, qua nihil in Lingua Hebraica frequentius; quod nimirum, plerumque unus eximius Propheta duntaxat excitaretur, quamvis alii etiam ſimul eſſent. Sic Samueli, dum vixit, par nemo fuit, nemo Eliæ, nemo Eliſæo &c.* Hæc demum vera erat methodus, quâ demonſtraret, *invictum* hæc verba argumentum continere quo in cauſa Chriſti *Judæos urgeamus.*

Attamen ſi in animum revocemus, in Veteri Teſtamento, non tantum eſſe Vaticinia, quorum verba pertinent duntaxat ad res ſub Meſſia futuras: ſed & alterum genus Vaticiniorum, quæ ita concepta ſunt, ut reſpiciant quidem, ſi ſeries orationis ſpectatur, res ante Meſſiam impletas: ſed tamen & ulterius urgeri poſſint; quippe plenum eventum, & verborum magnificentiâ dignum ante Chriſtum nondum ſortita; ſi, inquam, hoc penſitemus ut par eſt, intelligemus in hoc loco latere ſenſum ſublimiorem . . . Nec dubito quin Veteres Judæi crediderint Moſem uno hoc promiſſo, cui adnectitur illud

præce-

Digitized by Google

præceptum, ita complecti omnes Prophetas, ut ſingulari prorſus ratione ad Meſſiam reſpexerit. Ideo Petrus Act. III. 22. qui, ut ſolent Apoſtoli, apud Judæos ex admiſſis opinionibus ratiocinatur, hæc verba Jeſu Nazareno, vero Meſſiæ & Novi Fœderis Prophetæ, aptat. „ Moyſes dixit, inquit, quoniam Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus &c. Sic, in iis quæ unice de Chriſto dicta ſunt à Moſe, ſenſu tandem ſublimiore duntaxat, quique in illis verbis lateat, hic de Chriſto cogitat. Invictam autem argumenti vim prorſus tollit, quando dicit Petrum aptare ſaltem hæc verba Jeſu Nazareno, & ex admiſſis apud Judæos opinionibus ratiocinari. Hoc demum eſt ignorare Scripturas & virtutem Dei, Aptantur verba, & ex admiſſis apud Judæos opinionibus argumentatur; Siccine? Ex Catecheſi Patrum Apoſtolus, ex conſideratione ſubjecti, ex Chriſti Prophetia illiuſque modo, indole, materia argumentatur. Qui Socinianos ſequitur haud aliter ac Judæus habendus & confutandus eſt: ſed brevitatem requirit præfatio.

Ad verba mei inſtar tacet id quod potiſſimum dicendum erat, & in quo, abſque ulla dubitatione, Chriſtus ſolus eſt ad inſtar Moſis, neminem in Prophetis ſibi parem agnoſcentis, nimirum, quod ille ſit de quo Johannis primo, commate 18. . . . . . legitur nemo unquam Deum vidit: unigenitus filius, qui eſt in gremio Patris, ille ediſſeruit, Moſes ſibi parem agnoſcebat in Prophetis neminem, qua in re is demum ipſi ſimilis eſt, qui pariter neminem habet imo ne Moſen quidem parem. Quæ eminentia, cum à Clerico in modo revelationis, quæ utrique obtigerit potiſſimum quæratur, licet mediatoris munus addat, & non in eo, quo Chriſtus potiſſimum eminet, nimirum Deitatis & Domini axiomate, palàm eſt ea non agnoſci à Clerico. Aliter profectò Epiſtolæ ad Hebræos auctor, qui Moſen domui accenſet, cujus Chriſtum agnoſcit dominum & architectum. Ampliore enim gloria hic præ Moſe dignus eſt habitus, quanto ampliorem honorem habet de-

domo, qui paravit illam. Omnis autem domus paratur ab a[...] quo, qui autem omnia paravit, Deus eſt. Et Moſes quide[...] fidelis in tota domo ipſius, ut famulus, in teſtimonium eoru[...] quæ poſtea dicenda erant. Chriſtus autem tanquam filius ſupe[...] domum ſuam. Cujus domus ſumus nos, Hebr. III. 3--6[...] Atque ita ad Chriſtum uſque obtinuit, id quod legitu[...] Deut. XXXIV. 10. *Et non ſurrexit adhuc Propheta par Mo[...]* Egregiè, ut ſolet Apollos ille Coccejus ad ultima Mo[...]ſis §. 1725, 1726, 1727. *Scopus horum eſt, oſtendere, quo[...] in Joſua & Prophetis ſequentibus, ut Samuele (qui probabili[...] hæc ſcripſit; ut antea demonſtravimus) ejuſque ſimilibus, non fue-rit impleta promiſſio, quæ extat Deut.* XVIII. 15. 16. 17. 18. 19[...] *Quemadmodum etiam Num.* XII. *Cœteri Prophetæ longè infra Moſem ponuntur. Non enumerabimus nunc* προτερήματα *Moſi præ reliquis Prophetis, quæ congeſſit Abarbanel in hoc loco; vel miracula ipſius, quæ convectavit Menaſſe ben Iſraël in concili-atore, ſed ex comparatione loci hujus, cum eo qui eſt Deut.* XVIII. *hanc finalem obſervationem quæ eſt inſtituti noſtri, proponemus.* §. 1726. *populus Iſraël debebat exſpectare in terra Canaan Prophetam aliquem hominem de fratribus ſuis, majorem Joſua & omnibus Prophetis, qui Moſen ſecuti ſunt; parem Moſi, non ita, ut Moſes illum adæquaret. Sed ut ille Moſe non eſſet minor, & eam propoſitionem, quam Moſes ad cœteros, ipſe haberet ad Moſem ut, quemadmodum Moſes excedit omnes Prophetas, & omnium Prophetarum doctor eſt, ita ille excedat Moſen, & Moſis ipſius doctor ſit. Jam relegimus duo hæc dicta* §. 739. & 988...... *l.* 1727. *Cœterum is Propheta, de quo Deut.* XVIII. 15. *ſermo eſt, non eſt Joſua aut Samuel aut alius quivis ſimilis Samuelis. id ex præſenti loco patet. In quo Joſua & Samuel atque ejus ſimiles ponuntur infra Moſen. Qui enim Moſe inferiores ſunt, de iis non eſt locutus in promiſſione. Nam promiſſio parem Moſi pollicetur.*

Quiſquis ea quæ hactenus dicta ſunt paulò curatius excuſſerit non poterit mirari doctiſſimum Clericum heic Socino bellum indicere. Talem enim jam dudum

ſe

ſe edito non uno ſcripto, probavit, ut nihil minus de eo ſperandum fuerit, quam ſeria præcipuorum errorum Socini confutatio. Nihilominus heic *Fauſti Socini* aliquam *ſententiam everſam* iri ipſe in fronte pollicetur, *everſamque* in præfatione *ſperat*. Quam autem & agat ſeriò & orthodoxè ſentiat, ex ipſa ſcriptiuncula apparet.

De univerſa Doctrina, quæ ad S. Trinitatem pertinet, agere *Scholarum Theologicarum eſſe non brevium animadverſionum* haud equidem diffiteor; paucis tamen mentem ſuam explicare omninò conveniebat homini tot rationibus ſuſpecto. *Integrum quoque Commentarium in hæc Johannis commata nec opus fuit, cum ab aliis*, ut rectè monet, *ſint editi, ex quibus quæ hic deſint peti debent. Inter quos* ex Clerici ſententia, *primas merito ſuo obtinet* & GROTIUS, & H. HAMMONDUS, quibus ſi ex noſtris Coccejum & ex iis qui ſe Auguſtanæ Confeſſioni præ aliis addictiores dicunt Calovium addat Lector, habebit quorum opera non ſupplere tantùm, quæ in brevi Diſſertatione Clerici deſiderantur; verùm & confutare poſſit ea in quibus aut hic noſter, aut Grotius, ejuſve imitator dicam an compilator Hammondus, à veritate divortium faciunt.

Demulcet antequam in arenam deſcendat, Socinianis caput, quando eos *Unitariorum* nomine inſignit, quod ſibi non minus quam Judæi & Mahumedani impensè gratulantur. Simili nomine olim deſignatos fuiſſe Sabellianos ad Prudentii Apotheoſeos verſum 245. nos docent Iſonis Magiſtri Gloſſæ.

Magis autem iiſdem Socinianis blanditur Clericus, quando *laudatam* dicit *eorum modeſtiam ab iis, qui maximè eorum dogmata improbarunt*. Non ſanè ab omnibus. Quin imò ſpecimina exhibent & Hoornbeekius & alii quibus alieniſſimi à modeſtia animi non unum eorum anteſignanum convincant.

Alogorum nomine orthodoxos dehoneſtare extantio-

Digitized by Google

ris utique modeſtiæ non eſt: id tamen factum ab Unitario, quem adverſarium ſelegit Doctiſſimus Rittangelius in eo Tractatu cui heic præfamur. Incertam dixiſſe vocis Λόγος originem & ad Alcoranum remittere Lectorem, ſingularis pariter modeſtiæ non eſt.

Quæ de ſcriptis Apoſtoli Johannis effutiêre tum Schlichtingius tum alii an modeſtiam ſapiant ipſi Clerico cenſendum committo. Sic Enjedinus.

At ego peculiarem phraſin & diverſam à reliquis Euangeliſtis habere Iohannem, non diffiteor. Quæ an magnificentia & ſublimitas dicenda ſit, judicent alii: Certe ſi obſcuritas conciſa, abrupta, minimè ſibi cohærens & ex allegoriis conſtans oratio ſublimitas dicenda ſit, fateor, Iohannem ſublimem eſſe. Nam vix ullam concionem Chriſti ab eo relatam invenias quæ tota non ſit allegorica, & intellectu difficillima. Et p. 137. *Obſervandum eſt, iſtud Principium Euangelii eſſe obſcuriſſimum.* Nunc audi Socinum *At, mihi credes non habet Euangelium hoc tam retruſos ſenſus atque vulgò creditum eſt: ſed difficile intellectu reddiderunt nobis ſubtiles illi ac profundi ſpeculatores cavillis ſuis.*

Contumelioſum ſcribendi genus merito ne quidem in veritatis patronis *te ferre* laudabile eſt, modo ne contumelioſum dicas, id, quo, ad vivum depicta & ſolide confutata hæreſi, in præfractè errantes ſeriò animadvertitur. Cœteroquin & ipſa Chriſti verba, ubi in Phariſæos & Scribas, nec non Pauli & Petri, ubi in Simonem Magum, Hymenæum, Philetum, mitiſſimi denique Johannis, ubi in Diotrephen ſtylum ſtringit, immodeſtiæ crimine vacua non erunt. Hæc ad præfatiunculam notanda videbantur.

In ipſo opuſculo pagina ſexta, *antiquiſſimis te teſtimoniis Alogos refutaturum* promittis. Eorum *primum* dicis *eſſe id quod ad calcem Euangelii Johannis adjectum, ubi legimus* Joh. XXI. 24. *probatam de longæva Joannis vita Chriſti prædictionem.* Οὗτος &c.
„ HIC eſt diſcipulus qui de hiſce teſtatur & qui hæc
„ ſcripſit. Scimus autem verum eſſe ejus teſtimonium.

Argumentum quidem inde petitum adverſus Alogianos, Johanni hoc Euangelium olim abjudicantes, mihi quidem non diſplicet; verum enervari magnopere videtur, quando ὑποβολιμαῖον hoc ipſum teſtimonium, & ab alio quopiam, cujus nec nomen noſti, nec tempus quo vixerit, abſque ulla ratione aut neceſſitate, additum judicas. Seriùs quidem id factum rectè ex eo evincis, quod hoc *addimentum legatur in Veteribus omnibus Codicibus:* adnexum tamen manet, ex tua ſententia, non Johannis, ſed aliena manu: quale quid de ſcriptis divinis, pro Critica licentia, abſque ulla urgente ratione comminiſci, modeſtia non eſt, ſed temeritas, & minoris erga Scripturam reverentiæ argumentum.

An non potuit Johannes aliorum de præcedentibus teſtimonium ipſe ſua manu inſeruiſſe? qua ratione commode quoque acceperis ea quæ hiſce ſimilia occurrunt Joh. XIX 35. Quin imo ex ipſo textu apparet, non ab alio, ſed ab ipſo Johanne hæc eſſe ſcripto conſignata, dicitur enim, ὁ καὶ γράψας ταῦτα *qui & ſcripſit iſta.* Ad quæ verba rectè Grotius; *Mos eſt Johanni de ſe in tertia perſona loqui.*

Quo probe animadverſo, ſolida non videtur aſſertio Grotii, quam ut ſolet, ſuam fecit Hammondus, nimirum loqui heic *Eccleſiam Epheſinam.* Adoptat id non tantum Clericus, verum & *oſtendiſſe* jam memoratos viros temere addit; cum ne γρῦ quidem illius adjectionis aut ratione aut teſtis idonei auctoritate unquam, evictum ſit.

Quid ſi Johannes ex συνεργέταις alicui prælegerit hactenus à ſe exarata, illeque, rerum probe conſcius, calculum ſuum adjecerit, & ipſe ſua manu hac ratione inſeruerit textui hiſce verbis illius teſtimonium, *& qui vidit teſtatus eſt, & verum eſt ejus teſtimonium:* cui teſtem jungat conſcientiam ſuam hiſce verbis *& ille novit quod vera dicat.* q. d. „ *Animus meus mihi teſtis eſt in conſpectu* „ *Dei, quod vera dicam.* UT VOS CREDATIS. *Nempe*

pe in Deum & in Chriſtum ejus: quod ſanguinem ſuum pro peccatis mundi fuderit. Vide Coccejum ad l.

Johannis autem XXI. 24. *Notatur ſcriptor hujus Euangelii.* Et novimus. *Sunt verba Eccleſiæ, ut conteſtificantis. Johannes hoc addidit ut ſciremus, eum inter fideles, & qui ſcire poterant, hæc vera eſſe, hæc vel recitaſſe vel edidiſſe, & tacitè ab iis flagitaſſe, ut & ipſi ſubſignarent hæc vera eſſe. Adſcripto hoc, is qui recipiebat hoc ſcriptum, & tradebat, teſtis fiebat, Johannem omnia ex vero narraſſe, & indubitabile eſſe hoc teſtimonium.*

Vides itaque nullam heic de alterius ſcriptione aut calamo cogitandi neceſſitatem aut rationem eſſe. Nec ſi id fiat, parum decedit auctoritati univerſi hujus ſcripti, utpote quod non uno loco interpolatum ſit, adeò ut, quod Grotius contendit, integrum Caput ultimum ab alio auctore ſit adſutum.

Quanquam numeri mutatio Johanni familiaris ſit, ut notat Dodwel in Addendis ad Pag. 10. Diſſert. 1. in Irenæum, videtur tamen verbum ſingulare οἶμαι *puto, ſcio* eò adegiſſe Grotium, ut pro Eccleſia Epheſina, quæ proculdubio, ex pluribus conſtitit, ac proinde dicere ita commode non potuiſſet, οἶμαι, heic Epheſinum Epiſcopum in ſcenam producat; cujus & nomen hariolatur. Forte inquit, *is fuit Johannes ὁ πρεσβύτερος cujus ſepulchrum ſe Epheſi, diſtinctum ab illo Johannis Apoſtoli, vidiſſe memorat Hieronymus, & cui Veterum nonnulli adſcribunt epiſtolas duas.* Verba Hieronymi ſi quis accuratius fuerit contemplatus, næ is deprehendet à vero heic aberrare Grotium; non enim duo diverſa monumenta quorum unum Johannis Euangeliſtæ, alterum ſit hujus Johannis Presbyteri, *vidiſſe* ſe, ſed *oſtendi* dicit. Quo verbo uſus videtur, ut conſtet ſe heic narrare non quid verum ſit, aut ſentiat ipſe, ſed quid alii venditent. Hinc addit & *NB. nonnulli putant duas memorias ejuſdem Johannis Euangeliſtæ eſſe. Idque notavit*, inquit Calovius c. Grotium

tium *ad hunc l. propter opinionem a pleriſque traditam, quod duæ poſteriores Epiſtolæ Johannis non Apoſtoli ſint, ſed Presbyteri.* Alibi mentem ſuam aperit hiſce verbis in Epiſt. ad Paulin. *Jacobus, Petrus, Johannes & Judas Apoſtoli ſeptem Epiſtolas ediderunt, tam myſticas, quam ſuccinctas & breves; pariter longas in ſententiis.* Duas igitur illas Epiſtolas alii Johanni non-Euangeliſtæ adſcribunt non Hieronymus. Quin & Euſebius, ſi negotium ſedulò examines, nec a Johanne Apoſtolo alium illum diſtinguit, nec illi ſecundam abjudicat & tertiam Epiſtolam, ut notat Calovius loco citato. Papiæ quoque ſunt non Euſebii, quæ de gemino Johanne apud Euſebium Hiſt. L. III. Cap. XXXIX. reperiuntur. Ut Richard Simon hæc verba merito referat in rationes, non Euſebii, ſed Papiæ *Hiſt. Critique du N. T. Chap.* XVII. Dionyſii ſaltem tempore nullam Epiſtolarum, quæ hodie Johanni tribuuntur, alii cuidam Epheſi habitanti, aut qualicunque Johanni, adſcriptam eſſe, exertis verbis ipſe teſtis eſt apud Euſebium L. VII. Cap. XXV. De duplici iſthoc Johanne videſis Dodwellum Diſſert. I. in Irenæum. Cujus audacem de *ſecunda* & *tertia Johannis* Epiſtola conjecturam non probo. Putat enim à *Johanne Aſiatico*, ſic nuncupat, ſcriptas, deinceps Johanni Euangeliſtæ adſcriptas, idque factum à junioribus, qui multa de iſthoc Johanne audientes cum Euangeliſta confuderint.

Hieronymum ea, quæ de genuino Johanne dicuntur pro certis non habere, ex loco in de Script. Eccl. ad nomen Johannes, ubi narratiunculæ de duobus ſepulcris prodit incertitudinem, antea vidimus. Ad nomen *Papias* declarat idem Hieronymus, ſe ea, quæ de genuinâ memoriâ refert, dixiſſe propter opinionem aliorum de binis Epiſtolis ſecunda & tertia. Auctor Synopſeos Athanaſii operibus inſertæ utramque Epiſtolam agnoſcit tanquam genuina Johannis Euangeliſtæ ſcripta, quod & dictus Simon poſt alios notavit.

Epheſi ſcriptum eſſe Johannis Euangelium neg Theophylactus, quem ſequitur Halloix Vitæ Patru Tom. 1. p. 265. a. *Neque enim* inquit, *illi antiquiſſi Patres, quos pro ſua ſententia citant ii qui diſſentiunt, I næus ſcilicet, Athanaſius & Euſebius, ſuis verbis aliud in cant, quam Epheſi publicaſſe.* Ex Synopſi, Athanaſio a ſcriptâ, citat textum opinioni ſuæ impenſe faventer *Euangelium vero ſecundum Johannem & dictatum eſt ab Johan Apoſtolo & dilecto, cum exulaſſet in Patmo inſula, & poſtea eodem editum per Cajum dilectum & Apoſtolorum hoſpitem tame de quo & Paulus Romanis ſcribens &c.* Epiphanii teſtimo nium duorum priorum recentius eſt. Elidi tamen e ratione, qua Halloixius utitur, non poteſt, nimi enim limpide dictum; *Quamobrem cum multos jàm annos i Aſia manſiſſet Euangelium ſcribere coactus eſt.* Idem ad Augu ſtinum in Joh. incerti auctoris præfatio. Cui robur ad dunt ea quæ Clericus p. 4. profert ex Suida: Epi phanius Hæres. L. I. C. XII. *cum multos jam annos man ſiſſet in Aſiâ Euangelium ſcribere coactus eſt*, neceſſe habuit & judicavit. Ruffinus, in Præfatione ad Canones Concili Nicæni primi, inde Epheſinæ Eccleſiæ Epiſcopo Metro-politani nomen obtigiſſe ſomniat. *Noſtra*, ut rectè judicat Clericus, *nihil intereſt utrum credatur verius.* Satis eſt conſta-re, Johannem ſcripſiſſe. Rogatu autem Epiſcopi Epheſini, ut vult Grotius: aut, quæ Dodwelli, ex Hieronymi Ca-talogo ad vocem *Johannes*, deſumta ſententia eſt, Epiſco-porum Aſianorum. Quod ego quidem nec ajo nec nego.

Nolim lector putet, me ſtatuere jam Apoſtolorum tempore fuiſſe tales Epiſcopos, qualem heic Grotius, ſemper autem & ubique Hammondus ſomniat; quoſque ita immodice tantoque cum fervore dicam an furore ur-get illius Felli Epiſcopi ſtrenuus cultor Dodwel, ut de ſa-lute æterna ſpem vix ullam reliquam faciat iis, qui, non interveniente Epiſcopo, communionem habeant, co-lant atque exerceant cum Chriſto. Abſit; Integro licet & ſpiſſo

ſpiſſo ſatis volumine, Anglico idiomate edito, id contendat Vir cæteroquin longè Doctiſſimus.

Eccleſiæ Epheſinæ jam tum de tali Epiſcopo proſpectum fuiſſe, ex Actuum Capite Viceſimo mihi ſaltem non liquet. Imo *Presbyteri*, quorum mentio eſt, judice ipſo Grotio, ad Verſ. 17, *vocantur & Epiſcopi: nempe quia inſpectores erant gregis ut infra dicitur verſu* 28. *Princeps* igitur ille & *excellenter vocatus Epiſcopus Epheſinus* Grotii figmentum eſt, nulla ſeu ratione ſeu auctoritate fultum. Convocatis iſtheic loci Presbyteris æqualis prorſus honos defertur & dignitas, ratione habitâ paris prorſus miniſterii.

Utinam, quæ declinantis illicò poſt Apoſtolorum diſceſſum Eccleſiæ moribus, aut Doctorum non θεοπνεύστων dictis, imò vel minimis veterum Eccleſiæ Doctorum apicibus excutiendis impendunt ſtudium atque induſtriam diligentiſſimi nonnulli Angli, in Scripturæ Lectione, & ſignate accuratâ indolis regni Chriſti, atque Oeconomiæ Novi Teſtamenti, prout ei, quæ olim fuit, opponitur, contemplatione, collocarent! non ita ſemper & ubique Epiſcopatum, neſcio quem, jure divino, Presbyteratu majorem, abſque fine & modo urgerent.

Paucis confici totum hoc negotium poſſe ego quidem arbitror, eâque ratione, quæ nec Epiſcopos, quotquot veris & genuinis Chriſti & Eccleſiæ miniſtris accenſeri poſſunt, quos impenſe veneror, lædat, nec à non factioſis, modò quo ad doctrinam orthodoxis, diſſentientibus, ullo obtentu rejici poſſit. Videre poteſt, ſi quis velit, quæ paucis delineavi in Variis Sacris p. 485. & prolixius pertractata ſunt in Epiſtola, adverſus Clariſſ. Spanhemii filium Fredericum edita; cum quo id potiſſimum diſceptavi, an non Confeſſioni noſtræ Belgicæ repugnet ille Epiſcopatus, quem defendendum in ſe ſuſceperat. Qua de controverſia, ipſum Dodwellum, nedum moderatiorem qualemcunque Epiſcopum aut

Digitized by Google

Epiſcopatus, jure divino Presbyteratu majoris, vindicem, judicem non reprobo. Theologi Leydenſis reſponſioni nihil hactenus reponere neceſſe fuit, tum quod Lectores adeò non repererit, ut, ficto novo titulo, haud ita pridem, poſtquam tot annos jam typis deſcripta eſſet, ne prorſus blattis & tineis in prædam aut piperi involucrum cederet, obtrudere lectoribus debuerit Typographus; tum quod præter dicteria & calumnias vix quicquam contineat. Præterquam quod ita jam ab omni ſcriptione prolemica alienus ſit, ut, ad Anabaptiſtæ cujuſdam pro ſuis Apologiam, toties totieſque ipſum erroris & falſi, vernaculo ſermone, accuſantem, jamque iteratò editam, mutus ſit inſtar piſcis.

Hæc quidem occaſione primi, ſequitur ſecundum Clerici contra Alogianos argumentum: inde petitum, quod Juſtinus Martyr paſſim alludat ad hunc librum, tanquam ab Apoſtolo conſcriptum, ſignatè ad Caput Primum, verum id ita exequitur, ut hypotheſi ſuæ de voce λόγ☉, primum à Valentinianis uſurpata, ſerviat. Nimirum, Johanne iſtoc vocabulo utente, tutò demum uſurpatur Quod ſane verum non eſt cum dudum antea vox illa uſurpata fuerit. Sequentia quid velint, prorſus non capio; *quis σαρκοποιήσεως vocem ſuſtinuiſſet uſurpare, quæ facile in alienum ſenſum a malis aut incautis hominibus potuit flecti, niſi præiviſſet Apoſtolus.* At ubi Apoſtolus, ubi obſecro ullus ſcriptor ſacer unquam illo vocabulo uſus eſt? vel an Juſtinus, qui verbo utitur iſtius thematis, jam Apoſtolorum Catologo inſcribendus erit? Figmentum quoque eſt, id quod de impoſitis ab Apoſtolis *rebus, ſupra humanum ingenii captum poſitis, novis nominibus contendit*, cum paſſim Moſen & Prophetas imitati ſint, eorumque vocabula Hebraicis ferè reſpondeant. *Sine ſingulari afflatu nemini porro datum* dicit, iſtiuſmodi myſteriis, *novas adhibere voces.* Utique unicuique

licet vernaculè exprimere notiones vocabulorum, quæ in Græco reperiuntur aut Hebræo textu. Peculiari inſtinctu ad id agendum non indigent interpretes.

Loca citat ex Juſtino, quibus alluſiſſe ad Johannis loquendi modos, inprimis περὶ τοῦ λόγου, dici poſſit; verum eo cum ſelectu, ut producat ea, quæ minus a Socinianorum placitis diſcrepant; prætèrquam quod, verſionem mutans, paſſim enervet ἐμφατικοτέρως dicta. ἡ δὲ πρώτη δύναμις Langus vertit *Princeps autem virtus*, noſter mutat in *primam potentiam*, dilutè admodum vel eo, quod particulam δὲ prorſus negligat, quæ heic emphaſi non caret. Μετὰ τὸν Πατέρα Πάντων καὶ δεσπότην Θεὸν, καὶ υἱὸς, ὁ λόγος ἐστίν· Langus habet *ſecundum parentem & dominum univerſorum Deum, & Filius, Verbum eſt.* Particula καὶ junxerat *Filium* cum *Virtus*, ut ſignificet, eundem, qui Virtus dictus erat, Filium eſſe, quem deinceps Λόγον nuncupat. Noſter copulam negligit, inciſionemque, quæ inter vocabula καὶ υἱὸς & ὁ Λόγος ἐστὶν reperitur, ejicit. Dilute quoque vertit, *poſt patrem omnium & Dominum Deum, & Filius eſt Ratio*; cum dicat *Virtus* & *Filius Sermo* eſt.

Pag. 83. οἱ μετὰ λόγου βιώσαντες, Χριστιανοί εἰσι κἂν ἄθεοι ἐνομίσθησαν, οἷον ἐν Ἕλλησι μὲν Σωκράτης &c. *qui cum Verbo vixere Chriſtiani ſunt*, noſter *qui cum Ratione vixerunt.* Non quidem ægrè ferrem exigui momenti mutationem; modo vocabulum Sermonis ſubſtituiſſet, ſed utrumque illud vocabulum ſtudio evitat, eo quod, uſu dudum recepto in ſacris, rei cujuſdam ſubſiſtentis in nobis notionem excitet, quæ notio conceptibus D. Clerici prorſus repugnat. Et revera ea eſt mens Juſtini. Putat illis hominibus, quos inter gentes beatos prædicat, Chriſtum Filium Dei aliquo modo innotuiſſe. Imò doctrinam tum primorum patrum ante legem, tum Moſis inter gentes percrebuiſſe; quin omnem gentium ſapientiam ex ſacro fonte derivat hac ratione; ita putaſſe

videtur & τὸν λόγον Filium Dei κατὰ μέρος ipſis cognitum fuiſſe; atque ita *ſecundum* eum viventes & ratione bene uſos & tandem beatos fuiſſe. Pieronius in Notis loca ex Auguſtino profert, quæ eandem fere ſententiam produnt. Pag. 155. & 156. Juſtini Op. Tom. 1.

Adde de Clemente Alexandrino Lanſſelii, Juſtini Operibus p. 520. b. ſubjuncta. *Neque toto illo Libro, neque alibi voluit Philſoſophiam ſuffeciſſe ad Salutem æternam: ſed vice verſa & alia mente cenſuit Philoſophiam diſponere homines ad veritatis cognitionem & fidei ſuſceptionem. Libro primo ejusdem operis.* καταλαμβάνει ἡ Ἑλληνικὴ φιλοσοφία τι μέγεθος τῆς ἀληθείας ἔτι δὲ ἐξασθενεῖ πράττειν τὰς κυριακὰς ἐντολάς, ἀλλ' οὖν γε προκατασκευάζει τὴν ὁδὸν τῇ βασιλικωτάτῃ διδασκαλίᾳ ἀμηγέπη σωφρονίζουσα καὶ τὸ ἦθος. *Eodem libro primo pag. 137. clare oſtendit philoſophiam tantùm juvare, non autem eſſe cauſam* δικαιοσύνης. (*niſi moralis & naturalis*) *ideo docet ſe vocaſſe philoſophiam* συναίτιον καὶ συνεργὸν τῆς ἀληθοῦς καταλήψεως, *Illa eſt cauſa, cur eodem lib. 6. pag. 270. dicat, Deum elegiſſe in Ethnicorum vulgo viros quoſdam probatiſſimos, raræ & ſpectatæ virtutis, a quibus ſicut à prophetis veram de Deo doctrinam acciperent. Videtur ſane Caſaubonus non ſatis cepiſſe mentem Clementis, dum illa* ὡς οἷοί τε ἦσαν δέχεσθαι τὴν παρὰ θεοῦ εὐεργεσίαν *refert ad ipſos ſapientes. Fidei vero neceſſitatem tantam eſſe judicavit, ut idcirco ſacram ſcripturam in Latinam Linguam verſam eſſe dixerit: ne philoſophi ignorationem fidei pro excuſatione adferre poſſent. lib. 1. Stromat. pag. 125.* Ἀβραὰμ δὲ οὐκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη ἀλλ' ἐκ πίστεως. *Vide pag.* 136. 137. 153. 154. 270. 271. *Poſtea vero docet doctrinam cultus divini eſſe donum, fidem autem eſſe gratiam. Ex quibus profecto luce clarius elucet nullam à Juſtino committi periculoſam homonymiam, neque nudæ rationi ſalutem Ethnicis adſcribi. Sed fidei, ſine quà ratio parum valet. Itaque hanc priorem hujus animadverſionis partem cum Aureo Juſtini noſtri dicto claudere placebit ex prima apologia ſub finem.* οἱ γὰρ, *inquit* συγγραφεῖς πάντες διὰ

τῆς

τῆς ἐνούσης ἐμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς, ἀμυδρῶς ἐδύναντο ὁρᾶν τὰ ὄντα. ἕτερον γάρ ἐστι σπερμά τινος καὶ μίμημα κατὰ δύναμιν δοθὲν, καὶ ἕτερον αὐτὸ οὗ κατὰ χάριν τὴν ἀπ' ἐκείνου ἡ μετουσία καὶ μίμησις γίνεται, *Nam ſcriptores omnes propter rationis ſemen illis inditum, perquam tenuiter ea quæ ſunt, cernere potuerunt. Aliud enim ſemen alicujus, & imitatio pro virili parte conceſſa; aliud ipſum ſemen primarium per cujus gratiam inde provenientem, participatio illa & imitatio exiſtit.*

Quæ cum Juſtini mens fuerit, ut pluribus teſtimoniis facili negotio evinci poſſet, non alio ſenſu nonnullos ex priſcis gentibus Chriſtianos beatos dixit, quam quo τὸν λόγον Chriſtum cognovere.

Præter eos, quos ſacra pagina memorat, Græcos tantum aliquos recenſet; at quis ita parum a lectione Juſtini inſtructus ſit, ut ignoret omnem Græcorum ſapientiam, juxta ipſius ſententiam, ex ea manaſſe, quæ in Moſis ſcriptis reperitur & Hebrææ genti revelata fuit.

Ut irritum heic duplicem Clerici conatum videas. Unum quo veram τοῦ Λόγου notionem nobis excutere, alterum quo evertere neceſſitatem cognitionis filii Dei conabatur. In tranſitu id agenti pariter in tranſitu verbum unum atque alterum regerendum putavi.

At vide quantum in errore profecerint Remonſtrantes, anteſignanum ſibi gratulantes hominem plurima audacter profitentem, quæ deceſſores non ſine maxima ſollicitudine vel muſſitantes proferre auſi fuiſſent. Audi Doctisſimum Anglicanæ Eccleſiæ Antiſtitem Wigornienſem cum vivere deſiit Epiſcopum. „*Inter* „*Remonſtrantes*, inquit, *furit cum Socinianis Venator*; *Nego* „*(inquit) hanc propoſitionem*, *Nemo poteſt ſalvus fieri qui* „*Chriſto per veram fidem non ſit inſitus. Sed cautior ipſe* „*Arminius*, *facienti quod in ſe eſt inter Ethnicos ſubſternit gra-* „*tiam*, *ut ad alteriora promoveatur*, *juxta illud*, *Habenti da-* „*bitur*, *ubi meritum ex congruo Jeſuitarum*, *expreſſe agnoſcit.*

„*Abhor-*

Digitized by Google

„*Abhorrent autem à ſententia Curcellæi, non ſolum om*
„*Euangelici, tam qui Lutherani dicuntur quam Reformati, ſ*
„*plerique etiam è Pontificiis Theologis; Quamvis enim Scholaſti*
„*corum nonnulli, quos* transverſos abripit meriti æſti
„mium, *inquit Prideauxius, videantur propugnaſſe ſaluten*
„*Ethnicorum, etiam eouſque ut Colonienſes Thoologi librum olim*
„*emiſerint* de ſalute Ariſtotelis, *tamen procul fuerunt ab e*
„*errore quotquot tam propè ad caſtra Pelagii noluerunt accedere*
„*prælucentibus tum Lombardo ipſo Scholaſticorum parent*
„*lib.* 3. *Sent. dict.* 25. *tum Thoma Aquinate, Angelo Schola,*
„1. 2. *quæſt.* 113. *art.* 4. *ad* 3. & 4. *Videantur fuſe, hanc ipſam*
„*quæſtionem pertractantes Melchior Canus Dominicanus, Cana-*
„*rienſis Epiſcopus, de Sacram. p.* 2. & *Joſephus A Coſta Je-*
„*ſuita de Procur. Jud. Sal. libr.* 5. *cap.* 3. At è diuerticulo
„in viam.

Subſiſtentem λόγον cogitaſſe Juſt. Martyrem, quan-tumvis nonnunquam impeditè loquatur, ex eadem Oratione ad Antoninum apparet; ſic habet pag. 157. *Quam vero ab cauſam; per virtutem Verbi & de Parentis univerſorum & Domini Dei conſilio & voluntate ex virgine homo ſit editus & Jeſus cognominatus..... ex his quæ prolixè dicta ſunt, cordatus homo percipiet,* pag. 57. c. edit. Pariſienſis Morelli, *non alium fas eſt intelligere ἢ τὸν λόγον, ὃς ἢ πρωτότοκ☉ τῷ Θεῷ ἐςι. Hic virginem illapſus prægnantem eam reddidit.* p. 5. c. *Ille eſt qui per Davidem dixit foderunt manus meas & pedes meos.* p. 766. c. d. e. 77. a. b. 95. tota. Imo dicit illum qui *ut perſona locutus eſt in Prophetis. Sed enim cum &c.* Verum denuo Clericum audiamus.

Varias voces Platonicas antequam Johannes ſcriberet, in religionem Judaicam & Chriſtianam illatas exerte dicit. Premit veſtigia Socini & Chriſtophori Sandii: quem alii jam dudum ſolide confutarunt. Cum Clerico inprimis eandem ferè controverſiam nobis movente paucis decertanda ſimilis pugna videtur, utpote qui doloſe magis quam dictus jam Arianus eandem hæreſin palliare atque incul-

care

care pro viribus ſatagit. Seriò quidem negotium hoc agam, non tamen *malignè*; faxo enim, ut *rectè reprehenſus ſi*bi, æquis ſaltem arbitris videri poſſit.

En Hominis theſes pag. 15. 1 *Variæ voces Platonicæ antequam Johannes ſcriberet*, in *religionem*, quod valdè obſcurum est & dubii ſenſus, dico igitur potius *in Sacram Scripturam illatæ ſunt*. Obrepſerint ſcriptoribus Chriſtianis, in *religionem* tamen illatæ dici non poſſunt, niſi in eam Scripturam, quæ religionis norma eſt, ſint illatæ, de qua & hic quæſtio eſt & theſin ſuam adſeverat Clericus. 2 Id factum eſſe *antequam Johannes ſcriberet*. 3 Johannem eas *primum uſurpare*. Alibi ex ſenſu aliorum, quibus heic adſenſum præbet, repperit *une quantite de Phraſes Platoniciennes dans le Noveau T particulierement dans l' Euangile de S. Jean* Biblioth. Univerſ. Tom. x. p. 400. 4 *Et quidem ab ipſo Euangelii ſui initio.* 5 *Apoſtolum docere quo ſenſu voces illæ uſurpari debeant.* 6 Signanter id omne verum eſſe de voce Λόγος.

Ad probandas illas theſes ſe accingens hæc præmittit p. 16. *Si extarent nunc Scripta veterum illorum hæreticorum, non exiguam, ſine dubio, lucem huic negotio afferrent.* Inanis autem hæc velitatiuncula eſt.

Primo quidem nihil de illorum hæreticorum (Cerinthi ſignate & Ebionis, mentionem fecerat) ſcriptis conſtat: minus adhuc de ſcriptis quæ extiterint ante literis conſignatum Johannis Euangelium. De Ebionis ſignate ſcriptis nihil ſupereſt quod abſque dubio illius ſit. Nec unquàm extitiſſe certum eſt. *Inſeminatum* a Cerintho errorem dicit Irenæus, loco a Clerico allegato. *Cerinthi, Ebionis, cæterorumque ſemina pulluliſſe* dicuntur Hieronymo cum Johannes ſcriberet.

Quinimo an Ebion, id eſt homo aliquis qui nomine illo ut proprio inſignitur, in rerum natura fuerit, pariter vix conſtat. Euſebius Ebionæos memorat, non hominem, nedum hæreſiarcham aliquem Ebionem. Appellative videtur ſumere vocem. Duplex Ebionitarum

 genus

genus fuiſſe notat Hiſt. III. 27. & v. 8. verum ab h[omi]mine aliquo qui Ebionis nomen geſſerit, ſic dict[os] eſſe, haud credidit. Pejores ſic dictos putat tanqua[m] πτωχῶς καὶ ταπεινῶς τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ δοξάζοντες, reliqu[os] autem, eoſque melioris notæ, à Judæis propter pa[u]pertatem Ἐβιωναίους ſic nuncupatos cenſet Origenes c. Ce[l]ſum, L. II. pag. 56. Iiſque datum hoc nomen putat à J[u]dæis, qui de eorum gente in Chriſtum credebant. *Ebi[o]næi dicuntur quicunque e Judæis Jeſum pro Chriſto receperun[t]* ſic mentem Origenis exprimit in Notis Guilj. Spenceru[s]. Irenæus ſequioris illius generis Ebionæos non memorat quod jubet, ut recte notat Grotius, in partem meliore[m] de ipſis judicare. Hieronymus dubius hæret in Epiſto[-] la ad Auguſtinum. *Dogma* Ebionis &c. *tunc conſur[-] gens.* Idem teſtatur locis Clerico p. 15. & 16. allegatis. D[e] ſcriptis autem eorum nihil adſeverant. Cerintho, Ca[i] auctoritate, revelationes quaſdam adſcribit Euſebiu[s] L. III. c. 28. ut Ebionis cæterorumque hæreticoru[m] ſcripta extitiſſe unde tibi innotuerit ſcire deſiderem.

Secundò, licet & homines illi *extiterint* & ſcriptâ, qui[s] ita te certum hujus rei reddidit, ut adſeverare audeas, *non exiguam ea, ſine dubio lucem huic negotio fore allatura?*

Tertiò, quis præſtabit ex iis non fore manifeſtum contrarium prorſus adeòque falſi eſſe facillime convin[-] cendum Clericum? Quis dicet veram originem & uſum hujus vocabuli λόγος magis cognitum fore, ſi ſcripta illa legendi daretur copia? Quam autem falſa, imò invi[-] cem evertentia Ebioni & Cerintho imputentur, vel eo apparet, quòd nonnulli ipſam Johannis Apocalypſin huic adfinxerint. Tam parum eſt, quod de illorum hominum ſententiis novimus.

Sed perierunt: rectè. At ex iis, quæ nec ſunt nec unquam fuiſſe conſtat, paradoxas poſitiones firmatas velle, ineptum eſt.

Defectui illi aliquâ ratione reſarciendo inſervire poſſe

putas

putes *fragmenta eorum, quæ apud Irenæum extant*: at profer objecto ex illis fragmentis, quo theſes tuas fulcias. Nihil ex iis extundi poſſe, quicquid obtendas, vel eo palam facis, quòd, omnibus Chriſtianis omiſſis, ad unum Philonem provoces. Hunc *Apoſtolis, ſi nonnullis Veterum credamus, familiarem* dicis. De Apoſtolis pluribus non legi, de uno eorum, nimirum Petro, Philoni cognito, Hieronymus & Photius alicubi, verum ſic ſatis dubitanter. *Ajunt* dicit Hieronymus & *Suidas* de Viris Illuſtr. *Ferunt Photius* Vol. 105.

At quid de Philone? ab *eo eædem voces tam ſæpe adhibentur, ut non minus ad eum, quam ad memoratos hæreticos, reſpexiſſe Johannem crediderim. p.* 17. Voces nimirum Platonicæ in Religionem Chriſtianam illatæ antequam Johannes Euangelium ſcriberet, ſæpe adhibentur à Philone. Siccine? Ego verum illud eſſe pernego, immò nullam *vocem Platonicam in religionem Chriſtianam*, ante ſcriptum Johannis Euangelium], *illatam* eſſe, mihi eſt certiſſimum.

Quin Johannem Philonis ſcripta legiſſe prorſus fictum cenſeo. Opportunè mihi incidit locus Chryſoſtomi, paulò quidem prolixior, non unam tamen ob rationem heic inſerendus, ſic ille: in Joh. Homil. 1. *De Johannis genere patriaque & vita diſſerere profecto admodum peropus eſt, quippe cum quis Ioannes fuerit, & unde, & quibus ortus parentibus: deinde ejus vocem ſapientiamque didiceris, non illius eſſe doctrinam, ſed divinæ virtutis, quæ ejus animam inſpiraverit, planè cognoſces. Quâ igitur fuit patriâ? Nullâ quidem, ſed è villa, & regione abjecta, nulli rei utili; Galilæam enim contemnunt Scribæ, cum inquiunt: Interroga & vide, quòd ex Galilæa non ſurgit Propheta. Nec non & verus Iſraelita: Ex Nazareth poteſtne aliquid boni eſſe? Hujuſmodi Ioannes patria, non modo non inſigni aliqua familia, ſed ne notâ quidem, ortus eſt patre piſcatore, adeò paupere, ut eandem artem filios erudiret. Nemo autem ignorat nullum opificem cupere ſibi*

filium ſuæ artis hæredem relinquere, niſi nimia paupertate cogatur, maximè ſi ars ejus vilis ſit & abjecta: piſcatoribus verò nil pauperius, nil abjectius, addo etiam indoctius: in eorum autem numero alii aliis præſtant, hunc autem Apoſtolum ex viliori- bus fuiſſe id argumentum eſt, quod non in mari, ſed parvo quodam in ſtagno, cum patre & Jacobo fratre piſcabatur, ſciſſaque reſarciebat retia: quod non modicæ erat paupertatis indicium.

Sic eum vocavit CHRISTUS. *Ex his ſane intelligi poteſt, quam expers fuerit externæ doctrinæ, & omnium penitus ſtudiorum. Lucas etiam non ſolum indoctum, ſed ignarum omninò literarum fuiſſe teſtatur, & rectè quidem. Nam qui cum adeo inopia laboraret, ut nec in foro verſaretur, neque virorum præſtantium ullam haberet conſuetudinem, ſed piſcationi toto animo intenderet: vel ſi cui aliquando congrederetur, ſi piſcatores eſſent & coqui, quidnam feris & brutis præſtare debuiſſet? Quid non piſcium potius more obmutuiſſet? Hic tamen piſcator circum ſtagna, retia, piſces, ſemper verſatus, à Bethſaida Galilææ, patre piſcatore paupere & rudi, qui literas, neque ante, neque poſtquam* CHRISTUM *ſecutus eſt, uſquam didicit, videamus quid loquitur, quam aggreditur diſputationem. Nunquid de rebus agreſtibus aut fluvialibus, quibuſve inſtrumentis piſces capiantur? Hujuſmodi enim à piſcatore cognoſcere quiſpiam expectaret. Verùm aliud narrantem audiemus, hoc eſt, quæ in cœlo ſunt, & quæ nemo unquam ante hac intellexit. Talem enim & tam profundam doctrinam, vitam optimam, & Philoſophiam ad nos affert, qualem credibile eſt ab ipſis Spiritus Sancti theſauris accepiſſe, tanquam modo ex ipſo cœlo deſcenderit: imò neque omnes qui in cœlo ſunt ſcire ea credendum eſt, ut jam diximus.*

Nunquid hæc tibi piſcatoris videntur, an oratoris potius, an Philoſophi, an alterius cujuſpiam in hac exteriori edocti ſapientia? Nequaquam: non enim humanæ ſimpliciter eſt animæ, de immortali & beata illa natura, & quæ cum illa ſunt poteſtatibus, de natura corporum mortalium, & eorum futura imortalitate, de ſupplicio, de futuro Judicio, de verborum, operum, cogitationum & ſententiæ uniuſcujuſque examinibus intelligere,

quid homo ſit, quid mundus, quid verè ſit, quid cum non ſit eſſe videatur; quid vitium, quid virtus. Horum namque nonnulla Platonici & Pythagorei inveſtigare contenderunt. Neque enim reliqui nobis Philoſophi memorandi ſunt, qui in hujuſmodi diſputationibus perridiculi reperiuntur: hi etiam qui apud eos præ cæteris admirationi fuerunt, & illius ſcientiæ habiti ſunt Principes, hi maxime ſunt, qui & Reſpublicas & leges condiderunt: in quibus longe magis, quam pueri ſunt deridendi, cum mulieres omnibus communes inſtituerint, & mores, & nuptiarum pudorem, omnemque denique vitam tam ridiculis corrumperent ſanctionibus. Ut autem doctrinam aliquam de anima afferrent, nihil turpitudinis reliquerunt. Quippe qui mures, culices, frutices hominum animas fieri, & Deum ipſum animam eſſe, & alia quædam hujuſmodi turpiſſimè aſſererent. Neque hoc ſolum vituperandum eſt, ſed magnus eſt ipſorum verborum Euripus. Quemadmodum enim qui in Euripo ſunt, huc illuc jactantur: itidem hi nunquam ſibi conſtant, utpote incertâ, & fragili ſententiâ omnia loquentes. Verum hic piſcator omnia abſque ulla dubitatione diſſerens, tanquam petræ innixus, nulla ex parte titubat. Atqui illiteratus hic, & rudis à Bethſaida Zebedæi filius, etſi ſæpenumero nominum aſperitatem Græci deriſerint, audenter tamen dicam. Quanto enim magis noſtra gens barbara illis videtur, & gentili ornatu & cultu abſtinet: tanto noſtra apparent clariora. Hic, inquam barbarus & ineruditus hæc loquitur, quæ nemo unquam mortalium novit: neque loquitur tantum, ſed perſuadet. Quod ſi illud duntaxat aſſecutus eſſet, non parvam de ſe concitaſſet admirationem. Nunc cum alterum accedat longe mirabilius, quod maxime arguit divina eſſe, quæ ab eo dicuntur, quod per omne hujus vitæ curriculum, doctrinam ſuam univerſis perſuaſerit auditoribus. Quis infuſam ei virtutem incredibili admiratione non proſequatur? Et profectò hoc maximum eſt argumentum, nihil ex ſe ipſo Ioannem locutum, qui ex media barbarie Euangelio ſuo univerſum comprehendit orbem. Corpore autem habitavit Aſiam, ubi antiquitus omnes Philoſophorum ſectæ philoſophatæ ſunt; iccircò locus is dæmonibus obnoxius eſt,

& admodum formidabilis. In medio tamen inimicorum claruit, illorum fugata caligine, arcem evertit quam munitiſſimam. Animo vero in eum ſeceſſit locum, qui idoneus & acommodatus ei eſſet, qui ejuſmodi operaretur, ut gentilium opiniones penitus abolerentur, ſua autem indies fierent clariora. Ex quo enim & hic & reliqui piſcatores fuerunt, & Pythagoreæ & Platonicæ ſiluerunt diſciplinæ, quæ ſuperiori tempore tanti nominis & autoritatis ferebantur, ut ne nomine quidem à pleriſque ſint cognitæ. Atqui & Plato ad tyrannos ſe contulit accitus, ut ajunt, & multis cum ſociis in Siciliam navigavit. Pythagoras vero magnam Græciam inhabitans, innumera magicæ genera novit. Nullum hic tumorem verborum, atque fucum, nullam ſuperfluam compoſitionem & ſtylum ineptum videbimus (longe enim hæc ab omni abſunt Philoſophia) ſed divinum & inexpugnabile robur, & ſacrorum dogmatum tantam vim, ut nullo poſſit pacto ſuperari, præterea innumerabilium bonorum ſatietatem. Verborum ſane & orationis curioſitas ſuperflua eſt, & ſophiſtis digna, vel potius ignaris adoleſcentibus, ut ipſe quoque apud eos Philoſophus inducat magiſtrum ſuum admodum hanc artem apud judices coarguentem, quod verba ab ipſo audient ſimplici, ut ita dicam, doctrina, ſubruſtica, nullis vocabulorum fucata illecebris. Haud enim decet, inquit, ô viri hac in ætate fictâ fucatâque oratione adoleſcentuli more, me audiatis. Et animadvertite quam ſit ridiculus. Quod enim tanquam turpe, Philoſophia indignum, & adoleſcentulorum opus fugere profeſſus eſt, huic ipſe maxime operam dedit, hoc unum ſummo ſtudio contendit, & nihil in Platone præter hoc admiratione dignum videri licet. Si quid enim ab his utilitatis accipi poſſet, & amplius huic ſermoni eſſet immorandum: ſin adeo frivola, turpia, ridicula, deſpicienda ſunt & ſupervacanea. Quare tandem eorum fabulis omiſſis veram aggrediamur doctrinam, quæ ad nos per hujus piſcatoris linguam cœlitus deducitur. Nihil enim humanum, nihil terrenum ſapit. Agite igitur ipſam Joannis orationem in medium proferamus: In principio enim erat verbum, nihil aliud quàm quod ſemper ſit ſignificat. Ecce veram Philoſophiam, & divina dogma-

ut non qualia gentilium, qui tempora, & Deos hos antiquiores, illos juniores poſuerunt, ſed nihil tale in noſtra religione. Nam ſi Deus eſt, quemadmodum eſt, nihil eo ſuperius: ſi omnium conditor, primus: ſi dominus & princeps omnium, omnia poſt ipſum & creatura, & ſecula.

Quantum hæc differant à noſtri hominis cogitatis neceſſe non eſt ut ſingulatim recenſeam. Siluiſſe poſt piſcatores illos auditos Pythagoricas & Platonicas diſciplinas longe aliud quid eſt, quam illuſtratas a Johanne, imo verba & phraſes inde in religionem tranſlatas ſingulari que cura explicatas eſſe. Meræ nugæ.

An Philo jam ita innotuerat, ut de ſenſu, quo ille Platonica vocabula acceperit, ex ipſo doceri potuerit Johannes? Nec Johanni tantum, verum & iis qui primi Euangelii Lectores futuri videbantur, cognita eſſe debuerunt Philonis ſcripta, tantæque auctoritatis, ut magnopere ſe ædificatos & Iohanni obſtrictos credituri ſint, eo quod didicerint quo ſenſu Philo acceperit quæ in religionem tranſlata erant vocabula. Spencerus alicubi, *veritatis hujuſce geminam, radio licet obſcuriore emicantem, in Philonis ante laudati, fabularum ſterquilinio forſan oſtendere poſſimus*, de Leg. Hebr. L. III. Cap. IV. Diſſert. VII. p. 399. Quam parum proinde ei tribuat ſequentia palam faciunt. *Sed forte Philonem illum, ut nugacem & nullius fidei ſcriptorem, non pauci repudiabunt.* Tam exigua exiſtimatio eſt, quam, tot ſeculis, ipſo Spencero teſte, ſibi comparavit Philo, cujus tamen adhuc recentis, imo vix dum cogniti, tam ſollicite ab ipſis apoſtolis ratio ſit habita, ut de vocabulis *in religionem ex ipſo & aliunde tranſlatis* mentem explicare Iohanni operæ pretium fuerit?

Ab uno figmento, ſomniantis inſtar, ad aliud progreditur Clericus p. 17. Johannes enim licet, temporis ratione habita, potuerit legiſſe Philonem, legiſſe tamen tu nec probaſti nec probabis unquam. Certe Johan-

Johannis vitam, prout ea nobis a Veteribus narratu & habitationis atque exilii loca, præterea, genium labores, ſtylum & omnia ubi conſideres, præjudici dementatus ſis oportet, qui lectum à Johanne Philo nem credas, nedum ita ſecure adſeveres. Nimirum verbis Origenis utor *a paternis ritibus abductus* Galilæu Philonem legit examinavit & cum Platone contulit.

Immò verò ridet Origenes quando Platonica ab Apoſtolis male accepta cauſatur Celſus, quos ea ne quiden noviſſe autumat, nedum curaſſe, ut ne forte minu rectè ipſorum vocabula acciperentur.

Et legerit Philonem, haud tamen ſequitur vocabula ex Platoniciſmo jam dudum *in veram Religionem illata curioſè obſerviaſſe*, nedum *explicaſſe*, & *adverſus eorum abuſum lectores munire voluiſſe*. Haud ſecus ac ſi hac in parte Scholiaſten Platonis aut Philonis egerit vir Dei. Vides quam altum noſter de divina inſpiratione ſentiat, quam Spiritus Sanctus ita direxerit, ut in re maximi momenti ea Johanni dictaverit, quæ ad convenientem vocum Platonicarum, Philoni forte familiarium, ſenſum facere videantur. In reliquis ipſa quoque verba a Spiritu S. Sacris Scriptoribus inſpirata eſſe, non credit, ubi autem de Platonicis vocabulis ſcribendum erat, peculiarem curam adhibuit Spiritus, ne illa non in ſacris literis reperirent honeſta, quibus memorarentur, loca. Tanta res eſt ſapere & de Critica habilitate ſua altum ſentire Quid? luce meridiana clarius demonſtrabo, falſa, ficta & vana eſſe omnia; teque in re ſeria ludere, faciam, ut palpet Lector.

Johannem *potiſſimum illas voces* in initio ſui Euangelii adhibere non minus falſum eſt, quam prophanum illud tuum de Popa Samaritano Pentateuchi ſcriptore εὕρημα.

Johannem *id egiſſe, ut, quo ſenſu uſurpari poſſent, Chriſtiani intelligerent*, pariter fictum eſt, nulloque vel leviſſimo ti-

bici-

tione fictum. Lego Johannem, initium Euangelii ejus lego & relego, nuſquam deprehendo id quod incauto Lectori ita audacter obtrudis. De λόγῳ multa loquitur; at de uſu & ſignificatione ac ſenſu vocis dic obſecro, quid tu ex Johanne didiceris. Vera ſi loqueris, quæ fiet, quod viros luminoſos de iſtius vocabuli ſenſu ita adhuc diſſentientes non erudias, eorumque componas diſſidia, qui ad unum omnes Johanni adſurgent?

Nec quicquam dictorum *ex collatione Johannis cum Philone*, ulli cordato & prudenti perſuadebis. Sed *antequam ad rem ipſam aggrediaris conjecturæ allatæ pondus te additurum* polliceris. Id pondus te addere tibi imaginaris *prolatis nonnullis* Philonis *locis*, *in quibus ſimilia habentur verbis, quæ à Chriſto ipſo in hoc* Euangelio, *Apoſtoliſque dicuntur* p. 177. De vocabulis Platonicis locutus eras *in religionem allatis* antequam Johannes ſcriberet. Addideras, Johannem in eo eſſe, ut doceat quo ſenſu vocabula illa Platonica accipi debeant. Hæc probaturus ad unum Philonem provocas. Admiranda argumentandi ratio! non minus tamen haud ſecus ratiocinaris, ac ſi ex eo, quod verbis à Chriſto et Apoſtolis prolatis *ſimilia in Philone* occurrant, ſequeretur, vocabulum λόγος a Philone multum acceptum & per Philonem ex Schola Platonis in religionem tranſlatum eſſe, ſignatè quidem à Johanne receptum atque explicatum. Quibus nullam vim ineſſe vel tyrones vident.

Verum quantumvis varia ex Philone polliceris, iis quæ à Chriſto & Apoſtolis dicta ſunt ſimilia, ne unicum tamen ſpecimen exhibes, cui non magis ſimile quid in Moſe & Prophetis occurrat. Hoſce autem cum legerit Johannes, ad eoſque tum Chriſtus, tum reliqui Apoſtoli loquentes provocent, imo nihil extra illos docere ita ſerio teſtentur: Imo cum eodem ſpiritu actus fuerit quo illi: verborumque ab illis uſurpatorum recta acceptio ipſi, ut magni momenti res, cordi

fuerit, quis, præter Clericum, in animum inducat, [illegible]
credat eum de Platone tamen, de Philone ſimilium qu
vocabulis potius cogitaſſe, operamque navaſſe ut genu
nam illorum ſignificationem Chriſtianis inculcare.
Certe ita inane hoc ſomnium eſt, ut divino judici
factum credam, vana eruditione turgidum, veraqu
verbi & ſpiritus Chriſti veneratione deſtitutum homi
nem, tam ſe proſtituere turpiter.

Et, quod magnopere ad hanc rem facit, quis eſt qu
ignoret, ut jam Moſen taceam & Prophetas, quant
ſit in Novo Teſtamento copia locutionum, quibu
prorſus ſimiles in paraphraſibus Chaldæis Judæorum-
que traditionibus reperias. Hæc notaſſe ad convincen-
dos Judæos non inutile videri queat; ſed vocabula, ubi
de rebus maximi momenti & ad Chriſtianæ doctrinæ
nucleum facientibus agunt diſcipuli crucifixi Jeſu, eo-
rumque ſenſum ex Platone repetita velle; aut Jeſu
diſcipulos de Platonicorum vocabulorum vero ſenſu
ſollicitos fingere, næ id deliræ eſt prorſus ne dicam
profanæ Critices. Unice ceteroquin id omni ſtudio
agentes, ut ne rerum quidem nedum verborum, ſub
Moſis nomine ſcripto conſignatorum, curam habuiſſe
Spiritum Sanctum putemus, heic ſuarum hypotheſeων
obliti, ubi Platonica occurrunt, de ſelectu vocabulo-
rum ſollicitum fingunt Sp. S. Paulus ſcatet ἀκυρολογίαις,
hibrido Johannes ſtylo eſt, & in præſenti de accurata
perceptione vocabulorum Philonis ita eſt ſollicitus.
Hæc demum noſtri hominis ſublimis & vere erudita
Criſis eſt.

At obſecro, cum ſimilia iis, quæ ex Philone pro-
fert, etiamnum in Judæorum vetuſtiſſimis ſcriptis,
inprimis Kabbaliſticis, occurrant, an & ea ex Philone
potius hauſta dices, quam ex deceſſorum monumen-
tis, quantumvis clara illorum repperias apud eas ve-
ſtigia.

Ad

Ad Philonem redeo: is utique Moſen legit & Prophetas; alios præterea homines, Catecheſeos patrum noſtros, & traditionibus veterum innutritos ſi non legerit, loquentes ſaltem audivit: quæ igitur tandem ratio, cum ex iis & cogitata illa & vocabula quam plurima quæ reſp cis, hoc ſaltem de quo nobis lis eſt, haurire potuerit, quæ inquam ratio te adigit, ut, occaſione ſimilitudinis tum conceptuum, tum vocabulorum, in illis reperiundorum, non de iis potius, quam de Platone cogites?

Inprimis cum is ſit Philonis genius, ea indoles, ut quis eum probe conſiderans, longe facilius credat, ex Judæis, eorumque doctrina, imo Scriptura ipſa deſumpſiſſe quæ de rebus divinis tradit, quam ex Platone aut ſimilibus. Tenaciſſimus fuit patriarum legum ſectator, Platonem vero nec ita multum legiſſe videtur, nec amaſſe. Prius, quantumvis paradoxum ſit, ex eo conjicio, quod de ſententia Platonis, in re maximi momenti, hæſitanter loquatur: en verba in Tractatu *Quod Mundus ſit incorruptibilis*, pag. 728 F. *Ipſe forte fortuna in commentarium Ocelli hominis Lucani incidi, cui de univerſi natura titulus, in quo mundum incorruptibilem non tantum aſſerit, verum etiam argumentis conatur oſtendere. genitum autem ſed incorruptibilem* ajunt *a Platone in Timæo dici.* Ut ab aliis de mente Platonis hæc & quæ ſequuntur accepiſſe videatur. Inprimis cum, iis enarratis, quæ Platonis verba ſint, ad Ariſtotelis de mente Platonis teſtimonium provocet, pag. ſeq. *verum etiam quia hoc de Platone teſtatur Ariſtoteles, quem puduit mentiri ut Philoſophum, & fide dignum creditur teſtimonium amici de amico.* Agit de dogmate, de quo, quid Plato ſentiat, vix ambigere queat ita in Platonis ſcriptis verſatus, ut in rebus maximi momenti eum fuerit ſecutus; id quod Clericus ex communi opinione ſtatuit. Neque ad alterius de Platonis mente teſtimonium provocaret, ſi diligenti lectione ipſe de illa ſatis inſtructus eſſet; inprimis in eo

re de qua iſtic agit Philo. Quiſquis enim in Platonis ſcriptis mediocriter tantum fuerit verſatus, dubitare non poteſt an ſtatuerit id quod toties totiuſque inculcat.

Accedit quod Platonem tantopere vituperet; *Hæc quoque*, loquitur de Xenophontis & Platonis dictis, *ſi conferantur cum noſtris contemplativæ vitæ ſectatoribus, erunt ridicula. . . . . Hæc n Moſis diſcipulis a prima ætate [illegible] aſſuetis faſtidiuntur.* Vides quam male de Platone ſentiat, quamque ipſi immensùm præferat Moſen: quapropter, hoc miſſo, in rebus divinis Platonem potiſſimum conſuluiſſe, nunquam credam. Imo in Tractatu de Temulentia videre eſt quam exigui apud ipſum ponderis fuerint cum Moſe comparati ad unum omnes Philoſophi. Videſis p. 209. Quin imo ab initio dicti tractatus mentem ſuam aperit his verbis. *Quæ ab aliis Philoſophis de temulentia dicta ſunt, ut potuimus in præcedenti libro memoravimus: nunc conſideremus quænam ſit maximi ſapientiſſimique legiſlatoris ſuper ea re ſententia.* p. 187. a. Quis credat in rebus divinis cernendis non pariter Moſen ſummum doctorem ſelegiſſe? Nec puto diverſam ipſi fuiſſe Philoſophandi rationem, cum ea, quam tantopere in ſuis illis therapeutis prædicat & therapeutridibus: *Legentes ſacra volumina, dum operam Philoſophiæ per manus accepto a majoribus.* En Philoſophiæ Philonicæ fontem, non Platonem, quem tantopere vituperat, ſed Moſes aliique qui Spiritui Sancto a manu & ictis fuerunt.

Dicis: *nullo dogmate Chriſtiano magis offenduntur Judæi, quam eo quo ita Deum unum eſſe dicimus, ut tamen Patrem Filium & Spiritum Sanctum, in quorum fidem baptizamur, memoremus.* Sic viam pandis ad probandum id quod antea affirmaveras. Nimirum Judæi illam doctrinam aſpernabantur: apud Philonem reperiuntur quæ eam redoleant, pariter apud Platonem occurrunt phraſes vocabula ei exprimendæ idoneæ: ex hoc igitur ille, non ex Moſe, non ex Judæis didicit, ſaltem voces illas, quales cum

& Jo-

& Johannes uſurpet, concludis eas in religionem tranſlatas antequam Johannes Evangelium ſcriberet, earumque verum uſum accurate docere. Imo veriſimile eſt *lectitatum a Johanne & Judæis fuiſſe Philonem* p. 19. Meta ἀκρίβεια.

Primo quidem noto hominem noſtrum ita heic proponere doctrinam Chriſtianorum, ut ne quidem hodie, ita nimirum propoſita, Judæis offendiculo ſit; poſſunt enim verba illa accipi ſenſu Socinianorum, atque ita, ut, licet Baptiſmus ille non arrideat, doctrina tamen magnopere offendere non poſſit. Etiam Sociniani ea *ratione Deum unum eſſe dicunt, ut tamen Patrem Filium & Spiritum Sanctum, in quorum fide baptizamur, meminerint.* Et notum eſt, eos remotum illud Judæorum S. S. Trinitatis offendiculum ſibi gratulari. Atque utinam illi quoque qui inter Remonſtrantes hac in parte minus benè & orthodoxè ipſi ſentiunt, non & Judæis & Socinianis eouſque occurrant, ut, ſi non veritatem, credendi ſaltem illius dogmatis neceſſitatem negent; imo ſerio atque operoſè eos oppugnent, qui eam ſtatuant. Exemplum ſit D. Limborch, tum in tepido ſcripto adverſus Orobium, tum in Theolog. Chriſt. L. v c. ix. qua in parte premit veſtigia deceſſoris ſui Epiſcopii.

Secundo: id quod de Judæis dicit, hodiernis magis convenit, quam iis, qui tempore Johannis vixere, utpote quando doctrina Trinitatis nondum fuit penitus obliterata. Doctrinam Trinitatis cum dico, non reſpicio potiſſimum vocabula aut phraſes quibus hodie pluſimi utuntur, ſed ipſum illud dogma, quo Deus ſtatuitur unus & tres, ea ratione, ut tres ſint unum. Veſtigia illius veritatis adhucdum in Judæorum ſcriptis palam faciunt receptam fuiſſe olim & agnitam. Non enim à Chriſtianis aut Græcis ea Kabbaliſtis & Karræis recepta dicet, niſi qui utrarumque ſectarum genium & mentem prorſus ignoret. Imo ipſæ illæ denominationes priſcis Judæis cognitæ fuere & receptæ.

Locum ex Zohar huc facientem exhibeo in Summa Theol. Cap. III. §. CCCLXXXII. Hæc ex portæ Juſtitiæ producit *Joſephus de Voiſin de Trinitate* §. VIII. *Scriptum eſt Deut.* VI. 4. *Deus, Deus noſter, Deus unus eſt. Quod eſt myſterium unitatis nominis Tetrogrammati hac ratione. Dictio prima, Deus, refertur ad Literam primam nominis divini, Jod, qua complectitur myſterium Coronæ ſuperioris, & Sapientiæ ſecundum myſterium apicis Literæ, Jod, & ipſius jod.* Τὸ *Deus noſter, deſignat Intelligentiam, quod eſt myſterium He prioris nominis Sancti.* Τὸ *Deus deſignat decorem, quod eſt myſterium Vau Literæ tertiæ nominis divini. Addit ex Zohar* אבא היא חכמה *pater eſt ſapientia.* ואו אתקרי בן *Vau Vocatur Filius.* רוח אלהים בינה *Spiritus Dei eſt Intelligentia. De loco Deut.* VI. 4. diſſerit egregiè Biſterf. c. Crell. p. 107. Sabbathi die quod tria celebrent convivia, huc reſpicit, in Libro jam allegato. Quum quis tria celebrat convivia die Sabbathi, perinde eſt ac ſi unitatem Dei benedicti curaret NB. ſecundum Myſterium *Zach.* XIV. 9. *Deus unus, & nomen ejus unum, Deus cujus nomen eſt* בשלשה ספרים in tribus numerationibus *ex Ietzira cap.* 1. מן השלשה יסר מעונו וכלם הלוים ועומדי׳ מבחר ex tribus fundavit locum ſuum (*NB.* locus quotieſcunque de Deo occurrit, profecto intelligitur gradus eſſentiæ Dei benedicti. *Maimon. More Nebhochim part.* 1. *cap.* 8.) quæ quidem tria pendent & ſtant in unitate. *Hæc tria Hebræi vocant in lib Ietzira* ספרים numerationes הויות hypoſtaſes & in *libro portæ Iuſtitiæ* פנים הפנימים perſonas & facies intrinſecas. *Hinc Iudæi in die Tabernaculorum.* Deus qui ſanctificaris tribus benedictionibus. *Notandum autem, quod Emanationem quoque ſignificet Sanctificatio. Sic in Libro Portæ Juſtitiæ,* Scito Sanctificationem eſſe myſterium, quo deſignatur *NB.* proceſſio Emanationum è CORONA. (*hæc eſt Pater ut antehac notavimus*) quod eſt Myſterium Jeſaiæ Capite Sexto, Sanctus, Sanctus, Sanctus,

„Theodoretus Tom. iv. p. 496. Trinitatis tamen „dogma ne tunc quidem ventura in poſterum penitus „occultavit, perfectionis Theologiæ quaſi ſemina quæ„dam diſpergens. Ideo ſingulariter quidem ſub unius „nomine legem ſancit, obſcure tamen Trinitatem in„dicat. Quo enim dicit *Audi Iſraël, Dominus Deus Tuus* „*Dominus unus eſt*. & unitatem Docet & Trinitatem in„dicat. Semel enim Deum enuntians biſque Dominum „repetens, Trinitatis numerum oſtendit. Addens vero „*unus eſt*, & NB. congruentem Judæis doctrinam attulit, „& unam eandemque divinam ſubſtantiam eſſe docuit. „Una ſiquidem ſanctæ Trinitatis & ſubſtantia & pote„ſtas eſt, & voluntas. Eamque ob rem inviſibilium „poteſtatum chori hymnum Deo concinentes ter qui„dem *ſanctus*. Semel autem *Deus* proferunt: ibi quidem „numerum proprietatum declarantes, hic autem com„munem dominatum ſignificantes. Atque hic quidem „per ænigmata quæ Trinitatis erant oſtenſa ſunt, aliis „autem locis manifeſtius eadem Sancti Patres. Moſes „enim vir divinus, mundi genituram conſcribens, nar„ranſque hominis plaſmationem, Deum omnium opi„ficem ſic locutum ait: *Faciamus hominem ſecundum ima*„*ginem noſtram & ſimilitudinem.* Moſe ſubjunxit *Fecit Deus* „*hominem ſecundum imaginem Dei fecit ipſum* & Deum ap„pellavit tum opificem hominis, tum eum cujus ad „imaginem formavit quem effinxit, non quod alia hujus, „alia illius ſit ſpecies una ſiquidem natura eſt Trinita„tis. Ideoque ait Deum dixiſſe *faciamus hominem ſecundum* „*imaginem noſtram & ſecundum ſimilitudinem* addiditque. „*Secundum imaginem fecit ipſum*, Ut oſtenderet differen„tiam perſonarum. Sed & Noemo &c. Gen. ix. 3. „xix. 4. Pſ. xxii. 6. Eandem vero nobis doctrinam „tradunt Eſaias Propheta, & Hieremias, & Ezechiel, „& Daniel, & Zacharias, & Michæas, univerſuſque „Prophetarum chorus. Nec ineptè idem ex loco

Deut. vi 4. pro trinitate argumentatur *Illud enim Domi-nus, Deus Tuus, Dominus unus est, unitatem ſubſtantiæ ini-& perſonarum numerum demonſtrat, ſemel enim poſuit Deus bis autem Dominus*

Verum occaſione *trium benedictionum* in die tabernacu-lorum, mihi incidit id quod docte & acute alicubi in Epi-ſtolis ad Reuchlinum & a Reuchlino ſcriptis dictum repperi. Sic Galatinus Reuchlino dictarum Epiſt. L. I. *Scribis præterea priſcos Romanorum tribus erectis digitis, reliquiſ-que duobus in palmam depreſſis hominum multitudini benedictio-nem tribuere ſolitos fuiſſe. Quod nuſquam ego (ut verum fatear) me legiſſe memini, te tamen qui longe plura vidiſti apud eos le-giſſe minime dubito. Ego enim apud Hebræos duntaxat id facti-tatum comperio. Nam cum ſummus ſacerdos populo benedicturus erat ex Dei præcepto diceret* יברכך יהוה וישמרך יאר יהוה פניו אליך ויחנך ישא יהוה פניו אליך וישם לך שלום *ambas manus ante faciem ſuam protenſas tene-bat. Quum vero nomen Dei Tetragrammaton proferebat, tres mox utriuſque manus digitos, pollicem ſcilicet indicem & me-dium altius erigebat, reliquos duos in palmam depreſſos ha-bens, & ſic nomine illo prolato, tres ſtatim ejuſdem digitos in-ſimul tenebat, ut veteres Thalmudiſtæ tradiderunt, quod nul-lam aliam ob rem fieri inſtitutum eſt, niſi ut divinarum perſo-narum Trinitatem, divinæque naturæ unitatem per nomen illud deſignari palam oſtenderetur.*

Nunc Reuchlinum audi. *At de numero ipſo digitorum plane hoc me ſuperas, qui a veteribus Thalmudiſtis traditum legiſti, pollicem, indicem & medium in benedictionibus erigi, reliquis depreſſis. Quanquam & ego digitorum meminiſſe Salo-monem Gallum legi. Sed non ſingulatim quum pene individue ſic.* לפי שהכהנים פורסין כפיהם לומר הקב"ה עומד אחרינו שנ' הנה זה עומד אחר כתלנו משגיח מן החלונות מבין אצבעות של כהנים Propterea exten-dunt Sacerdotes manus ſuas ad indicandum quod Deus conſiſtat poſt nos, quemadmodum dictum eſt Ecce

hic

ic conſiſtit poſt parietem noſtrum, proſpicit ex fe-
eſtris, ab inter, e medio, digitorum Sacerdotis: *Quas autem nunc credimus Benedictiones, ea Romanis vota & imprecationes fuerunt, non diræ, ſed, divinæ bonitatis invocationes, quæ indigitamenta nuncuparunt. Unde indigitare idem quod imprecari, Feſto Pompejo autore. Utque in ſacris Romanorum ſcriptum legimus. Virgines veſtales ita indigitant. Apollo Medice! Apollo Pæan! Et Cornelius Labeo aſſerunt. Majam eandem & bonam. Faunamque Opem & Fatuam Pontificum libris indigitari. Quo inſinuant, non tota palma, verum uni, diſcretis digitis, ſacerdotales imprecationes fieri. Tribus autem tantum numero nec ultra, qui numerus apud Pythagoreos in ſacris Deorum prævaluit, & ritum ſubſcribit eidem in libro Cœli Ariſtoteles. Unde arcanum hoc eſſe dum per ſe licet opinabimur, quia in illorum Pontificum diſciplinis verbum digitare tribus lineolis praſcriptum erat. Idque poſtea prophani & ejuſcemodi ſacris non initiati, quippe neſcientes legerunt indigitare pro III. digitare, hoc eſt tridigitare, quod æque potuiſſent ut triplicare triſulcare tripertiri, & ejus formæ cætera. Veteres ſane ter conſulem tribus lineolis præpoſitis ita. III. COS. notarunt. Sed nos multitudinem ſequuti dicimus indigitare tribus digitis bona precari, hoc eſt benedicere. Quem morem & ab Hebræis Pythagorei, & a Pythagoreis Romani recipere potuerunt, & nos a Romanis juxta oraculum Apollinis Pythii, quo inſtitutum erat religiones teneri quæ eſſent in more majorum, & ex moribus eum qui eſſet optimus. Unde ut ſimilia homines, ſic Maga illa quondam apud Ovidium ſacerdotes Romanos imitari conatur. Et digitis tria thura tribus ſub limine ponit. Tribus igitur digitis primoribus erectis & reliquis duobus humilitatis.*

Galatino quidem quantum tribuendum ſit neminem hodie fugit. An tamen hæc ita prorſus explodenda ſint, ut arbitratur Clariſſimus Wagenſeilius in Sotam pag. 673. penes Lectorem judicium ſit. Saltem Weidnerus, citatus Calovio, ſuo teſtimonio confirmat id quod de trium digitorum elevatione Galatinus. *His benedictioni-*

bus Sacerdos alicui benedicens, protenſas ante vultum ſu
palmas utraſque tenebat, cum vero diceret Jehovah, tres dig
priores, pollicem videlicet, indicem atque medium manus utri
que erectos altius erigebat; & dicto ita Domino, digitos ut pr
remittebat. At quicquid aut rideat Smalcius c. Scho
perum p. 13. aut ſpernant alii Judæi: Trinam r
petitionem nominis Dei in benedictione Pontific
non ſine continua accentuum mutatione, myſteriu
indicare Bechai & Rakanati rotundis verbis decl
rant. Imo Rakanati exerte dicit heic eſſe יחוד
הפרצופין *unitatem perſonarum*. Prius vocabulum no
Talmudicis tantum verum & Targumiſtis paſſi
Dei, nominiſque ejus unitatem notare certum eſt
ſic Cantic. VIII. 9. יִחוּד שְׁמֵיהּ. Threnor. III. 28
יחודא דשמא דיי׳ *unitas nominis*, unitas nominis Jeho
vah. Alterum Græcam ſapit origenem, quod rect
notat Buxtorfius in Lexico, *eſt corruptum ex Græ*
co πρόσωπος. Kabbalę denudatę editor pariter verti
perſonas.

Lubet audire Altingium Fil. Tom. 1. p. 320. *Elohim*
cum Jehova unitatem eſſentiæ dicat, hic pluralitas indicatur:
Plures ſunt Perſonæ. In ipſa creatione & regiminis initio illud pa
tuit, ut diximus. Kabbaliſtæ: qui per literas de arcanis mne-
moſyna faciunt, dicunt, „ Elohim ſignificare אל הם *Deus ſunt,*
„ plures illud habent quod Dei eſt, & nomen illud facit competere;
ſed autem quod deeſt in duabus iſtis vocibus, ad indicium extare.
Eccl. 12: 1. *Recordare* בוראיך *Creatorum tuorum; quod in-*
telligentes facile aſſequuntur. Plures ergo ſunt Creatores, quia
Elohim in Creatione dicitur: quemadmodum etiam Job 35: 10.
cuivis id agnoſcendum eſſe docetur, quando quæritur Elihu;
neminem dicere, ubi eſt Eloah עושי *factores mei. Nam Spi-*
ritus Domini fecit omnes. Job. 33: 4. *& Verbum illuminat*
omnem hominem venientem in mundum. Joh. 1: 9. *& memo-*
ratur in Baptiſmo Chriſti. Matth. 3: 16. *ſ. & in Baptiſmo*
noſtro Matth. 28: 19. *quemadmodum olim apud Judæos in*
Baptiſmo

Baptiſmo proſelytorum Elohim triumviri Judices auctoritatis & teſtimonii ergo interfuerunt, ſic Chriſtus voluit trium cœleſtium (quos illi repræſentabant) nomen invocari, & præſentiam illorum profeſſione exprimi. Atque ſic in V. T. Eſ. 63: 9. ſ. memoratur Iehova, & Angelus Faciei, (qui alibi Angelus Exod cap. 23:20. & faciei Dei, cap. 33: 14. Mal. 3: 1.) & Spiritus Sanctitatis ejus; de quo etiam Neh. 9: 20. Judæi clarius loquuntur, veteris Eccleſiæ doctrinam explicantes. אי & אתה & הוא *Sunt ipſis nomina Dei, quæ ſimul ei conveniunt, quando ſic in feſto tabernaculorum compellant,* אני והו הושיעה נא *Ego & ille, juva nunc; quæ meram abſurditatem habent, niſi tres perſonæ ſimul compellatæ intelligantur. Cumprimis inſigne dictum. Menah. Raka. f. 132. col. 3. ſ. Tres ſunt Spiritus colligati in unum; Spiritus intimus, qui vocatur Sanctitatis: Spiritus medius, qui in medio eſt, & vocatur ſapientiæ, & intelligentiæ, & hic eſt Spiritus, qui egreditur è medio pulchritudinis conſummatæ, cum igne & aqua; Spiritus ſummus, qui abſolute eſt in ſilentio, per quem conſiſtunt omnes Spiritus Sancti, & omnes perſonæ lucidæ.* „ *Quomodo ordo* „ *perſonarum indicatur, & quod omnes à prima habent vitam* „ *ſeu eſſentiam communicatam, & operentur quoque ab illa,* „ *Joh. 5: 19---26. cap. 16: 13. ſ. cap. 15. verſ. 26.*

Subdo verba ejuſdem Raknatenſis *Sic dixerunt, ſc.* Veteres, *Perfectio omnium, Antiquiſſimus antiquorum, & ἀπαύγασμα, omnes unum ſunt; Omnes ὁ ἦν, & omnes ὁ ὤν, & omnes ἐσόμενος, non mutatus fuit, nec mutabitur, nec mutatur, quod ſi dicas quid inter hunc & illum diſcriminis? omnes ſunt ejuſdem ponderis, ſed dividuntur ſuis operationibus. Hæc autem myſteria non ſunt tradita, niſi illis qui agrum ſanctum meтunt.* Alibi: *Iehovah eſt principium omnium in ſplendore, antiquus ille Sanctus & vocatur Pater. Elohim noſter eſt profunditas fluminum & ſcaturiginum, manantium ad omnes. Iehova eſt ipſamet virtus, arboris arbor, perfectio radicum. Unus, omnes ſunt una perfectio; colligatusque eſt unus alteri, neque reperitur ſeparatio, ſed omnes unus ſunt.*

 Hic

Hic auctor Rekanati Bartoloccio, Rittangelio Haraknati, qui & Kabbaliſtis eum accenſet, aliis Rikanati, jam ultra quatuor ſecula diem ſuum obiit. *Tres primariæ numerationes* paſſim apud Rittang. ex Haraknati p. 193. *tria ſunt unum & hoc per ſe ſtat.* Numerationes ſummas; primam Coronam ſummam, ſecundam Sapientiam primordialem, coronæ ſummæ per omnia æqualem & coæternam, tertiam intelligentiam nuncupant. Sic ex Tykune Sohar hæc habet p. 64. *Unum & duo ſunt tres numerationes ſuperiores, de quibus dicitur Unum, Unum, Unum. Tres ſunt unitates & ecce unum ſunt.* p. 65. *Dixerunt ſapientes Kabbalæ tres primarias numerationes, quæ ſunt Corona Summa; Sapientia, intelligentia in æquali dignitate quaſi ſumme unum quid eſſe.* Venitque hæc veritas ibidem Rabbino Schabhe nomine *myſterii.* Addo p. 66. *Verum in tribus MENTIBUS diffunduntur & patefiunt, quod quælibet illarum ſit MENS per ſe, & propter hoc ſunt illæ in æquali dignitate quaſi ſummè UNUM quid: Verum non UNUM proprie & ſimpliciter uti ſunt in ipſo CENTRO; quia in ipſo CENTRO nullum cernitur DELUBRUM ſed tantum UNITAS CENTRI. Verum hæc tria DELUBRA jam ante prodierunt & diſtincta jam ſunt in tria DELUBRA quæ ſunt CORONA SUMMA, SAPIENTIA, INTELLIGENTIA, tria inquam DELUBRA diſtincta.* Unde apparet rudera & in hunc uſque diem veritatis illius inter Judæos conſpici.

Δυνάμεις certe Philonis quiſquis ritè conſideraverit, næ is luce meridiana clarius deprehendet eam doctrinam quam Zephiroticam appellant Kabbaliſtę, ſaltem illius veſtigia; imo confeſtim videbit, ovum ovo ſimilius non eſſe, quam doctrinæ Kabbaliſticæ de Sephiroth, ea eſt, quę de potentiis paſſim occurrit apud Philonem. Inſpice de Legatione ad Cajum p. 769 a. & *Deum ſummum illud bonum pulchrum, deinde autem poteſtates eum ſtipantes, creatrices, regias, proviſorias, ceteraſque* &c. Profecto

fecto ovum ovo ſimilius non eſt quam hæc cogitata iis, quę de Sephiroth olim a Kabbaliſtis docta ſunt. Eſt iſtic *Kether* ſeu *Corona ſumma* utrimque ſtipatata *intelligentiâ* בינה & *ſapientiâ* חכמה / porro fortitudine & magnificentia, Rittangel. Lib. 1. Jetzirah. p. 10 De בינה hæc habet Kabbala denudata: *Ipſa velut Interpres & Orator eſt inter eminentiores & inferiores Sephiras. Hæc enim NB. influxum dimittit atque benedictionem a Corona Summa in omnes reliquas Sephiras. Et Binah dicitur, quia per eam homo intelligit omnium radicum radicem, omniumque fundamentorum fundamentum. Hæc enim ni foret, ſcientia de anterioritate Altiſſimi benedicti nulla adiri poſſet via. Hæc quoque Oratori vel Advocato ſimilis eſt, ſicut & Moſcheh inquit Deut.* v. 5. Ego ſtabam inter Dominum & inter vos. *Niſi Binah eſſet nemo* hominum haberet aditum ad cognitionem illius, qui primus eſt in mundo. In ipſo latet myſterium generationis &c, Binah conſiſtit inter Chochma & Daath *quæ omnia unita ſunt.* . . . *Tunc ipſa vocatur Binah ut indicentur omnes tres.* Sexcenta talia ibidem reperias. Imo ut dicam id quod ſentio. Valentinianorum Æones ſimiliaque dictorum olim hæreticorum cogitata pariter putem eſſe contortos Judæorum de Sephiras conceptus. Hę Sephirę & quæ de iis male accepta novitii Judæi in mira figmenta tranſmutarunt, ab Irenæo aliiſque reprehenſa quidem, ſed ita refutata, ut ſæpe utraque pars in tenebris micare videatur.

Judæi Divinam Triunitatem, ante hac ſatis omnibus cognitam, aliaque de divinis perfectionibus in Scripturis revelata, explicare volentes, commenti ſunt jam dictas Sephiras: id quod aliis dudum jam eſt obſervatum. Has igitur Sephiras doctrinæ veritatis propagines eſſe juxta cum aliis exiſtimo.

Philo quoque non ignarus eorum quæ inter Judæos agebantur, deſciſcens à fide promiſſionis, &, neglecto Judaicæ religionis nucleo, corticem que lambens, ea quę

retinuit, talibus vocabulis expreſſit, qualia profert Cl
ricus. Adeo ut in iis minime ex Platone ſapiat, ſed priſc
Catecheſeos exhibeat reliquias.

Præterea Baptiſmum in nomine Patris Filii & Sp. S
adminiſtrandum juſſerat Chriſtus Dominus. Id mult
minus ignorare Philo potuit, quam Johannes ea qu
Philo in chartam conſignavit. Hanc doctrinam cu
Veteri convenientem videns, procul dubio iis potiu
vocabulis expreſſit, quæ Kabbala jam finxerat, quan
iis, quæ Chriſtus adhibuerat. Saltem ex doctrina Chriſ
jam per Apoſtolos, haud parum propagata & a ſoli
auditoribus Petri per omnis generis Judæos Sparſa
cum iſtæc ſcire potuerit, quid rei obſecro, quod, null
valida ratione urgente, de Platone, ut primo iſtiuſmod
vocum inventore, ſomnies?

Quin imo ex ipſo Novo Teſtamento probari poteſ
non ita prorſus ab illa doctrina alienos fuiſſe Judæo
illius temporis, eos quoque, qui Jeſu Nazareno adver
ſabantur. Verum id non agimus in præſenti. Notaſſ
ſufficit, ne putet largiri nos id quod pro auctoritat
heic a Clerico ſupponitur, tanquam ſi de omnium tem
porum Judæis verum eſſet.

Jeſum Nazarenum ſibi ea arrogare, quæ de Meſſi
& Filio Dei ex Scriptura aut traditione didicerant
aut hodie adhuc tenent, ægerrime quidem ferunt Ju
dæi; quemadmodum & Baptiſmum noſtrum adſper
nantur, & in nomine Jeſu tingi ipſis diſplicet magno
pere: at Deum unum dici, ita ut Patrem, Filium &
Spiritum Sanctum ut diſtinctas perſonas memores, tan
to Judæis offendiculo eſſe, nemo dixerit, niſi qui Kab
baliſtica prorſus ignoret. Ut ut ſe hæc res habeat, nihi
in ea roboris, quo figmenta ſua confirmet Clericus.

Ipſa igitur Philonis loca expendamus, ut palam fiat
ne γρὺ quidem in iis reperiri, quod non ex ſacris long
doceri luculentius Euangeliſta potuit.

Deum

Deum *Patrem* memorat p. 287. citat Clericus locum p. 18. Verum ignorare non poteſt, Johannes ſaltem non ignoravit, id nominis de Deo plus ſemel uſurpari in ſcriptis Veteris Teſtamenti Jeſ. LXIII. 16. LXIV. 8. Pſ. LXVIII. 6. LXIX. 27. Imo jam Jobi tempore Elihu id uſurpavit Job. XXXIV. 36. Moſes pariter obteſtatur Iſraelem, tanquam probe illius conſcium Deut. XXXII. in viridi adhuc erat obſervantia diebus Mal. I. 6. Hinc alienum accidere non potuerit Iudæis, Chriſtum eo nomine compellatum à ſuis Deum voluiſſe Matt. VI. Quin imo pronomine poſſeſſivo addito, ipſis Iudæis eam alloquendi Deum formulam familiarem fuiſſe tempore Chriſti & deinceps luculenter probari poſſet locis à Lightfooto ex Thalmude allegatis. Repeto verba Raknatenſis, *JEHOVAH eſt principium omnium in ſplendore, antiquus ille Sanctus & vocatur PATER.* Ut a Platone tranſumtam Iohanni hanc vocem eſſe inde haud evincat noſter; imo ne Philoni quidem. Quid? Ipſe Philo exertis verbis, ipſiſſimo in loco, ad quem provocat Clericus, Scripturam cogitationis illius fontem allegat.

Vel an eo potiſſimum reſpicit, quod Philo Patrem dicat *medium inter binas potentias, effectricem & regiam?* Sed iterum rogo quid heic ſit, quod Platonicum dici debeat; quid, quod ex Scripturis doceri non potuerint Iohannes aliique, quos Platonica vocabula in Religionem jam ante Iohannem admiſiſſe ſomniat. Inſpiciat locum Pſalmi XXXIII. 6. *In Verbo Jehovæ cœli facti ſunt, & in Spiritu oris ejus omnis exercitus illorum.* Quis heic præter Clericum non videat memorari *verbum* in quo res creaverit & per quod creaverit, nec non *Spiritum oris ejus*, cujus fotu eas coagmentaverit & in ordinem redegerit, ut creatarum rerum univerſitas merito, non qualiſcunque multitudinis, ſed exercitus nomine venire queat? Quis heic non videat Deum Patrem δυνάμει

effe-

effectrice ac rectrice quaſi ſtipatum? Addo Hagg
Capitis ſecundi verſum 4 & 5. *Nam ego vobiſcum ſ*
ait Jehovah Deus exercituum; cum Verbo de quo peromiſi v
bis; cum exiretis ex Ægypto & Spiritus meus ſtat in me
veſtri. Nonnulla Græca exemplaria habent ἐγὼ μεθ' ὑμ
εἰμι λέγει κύριος ὁ παντοκράτωρ. Ὁ λόγος ὃν διεθέμην ὑμ
ἐν τῷ ἐξελθεῖν ὑμᾶς ἀπὸ αἰγύπτου, καὶ τὸ πνεῦμα μου ἐφεστηκ
ἐν τῷ μέσῳ ὑμῶν. Hæc forte legerit Philo. En denu
Iehovah comitatum Verbo & Spiritu. Ieſaias introdu
cit Meſſiam hæc verba loquutum: *& nunc Dominus Je*
hovah miſit me & Spiritum ſuum. XLVI. 16. Iehovah re
magnas molitus, mittere dicitur duos, quibus eas eff
ciat, quos proinde duas δυνάμεις merito quis ſeu Phil
ſeu alius Scripturæ lector dixerit. Sive pro angelis ac
ceperit creatis, qui paſſim δυνάμεις audiunt, ſive altiu
cogitaverit *myſterium unius & trium*, ipſis Iudæis non ant
tantum verum & poſt Chriſti tempora plus ſemel me
moratum.

Philonis contextum quiſquis paulo conſideraveri
attentius, non tam Platonica in eo reperiet quam ſimili
iis, quæ olim Kabbaliſtæ olim, de *Kether* in medio *Bi*
na & *Chochmah* docuerunt. Confer ſis ea quæ ſuperius
allegata ſunt p. 20.

De ſequenti loco Philonis denuo præmonendus le
ctor eſt, ipſo auctore invito à Clerico obtendi eum ex
Platone heic ſapere, cum ipſe dicat, ſe *latentiorem ape*
rire ipſius *Scripturæ ſenſum.* Dicit mentem, Deum Abra
hamo triplici ſpecie apparentem contemplantem τριττὴν
φαντασίαν ἑνὸς ὑποκειμένου καταλαμβάνειν· τοῦ μὲν ὡς ὄντος
τοῖν δ' ἄλλοιν δυοῖν, ὡς ἂν ἀπαυγαζομένων ἀπὸ τούτου σκιῶν
Tres imagines unius ſubjecti percipere, unam ipſius entis, dua
alias tanquam ſi eſſent refulgentes ab eo umbræ: de hiſce poſt
quam ſuo more diſſeruit quid ſubjungit p. 288. e. omni
no videndum eſt, ut appareat quam ridicule heic re
luctante ipſo Philone, Platonica ſomniet. *Quod autem*

unius

Digitized by Google

unius ſubjecti triplex ſit imaginatio, liquet non ſolum ex contemplatione allegorica, verum etiam ex ipſius Scripturæ narratione. Non ad rationem, non ad Philoſophiam, minime ad Platonem Philo provocat, ſed ad ſcripturas ipſas, dudum ante Platonem à Moſe exaratas.

Verum ne minus apertè & candidè agere videar, verba ipſa apponam, prout à Clerico ſunt exhibita. Poſtquam igitur Philo exerte dixiſſet ſe ex Scriptura hæc didiciſſe, ejuſque *latentiorem ſenſum propoſiturum*, ſubdit deinceps: *Stipatus ergo utrimque ſuis potentiis perſpicaci intellectui nunc UNIUS, nunc TRIUM imaginem exhibet, UNIUS quando ſummè purgata mens, & non ſolum multitudinem numerorum, ſed etiam unitati affiniorem binarium numerum ſupergreſſa, ad nulla mixtione aut compoſitione temeratam ideam, eamque per ſe exiſtentem, nec ullius rei prorſus indigam feſtinat; TRIUM vero, quando nondum magnis myſteriis initiata, adhuc minoribus operatur, nec poteſt Ens ſine alio ex ipſo ſolo intelligere, ſed per facta aut condens, aut imperans.*

Nihil autem in iis, quod ſignate Platonicum dici mereatur. Taceo nunc, Moſen, alioſque Scriptores θεοπνεύστους; imo ipſos gentilium anteſignanos, dudum quoque ante Platonem ſimilem τριάδα agnoviſſe. Ariſtotelem produco teſtem; ſic ille Op. Tom. 1. L. 1. de Cœlo Cap. 1. pag. 610. Editionis du Vallianæ. *Nam, ut Pythagorici etiam inquiunt, ipſum omne, ac omnia tribus ſunt definita.* Accipit id quidem Ariſtoteles eo ſenſu, ac ſi de trina corporis dimenſione dictum eſſet; ſed Pythagoram τὸ πᾶν aliter concepiſſe, quemadmodum & paſſim apud veteres Gentiles Deum denotat, nemo paulo doctior negabit. Nec hodie deſunt qui putent trinam corporis dimenſionem eſſe trinitatis aliquod veſtigium.

Quid præterea in Verbis Philonis, ea quæ de trinitatis myſterio tum ex ſacris literis & Catecheſi patrum, tum ex Kabbala diſcere potuit, attemperare

Pythagoricis conceptibus volentis, quod non pari ratione exprimat: ſeu Plato ſeu Philo ſeu quiſquis ſit, qui ſimplicibus Scripturæ notionibus non contentus immodice amet *ἀνθρωπίνης σοφίας λόγυς*? Pythagoram autem à Judæis doctum Scheffero in de Philoſophia Italica, Voſſio de Philoſophis aliiſque ante illos dudum notatum eſt.

Operæ pretium erit hac de re legiſſe doctiſſimum Anglum Cudworth, qui notat, ea, quæ Plato de Trinitate ſcivit & docuit, dudum ante Platonem fuiſſe cognita; nec notat tantum, verum & luculenter probat expreſſis Plotini Platonici verbis Ennead. v. L. i. p. dicentis, *eſſe hoſce ſermones non novos, aut hodie aut heic natos, ſed antiquitus quidem non explicatè dictos, eoſque qui nunc dicuntur illorum interpretationes eſſe.*

Notum præterea eſt, Parmenidem Pythagoricæ Sectæ addictum fuiſſe, adeoque probabile, hanc de Divina Triade doctrinam arcanorum illius Scholæ unam fuiſſe. Quod ulterius confirmatur eo quod Numenius Pythagoræus celebris id recipit ut tale. Et Moderatus (docente id nos Simplicio) ſimpliciter affirmat, hanc Principiorum trinitatem eſſe traditionem Pythagoricam. --- Habemus tandem teſtimonium Jamblichii eo faciens apud Proclum. τρεῖς εἶναι Θεὲς τέτες καὶ παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις ὑμνεμθένες. *At jam antea vidimus Pythagoræ Philoſophiam derivatam eſſe a Cabbala Orphica, quod Proclus alio loco planiſſime teſtatur Theol. Plat. L. i. c. 5. Trinitatem autem aliquam Orphicæ Cabbalæ ſeu* μυςαγωγίας *partem eſſe jam ex Amelio probavimus, apud Proclum adſeverante tres reges Platonis eoſdem eſſe cum Trinitate Orphei, quæ erat Phanes, Uranus, & Cronus. Præterea, poſtquam hi tres, Orpheus Pythagoras & Plato peregrinantes in Ægypto ibidem arcanæ Ægyptiorum (dictæ Hermeticæ) Theologiæ eſſent initiati, probabile videtur (ut antea obſervatum eſt) hanc doctrinam de Divina Triade, partem fuiſſe arcanæ Theologiæ Ægyptiorum. Notatum pariter eſt, fuiſſe nonnulla iſtiuſmodi Trinitatis veſtigia*

in Mythricis Perſarum myſteriis, à Zoroaſtre propagatis; quemadmodum idem expreſſe continetur Magicis dicam an Chaldaicis oraculis, cujuſcunque ſint auctoritatis. Quinimo indicatum eſt, Samothraces revera antiquitus aliquam Deorum habuiſſe Trinitatem: quæ erat princeps omnium Deorum, quamque appellabant Hebræo nomine, Cabbirim, ac ſi dicerent potentes Dii. (In ſacris Job. XXXVI. 5. Deus dicitur כַּבִּיר Cabbir *maximum* vertit Coccejus, *potentem* alii.) *unde Romana Capitolina Deorum Trinitas ortum habet. Cujus ſecunda erat Minerva, quæ apud Latinos, ut apud Græcos Athena accipiebatur ut ſignificans Divinam Sapientiam. Tandem Ternarius ſeu Trias, non ſolum ſacro numero accenſebatur apud Pythagoræos, verum etiam ut continens aliquod Naturæ Myſterium, quapropter apud Græcos alioſque gentiles, in religioſis ritibus uſurpabatur: quod ex Ariſtotele diſcimus de Cœlo L. 1. c 5.*

Verum cum non benè concipi queat, quomodo iſtiuſmodi divinarum hypoſtaſium Trinitas, humana ſolum induſtria atque ratione primum detecta ſit, quanquam in ea probe intellecta nihil ſit quod rationi repugnet: & quoniam in antiquis Veteris T. ſcriptis certa reperiuntur pluralitatis aut plurium quam unius hypoſtaſeos in Deitate indicia, rationi convenienter concludimus, quemadmodum Proclus de hac Trinitate, prout in Chaldaicis Oraculis reperitur, adſirmat, verum eſſe, fuiſſe Theologiam illam primum divinitus traditam ſeu revelatam, aut divinam Cabbalam, nimirum inter Hebræos primum, & ab iis poſtea communicatam Ægyptiis aliiſque gentibus. Quæ pro captu ſuo loquentes diverſis uſæ ſunt vocabulis & phraſibus. Primo univerſi Trinitatem ſuam dixerunt Trinitatem Deorum. Primum, ſecundum, tertium Deum; verum Philoſophia inter ipſos magis imbuti vocant Trinitatem Cauſarum; *& Trinitatem Principiorum & nonnunquam* Opificum: *hac ratione hæc Cabbala Trinitatis exprimitur Proclo* ἡ τῶν τελῶν θεῶν παράδοσις. *Huc convenienter Numenius apud ipſum, quod Tres cum hymno laudaſſet Deos* τραγῳδῶν καλεῖ, πάππον, ἔγγονον, ἀπόγονον, *valide affectus, nuncupaverit eos, Avum, Filium,*

lium, Nepotem. Quo Numenius innuit, quemadmodum Ho-rum Deorum ſecundus ortus eſſet Primi Dei, ita Tertium quem primi vocat Nepotem, ortum debere primo tanquam Avo ſecundo autem tanquam Patri. Harpocrationem pariter Atticum & Amelium, eandem hanc traditionem de Tribus Deis amplexos Proclus auctor eſt: ultimus eos appellat βασιλέας τρεῖς, *&* τριττὸν δημιουργῶν, *tres reges, & tres opifices ſeu conditorem univerſi. Simili ratione de Secundo harum trium* ὑποστάσεων *loquuntur (hoc eſt,* νοῦς *Mens prima, aut Intellectio) eam vocat* δεύτερον θεόν. *Idem alibi tres ſimul memorat volens hunc Mundum imaginem eſſe omnium: Quapropter hic mundus commode dicitur imago, ſemper* εἰκονιζόμενος· ἑστηκότων μὲν τοῦ πρώτου, καὶ δευτέρου, τοῦ δὲ τρίτου *&c.*

Longe plura memoratu digna ex elaboratiſſimo opere produci poſſent, verum indagare genuinam in omnibus Platonis mentem inſtituti noſtri non eſt; aut demonſtrare cum veteri Hebræorum doctrina magis conſentire vetuſta Orphica Pythagorica & Platonica, quam nova Arii inventa, a quibus tam longe abeſt Plato, ut Tritheiſmi potius damnari debeat. Court of Gentils Part. III. b. 2, Ch. 6. §. 4. Quod Doctiſſimi Gales judicium haud parum confirmat Procli cenſura in Origenem, in Plat. Theol. L. II. Cap. I. p. 89 & 9. Quam, mirum eſt, nec ab Huetio nec ab aliis qui cauſam Origenis egere, quantum ſcio notatam eſſe: cum palam faciat νοῦν ſeu λόγον ipſi fuiſſe *id quod optimum eſt, & quod ſit id, quod primò eſt, & quod primo unum eſt.* Ægre fert Proclus quod Origenes τὸν λόγον dicat eſſe ſummum & cum ſummo unum; Plato enim Summum entium catalogo eximit, ſummum aliquod, *unum* dicit Proclus, quod *omni mente, & omni ente ſuperius eſt. Mirror autem equidem,* dixerat paulo ante, *& cæteros omnes Platonis Interpretes, qui intellectuale regnum in ipſis Entibus admiſerunt, ipſam vero ineffabilem, &* arcanam *Unius excellentiam, & Eſſentiam ex univerſis excedentem,* & his un

ve

verſis ſuperiorem *non etiam ocius admiſerunt.* Hoc Platoni in tenebris reconditum.

Poſt illud unum forte non tempore, ſed ordine quodam ſequitur Trinitas Platonica. Illorum autem, quibus illa Trinitas conſtat, nullum eſt Creatura. Imo nulla Creatura eſt, in qua vel tantillum ſit quod illis tribus, aut ulli eorum adſimilari queat. Epiſt. ad Dionyſium: tria illa aut tres illi, adeoque ea Trinitas æterna eſt, addo neceſſariæ exiſtentiæ, & determinati numeri Ternarii; quorumque unuſquiſque totum univerſum complectatur & contineat, imo ſit ἀρχὴ, αἰτία, δημιουργός.

Verum contrahenda vela ſunt. Sufficit conſtare & vulgarem ſatis, & Platone longè antiquiorem eſſe ut univerſam Trinitatis doctrinam, ſic ſignate eam quam de mente, ſapientia, λόγῳ tradidit, imo ab Hebræis derivatam. Egregie ſolidus pariter atque accuratus veritatis hujus vindex Daniel Withby contendit phraſin hanc *Verbum Dei* Judæis non ſolum, verum & omnibus Philoſophis fuiſſe notiſſimam, Tract. de Vera Chriſti Deitate p. 107. Hæc pag. 109.

Primo, Agnoſcebant *Philoſophi* ſecundam *hypoſtaſin*, τὸν λόγον, *mentem, ſermonem, & filium primæ appellabant. Multi Philoſophorum*, inquit *Origenes, unum eſſe Deum, qui cuncta creaverit, ſcribunt, in hoc conſentiunt legi Dei: Aliquanti etiam hoc addiderunt, quod Deus cuncta per Verbum ſuum & fecerit, & regat, & Verbum Dei ſit, quo cuncta moderentur, in hoc non ſolum Legi, ſed & Evangeliis conſona ſcribunt. Jam ediximus*, inquit *Tertullianus, Deum univerſitatem hanc mundi, verbo, & ratione, & virtute molitum; apud veſtros quoque ſapientes λόγον, id eſt ſermonem, atque rationem conſtat Artificem videri univerſitatis, hunc enim Zeno determinat factitatorem, qui cuncta in diſpoſitione formaverit:* In quibus reſpicere videtur hæc apud *Laertium* conſervata, *duo nempe eſſe omnium principia, creatorem, & materiam, & mo-*

teriam quidem eſſe qualitatis expertem ſubſtantiam, *Creatorem vero verbum Deum eſſe*, *quod in ipſa ſit*, *hoc enim ſempiternum exiſtens*, *per univerſam materiam ſingula fabricavit*. *Melius Græci* λόγον *dicunt*, *quam nos verbum ſive Sermonem*, inquit Lactantius, λόγ@ *enim*, *& ſermonem ſignificat*, *& rationem*, *quia ille eſt & vox & ſapientia Dei*, *hunc ſermonem Divinum ne Philoſophi quidem ignoraverunt*, *ſiquidem Zeno rerum naturæ Diſpoſitorem atque Opificem univerſitatis* λόγον, *appellat*. *Habet Deus*, inquit *Hermes Triſmegiſtus Rectorem impoſitum ſermonem opificem Dei omnium qui poſt illum eſt prima potentia*, *ingenita*, *infinita*, *ex illo proſpectans*, *qua & incumbit*, *& imperat omnibus ab eo formatis*; hæc, & his ſimilia multa congeſſit *Cyrillus*, ut manifeſtum faceret *etiam Gentium Philoſophos genitum ex ipſo ſecundum naturam filium ipſius opificem*, *Verbum agnoviſſe*.

„ Secundo, Eum ab æterno extitiſſe ſtatuebant, & „ λόγον ἀΐδιον, ſeu Verbum ſempiternum fuiſſe de„ clarabant; ſecundum enim Platonis, & aliorum Theo„ logiam, erat is ἄχρονος, ἀεὶ καὶ μόνος αἰώνιος, *Mens tem*„ *poris expers*, *& ſempiterna*.

„ Tertio, Hunc λόγον ſive ſermonem δεύτερον θεὸν, „ i. e. ſecundum eſſe Deum pronuntiant, quem qui„ dem Deum ſecundum appellant ad enotandam ejus à „ primo dependentiam, utpote qui ab eo genitus fuerit, „ & eſſentiam ſuam acceperit, eundem tamen æternum „ eſſe, neceſſario exiſtere, & περιέχειν τὸ ὅλον, *mundum* „ *univerſum ſub ſe* continere aſſerebant.

„ Quarto, Eundem omnium *Opificem* δημιουργὸν, πα„ τέρα, ἀρχὴν, αἰτίαν, principium, & cauſam eſſe ſtatuunt. „ Porphyrius opinionem Platonis exponens, ait, Dei „ ſubſtantiam (οὐσίαν Gr.) uſque ad tres hypoſtaſes pro„ cedere, eſſe vere ſupremum Deum optimum, μετ' „ αὐτὸν δὲ καὶ δεύτερον τὸν δημιουργὸν, poſt ipſum vero, „ & alterum creatorem ſive opificem, juxta quæ omnia „ facile iis erat intelligere, quæ hic Apoſtolus de Deo

„ ver-

„verbo enarravit, Socinianorum vero de hoc verbo „commenta, eorum in animos, ne per ſomnium qui„dem irrepere potuerunt.

„Ex his enim verbis D. Johannis, ante mundum „genitum fuiſſe Verbum, cum Deo tunc fuiſſe, & „Deum eſſe probant Juſt. M. Dial. cum Tryph. p. 285. „D. Iren. l. 1. p. 36. 38. & c. 19. l. 2. c. 2. l. 3. c. 8. & „c. 11. p. 256, 257. & c. 31. l. 4. c. 52. l. 5. c. 18. Theo„philus p. 100. C. Clem. Alex. Adm. ad Gentes p. 5. „B. Tertull. adv. Hermog. c. 18. adv. Praxeam, c. 8. 21. „Syn. Antioch. Concil. Tom. 1. p. 845. D. Cypr. teſt. „adv. Jud. c. 3. & c. 6. Origen. infinitis in locis Lact. l. 4. „c. 8. Euſeb. Eccleſ. Hiſt. l. 1. c. 2. p. 5.

„*Johannis* hæc verba ſenſu familiari & proprio accepta, „ad amuſſim convenire cum Platonicorum, & Pytha„goræorum, aliorumque Philoſophorum περὶ τοῦ λό„γου, de Verbo placitis, libro eruditione eximia referto, „manifeſtum fecit ὁ πάνυ Cudworthius. Non quod ea „debeat Philoni aut Platoni, ſed una ſimul Moſi & „Prophetis.

Platonis Doctrina Alexandriæ inprimis vigente, Judæiſque, obliteratæ veritatis inſtaurationi, a Chriſto & ſequacibus factæ una cum Alexandrinæ Scholæ doctoribus reluctantibus, Philonem ut obſtinatum Judæum, imo, ſi Euſebio aliiſque credimus, Chriſtianiſmi abnegatorem & deſertorem doctrinam tum Trinitatis tum περὶ τοῦ λόγου ſtudio inquinare & torquere ſequentibus ipſum Numenio, Jamblicho, Porphyrio, Plotino aliiſque, nemini mirum eſſe debet.

Atque ita non tantum Philonis operâ, ſed imprudenti, Origenis inprimis & Clementis Alexandrini κακοζηλίᾳ factum, ut myſteriis, quæ gentes a Judæis acceperant, impuriſque ſuis cogitatis miſcuerant, præſidium apud Platonem alioſque ſe reperire putantes, Ario errores ſuos fingendi & formandi occaſionem de-

de-

derint, Phraſibus & verbis Spiritus Sancti ex gentilib illuſtrare dum conantur ipſi veritati tenebras obducentes; haud ſecus ac jam noſter Clericus. Thomas Aquinas id dudum acri judicio notavit & reprehendit Sum Part. 1. Q. 32. A. 1. item Q. 34. A. 1.

Arium in Schola Alexandrina à Platonicis multa recepi evidens eſt, inquit, Doctiſſimus Theophilus Gales in incomparabili Opere Court of Gentils Part. III. *b*. 2. *C*. §. 9. *erat enim Arius illius Eccleſiæ Presbyter, & Scholæ illius diſcipulus, in qua Pythagorica & Platonica Phyloſophia illo tempore vigebat (Ariſtoteles diu poſt demum in ſcenam prodit) qua Clemen Origenes & alii utebantur tanquam medium illuſtrandi & probandi magna fidei myſteria, divinum* λόγον *verbum Joh.* 1. 1. *memoratum, ſperantes hac* συμβιβάσει *& affinitate cum hiſce Philoſophis notionibus & traditionibus (origine Judaicis) ſpectantibus Platonicum* λόγον, νοῦν, τριάδα *multum auctoritatis lucraturos ſibique conciliaturos illorum Sophiſtarum animos. Hinc docti h Patres Clemens & Origenes graviter id agebant ut aperiren gentilis Philoſophiæ cum Eccleſiæ myſteriis cognationem; contendentes Philoſophiam eſſe tantum reflexum radium, ſeu inflexam derivationem & traditionem Sacræ Revelationis. Quod ceptum excellentis uſus fuiſſet, modo docti Patres paſſim detexiſſent vanitatem & corruptionem Paganæ Philoſophiæ tunc obtinentis: verum tam longe ab eo aberrarunt, ut inſignem partem Pythagoricæ & Platonicæ Philoſophiæ, quoad materiam & formam, ſuam fecerint & cum Sacra ſua Theologia miſcuerint, atque ita ex illis omnibus finxerint imaginem illi Nebucadnezareæ ſimilem Dan.* II. 31, 32. *Et inter alia myſteria Platonica, illud de* λόγῳ *verbo, eo quod ulterius Ammonius & Plotinus commenti ſunt, deinceps etiam admiſſo & applicato divino* λόγῳ *verbo apud Johannem explicato.*

Quibus omnibus probè conſideratis, Platonem aliquid audiviſſe de dogmate Hebræo non dubitandum videtur, ut &, cum traditione tunc adhuc reliqua, Philonem Platonica commiſcuiſſe ita tamen ut uterque ignoraverit

verám Trinitatis & divinitatis τ͂ λόγου doctrinam, ſolide probat idem Gales Part. III. b. I. c. III. §. 2. Univerſi hujus argumenti accuratiſſimam pertractationem quiſquis deſideraverit, velim ut adeat Voigt T. L. Viri ſane eruditi & judicio pollentis *Imaginem* S. S. Trinitatis. Apud vetuſtiſſimos Scriptores Judaicos ſimilia reperiri videre eſt in Libro Jezirah a Rittangelio Notis illuſtrato loco non uno. *Tres in myſterio* p. 41. *UNUM & DUO ſunt TRES NUMERATIONES SUPERIORES, de quibus dicitur UNUM, UNUM, UNUM: TRES ſunt UNITATES & ecce UNUM ſunt: & hoc eſt MYSTERIUM* p. 64. Rabbi Schabthe dicit: *Et ecce nobis perſpicuum eſt id quod explicavimus in capitibus prioribus. Myſterium nempe, quod dixerint Sapientes Cabalæ ſeu Theologiæ Tres primariæ (NUMERATIONES) quæ ſunt CORONA SUMMA, SAPIENTIA, INTELLIGENTIA in æquali dignitate quaſi ſummè unum quid eſſe* p. 66. *Verum in tribus MENTIBUS diffunduntur & patefiunt, quod quælibet illarum ſit MENS per ſe, & propter hoc ſunt illæ in æquali dignitate quaſi ſummè UNUM quid: Verum non UNUM propriè & ſimpliciter uti ſunt in ipſo CENTRO; quia in CENTRO nullum cernitur DELUBRUM; ſed tantum UNITAS CENTRI. Verum hæc tria DELUBRA quæ ſunt CORONA SUMMA, SAPIENTIA, INTELLIGENTIA &c.* pag. 66. *Et MYSTERIUM hujus rei eſt illud* Pſ. CXVIII. 20. *Hæc eſt porta domini; juſti intrabunt per eam. Hæc eſt porta juſtorum, & illis eſt facultas adſcendere illuc. Et hæc CORONA ſignificat illum, qui eſt JUSTUS & in eo JEHOVAH: ille dignus eſt inperii DIVINITATEM, & hæreditario jure poſſidet eam. Et tranſit per eam in Regem qui eſt COLUMNA MEDIA (Mediator ſeu Reconciliator) qui eſt Rex & ipſius eſt Regnum* p. 126.

Verba Rittangelii pag. 3. mea facio. „Patere hinc „quoque univerſis & ſingulis ſacræ paginæ addictis

„abſque dubio cenſeo, antiquiſſimos & doctiſſimos „Hebræorum Theologos ab Abrahami tempore, ut „recentiorum Hebræorum libri teſtantur, tres primor„diales exiſtendi modos vel potius juxta meliorem ſigni„ficantiam Hebrææ vocis NUMERATIONES „EMANATIONES vel PROCESSIO„NES (quarum primam, CORONAM SUM„MAM, ſecundam, SAPIENTIAM PRI„MORDIALEM, CORONÆ SUMMÆ „per omnia æqualem & coæternam, tertiam, IN„TELLIGENTIAM vocarunt) ſtatuiſſe, co„luiſſe & adoraſſe: Earumque coæternum, ſplendi„diſſimorumque omnium ſplendidiſſimum ſplendorem „ex ipſiſſima Deitatis ipſeitate, & e fontani luminis in„finitatis inacceſſibili abyſſo egredi, ita tamen ut nihil „intelligatur de ea emanare vel procedere quò ſplendi„diſſimus hic Deitatis ſplendor dilatetur & perfundatur, „aut inapprehenſibilis ejus infinitas diminuatur. Et il„las tres NUMERATIONES, Emanationes „vel Exiſtendi Modos, eſſe in Unitate maximè una & „perfectiſſima, nec ullam in ſe ipſis pati diviſionem; „quum tamen ratione proceſſus alia ab altera, ordine „ſuo tanquam inferior aut ſuperior diſtinguatur, quam„vis quælibet harum in ſeipſa menſurari aut circum„ſcribi minimè poſſit. Prima igitur harum de qua in „hac Semita agitur, vocatur CORONA SUM„MA. Et propterea etiam ejus delubrum vocatur ad„mirabile vel abſconditum, quia in hujus contempla„tione omnium mentis oculi caligant, linguæ obmu„teſcunt, vox omnis ſilet, animus deficit, ob inper„ſcrutabilem ejus altitudinem: hoc enim peculiare & „proprium habet, quod omnes NUMERATIO„NES ab ipſa, illa vero à nulla procedat: Et com„prehenditur tribus Numerationibus ſuperioribus, „quas noſtri Theologi Perſonas vocarunt, quarum

„quæ

„quæque ut diximus, incomprehenſibilis eſt, ſecun-„dum quidditatem, non verò emanationem.

Non poſſum committere quo minus hiſce ſubjiciam ea quæ habet Clariſſimus p. m. Altingius in Deuter. p.423. b. *Raknat fol.* 201. *col.* 2. Nullam in lege literam eſſe *dicunt*, unde non magni montes dependeant; (*ut ſignificent non ſupervacaneam eſſe plurium nominum divinorum congeriem, ſed inſuper inexhauſtam eſſe ſapientiam, quam Spiritus Sanctus in Scriptura depoſuit; ut Scrutatio, quam Chriſtus commendavit, Joh.* V. 39. *nunquam finem habere queat, ſed quamvis tot ſeculis in iis laboratum ſit, tamen abunde relictum ſit, quod & in hoc & in futuris ſeculis occupatos habeat homines, & ſcrutantes non vento vanitatis, ſed ſolidis divitiis impleat.*) Intellige, quod hic memoret initio Nomen illud propriiſſimum, poſt illud Deus Deorum, & tandem Dominus Dominorum. (*Sic quoque Pſ.* CXXXVI. 1, 2, 3.) indicat enim iſtis tres perſonas primas, (*ſubſiſtentias*, הויה) & de prima dicit, qui facit mirabilia magna ſolus, ℣ſ. 4. de ſecunda, ℣ſ 5. qui facit cœlum per intelligentiam, & de tertia qui expandit terram ſuper aquis, ℣ſ 6. Deus ille magnus, validus & venerandus, Deus ille eſt Deus Excelſus; cætera indicant tres patres, (*perſonas illas duas*,) Magnus indicat Benignitatem; Validus robur ſeu Judicium; Venerandus Miſericordiam, ex illo apud te eſt Condonatio, ut timearis. *Antitrinitarii clamitant dogma iſtud novum eſſe & confictum à Chriſtianis, & quæ in N T. dicuntur de eo diſtorquent. Alii qui confutant ipſos, id tamen eis largiuntur in V. T. non quidem penitus ignoratum fuiſſe, ſed tamen adeo obſcurum, ut exigua admodum fuerit ejus notitia, adeo ut vix ſine N. T. explicatione intelligi queat. Verum Judæi veteres illud habuerunt exploratiſſimum, adeo ut ubique ejus non tantum veſtigia, ſed demonſtrationes reperiant. Ita ut heic quoque ex triplici deſcriptione Dei tres perſonas indicatas profiteantur, quarum omnium opera in creatione animadvertantur. Prima tribuunt ex Pſalmo omnium*

actionum principium, qui Jehova Eſſentiator primus; mirab maximum enim dare eſſe cum non eſſet, Job V. 19. *Secund factionem cœli, Pſ.* XXXIII. 6. *qui Deus Deorum, Elohi gubernator ſummus ſupra omnes creatos; quicquid Deus voc tum eſt preter ipſummet. Tertia, expanſionem terrarum ſup aquas, Dominus Dominorum, qui exercituum ſeu incoları productor Pſ.* XXXIII 6. *& in prima creatione terræ ſuper aqu incubando fovit ſua virtute Gen.* 1. 2. *Porro, Deum ſummu & unum prorſus, trium Patrum nomine denotant, id eſt pe ſonarum, quæ principium omnium rerum; quarum action ſunt, in adminiſtratione mundi, & Eccleſiæ potiſſimum. Be nignitas ampliſſima magnitudine, Judicium validiſſimum ro bore: Miſericordia condonationis ergo reverenda.*

Tandem audiri dignus eſt Clariſſimus Whitby i Tract. de Vera Chriſti Deitate pag. 111. *Notan dum tertio* Apoſtoli *hæc verba, ſenſu Catholico per univer ſa Æræ Chriſtianæ ſecula obtinente accepta, cum* Judæo rum Antiquorum *ſententiis amice conſpirare, ii qui in eorun ſcriptis ſumma diligentia verſati ſunt, multis edocuerunt:* ,, *Pau* ,, *lus Fagius* in hæc verba *Chaldaicæ Paraphraſis* (*Ego ſta* ,, *bam inter verbum Domini*) ſic loquitur. *habet hoc pecu-* ,, *liare Chaldaiſmus, ut plurimam mentionem faciat verbi Do-* ,, *mini, maxime in iis locis, ubi Deus inducitur, loqui cum* ,, *homine, quæ res pulchre facit ad myſterium Chriſti, qui eſ* ,, *Verbum Patris, & confirmat fidem noſtram qua tenemus il-* ,, *lum præſentem fuiſſe Patribus, ſub variis figuris, & imagini-* ,, *bus nunc Angeli, nunc nubis, nunc flammæ, &c. locutum* ,, *fuiſſe Patribus. Quod autem & veteres Hebræi per verbum* ,, *Dei in Scripturis, Meſſiam intelligant, liquide videre eſt ex* ,, *verbis R Iſaac Aramæi. Probatur præterea & hoc ex Para-* ,, *phraſi Chaldaica R. Jonathæ in Pſal.* 110. *ubi enim veritas* ,, *Hebraica habet, Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dex-* ,, *teram meam. Ibi Jon. habet,* אמר י״י למימריה id eſt, ,, *Dixit Dominus Verbo ſuo. Speciatim* Raymundus Mar- tinus *tria hæc ex eorum ſcriptis probat,* viz.

Primo,

Primo, Chriſtum extitiſſe ante Matrem ſuam, ante Solem, immo egreſſus ejus fuiſſe ab Antiquo ante Dies ſeculi. *Pug. fid. part.* 3 *diſt.* 2. *c* 8. §. 11, 12 *Secundo*, *Verbum hoc* principium creationis fuiſſe, *diſt.* 3. *c.* 1. §. 2. *Tertio*, Deum eſſe, *Ibid.* §. 5.

Familiarem priſcis Judæis hanc veritatem fuiſſe ex noviſſime & paulo ante dictis, meo quidem judicio, perſpicuum eſt. Imo, cum nulla ratio ſuadeat iſtiuſmodi pluralitatem, eaque unice ex revelatione ulteriore cognoſcenda ſit, dubium eſſe non poteſt, quin gentes a Judæis nonnulla didicerint, quæ ipſis recepta erant. Hæc autem alia eſſe non potuere & diverſa ab iis, quæ adhuc hodie ex priſca eorum Catecheſi conſtant, & in ſuas hypotheſes flexa, ea ratione ſunt explicata quam apud Pythagoreos & Platonicos reperimus. Ipſa doctrina Philonis id ultro arguit. Pluralitatem quandam peculiarem & ſignate trinitatem, ita paſſim intrepide memorat, ut de re notiſſima ac receptiſſima confidentius loqui haud potuerit. Ex Targumim res pariter perſpicua eſt. Sic & olim Judæi vocabula ipſa Perſonæ & Perſonarum adoptare haud ſunt veriti, ut merito, communem Judæorum doctrinam dicat doctrinam trinitatis Tertull. Apol. c. xx1. ut & c. Praxeam c. 9. *quia jam adhærebat illi Filius, ſecunda perſona, ſermo ipſius: & tertia, Spiritus in Sermone, ideo pluraliter pronunciavit, faciamus & noſtrum & nobis.* Nihil Kabbaliſtis frequentius eſt, quam vocabulum *Parzuphim*, ſeu Perſonæ aut potius Perſonarum. Tres ſtatuentes ſuperiores *Sephiros.*

Inde factum putem Baptiſmi formulam a Chriſto præſcriptam Judæos non offendiſſe. Imo facile foret ex non uno Scripturæ loco palam facere Deitatem Meſſiæ & univerſam de Trinitate Doctrinam, tempore Chriſti, adhuc multis Judæis fuiſſe agnitam. Chriſtus vindicaturus, quam profeſſus erat, ſuam cum Patre unita-

 tem,

tem, atque identitatem, tanquam rem cognitam u[rget], multo magis nomen Dei competere Sanctificat[o] a Patre, & in mundum miſſo, quam iis, ad quos ver[bum] Dei factum eſt, adeoque λεγομένοις Θεοῖς.

Jeſum Nazarenum Meſſiam eſſe non admitteban[t] Judæi, eaque hypotheſis ab ipſis continuo in contro[versiam] vocabatur. Meſſiam fore, qui Davidis jam olim Dominus fuerat, in dubium non vocant; Jeſum autem de Nazareth eum eſſe, id erat quod ſibi perſuaderi non patiebantur. Johannes Baptiſta veniſſe ſe teſtatur *ad parandum viam* Domino Jehovæ *Deo noſtro*, quo loquuto, deprehenſuri erant *os Jehova locutum eſſe* Jeſ. XL. 3. 5. cujus erat *templum*, qui erat Dominus, quem olim *quærentes* fuerant Judæi, in *quo erat ipſorum beneplacitum* Mal. IV. 1. Quo regnante futurum erat ut *regnum Cælorum ſeu Dei* conſpiceretur & Rex eſſet Deus ipſorum, Jeſ. LII. 7. *qui baptizaturus erat Spiritu*. Axioma profecto quod ſibi vindicat formator Iſraelis Jeſ. XLIV. 3. Quapropter & tantis laudibus Dominum jam jam revelandum evehit. Ægre non ferunt Judæi uſque dum hæc Jeſu Nazareno applicaret.

Imo ne hæc quidem magnopere curaturi videntur, modo ne ſibi ſuæque exiſtimationi metuiſſent. Johannes, rogatus ab emiſſariis Judæorum, aperte tum ipſis tum turbæ teſtatur, Jeſum eſſe *Filium Dei* & *Dominum*, coram quo via ab Angelo paranda erat; at nihil hactenus inde litis. Prædicat, Baptizat abſque impedimento. Idem in ipſo Chriſto obſervare eſt. Hic Hieroſolymę in ipſo Templo illuſtria exhibet tum divinitatis ſuę, tum miſſionis ſpecimina, templum tanquam *ſui patris* domum repurgat, ſibique tribuit reſuſcitandi corporis potentiam. Nicodemum docet multoſque ad ſe allicit; nec dum vix ulla lis cum Judæis. Johannis demum III. 20. memoratur ζήτησις, ſed qua de re? περὶ τοῦ καθαρισμοῦ; deinde Joh. IV. 1. invidię Phariſaicæ cauſa dicitur non

hoc

hoc aut illud dogma, ſed diſcipulorum Chriſti incrementum. Erumpunt in apertam inimicitiam Nazarethani; verum non antequam ipſos acriter pupugiſſet. Luc. IV. 27, 28. Deinceps violatio Sabbathi litis erat materia Matt. XII. 1--8. Marc. II. 23--28. Luc. VI. 1--5. porro Joh. V. 1---49. Matt. XII. 9--14. Marc. III. 1--6. quod factum eſt ſecundo miniſterii ejus anno.

Certe Judaiſmus univerſus ſic dictus, ſignatè proceres & Senatus, de doctrina & dogmatis parum videntur fuiſſe ſolliciti: haud ſecus atque hodie Papa, Cardinales, Clerus Romanus, utpote qui omnia concoquere poteſt, modo ne aliquid doceatur, in quo Hierarchiæ aliquod periculum.

Præfecturæ ſuę metuentes ſerio demum de Jeſu compeſcendo conſilia cudunt: quibus obtentum quærentes in ſequiorem ſenſum trahere ipſius dogmata imo & palam oppugnare incipiunt. Potiſſimum poſtquam ſe Chriſtum eſſe publice & abſque involucro erat confeſſus.

Verum & in altercationibus, cum ipſis Phariſæis habitis, veſtigia non obſcura deprehendimus, receptas olim & nondum prorſus exoletæ de Chriſti divina excellentia doctrinæ: adeo ut ipſe ex Pſalmo CX. diſputans, ſupponat tanquam rem notiſſimam David dudum agnoviſſe Meſſiam Dominum.

Summa mea Cap. III. §. 382. *Quin imo & in ipſis priſcis Judæorum ſcriptis manifeſta hujus veritatis veſtigia jam dudum indagarunt Viri eruditi. Hæc ex* porta Juſtitiæ *producit Joſephus de Voiſin de Trinitate* §. VIII. Scriptum eſt Deut. VI. 4. *Deus, Deus noſter, Deus unus eſt: egregiè hinc trinitatem docet*, quod eſt myſterium unitatis nominis Tetragrammati, hac ratione. Dictio prima, *Deus*, refertur ad Literam primam nominis divini, *Jod*, quod complectitur myſterium *Coronæ*, ſuperioris, & *Sapientiæ* ſecundum myſterium apicis Literę, *Jod*, & ipſius jod.

Digitized by Google

Τὸ *Deus noſter*, deſignat *Intelligentiam*, quod eſt myſterium *He* prioris nominis *Sancti*. Τὸ *Deus* deſignat *decorem*, quod eſt myſterium *Vau* Literæ tertiæ nominis divini. *Addit ex Zohar* אבא הוא חכמה pater eſt ſapientia. ואו אתקרי בן Vau vocatur Filius רוח אלהא בינה Spiritus Dei eſt Intelligentia. *de loco Deut.* VI. 4. *differit egregie Biſterfeld c. Crell. p.* 107. *Sabbathi die quod tria celebrent convivia, huc reſpicit, in Libro jam allegato.* Quum quis tria celebrat convivia die Sabbathi, perinde eſt acſi unitatem Dei benedicti curaret NB. ſecundum Myſterium *Zach.* XIV 9. *Deus unus, & nomen ejus unum, Deus cujus nomen eſt* בשלשה ספרים in tribus numerationibus *ex Ietzira Cap.* I. מן השלשה יסד מעונו וכלם תלוים ועומדים מבחד ex tribus fundavit locum ſuum (*NB.* locus quotieſcumque de Deo occurrit, profecto intelligitur gradus eſſentiæ Dei benedicti. *Maimon. More Nebhochim part.* I. *Cap.* 8.) quæ quidem tria pendent & ſtant in unitate. *Hæc tria Hebræi vocant in lib. Ietzira* ספרים numerationes הויות hypoſtaſes & in *libro portæ Iuſtitiæ* פנים הפנימים perſonas & facies intrinſecas. *Hinc Iudæi in die Tabernaculorum*, Deus qui ſanctificaris tribus benedictionibus. *Notandum autem quod Emanationem quoque ſignificet Sanctificatio. Sic in Libro Portæ Iuſtitiæ.* Scito Sanctificationem eſſe myſterium, quo deſignatur *NB.* proceſſio Emanationum e CORONA. (*hæc eſt Pater ut antehac notavimus*) quod eſt Myſterium Jeſaiæ Capite Sexto, Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Harum rerum ignorantia aut neglectus & Scripturarum vim Myſteriaque fidei exinaniendi pruritus, faciunt, ut, quæ Philoni domi nata, ſed Platonicis logis imprudenter expoſita atque adulterata ſunt, Platonica dicantur, & *in religionem relata* ante ſcriptum Euangelium & a Johanne ſollicite explicata. Quibus figmentis confirmandis ita parum ſufficit noſter, ut proprio ſe gladio jugulet, ſuasque nugas iisdem verbis ſubvertat, quibus eas de-

demonſtraſſe videri vult & impudenter præ ſe ferre haud erubeſcit.

Certè ea quę περὶ τοῦ λόγου, (Græco vocabulo heic utor, quoniam de accuratiore illius verſione nondum diſceptatum eſt) quæ, inquam περὶ τοῦ λόγου p. 19. ex Philone adfert bene ſi conſideraveris, non una ratione ei prorſus adverſa deprehendes. *ait Deum* προεστήσασθαι τὸν ὀρθὸν αὐτοῦ Λόγον Πρωτόγονον, ὃς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἱερᾶς ταύτης ἀγέλης, οἷά τι μεγάλου βασιλέως ὕπαρχος διαδέξεται *Deum præfeciſſe rectam ſuam Rationem Primogenitum Filium, qui curam ſacri hujus gregis, ut magni regis præfectus ſuſcepit.* At notet Lector quanto artificio illi, quam nobiſcum agnoſcere videri vult, veritati, continuo inſidias ſtruat. Videat obſecro, quam ſollicite caveat, ne vel tantillum ſibi excidat, quo confirmetur orthodoxa fides de Filii Dei æterna patrique coeſſentiali Deitate, illiuſque diſtincta ſubſiſtentia, ab ea, quę Patris eſt. Imo impetrare à ſe non potuit, ut non potius torqueret atque exinaniret ipſius Philonis verba, quam ut in illis ullum ſit veritati præſidium. Hinc ad primum locum monuerat *in ejuſmodi ſententia fuiſſe, quæ ſimilior eſſet dogmati, quod poſtea Arius propugnavit. Similior* autem comparativus eſt; at quænam illa eſt cui minus ſimilis ſit Philonis ſententia, quam illi, quæ Arii fuit? Vel an eam exprimere veretur? *Effectricem* δύναμιν *Deum* vocat Philo, & eam quidem δύναμιν quam a Patre omnium diſtinxerat; ita ut Pater intermedius eſſet, hanc effectricem δύναμιν inter & βασιλικήν. Verum quid hic quod Arianiſmum ſapiat? Philonis quidem cauſam non ago aut de ipſius mente altercabor, ſed in Clerico id diſplicet, quod ita ſedulo caveat ne Lector in orthodoxa fide Trinitatis nimis forte verbis Philonis confirmetur: Patrem certè medium dicere inter utramque δύναμιν, quarum utraque Deus ſit, puram veritatem ſapit, quam & Kabbaliſtis agnitam vidimus p 50. & ſeq. Nil ſaltem heic quod Platonis ſit,

Ad ſecundum locum Philonis idem ſe prodit virus. *Hæc certè viri Doctiſſimi inter Arianos, ipſum dogma Chriſtianum eſſe crediderunt.* Ante ſuum meticuloſe prodidit judicium, heic Arianis imputat eandem ſententiam. Doloſe ut orthodoxis eripiat argumentum, quo Philonis forte conſenſum hac in parte eſſent probaturi. En ſeriem verborum paulo altius repetitam. *Mundum*, cujus multas partes recenſet, ὡς ποιμὴν καὶ βασιλεὺς ὁ Θεὸς ἄγει κατὰ δίκην καὶ νομὸν, προστησάμενος τὸν ὀρθὸν αὐτοῦ λόγον πρωτόγονον υἱὸν, ὃς τὴν ἐπιμέλειαν τῆς ἱερᾶς ταύτης ἀγέλης, οἷά τι μεγάλου βασιλέως ὕπαρχος διαδέξεται (al. διατάξεται) Sic verto *Mundum* - - - - -, *tanquam paſtor ac rex Deus regit ſecundum jus & legem, profecto genuino ſui Sermone*, ſeu Verbo *primogenito filio, qui curam ſacri hujus gregis tanquam magnus pro-rex in ſe ſuſcipiat.* Quæ religioni Chriſtianæ ſimillima eſſe nemo quidem negaverit; Platoni autem deberi, indeque concludere Platonica, jam ante ſcriptum Johannis Euangelium, *in religionem illata*, quin imo Johanni propoſitum fuiſſe, quo ſenſu voces illæ Platonicæ eſſent accipiendæ, Chriſtianos docere: nullis fiduculis ex hiſce Philonis verbis unquam extorquebit Clericus.

Quid ſi Philonem hæc à Chriſtianis accepiſſe contenderim? Audire utique potuit ea, quę, paſſim à Chriſto & Apoſtolis dicta atque inculcata, volabant per ora hominum. Judæos inter ſe, eruditos inprimis quotidie de iis ſermones miſcuiſſe quis dubitet? Filio à Patre regnum demandatum eſſe, *curamque ſacri gregis eum in ſe ſuſcepiſſe* nunquam non ingeminabant Chriſtiani. Vix concipi poteſt hæc prorſus fugiſſe Philonem, hominem rebus agendis idoneum & deſtinatum. Quin imo ex Veteri Teſtamento Regem, imo Filium Regem, eumque Primogenitum Filium, Judæisque mittendum novisſe potuit, gregique præficiendum. Quid heic quod ex Platone ſolum diſci debuit? Ipſa *Sapientia*, luxque

ἄγγελος iſtiuſmodi hyparchatum ſibi manifeſtis verbis tribuit: quo reſpexiſſe Philonem potius dixerim, quam ut in hiſce unicè Platonis cogitata & verba ſua fecerit, σοφίαν & λόγον unum idemque eſſe Philoni Op. p. 128. b. videre eſt; & ſignatè eam σοφίαν quæ locuta legitur Prov. VIII. Op. pag. 190. d.

Verum quid altercamur, cum ipſe Philo hanc litem dudum plane diremerit. Inſpicias modo eundem locum quem hic ob oculos habuit Clericus, & mirare mecum hominis ſupinam, ne quid pejus dicam, negligentiam. εἴρηται γάρ πȣ. Ἰδοὺ ἐγώ εἰμι ἀποστέλλω ἄγγελόν μȣ &c. *dictum eſt enim alicubi: Ecce ego ſum, mittam angelum meum ante faciem tuam, ut cuſtodiat te in via.* Niſi Moſen in Platonem verteris, hunc locum nullo colore iis accenſere poteris, ex quibus probes varias *voces Platonicas in religionem Chriſtianam illatas eſſe.* Quid ſibi polliceri de iſtoc homine Lector poterit? Philo dicit ſe ex Scriptura loqui, imo ipſiſſima profert Scripturæ verba, idem tamen Philonis contextus noſtro argumentum eſt, quo probet, *varias voces* in religionem, non Judaicam tantum, cui adhærebat Philo, ſed Chriſtianam illatas eſſe. At ſi forte, licet res ipſa a Moſe accepta ſit, voces tamen Platonicas ad eam exprimendam adhibere contendas, in promptu reſponſio erit, ipſiſſima Moſis ſeu potius Dei ex Moſe repetita a Philone adhiberi. Ubi fides Clerice, ubi candor tuus? Et tu pro ea, qua es acrimonia & Vatiniano in omnes fere vere Theologos odio, conqueri de illorum amaris cenſuris audes.

Quin ne quidem ipſiſſimum illud vocabulum πρωτότοκος quod ita ſignanter memoras, Platoni debet Philo; quandoquidem toties in verſione Alexandrina, imo nonnunquam de ipſo Filio Dei futuro Rege Iſrael expreſſe uſurpatur. Pſ. LXXXIX. 27.

Sequens locus ne γρῦ quidem eſt validior, & præterea ita mutilus producitur, ut fidem tuam ea quoque

citatione magis mihi ſuſpectam reddiderit. Data opera verba nonnulla reſecat, & quidem ea, ex quibus apparet, non ex Platone denuo ſed ex Sacra Scriptura ſuo modo ſapere Philonem. En integrum Philonis locum p. 397. *Illud quoque mirari ſubit ſacrum Verbum, quod magna contentione ac celeritate intercurrit inter vivos & mortuos. Mox enim inquit Moſes ceſſavit attritio, non ceſſatura profecto, nec relevatura ab afflictione confractioneque animam noſtram, niſi amicus Dei diremiſſet ſanctos, qui vere vivunt, a profanis, qui mortui ſunt, ſi rem vere conſideres. Sed magis etiam miror dum* NB *e ſacris eloquiis diſco, quomodo nubes interjecit ſe mediam inter Ægyptiacas & Iſraeliticas copias.... Verum Archangelo & antiquiſſimo Sermoni donum eximium conceſſit qui univerſum genuit Pater, ut in confinio ſtans id quod factum eſt diſcerneret ab eo qui fecit. Ille autem ſupplex ſemper eſt pro mortali pereunte, legatus autem principis ad ſubditos.* De dono illo (ſc. legationis) *exultat & honore ornatus illud enarrans, inquit: & ego ſteti medius Deum inter & vos, neque ingenitus tanquam ſi ille Deus eſſem, neque genitus ut nos, ſed medius inter extrema, utriſque agens obſidem: apud creatorem, ut fides fiat nunquam eum deleturum aut deſerturum univerſum genus impuritatem præ concinno amplexum; apud creaturam vero, uti ea certam ſpem habeat nunquam Deo propitio curam operis ſui defore. Nam ego denuncio creaturæ pacem ab eo, qui bella tollit Deo, pacis cuſtode perpetuo. Poſtquam igitur de Sectione in partes æquas Sacra Scriptura nos docuit &c.*

Vides ſtudio omiſſa verba quibus palam eſt Philonem non Platonem heic ſed Moſen reſpicere. Imo apertè profitetur, ſe hiſce verbis explicare ea quę a Moſe dicta ſunt & apud Moſen reperiuntur. Ut fraus iſta Clerici nullo colore palliari poſſit. Signum quidem addidit, quo aliquid à ſe omiſſum eſſe ſignificat; verum iſtiuſmodi verba deſiderari, ex quibus contrarium apparet illius, quod ex iſtoc contextu probare nititur, non jam temeritas ſed dolus eſt.

En

En omiſſa, poſt verba *legatus autem principis ad ſubditos*: ἀγάλλεται δὲ ἐπὶ τῇ δωρεᾷ καὶ σεμνυνόμενος αὐτὴν ἐκδιηγεῖται φάσκων, Κἀγὼ εἱστήκειν ἀνὰ μέσον κυρίου καὶ ὑμῶν, οὔτε ἀγέννητος ὡς ὁ Θεὸς & vertit Gelenius *de dono ſc.* legationis, *exultat & honore ornatus illud enarrans, dicit: Et ego ſteteram medius inter vos & Dominum.* Noverat Clericus, niſi hæc omitteret, fieri non poſſe, ut quiſquam heic de Platonicis cogitaret. Satius igitur fuit ſubleſta fide agere, quam non βλάβειν ſuæ hypotheſi. Tanto autem imprudentius id a noſtro factum eſt Critico, quanto magis initium, medium, finis, denique omnes hujus textus partes clamant Scripturaria non Platonica tradere Philonem, *Mox enim, inquit Moſes, ceſſavit attritio.* Utitur iiſdem verbis quæ occurrunt in verſione Alexandrina καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις Num. XLVIII. 50. *Nubes media inter Ægyptiacas & Iſraeliticas copias &c. Scriptura nos docuit.* Omnia alium dictorum Philonis auctorem principem indicant, quam Platonem.

Et ſane plurima in ſacris, imo plus quam ſexaginta loca legerat Philo, quæ, non conſulto Platone nedum ipſo auctore, anſam dabant de *angelo* loquendi, ne autem nova dicere videar & heri aut nudius tertius nata, Cyrillum Alexandrinum audi. *Conſueverunt Sancti Prophetæ Dei Sermonem appellare angelum.... eſt magni Conſilii Angelus* Jeſ. IX. in Oſeam Cap. I. I. Similia prorſus apud Theodoretum reperies in Exod. III *Quando*, ſunt verba Juſtini Apol. I. p. 95. *cum eo ſc. Moſe locutus eſt Chriſtus noſter.* Nihil Juſtino familiarius quam Angelus Sermo, Angelus Deus, Angelus Chriſtus olim auditus, viſus; creditus patribus. Similia ſæpe Irenæus. Imo frequenter & Sacræ literæ & Eccleſiæ Patres de eo ut hominem inter & Deum medio, ſeu perſonam reſpicias ſeu munus. Ut & de Angelorum Principe; vocabulo magis conveniente non exprimendo, quam illo, quo utitur S. S. quando eum Αρχάγγελον nuncupat. Legitur

utique de Angelo מליץ המליץ *interprete illo*, qui, intercedens pro peccatore apud Deum, provocat ad *repertum redemptionis pretium* Job. XXXIII. Apud Zachariam memoratur Angelus intercedens apud Jehovam Dominum exercituum, qui intercessione ſua efficit, ut Angelus, loquens in Zacharia, jubeatur à Jehovah, loqui Zachariæ bona & conſolantia verba, Zach. I. ἱκέτης paſſim dicitur Philoni, idem juxta Heſychium quod παράκλητος qui Chriſtus eſt. Παράκλητον ἔχομεν πρὸς τὸν πατέρα ait Johannes, Epiſtola Prima Capite ſecundo. Quod vocabulum παράκλητος ut plura ſimilia, ipſis Judæis quoque receptum fuiſſe notum eſt. Imo ipſum illum Jobi locum jam allegatum vertens Chaldæus, hoc vocabulo utitur מַלְאֲכָא אֲבָא פְרַקְלִיטָא *Angelus unus Advocatus*. Gloſſa in Cap. IV. Pirke Avoth *Paracletus eſt interpres bonus hominis apud regem*. פרקליט המליץ טוב על למלך David de Pomis dicit anteſignanum in bello quoque eo nomine venire: a quo ὁ ἄρχων ἄγγελος ſeu ἀρχάγγελος non longe abeſt.

Priſcæ de Angelo interceſſore & Archangelo fidei veſtigia adhuc hodie in Judæorum ſcriptis manifeſta ſunt. En verba Bechai, ſpectatæ apud Judæos auctoritatis Viri, Eximium Doctorem רבינו paſſim appellant: Wagenſeil. Tela Ignea p. 356. & 357. quæ exhibet Altingius in Exod. XXIII. pag. 55. *NB. hinc prima & tertia perſona promiſcue.* Officium *ejus defenſio in via, & immiſſio in deſtinatam ſedem ac poſſeſſionem*, ℣ſ. 20. *NB quæ Angelus loquitur & facit, Deus mittens ſe loqui & facere teſtatur; ob mutuam immanentiam, & eſſentiæ communionem.*

Clariſſimi Altingii contextum ſi legiſſet Clericus, deprehenderet viſum & facile ſolvi poſſe, imo ſolutum dudum eſſe nodum, quem nectit ad Exod. XXIII. ℣ſ. 20. *Qui volunt* τὴν αὐθεντίαν τοῦ λόγου [illegible] *e jugo Sinais montis locutum, Angelum ſaltem creatum promitti hic fateantur oportet, neque enim una eademque* ὑπόστασις *ſui ipſius nuncia eſſe poteſt:*

poteſt: *quod miror a Viris Doctis non animadverſum.* Ὑπό-ſταſιν apparuiſſe aut locutam eſſe, non eſt accuratus aut orthodoxis receptus loquendi modus. ὑφιστάμενον ipſam perſonam dicere aliud eſt quam ὑπόστασιν; at amat ita loquentes paſſim introducere recte ſentientes, ut cum veritate ſermonem quoque noſtrum oblivioni tradidiſſe, aut ſtudio ita torquere videatur, ut aut nihil dicere nos aut abſona loqui lectores credere jubeat. Mutentur igitur hæc verba & in illorum locum iſthæc ſurrogentur. *Qui volunt verbum Dei*, Dei filium primogenitum, angelum fœderis, perſonam ſecundam Sacro Sanctæ Trinitatis *e jugo montis Sinai locutum eſſe.* At quid fiet de iis qui id volunt? *Angelum ſaltem creatum promitti hic fateantur oportet.* Ego autem increatum promitti nullus dubito, Clerico, multis Judæis heic magis cœco, nequicquam reluctante. Angelus certè, cujus faciem obſervare, & audire vocem ipſa gens ſancta jubetur, creatus non eſt. Cujus eſt remittere & non remittere peccata, in cujus, non ſuperficie, ſed *medio*, ſed penetralibus eſt nomen Dei, creatus certe angelus non eſt.

At quare creatum heic intelligam? Dicet Clericus, addetque mirari ſe *a Viris Doctis id animadverſum non eſſe.* Quis non argumentum expectet longe ſolidiſſimum? *Una eademque* ὑπόστασις, *una*, dicam ego, *eademque* perſona divina *ſui ipſius nuncia eſſe non poteſt.* At antequam reſpondeam precor Clericum ut ſe potius & cœcitatem ſuam deploret potius, quam miretur & aliena putet ea quæ ab aliis recte dicta ſunt. Quis mi Clerice decem verba locutus eſt? Nonne Jehovah? Deus forte tibi omni modo ac ratione unus, non trinunus. At an non ille in decem verbis ſui ipſius nuncius & teſtis eſt? An non is qui dixit *ego ſum Jehovah Deus tuus, non habebis Deos alios coram facie mea, ego Jehovah Deus veſter, ſum Deus zelotes*, orationem eandem proſequens, deinceps dicit verſu ſeptimo, tanquam de alio, *non proferes nomen*

Jeho-

Jehovæ Dei tui, temerè, *neque enim Jehova, qui non ſuum* temerè *protulerit*, *eum innocentem habebit*, po *quies erit Jehovæ Deo tuo*, *Sex enim diebus &c. perfecit Jehova, diei benedixit Jehova.* Quapropter in priori heic Patrem locutum eſſe & in ſequentibus Filiu haud abſque omni ratione ſtatuit Clariſſimus A tingius. Quin in ſequentibus idem obſervare quod in decem verbis. Deprecatur populus ipſius D adlocutionem petitque ut Moſen audire liceat. H montem conſcendit & quæ relaturus erat ad populum in monte, procul ſatis a populo remotus, accepit, *dicebat Jehovah Moſi* XX. 22. is autem Jehovah denu plus ſemel loquitur de Jehovah tanquam de alio XX II. 20. XXIII. 17, 18, 19. Adeo ut in ipſo hoc co textu eadem difficultate laboret noſter, quam iis fru ſtranectit, quibus heic adverſatur. Sic habet verſus 1 *ter quotannis omnis maſculus tuus coram facie Domini Jehov comparebit*, en Jehovam loquentem de Jehovah.

Nec ulla ratione te expedias, licet eam ſententiam aliis præferas, *qua Angelum creatum Dei perſonam ſuſtinentem, legem tuliſſe volunt* tum Judæi hodierni, tum Sociniani, quibus Papiſtæ, τῇ ἀγγελολατρείᾳ obtentum quærentes, adſtipulantur. Hinc & error errorem tra hit, unaque fictione aliam fulcit. *Angelum* nimi rum *nomine Dei ἀμέσως loquentem*, *aliumque angelum*, *qui non perſonam Dei plane induerat*, *ſed ejus legatum duntaxat agat*, *promittere.* Angelus creatus Dei perſonam ita ſu ſtinens in Scriptura nullibi reperitur, aut unus angelus creatus ita mittens alium. Et ſi hæc in hunc lo cum quadrent, malum certe verbum non fuit, quod tamen tale merito viſum eſt Iſraeli eumque tantopere perculit Exod. XXXIII.

Nec enim alius angelus ipſis Exod. XXXIII. promittitur aut qui majus quid præſtiturus erat, quam quod hic præſtiturus dicitur, nimirum *intromittet te ad Emo-*

ræos

eum & miſſurus Iſraelem in Canaan. Vel an tantum ipſis
[illegible] alio angelo creato ſitum eſt, ut terram verſus pro-
cedere detrectent, licet de occupatione terræ certiſſimi?
Sic ſolent ſe multis abſurdis implicare, qui, ἀντίθεοι
[illegible], admittere nolunt id quod Deus ex orte
[illegible]. Omnia plana ſunt, ſi, agnito Sacro Sancto
Trinitatis myſterio, conſideremus loqui Deum mitten-
tem de Deo mittendo, cui demum competunt illius
Angeli Cap. XXIII promiſſi prædicata; cujusque ſine co-
mitatu merito iter promovere non audet Moſes aut po-
pulus. Hujus ductu negato nihil erat quod illis ani-
mum adderet, ad expeditionem in Canaan ſuſcipien-
dam. Deus utique tam creati Angeli mittendi, quam
creati Angeli mittentis opera uti poterat eodem ſuc-
ceſſu, cujus cum certior fieret Iſrael Exodi XXXIII,
non minus quam antea, *malum certe verbum* videri non
potuit, aut itineris ſuſcepti promotio à populo non
tantum verum & a Moſe ulla ſpecie negari. Vel an
illius præſidio, qui, paucis Angelis adhibitis ex æquo
auxiliari poteſt quam pluribus, uniuſque Angeli comi-
tatum, æque reddere validum atque alterius, diffidam,
eo quod, adhibita unius pro alterius creaturæ ope adeſſe
velit & præſtare promiſſa? Egregie igitur Judæus Raka-
natii: *Hic Angelus ſc.* Exod. XXXIII promiſſus *non eſt Ange-
lus fœderis, de quo tempore beneplaciti dixit facies mea ibit tecum,
ſed nunc præſentia Dei gratioſa ſe ſubduxerat, voluitque alius
Angeli ductu apud eos uti.*

Filio Sponſore ejuſque præſentia deſtitutos ploraſſe
rationi profecto longe magis convenit. Hic merito *fa-
cies* dicitur cum ſit ἀπαύγασμα τῆς δόξης Patris, adeo ut
qui eum vidit & Patrem viderit Joh. XIV. hujus comita-
tus confirmare animum, hujus auxilium Moſen & uni-
verſum Iſraelem ſecurum demum reddere & *quieſcere
facere* poterat. Raknatenſis denuo: *Facies meæ ibunt, hoc
eſt, Angelus redemtor, de quo dicitur, & Angelus faciei ejus
ſer-*

ſervavit eos Jeſ. LXIII. 9. *& Angelus fœderis quem vos de*ſi*deratis* Mal. III. 1. αὐτὸς προπορεύσομαι *ipſe præibo* habent ut ipſe notas ad XXXIII. 14. Septuaginta Interpretes. R. Sal. *non amplius mittam Angelum, ſed ipſemet ib*. Utinam ſciviſſet miſer Judæus hunc Angelum, qui & *facies* dicitur, ipſum eſſe *Deum. Schechinah Meaibu*: Onkelos.

Atque ita evaneſcit hæc nebula, & facile ſolvitur omnis difficultas. Loquitur una perſona Deitatis de alia. Sed dicet: Angelum Dei nomine loqui, adeoque eam perſonam, quæ nomine Angeli nuncupatur. Verum quo argumento probabit, Exod. XXIII. eam perſonam loqui, quę Angelus dicitur? Vidimus jam antea nunc unam nunc aliam loquentem introduci. Quid ſi Patrem loquutum Exod. XXIII. dixerim? De mutata perſona cogitandi anſam in textu dari non negaverit quiſquis deprecationem quæ Exodi XXXIII. 12--17. narratur probe animadverterit.

Quid ni addo Spiritum Sanctum quoque venire nomine Angeli, Zachariæ locum non unum id nos docere vidimus antea. Is igitur loquens, dicere potuit, *mittam Angelum*, nempe Filius ut Sponſor Teſtamenti, ut dux, ut caput Eccleſię, à Spiritu quoque Sancto miſſus dici potuit. Eſt locus apud *Jeſaiam* XLVIII. 16. qui verti poteſt *ecce Dominus Jehovah miſit me & Spiritus ejus* æque ac *& Spiritum ejus*. Notavit id dudum Origenes c. Celſum L. I. p. 35. καὶ νῦν Κύριος ἀπέστειλέ με καὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, *quæ verba cum ambiguum ſenſum habeant, utrum Pater & Sanctus Spiritus miſerint Jeſum, an Pater miſerit Chriſtum & Sanctum Spiritum &c.* poſtremum præfert, priorem licet, ipſo judice, verba ferant. Idem Coccejus Summæ Theol. Cap. XIII. 51. Tandem quid ſi dicam Filium Jehova dixiſſe de ſe, ut Angelo, ecce *ego mitto Angelum*. Ego ipſe vobis ſiſtam illum nuncium &c. Atque ita plus quam una ratione ſolvi nodus ille poteſt.

Ad-

Digitized by Google

Addit Clericus, *mirari ſe a Viris Doctis id non animadverſum*, ſcilicet Angelum Deum heic non promitti, ſed fruſtra eo quod tum idem ex noſtra ſententia heic loquatur, tum probe animadverſum ſit a Viris Doctis, ſed Trinitatis myſterium atque OEconomiam agnoſcentibus, eodem halitu dici id Jehovah dixiſſe Zach. III. 1, 2. quod, Juda teſte, Angelus dixerat, ſc. Filius Deus. Non deſunt autem qui & notarunt id quod *non animadvertiſſe miratur* Clericus, & facili negotio ſcrupulum quem ipſe movet lectoribus eximere.

Verum, ut ad reliqua Philonis loca examinanda pergam, opportune accidit, Clericum ſignate ad eum quoque provocaſſe pag. 21. §. 7. qui eſt in Tractatu, in quo demonſtrandum ſuſcipit, *Quod pejus eſt inſidiari meliori*, quoniam eundem exhibet Euſebius Præp. E. L. XI. Cap. XIV. & XV. addito judicio, quod figmento noſtri hominis prorſus eſt contrarium; non enim de Platone ſomniat & ex ipſius ſcriptis illatis in Religionem vocibus, ſed ex eadem ſcaturigine derivat, quam nos poſt veteres ad unum omnes heic adeundam diximus. Cap. XIV. dixerat Platonem ea quæ habet de *Secundo Principio*, non ipſum excogitaſſe, ſed ex Scripturis hauſiſſe, expreſſis locis unde haurire potuerit, hiſce verbis ad calcem capitis adjectis, NB. *Hæc Scriptura cujus quidem doctrinæ ſenſum Philo Hebræus exponens, clarius hunc modum illuſtriuſque repræſentat*; clarius nimirum quam Plato; ita tamen ut utriuſque ſententia ex Scriptura repetita ſit.

Lubet addere integrum Caput. *De primò totius univerſi Principio hæc à nobis pro confeſſis habeantur. Nunc verò in ſecundi contemplationem ingredere, quod Dei Verbum, ac Deum ex Deò eſſe Hebræorum docent oracula, cujuſmodi Theologia nos etiam imbuti & informati ſumus. Moſes certè quidem, Dominos agnoſcit prædicatque duos*, *dum ait*, *Gen.* XIX. 24. Et pluit Dominus à Domino ignem & ſulphur, ſuper impio-

piorum civitatem: *Ubi ſolito more ſimilem apud Hebræos ambobus literarum notam expreſſit, quæ alia non eſt, quam illa ipſa quam efferre nequeunt, elementis quatuor informata divini Numinis appellatio. Eadem quoque David accinens alius & ipſe Hebræorum Propheta ſimul & Rex, ita loquitur.* Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: *Ubi quemadmodum priori Domini voce Deum maximum, ita poſteriori appellatione alterum ab illo declaravit. Quem enim cogitare fas eſt, qui ab ingenita Divinitate ad ipſius dexteram conſidendi jus acceperit, præter unum illum, quo de ſermo a nobis inſtituitur; quem idem ipſe Propheta, planius adhuc alibi Patris Verbum eſſe pronuntiat, dum illum univerſi Molitorem eſſe teſtatur adponit,* Verbo, *inquiens,* Domini Cœli firmati ſunt. *Quin omnium etiam, ejus ope & curatione indigentium, Servatorem illum eſſe confirmans,* Miſit, *inquit,* Verbum ſuum, & ſanavit eos. *Similiter ejuſdem filius ſimul atque ſucceſſor Salomon, appellatione quidem alia, ſenſu tamen prorſus eodem, pro Verbo Sapientiam nominans, hæc illius ex Perſona commemorat,* Ego Sapientia habitans in conſilio, & cognitionem & intelligentiam invocavi. *Tum paulò poſt ita proſequitur, „Dominus creavit me initium viarum ſuarum „in opera ſua. Antè ſeculum fundavit me, in principio antequam terram faceret, antequam montes conſtituiſſent. Ante „omnes colles genuit me. Quando præparabat cœlum, aderam ipſi. Ejuſdem quoque ſunt quæ ſequuntur, „Deus in Sapientia fun„davit terram, præparavit cœlos in prudentia. Tum etiam iſta, „Omnia occulta & aperta novi: omnium enim artifex docuit „me Sapientia. Quibus ſequentia deinceps adjungit, Quid au„tem eſt Sapientia, & quomodò genita eſt? Ego referam & „non abſcondam à vobis ſacramenta, ſed ab initio nativitatis „inveſtigabo. Deinde rem illuſtrans uberius, Eſt enim, in„quit, ipſa Spiritus intelligentiæ, Sanctus, unigenitus, multi„plex, ſubtilis, mobilis, diſertus, incoinquinatus, omnem ha„bens virtutem, omnia proſpiciens, omnes permeans ſpiritus, in„telligibiles, puros, tenuiſſimos, omnibus enim mobilibus mo-*

„bilior

„ bilior eſt Sapientia: penetrat autem ac pervadit omnia propter
„ ſuam munditiam. Vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio
„ quædam eſt Omnipotentis gloriæ ſinceræ. Et ideò nihil inquina-
„ tum in eam incurrit. Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpecu-
„ lum ſine macula Dei efficacitatis, & imago bonitatis illius.
„ Attingit autem à fine uſque ad finem fortiter, & diſponit
„ omnia ſuaviter. Hæc Scriptura. Cujus quidem doctrinæ ſen-
ſum Philo Hebræus exponens, clarius hunc in modum illuſtriuſ-
que repræſentat.

„ Decet enim, inquit, eos, qui cum ſcientia ſocietatem inierunt,
„ ejus quod eſt, videndi deſiderio teneri: aut, ſi minus id poſſint,
„ ejus ſaltem imaginis, hoc eſt ſacratiſſimi Verbi. Quo eodem
„ libro, hæc etiam quæ ſequuntur habet. Ut quis minus adhuc
„ filii Dei appellatione dignus fuerit, ſe ipſum tamen ad primoge-
„ nitum illius Verbum, qui Angelorum antiquiſſimus, ac ve-
„ luti Archangelus plurimis nominibus inſignis eſt, conformare co-
„ netur. Etenim Principium, Dei nomen, Verbum, Homo ſe-
„ cundum imaginem, & videns Iſrael appellatur. Itaque ad ce-
„ lebrandas eorum virtutes paulò ante permotus ſum, qui nos omnes
„ Hominis unius filios eſſe dicunt. Nam ut nondum idonei ſimus,
„ qui pro Dei liberis habeamur; ejus quidem imaginis ſenſum
„ omnem ſuperantis, Verbi inquam ſacratiſſimi eſſe poſſumus. Dei
„ enim Imago Verbum hoc antiquiſſimum eſt. Tum iſta ſubjungit,
„ Quin etiam ab ſocio Moſis aliquo ejuſmodi pronuntiatum eſſe
„ oraculum audivimus, ECCE HOMO, cui nomen ORIENS.
„ Novum profectò nomen, ſi aliquem ex corpore animoque con-
„ flatum intelligas. Sin autem incorporeum illum, ac divinum
„ exemplar ferentem accipias, tum enimverò, convenientiſſimum
„ hoc ipſi Orientis nomen impoſitum eſſe, facilè admodum libenter-
„ que fatebris. Eum quippe Filium antiquiſſimum edidit univerſi
„ Parens, quem etiam alibi primogenitum appellavit. Is autem ex
„ Deo genitus, in archetypa illius exemplaria reſpiciendo forma-
„ vit. Hactenus ex illo Hebræi Philonis opere, cujus hic titulus eſt,
„ Deterius perfectiori ſemper inſeſtum eſſe. Verùm cùm
jam alibi veterum Hebræorum dogmata pietatem religionemque

complexa protulerim, tum verò quæ ſecundum ad Principium pertinent, hoc in Euangelicæ Præparationis opere, ſatis abs me pro inſtituto quidem meo diſputata ſunt: ad quæ proinde nunc rei ſtudioſos remittam. Cùm igitur ejuſmodi apud Hebræos de ſecundo rerum univerſarum Principio Theologiæ ratio fuerit, tempus jam eſt, uti Platonem in Epimenide ita diſſerentem audiamus.

Locum quem exhibet Clericus §. 2. pag. 19. pariter apud Euſebium reperies Præp. E. L. VII. c. XIII. p. 323. b. verum & huic ea præmittit quę Clerico è diametro adverſantur, quando ad Capitis pręcedentis calcem p. 322. ſic infit. *Verum, ne argutari me putes, Hebræum tibi hominem producam, harum literarum ſenſa reſignantem, qui cum res ſuæ gentis à Majoribus acceptas accuratè ac diligenter expendit, tum hujuſce dogmatis rationem ex Doctoribus ipſis intellexit, ſi tamen ita de Philone perſuaſum habes. Audi ergo, quemadmodum ipſe ſimilia divinæ Scripturæ loca accipiat.* Vides quam longè a Clerici figmento abſit Euſebius, utpote qui non ex Platone ſed ex Sacris literis hæc Philonem didiciſſe nobiſcum ita exertè affirmat.

Perge igitur Clerice & voces, Philoni ex Platone hauſtas, religioni Chriſtianæ illatas jactita, iis quoque in locis, in quibus confirmandis ipſe Philo ad Sacras Literas palam provocat. Eſt quoque in Scripturis phraſium ubertas quas alluſit Judæus ſcriptor.

At videamus an ex reliquis locis exterebare queat pro temere adſeveratis argumenta. Locus eſt p. 20. ex tractatu de Somniis p. 463. At quantumvis tædeat, denuo rogo, quid hic ex Platone, ubinam *variæ voces in Religionem illatæ*, quas ipſi debeamus? De *Pontifice* loquitur, fateor, at vocabulo notiſſimo Sacris Scriptoribus: de *Primogenito:* ſed a quo, priſco tempore obiri ſolebat ut plurimum Sacerdotis munus, adeo ut, de Pontifice locutus, vix non cogitare de Primogenitis potuerit. Verum quæ heic voces, quæ vel minima vocula Platonica? Vel an ex Platone didicit Pontificatum & Primogenituram alicui

tribuere, qui Λόγος ſit? Utique veritas eſt ex V. T. notiſſima. Quin & heic, ſi uſpiam, ad Moſen, ad Sacras Literas toto contextu provocat ipſe Philo.

Allegoriis deditum eſſe Philonem fruſtra quis neget. Adeo quidem abſque omni modo iis indulget, ut univerſum Pentateuchum allegoricè explicandum ſentiat. Inter alias allegorias, hanc quoque reperio *Sacerdotem ingredientem in ædes Lepræ ſuſpectas*, eſſe Λόγον *animam noſtram ingredientem*, hiſce additis ὁ γὰρ ἐπίτροπος ἢ πατὴρ ἢ διδάσκαλος, ἢ ὅ τι ποτε χρὴ καλεῖν τὸν ἱερέα. ex quibus apparet unde ipſi natum ſit τὸν Λόγον vocabulo Sacerdotis exprimere. Sacerdos autem eſſe non poteſt, niſi & ſummus ſit, adeoque Pontifex. Poſtulat id verbi excellentia Lib. Ὅτι ἄτρεπτον τὸ Θεῖον Edit. Reg. p. 211. Geliniana autem p. 244. a & b. Ad hujus calcem propudioſa incuria factum, ut integer verſus ſeu linea tum Græco deſit textui tum Latino. At quid in hiſce ex Platone? *Templa* nos dicit Paulus, at ubi id apud Platonem? In promptu ſunt phraſes Prophetis uſitatę, quas potius reſpexerit infenſus Platoniciſmi hoſtis, hoſtis inquam tum ut Phariſæus, qui legi adhæſerat, inde a pueritia, tum ut Chriſtianus & Doctor gentium. Utique *habitare* Deum apud eum qui *contritus eſt & humilis Spiritu* exerte dixit Jeſaias LVII. 15. *Habitabo in medio eorum* Ezechiel XLIII 7, 9. tempore nimirum, quo materiale templum futurum non erat, ſaltem potiſſimùm eo tempore. Divinæ *ſapientiæ* quoque domus tribuitur, ita deſcripta, ut de ſpirituali, de animarum domo non poſſit non cogitare, qui attente legerit Prov. IX. 1--6. *Germen Jehovæ ſibi ædificaturum templum* Zacharias vaticinatur VI. 12. ex quo uno loco, ſi probè adverteris, omnia eſſe poſſunt quæ heic a Philone dicuntur. Eſt *germen* Jehovæ, eſt ἱερεὺς, is *ædificabit* τὸν οἶκον τοῦ Κυρίου, καὶ αὐτὸς λήψεται ἀρετὴν, καὶ κατάρξει ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἔσται ὁ ἱερεὺς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ, καὶ βουλὴ εἰρηνικὴ ἔσται ἀνὰ μέσον ἀμφοτέρων. Tu mihi vel

unum

unum Platonis locum exhibe, qui tam multa contine in quæ digitum intendiſſe videri queat Philo. Imo e univerſo opere Platonis ſi tantum collegeris conv nientiæ, quantum hic unicus verſiculus cum hiſce d ctis Philonis continet, eris mihi magnus Apollo. V operæ pretium eſt de hiſce pluribus diſſerere. *D mus quadam aut templum ſacratum fabricabatur*, quand Deus initio corpus formabat Adamo, *rationali anima quam illa divina imago circumferre debeat.* Op. p. 23. g Sic in omnibus Scripturam ſpectat, ſuaque ex ea, no ex Platone derivare ſatagit. pag. 21. §. 6. *Philo, variis locis, docet* Λόγον *eſſe* εἰκόνα Θεοῦ *imaginem Dei.* Siccine? quid hoc ad Platonem, *voceſque* ex illius ſcriptis *religion illatas?* cum ipſe addas, Philonem Moſi adſcribere, *quo Dei* Λόγον *vocet imaginem Dei.* Utique *facies* dicitur ille Angelus, cujus abſque comitatu, iter Canaanem verſus promovere non audebat Moſes Exod XXXIII. *Facies Dei*, Deum referre neceſſe eſt. Vide ea quæ dixi pag 77. *Manna*, ut ipſe obſervas ad Exod. XVI. 15. Chaldaica terminatio eſt τοῦ Man, habetque Onkelos מנא. Nimirum, ex traditione Patrum, Manna Chriſtum deſignaverat verum panem vitæ, hinc ita appellare τὸν Λόγον commode potuit Philo. *Redemptor prior deſcendere facit pro iis Manna; ſic & redemptor poſterior deſcendere faciet Manna.* Midraſch Coheleth Fol. 86. 4. *Meſſias ipſe comeſtur* dicitur in Talmude Sanhedr. Fol 98. 2. Loca exhibet Ligtfoot ad Joh. VI. *Cibum Fortium* vocat Pſaltes τὸ Man Pſ. LXXVIII. Judæi putarunt fortibus Angelos denotari, adeoque Man, cibum fuiſſe cœleſtem: vocatur quoque in textu *frumentum cœlorum*, ſeu cœleſte. Quod homini, Philonis, more allegorizanti, facili negotio anſam dare potuit, de animarum cibo Sapientia & Λόγῳ cogitandi; adeo ut & in iis, quæ habet §. 7. pag. 21. nihil, quod aliunde eſſe, quam ex Platone haud poſſit, producatur. Paulus exerte 1 Cor. X. 4. dicit, eundem

ſpi-

ſpiritualem cibum ac potum hauſiſſe, & de Chriſto cogitat. Ipſe Dominus Jeſus declarat ſe eſſe verum Man Joh. vi. 32, 33. ex quibus dubium non eſt quin Manna Chriſtum reſpexerit.

Cave autem ne abſonum putes, ex priſca Catecheſi & paraphraſibus quoque ſapuiſſe dici Philonem. Scio ſupinam linguæ Hebraicę ignorantiam ipſi a Scaligero exprobari, ut an legere potuerit ambigat, in Elench. Trihæres. c. 18. ut & Epiſt. 13. ad Gilb. Seguinum. Potuit autem, linguæ Judaicæ ignarus, ſcire ea quæ inter Helleniſtas non minus quam reliquos recepta erant, quorumque veſtigia in doctrina, ſignate de Sephiroth, Kabbaliſtica, adhuc hodie reperimus. Δυνάμεις Philonis quiſquis rite conſideraverit: næ is Sephiros Kabbaliſtarum ſe reperire extemplo deprehendet.

Multa, ait Clericus, *alia ſunt apud Philonem*, Chriſtianæ *Doctrinæ affinia*. Credo equidem nec miror; cum Judæus fuerit, legeritque ſcripta ex quibus Chriſti & Apoſtolorum doctrina hauſta eſt. Præterea ignorare non potuit ea quæ de Chriſto, de Apoſtolis, de doctrina eorum jam ſuo tempore omnium ore, doctorum inprimis terebantur. Romæ autem cum fuerit, maxime ſi cum Petro habuerit commercium, ut tu ex Hieronymo & Suida notare voluiſti, dubium non videtur, quin audiverit ea quæ Chriſtus & Apoſtoli docuerant. Ut ut ſit, jam inde a tempore Tiberii res Chriſtianorum, Romę, præſertim magnatibus, ſatis cognitę fuerunt. Tacitus, Neronis in Chriſtianos ſævitiem enarraturus, A. xv. 44. *Repreſſam in præſens exitiabilem ſuperſtitionem rurſus erupiſſe* dicit Nerone regnante. Fuit igitur ante Neronem ſed repreſſa. Aquila quoque & Priſcilla tempore Claudii Romam deſeruere: imo fieri non potuit, quin miſſus ad Caium Philo ſcire ea debuerit, & ſatis exacte. Cum enim *Judæi impulſore Chreſto aſſidue tumultuantes* dicantur Sueto-

nio in Claud. 25. fieri haud potuiſſe videtur, ut Ju-
dæus, a Judæis miſſus ad Claudium, rationes dare no
potuerit eorum, quę, a Chriſto patrata, Judæis cri-
mini vertebantur. Taceo ea quę jam p. 74. notata ſunt.

Formulam Baptiſmi *in nomine Patris Filii & Spiritu
Sancti* quoque ignoraſſe, quis eſt qui ſibi perſuadeat
inprimis cum tot eſſent jam gentis ſuę homines hac ra-
tione ſacro fonte lavati. Crucifixus eſt Chriſtus Do-
minus & reſuſcitatus eo tempore, quo undequaqu
confluxerant Judæi, qui res tum temporis Hieroſoly-
mis geſtas, quocunque profecti ſunt, non celavere
ut ignorare eas Philo vix potuerit.

Haud inſcium autem & non aſſentientem tamen, quid
magis in proclivi eſt ut credamus, quam priſcę Cate-
cheſeos reliquias hujuſce doctrinę, quam percrebe-
ſcere indies probe noverat, ita interpolaſſe, ut nec negare
videretur, id, quod, non una ratione, ipſi conſtabat;
nec palam profiteri; cujus progreſſum impedire ita ſerio
ſtudebat. Fuiſſe enim templi & cultus Moſaici ſtudio
atque amore prorſus immodico nemine inferiorem, ex
Legatione ad Cajum manifeſtum eſt. Plura addi poſſent,
ſi ex profeſſo hoc argumentum pertractare vellem.
Verum hæc ſufficient, ut conſtet, ne unica quidem
voce ex Platone in religionem illata, Philonem ſcribere
potuiſſe ea quę protulit Clericus.

Scrupulum, fateor, heic forte alicui movebit quod
LXX. Interpretes tamen eandem doctrinam vix imo ne
vix quidem reperiſſe videantur. Bleſenſis putat *data*
opera iſtiuſmodi loca ab ipſis fuiſſe *aut tam inextricabiliter
obnubilata, aut aliud inhærendo mutata, aut penitus prætermiſſa,
ne Ægyptii plures Deos coli ab Hebræis arbitrarentur*. Nova-
rini Schediaſm. L. XI. N. 161. Verum qui genium
Judæorum non penitus ignorant, heic non hæſitabunt.
Solent & hodie plurima abſcondere, eumque in modum
ſuis communicare ut aliis tecta maneant. Hujus hęc

ipſa,

ipſa, de qua loquor, doctrina inſigne eſt ſpecimen. Præterea verum non eſt a LXX. ita abſconditam eam doctrinam eſſe, utpote qui multis in locis ſatis fideliter & emphatice verterunt loca in quibus Hebræus codex aperta ſatis hujus veritatis documenta exhibet. Quin Capellus, Voſſius, Waltonus & ſimiles vel ea ratione tantopere evehunt illius verſionis puritatem, quod magis cauſæ Chriſtianæ faveat, quam textus, ut Voſſius loqui ſolet, Rabbinicus.

Inane quoque μορμολύκειον eſt omne id quod *de ſeducendis à facundiſſimo ſcriptore Chriſtianis* obtendit p. 21. Primo quidem ita rara erant, nondum, iſtis ſaltem in locis, cognita arte Typographica, ita rara erant librorum exempla; præterea tam tenuis paſſim ſortis homines veritatem ſcrutantes eamque profitentes, ut à recens ſcripto opere tantopere non fuerit metuendum. Accedit, quod, jam ante tempus, quo Euangelium ſuum Johannes exaravit, vulgata multum fuiſſe Philonis ſcripta non conſtet.

Verum quæcunque tandem voces in religionem ex Platone illatæ ſint, de voce tamen Λόγος illud verum non eſſe an Lectori validis rationibus perſuadere poſſim faciam periculum.

Notatu quidem mihi dignum videtur veterum ad unum omnium de hac re ſilentium. Conſule eos, qui & Johanni & Philoni non tantum longè fuere propiores; Irenæum puta Juſtinum Martyrem, Polycarpum, Barnabam, Ignatium, Clementem utrumque, Origenem, taceo prolixa ſerie alios; non tanto propiores ſolum, verum & magnam partem in ſcriptis Platonis verſatiſſimos, adeo ut plus quam unum eorum Platoniciſmis penitus non imbutos ſed incoctos dicere haud verear, neutiquam tamen reperies id ipſis notatum eſſe, quod poſt tot ſecula noſter obtrudere lectori ſuo eſt auſus. Nihilominus Vocabulum Λόγου, quod eruditè notat,

Daniel Withby Anglus Doctiſſimus, Judæis & genti-bus notum pariter atque uſitatum fuit. De Vera Chri-ſti Deitate p. 107.

Video eorum nonnullos, Origenem inprimis & Cle-mentem Alexandrinum, quam diligentiſſime notaſſe quæ ex Platone pro ulla veritate Euangelica deprom-ptuere, nemini tamen in mentem venere noſtri homi-nis ſomnia.

Celſus omni conatu id agit, ut noſtra ex veteribus Philoſophis, Platone ſignatè hauſta probet, vocem ta-men hanc Λόγος mutuam acceptam ab eo eſſe, quod omnino objiciendum fuerat, non dicit. Tacet quoque hanc rem Doctiſſimus & φιλοσοφώτατος Imperator Ju-lianus. Plurima περὶ τοῦ λόγου diſputata olim fuere. Car-do doctrinæ Chriſtianæ ὁ Λόγος erat, ut ſi tale quid hic obtendi potuiſſet, taceri profecto non debuerit. Ta-cent tamen inimici pariter atque amici tum veritatis tum Johannis Euangeliſtæ. Nemo noſtrum agnoſcit nemo adverſariorum exprobat, id quod notaſſe non unam ob rationem utriuſque intererat quam maximè.

A Johannis tempore remotiores, ſingulatim Euſe-bius, Photius, Hieronymus, Suidas poſt tot de Λόγῳ certamina, de Philone illiuſque ſcriptis ac ſententiis loquentes, ante omnia notare debuiſſent id quod Jo-hanni tam luculentam materiam ſuppeditavit; non ſine ingenti credentium diſcrimine negligendam. Vide Eu-ſeb. L. 11. c. 18. Phot. Cod. 105. Suid. Orig. c. Celſum. Inprimis hic memorandum eſt Euſebium in Demonſtra-tione Euangelica ſtudioſe & prolixe Lib. XI. XII. XIII. collegiſſe quæ apud Platonem repperire potuit religio-nem noſtram ſpectantia, nullibi tamen hoc repperire quod ſomniat Clericus.

Imo eſt locus apud Origenem cujus circumſtantiæ vix patiuntur, ut reticuiſſet, ſi quid tale cogitaſſet, nedum credidiſſet. At vide obſecro quam procul à noſtri

homi-

hominis figmentis abfuerit Patrum facile doctiſſimus, quem, ut in Origenianis p. 194. d. refert Huetius, Hieronymus, & jam ante Didymus *alterum Eccleſiarum poſt Apoſtolos magiſtrum nuncupant:* imo Hieronymus in Præfat. ad Lib. Hebraic. Nomin. addit *neminem hoc niſi imperitum negare.* Objicit Origeni Celſus c. Celſ. L. VI. p. 275. plurima quæ ad agnitam nobis veritatem ſpectant *aptius apud Græcos* dici quam auctores quos divinitus inſpiratos credimus. Reſpondet Origenes, ad homines convertendos, qui horum ſcopus eſt, magis idoneum ſtylum adhibuiſſe quam Plato aut ſimiles. Seligit deinceps dictum quod in verbis Platonis præ aliis & utile & perſpicuum videri debeat pag. 278. contendit autem multo id ante non minus concinnè in Scripturis dictum eſſe per Prophetam, ut & deinceps in N. T. a Johanne, ſignatè ubi de Verbo agit Euangelii Capite Primo. Quod poſterius imprudenter dixerit Origenes, ſi per Philonem ea ex Platone mutua ſumſiſſet noſter Johannes. Regeri enim id à Celſo potuiſſet: nec Origenes impunè addidiſſet, *melius Platone hos*, ſc. ſacros Scriptores, tam Veteris quam N. T. *vidiſſe tum quid ſcribendum aut quomodo, tum quid prædicandum quid non.*

Et ſi verum ſit, quod excogitavit Clericus, Johannem in eo eſſe, ut *doceat quo ſenſu voces* ex Platone a Philone deſumtæ *uſurpari debeant*, tacere id non debuiſſet Origenes, minus autem ſalsè ridere crimen à Celſo exprobratum, ac ſi, quæ *aptius* à Græcis dicta eſſent, minus decore eſſent elocuti, imo *parum intellectas Platonis ſententias depravaſſent* ſcriptores ſacri. Dicere cum Clerico debuiſſet, tam longè à *depravatione* abfuiſſe, ut verborum aut ſententiarum genuinum ſenſum docuerint. Alia prorſus Origenes; imo ridet Celſum id obtendentem, innuitque non credere ſe de iis ſollicitos fuiſſe Apoſtolos, ne Johanne quidem excepto; *Videndum an non vero ſit abſimile Paulum pellium ſutorem, &*

 Po-

Petrum piſcatorem, & Johannnem abductum a paternis retibus, male intellectis Platonis addo & Philonis dictis ſeu Epiſtolis, *tales opiniones tradidiſſe de Deo* c. Celſum L. VI. p. 279.

Addo veteres, qui data opera Johannis Caput Primum explicarunt, pariter ne quidem per ſomnium cogitaſſe de Clerici figmentis. Præter Origenem, Baſilium prolixè id agentem conſule, ad unum omnes tacent haſce Clerici noſtri gerras. Chryſoſtomi precor Homiliam primam in Johannem legat Lector videatque quantopere ipſi diſplicitura eſſent quæ ita effudit audacter noſter Criticus. Committere non potui, quo minus aurei oris dicta pag. 35. lectori exhiberem, ut ut prolixiora. Uſus ſum verſione Aretini. Eſt autem una ex LXXXVII. adeoque genuini Chryſoſtomi Homiliis in Johannem.

Johannem igitur, obſtetricante Philone ex Platone mutuam accepiſſe vocem λόγος, cum nullam quæ Platonis ſit in religionem noſtram jam tempore Johannis illatam probare potuerit Clericus, quis credat?

Præterea niſi falſa ſit Clerici ſententia haud video qua fronte auſi fuerint in ſcriptis polemicis non errores tantum Platonis tantopere deteſtari; verum & ſignatè carpere ipſius, præter mores, dictionem quoque ipſam. Nazianzenus Πλάτωνος εὐγλωττίας τὰ γοητεύματα; οἳ κακῶς εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἡμῶν εἰσεφθάρησαν ὥσπερ Αἰγυπτιακαί τινες μάστιγες. Verſio habet in edit. Billii in Orat. XXVI. p. 458. b. *Platonicæ facundiæ præſtigias, quæ velut Ægyptiacæ quædam plagæ in Eccleſiam noſtram irrepſerunt.* Qui autem agnoſcere debent, ſe, imo Euangeliſtam ipſum, in negotio maximi momenti, à Platone mutuum accepiſſe ampliſſimi uſus vocabulum; imo *voces Platonicas plurimas*, in *religionem* ſuam illatas eſſe, quos genuino ſenſu accepiſſe tanta res viſa fuerit ipſi Johanni, ut data id opera *docere* voluerit: qui inquam hæc largiri tenentur; næ ii male ſibi coſulunt iſtiuſmodi Platonicæ dictionis contemtu.

Præ

Digitized by Google

Præ dictione magis adhuc deteſtantur dogmata Platonica. Audivimus Chryſoſtomum verborum tonitrua & fulmina in ea jacientem. Tertullianus uno vocabulo omnia complectitur, quæ in Doctrinæ Platonicæ vituperium dici queant, quando eum appellat, *hæreticorum omnium condimentarium* de Anima L. I. c. XIII. fateor, Platonicos ſe fuiſſe profitentur Juſtinus, Clemens, alii, paſſim quoque Platonem reliquis Philoſophis præferunt; ipſam tamen, Doctrinæ Platonicæ indolem & genium nec non dogmata vituperant paſſim & deteſtantur, quod ego quidem facere non auſos putem, ſi tanta deberent Platoni, illiuſque voces ipſis *θεοπνεύστοις* tanto in precio fuiſſent.

Auguſtinus quidem non uno in loco, Arnobius aliique inſigni encomio ornant Platonem. Prior inprimis c. Academicos Lib. III. Cap. XVII. Col. 453. a. Non tamen a nobis diſſentit, in eo, quod ante omnia heic nonnunquam inculcandum eſt, nimi; a vatibus noſtris didiciſſe Platonem ea quæ de divinis vera locutus eſt. Vide de Doctrina Chriſtiana L. II. Op. Tom. III. p. 37. d.

Præterea jam ante Platonem creberrimi uſus vocabulum Λόγος eſt, nec ſignificatu qualicunque, ſed eo quem & Plato adoptavit: adeoque Platonicum dicere, non eſt hominis, qui aliis artis Criticæ ignorantiam ita falſe exprobrat. Epicharmum novit Clericus Poëtam & Philoſophum Pythagoricum, de quo Moreri in Dictionario quod auctius edidit noſter, *dont Platon, a ce qu' on dit, faiſoit bien ſon profit?* Eum autem vocabulo Λόγος uſum eſſe dudum animadvertit ὁ Στρωματεὺς Strom. L. V. pag. 605. Imo jam ante utrumque Orpheus pariter eandem vocem adhibuit, eodem Clemente Alexandrino teſte, p. 607. poſt Platonem Zenoni *Citieo* (Citieum dicit Clem. Alex. c. Jul. L. II. p. 62. a. edit. Spanhemianæ) *Cratetis Diſcipulo Stoicorum Secta*

A prin-

principi Clem. pag. 301. d. eam vocem receptam fuiſſe Lactantius teſtatur. de Vera Sap. Lib. IV. c. 9. eadem fere apud Ciceronem & Laertium reperiri obſervat Betulejus. Platonica igitur vox nulla ratione dici poteſt veritati ſimili.

Adde ea, quæ tum Plato de hoc argumento ſana docuit, tum reliqui poſt Platonem gentiles aut Poëtæ aut Philoſophi, ex ſacris literis petita eſſe. Solide id evinci poteſt. Quicquid enim ex revelatione illa quæ omni homini communis eſt, qua τὸ γνωστὸν τοῦ Θε[illegible] etiam gentibus revelatum docet Apoſtolus Rom. I. 19. quicquid inquam ex ea ſciri poteſt, non eo pertingit, ut Trinitatis Myſterium, ſignate doctrina περὶ τοῦ λόγ[illegible] innoteſcat: qua de re in Summa Theologiæ ſuo loco mentem explicui. Et ſi vel Trinitatis Myſterium, non tamen doctrina de Mediatore, de Archangelo, de Filio, de eo creatore aut ſimile quidpiam ſolo rationis auxilio ſciri poteſt.

Ad ipſum Clericum provoco Bibliot. Univerſ. Tom. X. p. 406. exertè dicentem *heic agi de re cujus naturaliter nullam habemus ideam, quæ & ipſa incomprehenſibilis eſt ſuppoſita licet revelatione.* Qua igitur fronte Platonica dicit ea, de quibus, ipſo confitente, citra aliam quam communem revelationem, nihil aut Plato ſcire potuit, aut ullus Philoſophus.

Pervenit igitur ad illos horum myſteriorum qualiſcunque cognitio ex revelatione illa quæ ſingulatim Eccleſiæ obtigit, & ſingulare medium eſt exequendi propoſiti gratiæ: qua tandem cunque via & modo res gratioſâ illâ & miſericordi revelatione unicè cognoſcendæ, ad Philoſophos illos gentium uſque pertigerint, licet prorſus nos fugeret, haud dubium tamen eſt pertigiſſe. Docent id omnia loca, quæ continent ſalutaris veritatis particulas earumve veſtigia ſolo humano acumine non indaganda.

Digitized by Google

Adeo ut, licet Philo ex Platone, hicque rurſus ex Zenone, Epicharmo, Orpheo, aliis ſimilia quædam de myſteriis noſtris verba exhibeant atque ſacri ſcriptores, his tamen ea non illis vindicanda ſunt auctoribus, adeoque nec Platonica nec Philonica aut Zenonica dici debeant.

Quin ipſe Plato & res illas & verba illius generis, aliis, ſignate Barbaris, imo peculiari divinitus aliquando factæ revelationi debere non negat. *Plato non it inficias, ſe ea quæ ſunt in Philoſophia præſtantiſſima mercatum eſſe a Barbaris* Clemens Strom. L. I. p. 302. *Sic ergo & Barbara & Græca Philoſophia æternæ veritatis avulſam quandam particulam, non è Bacchi Mythologia, ſed ex verbi, quod ſemper eſt Theologia, decerpſit* Clem. Strom. I. p. 298. d. *Quod longè quidem infra Moſis ætatem fuerint Græcorum ſapientes, oſtendetur paulo poſt, quod autem modus ejus quæ fuit apud eos Philoſophiæ, fuerit Hebraicus, jam conſiderandum eſt*. Idem pag. ſeq. d. *A prophetica & verè antiqua* ἐπικρύψεως *quæ apud Græcos fuerunt pulchra profluxerunt dogmata.* Idem Strom. L. v. p. 579. b. Similia habet Theodoretus Serm. II. de principio Tom. IV. p. 498. 500. *aliam itaque doctrinæ rationem aggrediar, oſtendamque tum Platonem, tum qui eum ſecuti ſunt, ab his divinis viris Theologiæ quapiam compilaſſe ſuiſque illa libris inſeruiſſe.* De ſequioris ævi Philoſophis Plutarcho Numenio hæc habet. *Hi namque cum poſt adventum redemptoris noſtri exſtiterint multa Chriſtianæ Theologiæ ſuis libris inſeruerunt. Itaque Plotinus & Numenius, Platonis mentem explicantes, tria illum dixiſſe ajunt, quæ ſint ſupertemporalia & æterna: bonum, mentem, & univerſi animam. Ac bonum quidem vocare quem nos dicimus Patrem, Mentem vero quem nos Filium Verbumque appellamus; Potentiam autem quæ animet omnia & vivificet, univerſi animam vocat, eam ipſam videlicet quam Sacræ literæ Spiritum Sanctum nominant. Atque hæc ipſa, ut dixi, ex Hebræorum ſapientia & Theologia ſub-*

ducta ſunt. Hymnorum enim conditor David, divinum... los concinens, & divina reſonans gratia, exclamavit ... cens: Verbo Domini cœli firmati ſunt, & Spiritu o... ejus omnis virtus eorum. *Sed & Sacra Euangelia Plutarchus & Plotinus inaudierunt: quod & Amelius il... qui Porphyrii Scholæ præfuit, manifeſte oſtendit. Admi... tur enim vehementer procœmium a quo Joannes Theologi... orſus eſt, ſic loquens:* Et hoc ergo erat Verbum, ... cundùm quod ſemper fuerunt quæ facta ſunt, ſicut Heraclitus ipſe cenſeret, & ita per Jovem barbar... homo cenſet, in principii loco ac dignitate Verbu... apud Deum conſtitutum, Deumque eſſe, per quen... abſolutè omnia facta ſunt. Quod itaque factum eſt in eo dicit & vivens & vitam & ens fuiſſe. In corpu... autem illapſum carnemque indutum, apparuiſſe ho... minem, in quo tamen & naturæ ſuæ magnificentiar... tunc oſtenderit. Cumque morte obita ſolveretur, ru... ſus ad divinitatem rediiſſe affirmat, Deumque eſſe qualis videlicet priùs fuerit quàm in carneum corpu... hominemque deſcenderet. *Uſque adeo barbari homi... Theologiam ſuſpexit homo Platonis aliorumque Philoſopho... rum eloquentiæ innutritus, ut Verbum confeſſus fuerit eſ... in principio, ac Deum eſſe, & apud Deum eſſe, & omni... feciſſe, omibuſque vitæ cauſam ac diſpenſatorem eſſe: ſa... lutiſque omnium cauſam, majeſtatem quidem divinitati... carne occuliſſe, at in parva & craſſa illa corporis nebula pa... ternam nobilitatem detexiſſe. Nam & divinus Euangeliſta cùm dixiſſet,* Et Verbum caro factum eſt, *divinaqu... naturæ immutabilitatem oſtendiſſet, adjecit,* & habitavi... in nobis, *docens ita humanam carnem induiſſe, ut ineffa... bilem incorruptumque divinitatis ſplendorem emitteret.* Vi... dimus *enim inquit,* gloriam ejus, gloriam quaſi uni... geniti à patrè, plenum gratiæ & veritatis. *Divinitati... ſiquidem ejus radios amictus ille carnis non debilitavit; ſed hac ipſa circumdatus manifeſtabat quis eſſet, & a quo tan-...*

quam

quam radius emicaret. Quod ſi adverſarii veritatis uſque adeo veritatem admirantur, ut vel exiguis inde compilatis particulis libros ſuos exornent, neque illa, quamquam multa falſitati admixta, ſplendorem ſuum decuſque hebetent, ſed etiam in fimo uniones fulgeant, ac juxta Euangelium, Lux in tenebris luceat, neque à tenebris occultetur: *hinc facile eſt cognoſcere, quam adamandæ, quamque admirandæ ſint ſacræ diſciplinæ à mendacio & falſitate ſejunctæ.*

Non res tantum ſignificatas ſed & vocabula Chriſtianis vindicat, ſignate vocabulum λόγος, non enim dicit, quem Plato, ſed quem nos *Filium Verbumque dicimus.*

Euſebius Dem. Euang. Lib. XI. multus in eo eſt, ut ex Hebræorum diſciplina repetitam probet Platonis doctrinam, eam inprimis quam περὶ τοῦ λόγου tradidit. Poſt Platonis mentem verbis ejus propoſitam hæc habet, Cap. XVI. *Annon tibi videtur Plato, dum hæc ait, Hebræorum dogmatis inſiſtere: Unde enim alioqui ipſi in mente veniret .... moderatorem univerſi Patrem dicere? Unde porro, huic ipſi rerum conditoris* Κυρίου *Domini nomen imponere &c.*

Taceo ea quæ de Platonis præceptore Pythagora tot veteres, nimirum ab Hebræis doctrinam ſuam hauſiſſe, imo circumciſum fuiſſe cum Carmelitis, Eliæ & Eliſæi diſciplinam in monte Carmel imbutis ac profeſſis, verſatum, filiæ denique nomen Saræ impoſuiſſe vide Photium Cod. 259. quin & ex Hebræis ortum Ambroſ. L. I. Ep. VI.

Imo ipſe Plato agnoſcit barbaris ſe debere plurima, quo nomine Judæos quoque deſignatos ex Philone ad Cajum aliiſque novimus & in Diſſertatione adverſus Spencerum fuſius demonſtravimus. Exerte Joſephus Flavius c. Appionem L. I. p. 927. *Pythagoras non ſolum agnovit diſciplinam noſtram, ſed etiam ejuſdem multa cupide eſt amplexus.* Ariſtobulum, Hermippum, imo

 ipſum

ipſum Malchum ſeu porphyrium illis conſentientem alibi produximus, nim. in jam memorato Tractatu adverſus Spencerum de Ritibus Moſaicis, qui in *Variis* meis *Sacris* occuerit.

Philo ipſe heic nobiſcum prorſus idem ſentit & argumenta ſuppeditat, quibus Clericum convictum demus. Haud minus clare enim quam alibi Origenes teſtatur Platonem, quæ ſana habet, ex ſacris eſſe ſuffuratum, utar denuo ipſius Clerici verbis, mentem Origenis ex L. c. *Celſum p. non negat*, inquit, *Platonem de Deo loquentem veritatem locutum; ſed eam à Judæis didiciſſe.* Quin imó omnem veram ſapientiam & rerum divinarum cognitionem ex Moſis doctrina repetitam univerſum c. Celſum opus clamitat. Neque id *nonnulli Patres* ut alibi ait Clericus Biblioth. Tom. x. p. 389. verum omnes, quotquot ea de re legere contigit, ſtatuunt. Velim mihi indicet ſcripta in quibus ſecus ſentiant. Impedite fateor ea profert Plato, verum ſic ſolet, judice Voſſio de Philoſ. Sectis Cap. XII. §. 15. *imo* (1.) *dictio ----- Platonis*, ait Varro ille Belgicus, *minus eſt idonea ad Philoſophandum, Dialogis ſuis Poëticè magis loquitur, quam comœdia facit, ut multos ſenſiſſe teſtis eſt Cicero.* (2.) Diverſas hypotheſes commiſcuit ut notat idem Voſſius loco citato §. 2. (3.) Neque aperte auſus eſt eloqui quæ didicerat. Unde ipſi ab Origene, Clemente, Nazianzeno aliiſque, poſt Juſtinum, cicutæ metus, aperto exprobratur, Socratiſque exemplo deterritum uno ore teſtantur. Hinc factum putem, ut ea, quæ de Moſaica veritate reſciverat, ita obſcure atque impedite exprimat & Mercurium potius auctorem laudet quam dilectæ Deo gentis aliquem.

Vidit id Clericus cum dicit *ſe non inquiſiturum an Plato hæc habeat a Chaldæis, an vero qua nonnullorum Patrum ſententia eſt ex Veteri Teſtamento.* Biblioth. Tom. x. p. 389.

p. 389. Verum ſive Chaldæis illa debeat, ſive Judæis, Platonica non ſunt. Præterea *fieri non poteſt, ut quis in ſcriptis Philoſophorum Græcorum diſcernat quænam ex ſui animi ſententia:* quænam vero ex Chaldæorum, addo ego, aut Judæorum ſcriptis ſua fecerint, *quod factum eſt a Platone poſt Pythagoram;* ſunt verba Clerici ex Biblioth. Tom. VII. p. 5. Quod ſi huic noſtro negotio applicavero; conſpicua erit hominis temeritas, Platonica dicentis ea, quæ Hebræis debentur. Quod negari utique non poteſt de iis quorum idea, *nobis naturaliter nulla eſt*, ut dicentem audivimus, pag. 32. quæque an *a Chaldeis* habeat, *an ab Hebræis, diſcerni non poteſt;* per quorum utroſque doctrina Patrum, ſi non integra, magnam tamen partem & forte confuſe potuit innoteſcere. *Imo Græci bona fide confitentur, Philoſophiam ſuam ab Orientalibus dimanaſſe* Clericus Biblioth. Tom. VII. p. 6. Non apparet reliquarum partium Philoſophiæ Chaldaicæ major antiquitas, quam illius quæ Aſtronomiæ *Zoroaſtri*, ſingulatim a Stanleyo adſcribitur; quanquam trinitatis quoque doctrina ex ſententia Marſilii, Ficini ad Plotin. v. 1. 8. *Zoroaſtrica & Platonica* dicenda ſit. Ut ut ſit, manifeſto ſatis apparet, non minus Chaldaicæ quam Græcæ ſapientiæ novitas, ubi cum Moſaica comparantur; oſtendit enim Stanley Hiſtorie of Philoſophie, referente Clerico, Biblioth. Tom. VII. p. 8. tempora Samuelis forte attigiſſe vetuſtiſſimum, illorum ſex, qui nomine Zoroaſtris veniunt. Quo fundamento bene poſito, ſecundum methodum a Juſtino, Origine, Clemente Alexandrino, Theodoreto aliis obſervatam, facili negotio videbis, ſapientiæ Chaldaicæ auctorem ac fontem in doctrina Patrum quærendam adeoque ex ſacris repetendam eſſe. Doctrina veritatis, cujus rudera in Græcis reperimus, cognita & propagata fuit a Noacho & Noachidis. Hiſtoriarum certe ſacrarum, qua-

les ſunt de Creatione, Paradiſo, Raptu Enochi, Cataclyſmo, Noachi ebrietate, & ſimilibuſque, cogniti ad Chaldæos, pluresque alias gentes percrebuit. Grotii Notæ ad V. T. & tractatus de Veritate Rel. Christ. Huetii quoque Alnetanæ Quæſtiones & ante ipſum Pfanneri Syſtema Theologiæ Gentilis, Gales Court of Gentils, id cumulate docent.

Quemadmodum autem in fabulas verſæ fuerunt veræ rerum narrationes, ſic & præcepta & dogmata corrupta & erroribus mixta, ſuiſque adaptata hypotheſibus, a Philoſophis tradita nemo niſi indoctus aut præjudiciis excæcatus negaverit.

An autem per converſationem cum Judæis, an vero per lectionem librorum divinorum, an forte per utramque gentium ſapientes hæc acceperint, *non ſatis liquet* ait Origenes c. Celſum L. VIII. De converſatione luculenta teſtimonia congeſſit Voigtius Diſſert. Hiſtor. de Trinitate p. 73. & ſeq. Imo Sacras litteras nonnullis ipſorum lectas eſſe, non ſine conſpicua veri ſpecie idem ſtatuit & probat p. 76. qua occaſione ſic ſatis ſolide evincit, verſionem Scripturæ Græcam, at forte minus accuratam, extitiſſe ante tempora Philadelphi. Duas memorat Alſtedius, quarum una Ptolomæi Lagi, altera Philadelphi ætate adornata ſit. Voſſius, ut ſolet, judicioſe conjicit, laborem illum vivo parente Ptolomæo Lago cœptum, ſed Philadelpho filio regnante abſolutum eſſe. Euſebius jungit expreſſe Patrem & Filium L. VII. c. XXVI. Voſſ. de Hiſt. Græcis L. I. Cap. XII. p. 74.

Ut ut ſit, Philonem quoque ex ſacris ea mutua accepiſſe quæ de *Verbo* docuit, Euſebius, ut jam notatum eſt, prolixè docet Dem. Euang. Lib. XI. Cap. XVI.

Verum id quod hactenus in genere adſeruimus, τοῦ λόγου ſignate demonſtrandum nunc eſt, nimirum tum doctrinam de eo, tum ipſum quoque vocabulum, non eſſe ex Platone *in religionem illatum.*

De-

De re ipſa en Platonem nobis adſtipulantem, Philæb. p. 17. *Et Antiqui nobis meliores, & Diis propinquiores hanc traditionem de Uno ac multis nobis tranſmiſerunt.* Ad quæ verba Doctiſſimus Galæus Philoſophiæ Generalis L. III. Cap. I. Sect. 2. §. 2. *Mihi haud dubium eſt, quin Plato, per priſcos illos homines, Græcis meliores, & Diis propius habitantes, Judæos intellexerit; quos alibi Barbaros vocavit. Et generatim aſſerit Plato veram cognitionem de Deo non acquiri, niſi Deo duce: ideo auxilium implorat, ut ducem ſe præbeat. Plato ſæpius agnoſcit Rerum veritatem penes ſe cæteroſque Philoſophos haud eſſe, ſed tantum* εἰκόνας *illius veritatis,* νόθῳ λογισμῷ ἀπεικασθείσας, *adulterina quadam ratiocinatione effictas atque efformatas. Imo mentionem facit* Συρίȣ ϗ Φοινικίȣ μύθȣ *Syriæ & Phœniciæ fabulæ: quam alibi* ἀπόρρητον *nominat. Ita Repub.* III. *p.* 414. *memorat Phœniciam fabulam, de omnium hominum productione e terra, ac inde fraternitate.* Serranus heic notat veſtigium primævæ veritatis, *de Adami formatione ex terra.*

Non levis quoque in hanc rem ponderis ſunt ea quæ de Pythagora, Judaicarum rerum cognitione, tum converſatione tum forte & lectione Sacri Codicis haud leviter tincto in præcedentibus diſſeruimus; adeo ut & ille ſua magnam partem Judæis debeat. Ut potius dogmata noſtræ religionis in Platonicam illata Philoſophiam dixerim quam ſecus.

Verum & de vocabulis, ut rerum ſignis, idem à Galæo ita demonſtratum copioſe eſt, ut ipſius verba producere potius quam actum agere velim. Sic ille Philoſ. Gener. L. III. Cap. I. Sect. 2. §. 2. *Platonis Philoſophiam a Sacris Scripturis, vel immediatè, vel ſaltem traditione mediatâ hauſtam fuiſſe, non ſolum Doctorum atteſtatione, ſed & argumentis inſitis haud difficilè erit demonſtrare. Primum, Hypotheſis noſtra non parum lucis excipiat ab ipſis Platonis conceſſis.* (I.) *Plato agnoſcit, Græcos literas ac voces*

voces à Barbaris accepiſſe. Ita Cratyl. p. 425. Παρὰ βαρ-βάρων τινῶν αὐτὰ παρειλήφαμεν· εἰσὶ δὲ ἡμῶν ἀρχαιότερ[οι] βάρβαροι, Nos à Barbaris quibuſdam illa ſuſcepiſſe Barbari enim nobis ſunt antiquiores. *Plato hic diſſim[u]lato Judæorum nomine, primæva antiquitatis elementa ab i[is] derivata eſſe agnoſcere videtur: illud hic ſubinde inculcans rectam nominum rationem à Barbaris, ut antiquioribus pe[t]endam eſſe. Barbarorum nomine intelligendos eſſe Hebræ[os] ſatis liquet ex vocibus, quas docet Plato è Barbaris trad[u]ctas fuiſſe. Sic* Ἥρωες Heroes *ab* חירין Herin, Eſa. XXXIV 12. *vel* חורים, Eccl. x. 17. Jer. XXVII. 19. Principes. Γῆ Ge terra, *à* גיא Gę vallis. Ἥλιος Sol, *a[b]* אל El Dei *nomen.* Ἔρεβος tenebrę, *ab* ערב Hereb, tenebrę, Gen. 1. 5. Σοφοὶ Sapientes, *à* צפים Sophim Speculatores, Sapientes. Ἀρετὴ virtus, *ab* Ἄρης Mars, *& hoc ab* עריץ Arits, fortis. Ἡδονὴ voluptas, *ab* עדן Heden, Paradiſus, voluptas. Μοῦσα Muſa, *à* מוסר Muſar, Eruditio. Ἔρως Amor, *à* רעה rahah amare. Καλὸς bonus, *à* כלל calal, perfecit, *vel à* כלה perfectus fuit: *ἀγαπᾶν* amare, *ab* עגב agab, amare. Κεφαλὴ *à* כפל duplicare. *Complures alias voces Græcanicas citat Plato, quæ non niſi Barbaricam ſive Hebraicam admittant originationem. Hoc bene notat Clemens Alexandr. Strom.* 5. *p.* 248. „*Primæ autem & generales dialecti Bar-„baræ quidem, nomina autem habent natura. Nam & pre-„ces fatentur homines eſſe potentiores quæ dicuntur voce Bar-„bara, (i. e. Hebraica.) Porrò autem Plato, in Cratylo cum* πῦρ ignem *vellet interpretari, dicit eſſe nomen Barbaricum, i. e. Hebraicum: quippe* πῦρ *deducitur ab Hebræ[o]* אור Ur ignis. *Literas voceſque Græcanicas ab Hebraici[s] ortum habuiſſe ſatis demonſtravimus, Court of Gent. P.* I *B.* 1. *C.* 12. *Idem Euſeb. præpar. Evang. l.* 11. *c.* 6. *p.* 514 „*Moſem illum, qui longè antequam vel ipſum Philoſophi[æ] „nomen auditum eſſet in Græcia, de nominum impoſition[e] „tam ſæpe, tamque diligenter ſuâ paſſim hiſtoriâ diſputavit*

„*quo-*

Digitized by Google

„ quique partim eorum, qui apud ſeſe erant omnium, uti „ ſingulorum maximè natura poſtulabat, cognomenta ſtatuit, „ partim eorum, ubi de viris ſanctioribus ageretur, mutationem, divino totam arbitrio judicioque reſervavit, quum „ abs natura potius, quàm ex impoſitione quadam ſua rebus „ ſingulis conſtare nomina intelligeret. Ἑπόμενος ὁ Πλάτων συμφέρεται τοῖς αὐτοῖς, οὐκ ἄλλως ἢ βαρβάρων μνησθεὶς, καὶ παρ᾽ αὐτοῖς ἢ φύσεως τὴνδε ἁρμόζεσθαι τὸν τρόπον, τάχα που τοὺς Ἑβραίους αἰνιττόμενος, &c. Principem hoc in genere ducemque ſequutus Plato, eandem prorſus inſiſtit viam, nec aliorum quàm Barbarorum mentionem facit, apud quos eam nominis imponendi rationem ſervari teſtatur; Hebræos, opinor, ſignificans, cùm apud alios ſanè Barbaros hoc ſtudii ſolertiæque genus haud facilè reperias. Enimverò docet in Cratylo, nequaquam id nomen habendum eſſe, quod ex condicto mutuoque conſenſu, nonnulli indiderunt, ſed potiùs quandam hominum proprietatem apud Barbaros, &c. *Barbarorum nomen de Judæis interpretantur etiam Juſtinus Martyr, Epiphanius, Nicephorus, & Tatianus, ut* cap. 2. Sect. 1. § 1. *Idem Steuch. Eugubinus,* Peren. Philoſ. l. 2. c. 2. Teſtatur Plato, Græcos à Barbaris didiciſſe, ſed ab eis accepta meliora feciſſe. *Platonis verba ſunt, Epinom.* Κάλλιον τοῦτο εἰς τέλος ἀπεργάζονται.

Agnoſcit Plato, cognitionem Dei Unius ac Infiniti *Græcis traditam eſſe ab antiquis, Deo propinquioribus, nimirum Judæis. Ita Phileb.* pag. 17. Καὶ οἱ μὲν παλαιοὶ κρείττονες ἡμῶν, καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες ταύτην φήμην παρέδοσαν, ὡς ἐξ ἑνὸς μὲν καὶ πολλῶν, &c. Et Antiqui nobis meliores, & Diis propinquiores hanc traditionem de Uno ac multis nobis tranſmiſerunt. *Mihi haud dubium eſt, quin Plato, per Priſcos illos homines, Græcis meliores, & Diis propius habitantes, Judæos intellexerit; quos alibi Barbaros vocavit. Et generatim aſſerit Plato, veram cognitionem de Deo non acquiri, niſi Deo duce: Ideò auxilium implorat, ut ducem ſe præbeat.*

Plato, de Aurea, ſive innocente hominis Ætate diſcur-ſus, ait, Politic. pag. 207. &c. (1.) Hominem è ter-ra primò natum, (2.) nudum ἄστρωτον, (3.) verè fe-lici & aurea conditione præditum, (4.) cum Anima-libus (*ſcil. ſerpente*) colloquutum, (5.) non indiguiſſ externis adjumentis, &c. (6.) Omnium φιλοσοφώτα-τον, &c. *deinde concludit:* Sed hæc omittamus, ἕως ἂ ἡμῖν μηνυτής τις ἱκανὸς φανῇ, donec aliquis horum idoneu appareat Interpres. *Ut autem hæc ſe aliunde deſumpſiſſe teſte-tur Plato, hanc narrationem* μῦθον *vocat, cujus expectat com-modum Interpretem. Traditam igitur a primævis tempori-bus, & præſertim a Judæis harum rerum cognitionem innuit.*

Plato, in Timæo, p. 29. *de Univerſi ortu tractans ait,* Æquum eſt meminiſſe, & me qui diſſeram, & vos qui judices eſtis, φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους, πρέπει μηδὲν ἔτι περ ζητεῖν, Naturam humanam habuiſſe, ut de his proba-bilem fabulam, ſive Traditionem adepti, nihil ultr inquiramus. *Quibus ſignificat, Univerſi ortum non ni Traditione notum fuiſſe. Hæc autem Traditio à Judæis origi-nem duxit, ut alibi demonſtratum fuit. Plato enim Mun-di creationem eodem modo, quo Moſes, deſcribit. Ita Cle-mens Alexandr.* Strom. 5. p. 435. Pythagoras, Socra-tes, & Plato dicentes ſe audire vocem Dei, τὴν κατα-σκευὴν τῶν ὅλων θεωροῦντες ἀκριβῶς ὑπὸ θεοῦ γεγονυῖαν, κ συνεχομένην ἀδιαλείπτως· ἀκηκόασι γὰρ τοῦ Μωϋσέως λέγοντος εἶπε καὶ ἐγένετο, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἔργον εἶναι διαγράφοντος, Con-ſiderantes univerſorum conſtructionem quæ à Deo ac-curatè & perfectè facta eſt, & ab eo perpetuò continua-tur, audiverunt Moſem dicentem, DIXIT ET FACTA SUNT, qui oſtendit verbum Dei eſſ opus.

Plato agnoſcit, certiſſimum ac tutiſſimum modum inveſtigandi animæ immortalitatem fuiſſe per Verbum Divinum. *Sic Plat. Phæd.* p. 85. Niſi qui poteſt tutior

ac certiore modo, firmiore videlicet vehiculo, ἢ λόγου θείου τινὸς, ſive divino quodam verbo traduci & tranſmitti. Divinus *hic* ſermo *à Platone*, de Leg. 3. *nuncupatur*, λόγος παλαιὸς antiquus ſermo, *&* ἐπίκτητος δόξα ratio ſuperaddita: *quam Plutarchus appellat* παλαιὰν πίστιν, antiquam fidem. *Quod procuIdubio de Traditione Hebraica, vel ſcripturali intelligendum eſt. Ita Juſt. Martyr vult*, ubicunque in Platone, vel aliis Philoſophis memoratur παλαιὸς λόγος, fama antiqua, intelligendum eſſe de traditione Moſaica.

Plato, Alcibiad. Socratem inducit agnoſcentem, ſe in cultus Dei cognitione, cujus tamen ſtudio totus flagiet, ἐν κλύδωνι διακεῖσθαι, ac proinde ardentiſſimis votis præceptorem expectare, qui hæc doceat. *Et Plato ſæpius agnoſcit*, Rerum veritatem penes ſe cæteroſque Philoſophos haud eſſe, ſed tantum εἰκόνας illius veritatis, νόθῳ λογισμῷ ἀπεικασθείσας, adulterina quadam ratiocinatione efficitas *atque* efformatas. *Fatetur*, ſe divino quodam ſermone opus habere, quo ad veritatem deducatur; quam ſe amice amplexurum teſtatur, ſiquis demonſtrarit, & meliora docuerit. *Denique Plato aliquando mentionem facit* Συρίου καὶ Φοινικίου μύθου, Syriæ & Phœniciæ fabulæ: *quam alicubi* ἀπόρρητον *nominat. Ita* Repub. 3. pag. 14. *memorat* Phœniciam fabulam, de omnium hominum productione è terra, ac inde fraternitate. *Quam fabulam Serranus vult eſſe veſtigium primævæ veritatis*, de Adami formatione ex terra; *& ſub nomine fabulæ Phœniciæ doctrinam Hebraicam deſignatam fuiſſe. Ita in Sympoſio, Plato memorat Phœniciam fabulam ſive traditionem, de* ἀνδρογύνῳ Androgyno: *quam interpretatur Euſebius, de formatione Evæ ex Adami latere, ac inde de ipſorum conjunctione ac unione. Et hæc mihi certa videtur eſſe regula; quod ubicunque Plato mentionem facit Syriæ ac Phœniciæ fabulæ, ut plurimum intelligendam eſſe de traditione antiqua Judaica.*

At quorſum plura cum tanquam de cathedra d-
ctanti Clerico ſi credimus, compoſita jam hæc lis ſi
Homouſiani enim *iiſdem verbis quibus Hebræi uſi ſunt*
Art. Crit. Part. II. §. I. Cap. XIV. §. 22. Id quo
heic contendimus. Inprimis cum Homouſianoru
principatum aliquem Euangeliſtæ noſtro lubentes de
feramus. Et ſane de vocabulo λόγος id ex præceden
tibus luce meridiana clarius eſt.

Imo Platoni licet uſurpatum quoque, Johanni ta
men & Barbaris accepta refertur & vox ipſa & id quod e
ſignificatur: tum ab Amelio L. II. Græc. Affect. p. 33
Cyrill. Alex. c. Julianum VIII. Fol. 177. p. 1. qui e
Porphyrio hauſiſſe videtur. Edit. Spanhem. p. 283. e
Euſeb. Præparat. L. XI. cap. XIX. *Amelius ille Plato*
nicus qui una cum Plotino & Gentiliano Romæ floruit ai
Cyrillus Alexandrinus. Proclum non ſatis arcte Plato
nicis adhærentem, Auguſtino quoque lectum ex Gro
tio ad Joh. I. diſcere potuit Clericus.

Philonem LXX. Interpretum verſionem legiſſe & ſe
cutum eſſe probatu facile foret, id ſi jam agerem, ſuffi-
cient quæ notata ſunt p. illa autem vocabulum λόγος
paſſim adhibet, & iiſdem in locis, quæ de Dei Fi-
lio agere veteres ſæpiſſimè inculcant ut Pſ. XXXIII. 6
Hag. II. 6.

Alluſit quoque Philo quando vocabulum λόγος ad-
hibet plus ſemel ad ea, quæ de creatione in Moſis libro
primo reperiuntur. Sic τὸν θεῖον λόγον memorat τὸν ταῦτα
διακοσμήσαντα de Mundi Opificio Op. p. 3. f. pag. 5 g
mundus dicitur ἱδρυθεὶς ἐν τῷ θείῳ λόγῳ; hunc prius fa
ctum, feciſſe deinceps omnia putat Philo. Quapropter
vocabuli hujus hoc ſenſu accipiendi auctorem Plato-
nem fingere, futile commentum eſt.

Potuit præterea ex Paraphraſi Chaldæa hæc didiciſſe
Philo, utpote quæ toties totieſque Verbum Dei memo-
rat, ubi de Filio Dei ſermo eſt: id quod probat & vin-
dicat,

Digitized by Google

dicat quem heic denuo typis deſcriptum vides Tractatu Stephanus Rittangelius. De tempore conſcriptorum aut conſarcinatorum Targumim diſputare nihil attinet, quandoquidem antiquitas, illius ſaltem, quod Onkeloſi nomine in Pentateuchum reperitur extra controverſiam ponenda videtur, ut ex Pfeiffëri Critica p. 318. videre eſt. Nec Joſephi aut inter Chriſtianos Origenis, Hieronymi, Epiphanii ſilentium nos movet. Verum de hiſce alii dudum ſatis copioſe.

At nodus vindice dignus videtur, quod Philo tum Hebræam tum Chaldæam linguam penitus ignoraſſe dicatur: adeoque uti non potuerit Paraphraſi Chaldaica. Scaliger, fateor, *Hebraiſmi ita imperitum* dicit, *ut dubitet an etiam legere ſciverit Hebraice* in Trihær. Serar. c. 18. *Tu miraberis, ego non miror. Ejuſmodi enim erant Alexandrini Judæi & reliqui* Ἑλληνισαὶ: *quo nomine diſtinguebantur a Judæis Hebraiſtis, qui Biblia in Synagogis Hebraicè & Chaldaicè legebant. Iſti verò Alexandrini, Græca tantum legebant ea, quæ hodie extant.* Idem Epiſtola 13. ad Seguinum pag. 98. Conſentit noſter Crit. pag. 11. §. 1. Cap. III. §. 9. 226. Verum, ut iis quæ de hac difficultate dicta ſunt pag. 89. verbum addam, dandum aliquid hyperbolico Scaligeri genio. Moderatius ut ſolet Reineſius in Epiſt. ad Daumium Epiſt. XLIIX. *Alexandrinus ille Philo*, de Pſeudo-Philone dixerit, *fuit Vir gravis, diſertus, omni liberali doctrina excultus quanquam quod de ipſius Ebraiſmo fertur, non admodum probent οἱ τρίβωνες.* Imo prorſus contrarium verum dixerit, quiſquis Euſebium conſuluerit Hiſt. L. II. Cap. XVIII. *Sed & Hebraicorum nominum quæ in lege & Prophetis occurrunt, interpretationes ab ipſo compoſita eſſe dicuntur.* Quod ne dici quidem aliqua veri ſpecie potuit, ſi ita rudis & ignarus Hebrææ Linguæ revera fuerit. Paſſim occurrere perverſo ſignificatu vocabula Hebræa inficias non co-

verùm Cum id factum videam nonnunquam ut aut allegoriæ cui deditus eſt, aut aliis ſpeculationibus ſuis indulgeat; & præterea ipſis LXX. interpretibus, crebro contingat: tam ſupinam ignorantiam homini Judæo, Sacerdotali familia oriundo, omnigenaque eruditione culto an merito exprobret Scaliger eruditis judicandum trado.

Linguarum cognitionem prolixe ſaltem laudat & commendat Philo. De Confuſ. L. p. 252. b. c. Præterea Libro Secundo de Vita Moſis p. 510. confidenter admodum de perfectione Alexandrinæ Verſionis judicat, *convenientia rebus invenerunt nomina quæ ſola declaratura erant ſenſum commodiſſimè.* Hæc verba præ reliquis ſeligo, ne quis excipiat Philonem ex mente aliorum loqui. Quod licet de reliquis in hoc contextu occurrentibus negare haud queam, heic tamen in hiſce non obtinet. Quæ an candide & prudenter a Viro ſapientiſſimo dici potuerint, ne quidem legere Hebraica idoneo, ſane ego multus dubito. Chaldaicam iſtic loci dici quidem a Philone, at eam intelligi, quæ nobis Hebraica audit, docti jam dudum notaverunt.

Verum ignoraverit Linguam Hebræam, ſcivit tamen Græcum Vocabulum, quo Judæi Helleniſtæ exprimebant id quod Targumiſta dicit מימרא די״. Et ſane cum toties τὸν λόγον memoret, qui fieri potuit, ut ignoraverit id reſpondere vocabulo, Targumiſtæ creberrime uſitato; atque inde a captivitate Babilonica, forte & ſub ea, imo & ante eam in vulgus ipſum cognito. Quin imo auſus non fuiſſet, vocabulum illo ſignificatu toties adhibere, ubi de Deo ejuſque filio loquitur & ſermone, niſi Patrum doctrinæ reſponderet.

Notatu autem dignum eſt, quod Phraſi Chaldaicæ propriiſſime reſpondeat ὁ λόγος, imo, ut ne a Sermone diſcedamus, Chaldæi ſuum מימרא paſſim adhibent, ſignate ubi memoratur פי יהוה *Os Jehovæ*

Num.

Num. xxii. 18. xxiv. 13. Lev. xxiv. 12. Deut. i. 27. 43. ix. 18. 23. Jer. i. 20. xl. 5. lviii. 14.

Taceo ignorare non potuiſſe penitus ea quę Helleniſtis non minus quam reliquis Judæis ex communi traditione erant recepta, quorum veſtigia in doctrina Sephirothica adhuc hodie cernimus. Cui ut p. 89. nobis dictum eſt, Δυνάμεις Philonis mirum in modum reſpondent.

At licet largiar Philonem Platoni debere vocabuli illius de Filio Dei uſum; non tamen ſequitur ex Platone in *religionem illatum eſſe*, ut adſeverare auſus eſt Clericus: cum luce meridiana clarius pateat ex præcedentibus, tum auctores profanos ante Platonem, tum LXX. Interpretes & Targumim & ipſum textum Hebræum ea continere, quæ Græce loquentibus, anſam dare potuere hoc vocabulo iſtoc ſenſu utendi.

Et ſi vel *in Religionem* Judaicam *illatum* ſit, quis te docuit Johannem, Piſcatoris Galilæi filium, Piſcatorem, ſcripta Philoſophorum legiſſe, aut ex iis diſſerentes unquam audiviſſe? Quis veterum id unquam commentus eſt?

Incides forte aliquando in loca quæ ne huc aliquando trahas, ipſe proferam, tibique nullum in iis eſſe præſidium paucis palam faciam. Auguſtinus Confeſſionum L. vii. Cap. ix. *in Platonicis ſcriptis non quidem hiſce verbis, ſed hoc idem omnino multis & multiplicibus ſuaderi rationibus, quod in principio erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt in eo, vita eſt & vita erat lux hominum & lux in tenebris lucet &c.* At quis non videt, heic Platonem ipſum non indigitari, cum ea verba, nedum prolixam probationem eorum, apud Platonem haud ullibi reperias. Sunt ipſiſſima Johannis verba, quibus ſimilia apud Amelium. Hæc legit Auguſtinus, Hujus ſcripta merito Platonica nuncupat. Atque eo ſenſu in Platonicis hæc legi & confirmari dicit.

Et

Et ſi hæc verba apud Platonem ipſum legiſſet, no ſane veritati divinæ alicubi ſimilia docentem tantæ ob ſcuritatis accuſaret, de C. D. L. Verum cum in ha denominatione Filii Dei ad Pſ. XXXIII. 6. & Gen. ſecundum Auguſtinum alluſio ſit, Platoni eam ac ceptam referre non potuit.

Alter eſt locus Origenis c. Celſum L. VI. pag. 278 *Johannes aliquanto poſt dixit, quod vita erat in Verbo, & vita erat lux hominum.* Nimirum poſt Platonem. Ve rum 1. non ex Platone eſt, nedum Platonicum omne id quod Platonico ſimile dicitur ab aliis. 2. Proxime præ cedentia Prophetam non Platonem memorant. 3. Imo ex omni contextu apparet in eo eſſe Origenem, ut, li cet concedat, *quædam placita nobis eſſe cum Græcis com munia*, probet pag. 276. ſtatuat tamen ſcribendi modum Sacris Scriptoribus receptum, longe eſſe efficaciorem ad homines tum convertendos tum ſalutari myſteriorum cognitione imbuendos. *Imo*, inquit, *ſi verum fateri li cet, paucis profuit, ſi tamen profuit, Platonis & ſimilium exculta atque accurata oratio: multo autem pluribus iſta ſimplicitas hominum tam ſtylo quam doctrina ad captum vul garem ſe attemperantium: . . . . . Hinc factum eſt ut rudes, quantum ad Græcam Philoſophiam attinet, Jeſu Diſci puli. . . . Quapropter multiſciis Græcorum ſapientibus erran tibus in opinione de Deitate, Deus elegit ſtulta hujus mun di, ut ſapientes pudefaceret. Quod autem repente velut à flamma, lumen excandeſcat in anima*, notandum eſt hæc verba inferi ab Origene ut objectionem, qua evincere conatur Celſus, *multa aptius apud Græcos dici* p. 275. quid autem reſpondet Origenes? *multo ante in Scripturis dictum eſt per Prophetam, Græcè* πρότερος οἶδεν ὁ λόγος εἰπὼν ἐν τῷ προφήτῃ, *prior novit ὁ λόγος dicens in Propheta &c. Sed & Johannes aliquanto poſt dixit, quod abſque ipſo nihil factum ſit illius quod factum. In verbo vita erat, & vita erat lux hominum, quæ quidem vera lux illuminat omnem*

homi-

hominem venientem in verum & mentalem mundum; &c. Quamobrem antiquiſſimus Propheta, qui vixit plus quam quarta decima ætate ante Cyrum &c. Videte differentiam inter pulchrum illud Platonis dictum de ſummo bono, & dicta Prophetarum de beatorum lumine.... ajo melius Platone hos vidiſſe, per gratiam divinitus ſibi conceſſam; tum quid ſcribendum, aut quomodo, quid nec ſcribendum nec evulgandum, tum quid prædicandum, quid non. Hanc ſcribendorum & non ſcribendorum differentiam docens Johannes &c. piget plura tranſcribere. Hinc judicet Lector an aliquid præſidii ſit Clerico in Origene. De rebus hoc libro non diſputat ȣ πρὸς τὰ ἀπὸ φιλοσοφίας ὑπ' αὐτȣ̃ ἐκτιθέμενα *non adverſus ea quæ de Philoſophia ex ipſo expoſita* ſeu prolata ſunt: ſed de *ſtylo* λέξει, &, ne hac quidem in parte, aut antiquitate, aut utili concinnitate Sacros Scriptores à Platone ſuperari contendit. Singulatim Johannis λέξιν quæ eſt in Euangelii primo capite exemplum profert. Adeo ut, Johannem verbum illud toties iſtoc in capite repetitum à Platone per Philonem mutuum accepiſſe, longe abfuerit à mente Origenis. Abjectim nimis de Lectoris judicio ſentire viderer, ſi ſingulatim notarem ea quæ hiſce in verbis argumenta reperiuntur, Clerici commentis penitus adverſa.

Unum non poſſum ſatis jam prolixe agitatis addere, quod ſolum ſufficiat. Nimirum ipſum Philonem locuturum de myſteriis ſollicite abigere ſolere Philoſophorum nœnias & præſtigias. *Divina enim myſteria tradimus his qui talibus ſacris digne initiati ſunt, hoc eſt, qui veram & minimè fucatam pietatem colunt cum modeſtia. Illos autem, haud quaquam ad hæc ſacra admittimus qui tenentur morbo inſanabili, faſtu verborum & nominum copia, & N.B. præſtigiis ethnicis..... Adducam horum teſtem idoneum Moſen illum ſanctiſſimum...... Reliquum autem vulgus hominum nomina imponit rebus: ut aliud ipſa ſint aliud ſonent earum vocabula: apud Moſen vero*

nominum impoſitiones manifeſtiſſime res ipſas indicant, ut res neceſſario in nomen abeat ſine ulla differentia. Op. pag. 86. & 88. E. De λόγῳ autem quæ tradit, quin myſteriis accenſeat, & paſſim, cortice remoto, ἀλληγορικῶς proponat, nemo in dubium vocabit, niſi qui Philonis ſcripta nunquam inſpexerit. Unde an Platoni ea accepta retulerit perſpicuum eſt.

Quin imo exerte ipſe Clericus ante Philonem a Judæis docta dicit ea quæ de λόγῳ tradit Philo. Ad Joh. 1. 3. pag. 27. Idem aperte fatetur Arthurus Bury, novus in potiſſimo Chriſtianiſmi negotio prævaricator, Latitud. Orthod. pag. 59. & 60. Poſtquam ex Galeno nonnulla & ex Platone huc facientia produxerat, ſubjungit: *Hanc de* Trinitate *doctrinam è* Moſaicis *ſcriptis hauſiſſe Philoſophos gentiles, identidem jactitabant Græcarum Eccleſiarum patres; &* Euſebius *ea de re librum integrum, non ſane exiguum, diſertim ſcripſit; tam Judæorum quam Gentilium de hac doctrinâ conſenſum demonſtrans.*

Nec ſanè diffitendum in ipſo Moſaicorum librorum limine expreſſa videri ejus veſtigia. 1. Patrem *loquentem.* 2. Verbum *prolatum.* 3. Spiritum *moventem. In aliis inſuper Veteris Teſtamenti libris idem apertius edocetur.* 1. Unum Deum *eſſe omnium* Patrem *ubique inculcatur.* 2. Sapientia *apud* Salomonem *æternam ſibi cum patre præſentiam vendicat.* 3. Spiritus, *Sampſonem ad facinora miranda corroborat,* Saulem *ad prophetandum cogit,* In locis altis & ſanctis, & cum ſpiritu humili ad revificandum cor contritum, *habitare ſe profitetur. Hæc adeo* Judæis *familiaria, ut* Virgo *ſimplex Angelum,* Piſcatores *ineruditi* Chriſtum, *de* Spiritu Sancto *loquentes, promptè intelligerent.* Jurene autem an injuria prævaricatorem dixerim, penes lectorem judicium ſit, modo attente legerit ea quæ occurrunt ejuſdem libelli p. 109. *Quamdiu duraverit mundus, tam diu mundo imperabit Chriſtus: poſtea non erunt ad creaturas Relationes eoque nulla in Deo Perſo-*

na-

Digitized by Google

narium Proprietates, ſed Unicus Deus, NB. *unica perſona.*

Verum, ne quicquam neglexiſſe videar quod huc facere quis forte putet, addo, licet ad Philonem, aut etiam Platonem, *Galilæum Piſcatorem*, ut Chryſoſtomus alicubi eum nuncupat, ſeu, ut alibi, *Piſcatorem Johannem a paternis retibus abductum*, reſpexiſſe largirer Clerico, omni tamen fulcro deſtitutum fore id quod quinto loco ſtatuere auſus eſt pag. 16. *Apoſtolum docere quo ſenſu voces illæ Philo-Platonicæ uſurpari debeant*, uno verbo: Johannem fuiſſe Philonis quidem primum, at & dein Platonis Scholiaſten.

Utique ignotus hactenus fuit verus Johannis ſcopus ſi is fuerit, multumque debet Eccleſia tum Sandio tum Clerico quod eum ita feliciter detexerint. Gerræ!

Mirabitur procul dubio quiſquis acutum Clerici ingenium & inſignem doctrinam noverit, qui fieri poſſit, ut ita graviter impingat, fingatque ea quorum nec vola nec veſtigium in univerſa antiquitate reperitur, quæque omni rationis ſpecie, imo vel minime probabili obtentu carent.

Abditos receſſus alieni animi rimari meum non eſt; verum ubi ſeſe ultro produnt, ægre ferri non poteſt, ſi, cauſa veritatis id flagitante, abſque animadverſione haud prætermittam. Paſſim prodit noſter Clericus de eorum ſe numero eſſe qui minus neceſſariam ad æternam beatitatem obtinendam cenſent fidem myſteriorum religionis Chriſtianæ: ſufficientem putantes eam veritatis cognitionem, quæ, abſque ulla revelatione, præter eam, quæ omni homini attendenti obtingat, per verbum aliquod Dei facta ſit, haberi poteſt ab iis quoque qui Chriſtum non cognoſcunt aut profitentur. Pluribus ipſe hanc ſententiam exprimit Biblioth. Tom. x. p. 195. & ſeq. additque Veteres ita ſentientes ea cauſa ullius heterodoxias non fuiſſe accuſatos p. 196.

 nihil-

nihilque ſtatuiſſe quod repugnaverit ſententiis ortho-
doxis illius temporis, opuſque eam ſententiam doce-
poſſe conſiderari tanquam opus genuini Chriſtiani. V-
rum ægre non feret ſi falſam doctrinam vel hoc nomi-
ipſi imputare audeam.

Saltem ſententia illa poſita, non poteſt non minor
pretii haberi Scriptura Sacra, utpote quæ doceat dogma-
ta ad ſalutem quidem ſcitu & creditu neceſſaria, ſed quo-
rum ſufficiens ſaltem cognitio ex ratione naturali gen-
tiumque ſcriptis hauriri poſſit. Me quod attinet, fateor
ſi ejuſdem eſſem ſententiæ, Scripturam mihi non fore
tanti. Quin ſæpius dicere ſoleo, Socinianus ſi eſſem
non multo majoris me facturum ſacrum codicem quam
Antonini Pii aut Senecæ aut Epicteti aut Theophraſti
aliorumque ethnicorum ſcripta.

Hinc facilis lapſus eſt in audaciorem & temerariam
Criticen, non ſemel infeliciſſimè à Clerico exercitam:
utpote qua jam de ſcriptoribus, jam de ſcriptis ea do-
cet, quæ, niſi prædictum errorem amplexus eſſet, haud
ita incogitanter in chartam conjeciſſet.

Ejuſdem originis eſt cacoëthes illud Spenceri,
Marſhami & ſimilium, quo omni ſtudio id agunt, ut
quam rariſſime, ſi unquam, Chriſtus ejuſque tum Dei-
tas tum meritum reperiantur in Moſaicis non tantum
verum & univerſis Sacræ Scripturæ libris. Grotium
heic anteſignanum habent Latitudinariorum nomine
hodie ſe jactantes. Saravius, in literis quas Gudianis
ſubjunxit Burmannus, laudatiſſimi Patris Filius haud
degener, hæc habet p. 145. *Audite Viri Docti de Grotii
annotatis in Epiſt. Pauli & cætera Novi Fœderis. Sacras
paginas dum tractat Heinſius, imperitum ſe prodidit atque
ἀθεόλογοι; Grotius vero oſtendit ſe non eſſe Chriſtianum,
adeo Servatoris noſtri Nomini ubique ſe profitetur infenſiſſi-
mum. Per cuniculos quidem, nec apertè graſſatur, nec mi-
nus tamen malus eſt, inſidioſus & metuendus.*

Et

Et ſi quid occurrat in quo ab iſtiuſmodi myſteriis averti mens penitus non poteſt, gentilium perreptant ſcripta, ut, ſimile quid reperientes, habeant quod contemtioni & deſpicientiæ in quam Moſis ſcripta omnemque religionem & myſteria, naturali ratione non indaganda, adducere allaborant, inſerviat.

Ubi abjecta debita tremendæ majeſtatis in Verbo loquentis Veneratio eſt, in omnis generis abſona heic ruere ii potiſſimum idonei ſunt, qui præ aliis ſeſe literarum cognitione imbutos exiſtimant. Quam admiranda ſua rerum humanarum curatione, inde a præcedentis ſeculi initio a mortuis quaſi revocatam voluit, omnigenæ doctrinæ & literarum cognitionem, profano auſu, in vero religionis perniciem vertentes. Auxilio atque ornatui quæ futura erant, in perniciem paratis. Non minus hodie verum eſt de profanis noſtris Criticis quam olim de Philoſophis, id quod graviter Apoſtolus φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν Rom. 1, 22. Et niſi penitus infatuati eſſent, dic obſecro qua ratione fieri queat, ut ita delirent literarum fumo impleti homunculi?

Moſen novimus ſcriptaque Moſis antiquitate non minus quam rerum pondere ita conſpicua, ut gentium ſapientiſſimi ſtyli ipſius gravitatem encomiis ſuis celebrarint, ſuorumque ea quæ maximam ſapientiam redolent ex iis hauſta fateantur. Longini Ameliique dicta omnibus nota reſpicio. Quin ita ea res ſua luce clara eſt, ut Patres ad unum omnes exprobrare gentibus auſi fuerint.

Hic autem idem Hebræorum Legiſlator Moſes cum univerſo Pentateucho hodie ita omni auctoritate privatur, ut de quiſquiliis & nugis veterum ita quis contemtim nemo loqui præſumat; atque hodie ſpermologos illos Criticos loquentes de divino opere non ſine pia indignatione indies accipimus.

Laudo quæ ad hanc rem Clariſſimus Witzius Miſcell. Sacr. L. 1, Cap. XIV. §. VII. XXVIII. ....

Alio quidem tramite, at eadem via procedit JOHANNES CLERICUS, *qui videri voluit nobis exhibere ſententias Theologorum quorundam Batavorum ſuper Simonii Hiſtoria Critica. Is Scribas quidem Simonii ridet, in eo tamen cum ipſo conſpirat, quod Pentateuchi conſcriptionem Moſi abroget. At cui vindicandam? Audite, aut legite potius rem miram, atque incredibilem: vix reperturam fidem, niſi quis oculis ſuis credere nolit. Sic ergo ille p.* 128. *& ſeq.* „*Probabile eſt, Pentateuchum eſſe compoſitum eo* „*tempore, quo veteres Judæorum characteres, quibus pri-* „*mum ſcriptus eſt, notiores erant novitiis quos in Captivi-* „*tate Babylonica adoptaverant: & ab eo auctore, qui ne-* „*que Samaritanis neque Judæis eſſet ſuſpectus, atque e cujus* „*manu utrique eum haut illubenter ſuſciperent. Omnia hæc* „*concurrunt in Sacerdote iſthoc Iſraëlita, è Babylonia miſſo,* „*ut novos Palæſtinæ incolas edoceret ritum quo regionis iſtius* „*Deus amabat coli.* 2 *Reg.* XVII. *Credere par eſt, ſacri-* „*ficum hunc, ſive ſolum, ſive adjutum ab aliis, ut rudes* „*illos populos ab inſana πολυθεΐας opinione abduceret, mo-* „*litum eſſe Hiſtoriam de mundo Unius Dei virtute condito,* „*& epitomen Hiſtoriæ Judaicæ uſque ad legem: ut palam* „*fieret non niſi unum Deum eſſe, eum nimirum quem ado-* „*rant Iſraëlitæ. Scribebat autem hanc Hiſtoriam Hebraice,* „*antiquis characteribus, vel quia Chaldaicæ linguæ non-* „*dum ſatis gnarus erat, vel ob aliam aliquam cauſſam no-* „*bis incognitam. Annum quo hæc facta ſunt determinare* „*difficile eſt: videtur tamen contigiſſe poſt decimum octa-* „*vum regni Joſiæ. Hoc enim anno inventus fuit liber legis,* „*ſine quo extremam manum operi ſuo imponere Sacerdos ille* „*non potuiſſet: quippe qui maximam Hebrææ hiſtoriæ partem* „*faciat, & ad inſtructionem novorum Samaritarum appri-* „*me fuerit neceſſarius. Quæ ſi ad hunc modum facta eſſe* „*ſupponantur, facile creditu eſt, Sacerdotes eos qui apud* „*Hieroſolymam erant, calculo ſuo hanc Bethelitici Sacer-* „*dotis hiſtoriam comprobaſſe, quum in ea nihil invenirent*

„*niſi*

„*niſi quod pium, & Divinæ legi atque rerum geſtarum*
„*veritati conſentaneum eſſet. Atque hac ratione omnes diffi-*
„*cultates Criticæ circa Pentateuchi Auctorem tolluntur. Ut*
„*enim Samaritani Pentateuchum reciperent, oportuit eum*
„*conſcribi ab Auctore ipſis non ſuſpecto: ut autem eum ha-*
„*berent literis antiquis Hebraicis, oportuit conſcribi ante-*
„*quam Judæi eas cum recentioribus commutaſſent. Ne Ju-*
„*dæi ſacris ſuis libris eum annumerare dedignarentur, par*
„*fuit ut eum haberet auctorem a quo non tam averſis eſſent*
„*animis quam a Samaritanis fuerunt, poſt reditum ex capti-*
„*vitate Babylonica. Denique ut in hiſtoria Geneſios ea in-*
„*veniantur quæ demonſtrant illius auctori plus commercii*
„*fuiſſe cum Imperio Babylonico, quam Judæis fuit ante*
„*captivitatem, neceſſe eſt eum vixiſſe poſtquam Salmanaſſar*
„*decem tribus deportavit in Aſſyriam. Cuncta hæc felici con-*
„*ſortio juncta inveniuntur in Sacerdote iſto Iſraëlitico, ad*
„*Samaritanos de religione informandos miſſo, & ſi qui ſocias*
„*ipſi præſtarunt operas. Hactenus Vir ille erudititiſſimus.*
Cujus ipſa verba prolixius reddere volui, ne viderer inopina-
tam opinionem vel ad ludibrium, vel ad blaſphemiæ ſpeciem
deflexiſſe: a qua quantum revera abſit, ſuo loco, & quo
merentur ſerio, expendam, atque exponam.

At præ cæteris omnibus ridicula eſt, ſi quidem in re tam
ſeria ridere fas foret, Johannis Clerici *hariolatio. Quæ-*
nam hæc eſt amentia, Samaritanum Sacerdotem, *nulla*
re inſignem, nullius nominis hominem, repente in tanti ope-
ris auctorem erigere? Scilicet defuerat maximis, quos Ju-
dæi, quos decem tribuum Iſraëlitæ habuerant, Prophetis ille
zelus, ut Samaritanus homo, Schiſmaticus, qui contra Dei
præceptum altari Bethelitico inſervierat, hiſtoriam populi
Dei ab orbe condito ad exceſſum Moſis victuris chartis man-
daret. Paulus olim ſcripſit, „Quæ eſt igitur præſtantia
„*Judæi? aut quæ utilitas Circumciſionis? Multa per*
„*omnem modum. Primarium enim illud eſt, quod eis cre-*
„*dita ſunt eloquia Dei Rom.* III. 1. 2. *Nunc vero audi-*
mus

mus aliquem qui Cuthæos, Havæos, Chamathæos, viliſſimarum gentium colluviem, eo honore mactat, ut in eorum primum gratiam venerabilis iſte liber conſignatus ſit, quem tanti non Judæi ſolum, ſed & Chriſtus cum ſuis Apoſtoli fecerunt. Adeone tibi, Clerice, dignior viſus eſt ſacrificulus Samaritanus, cui Pentateuchus inſcribatur quam Moſes? digniore ſque miſerabiles illi Cuthæi, in quorum ſcriberetur gratiam, quam illi quorum eſt adoptio, & gloria, & pacta, & legis conſtitutio, & cultus, & promiſſiones? Quo auctore hæc a te dicuntur? quo teſte? Pro Moſe tota ſtat antiquitas. Fateris. Tibi tamen contra ire lubet. De tuo illo ſacrificulo Samaritano fortaſſis ante te nemo unquam mortalium ſomniavit. Hunc tamen tu Moſi ſubſtituis. Itane in rebus facti fingere licet pro lubitu, & quidquid Græcia mendax audet in hiſtoria?

Eadem protervià Davidi & Salomoni inſultat idem criticus. Idem dico, cum, quæ a laudato ſibi ſocio alibi, eadem ſibi dicta exerte nonnullibi fateatur. Bibliothecæ Anni LXXXVI. Tome Troiſieme p. 99. & 100. *les Sentimens & la Defenſe* vni eidemque tribuuntur. Proverbia gnomæ ſunt *de quibus fatendum eſt ingenue, ſine ſpiritu Prophetico melius aliquid potuiſſe dici.* Canticum Canticorum *Idyllion, quo Salomo ſub perſona paſtoris amores ſuos canit, fortaſſis cum filia Pharaonis ſtylo bucolico, qualis eſt Græcorum Latinorumque Poëtarum, niſi quod pro genio gentis & Poëſios Hebraicæ multo durior & magis dithyrambicus ſit.*

Abunde haſce calumnias à ſacris abſterſit Witzius: ut neceſſe non ſit Verbum a quoquam addi. Sufficiet unius atque alterius viri κελλιωτάτε produxiſſe judicium, ſingulatim de Cantico Salomonis. Sic de Poëtis Diſſertat. I. §. II. *Borrichius: Hymni Davidici..... Canticum Canticorum (quo pius tunc Salomon in hortis Engaddi fidelis animæ cum cœleſti ſponſo connubium emodulatus putatur,) numeris Poëticis ſui generis ſuaviſſimè inſurgit. Neque eſt (quod multis creditur) uſque adeo abſonum illud* Hie-

Digitized by Google

Hieronymi in Præfat. Chronic. Euſeb. „ *Quid Pſalterio ca-* „ *norius? quod in morem noſtri Flacci, & Græci Pindari* „ *nunc jambo currit, nunc alcaico perſonat, nunc ſapphico* „ *tumet, nunc ſemipede ingreditur. Quid Deuteronomii,* „ *& Eſaiæ cantico pulchrius? quid Salomone gravius? quid* „ *perfectius Jobo? quæ omnia hexametris & pentametris* „ *verſibus apud ſuos compoſita decurrunt. Enimvero non ſo-* *lus Hieronymus metra in ſacris fontibus deprehendit, ſed &* *Theodoretus, Iſidorus Hiſpalenſis, alii. Joſephus Antiq.* *L. 2. C. ult. adſtruit Moſen* ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ *oden in laudes* *Dei compoſuiſſe.*

Æſtimanda tamen Hebræa Poëſis non tam ad normam Graji, Latinive metri, ut cui potius leges definire poteſt, ſi velit, quam ex vocum ſymmetria, ſyllabarum numero, & accentuum ratione. Atque ita Hieronymus pro hexametris habuerit ſententias Hebræorum dodecaſyllabas, pro ſapphicis hendecaſyllabas, pro jambicis octoſyllabas, &c. Quod ſi uberiorem cum Græcis comparationem deſideres, accedet anguſta illa & a plebe ſubmota dictio ſacrorum Vatum, quam Poëſis Græcanica imitatur, raro aſſequitur; accedent metra Hebræa parallelis Pindari & Sophoclis illuſtrata, de quibus fuse Fr. Gomarus in Lyr. Davidis.

Res ipſas autem pertractare hujus mei inſtituti non [illegible] tantum ago, ut conſtet Clerici noſtri eique ſi-[illegible] immanis profanitatis; quæ prohibet, quo minus [illegible] de ipſius ſcopo in hac quoque de λόγῳ controver-[illegible]nam.

[illegible]aroquin non deſunt Criticorum Principes, qui [illegible] haſce nugas dudum valide profligaverunt, ut ne quidem novitatis ſibi gloriolam gratulari [illegible] Clericus. Præluſere ipſi ejuſdem furfuris pro-[illegible] Critici, verum & dudum à Viris eruditis ſoli-[illegible] confutati. *Caſparem Sanctium* novit procul dubio [illegible]lus noſter: is utique Idylliorum genium non [illegible]verit penitus. Sic ille: *Quod ſi Sponſa quæ tantopere*

his carminibus commendatur, filia ſit Pharaonis, quam multa ineptiſſime a Rege ſapientiſſimo dicerentur? Quis enim credat filiam Regis eandemque Regis potentiſſimi ſponſam, non captam apud alienos, ſed in ſuo regno florentem, quæ non pateretur captiva ab hoſte, ea a conjuge ſibi chariſſimo tuliſſe? Nimirum juſſam eſſe abire poſt veſtigia gregum ſuorum, & quod minime cadit in Regiam perſonam, præpoſitam eſſe cuſtodiæ vinearum, infuſcatam a Sole, & a murorum cuſtodibus ſpoliatam eſſe pallio, ac tandem vulneratam. Quin imo auctoritate Origenis non tantum verum & multis rationibus, ex interioribus Critices, ſuffenis noſtris hactenus fortè non guſtatis, probat profanos, præſertim Theocritum, à quo alii Poëtæ, ſicut alia plurima, Epithalamii componendi leges didicerunt, ab hoc Cantico ſua expreſſiſſe.

Specimina exhibet idem Sanctius, quibus, quantum ex Salomone profecerit Theocritus, luculenter palam facit. *Ex his omnibus mihi veriſimile eſt, Epithalamii legem, & ordinem ex his Canticis ſumpſiſſe Theocritum, & ex hoc alios, ut putavit Origenes. Quandoquidem alii Salomonem ſecuti ſunt, videamus quem Salomon in hoc Cantico magiſtrum habuerit, quod exemplar ſpectarit.* Deinceps integro Capite, non ſine exaſciatæ Critices demonſtratione, probat Davidem parentem, Pſalten & Prophetam plane regium fuiſſe imitatum, Proleg. in Cant. N. I. v. VI. Sic in illo *duriore & magis Dithyrambico Carmine*, ipſius Theocriti, nedum reliquorum exemplar repperit: At nec ille Criticus eſt, ſi cum elegantioribus hiſce aut profanioribus potius hominibus comparetur. Me tamen non pudet ea de Idylliis ex Literatiſſimi hominis ore accipere, quibus confundatur profanorum hominum jactantia.

Manifeſtæ quoque ſunt imitationes quas Sanctius aliique obſervarunt. Et reſpondet temporis ratio.

Digitized by Google

[illegible] cum Ptolomæo Theocritus, eo tempore, quo [illegible] Verſio LXX. Interp.

[illegible] qui affirment Fraſſen. Diſquiſit. Bibl. pag. 568. [illegible] *Poema iſtud eſſe Eclogam paſtoritiam, ſive Dra-[illegible]colicum, quia nimirum Salomon ludere videtur [illegible]colico, & drama inter paſtores inſtituere. Verum [illegible] in hoc carmine miſcentur, quæ à natura illius [illegible] abhorrent. Enimvero, quis inter ſylvana & [illegible] reputabit currum genialem, lectulum purpureis [illegible] ſtratum, cedro, auro, & argento affabre elabo-[illegible] Deſcriptionem item Sponſi, quæ tota eſt cap.* V. *in [illegible]do vivis coloribus Rege ſuis regalibus inſignibus, [illegible] regio & ſplendido ornatu decorato, & alia id genus [illegible] quæ abhorrent prorſus à belluis & paſcuis? Nec [illegible] quod plurima ſint quæ ruralem vitam, & ruſticanam [illegible] conjugem indicare videantur, ut illud cap.* I. „*Vi-[illegible] meam non cuſtodivi & Abi poſt veſtigia gregum [illegible], & paſce hœdos tuos, &c. Hæc, inquam, non [illegible] Tum quia apud Hebræos, Regibus & Paſtoribus [illegible] commune eſt, propter ſimilitudinem utriuſque mune-[illegible] curæ: Tum quia Prophetis familiare & ſolemne eſt [illegible]pes ac Reges, Paſtorum nomine compellare: qua de re [illegible] agit Philo Judæus. Itaque exiſtimo Sponſum Sponſam-[illegible] tanquam Paſtores, ſed tanquam Reges hic induci; [illegible]ias item, non Paſtoritias, ſed Regias plane ſtylo ſubli-[illegible] deſcribi: ſiquidem ſimilitudo ex Regiis aſcita commu-[illegible]tior eſt ad ſignificandas nuptias Chriſti & Eccleſiæ. [illegible] celebriores ex ſacris Interpretibus, poema iſtud ex ge-[illegible] eſſe Epithalamium, & nuptias vere regias in eo [illegible]ingi [illegible]ari exiſtimant. Ita S. Ambroſius paſſim, Baſilius [illegible] verba Iſaiæ Cantabo dilecto meo, &c. ac Nazian-[illegible] quibus præivit Origenes qui Prologum ſui Commenta-[illegible] auſpicatur, Epithalamium libellus, id eſt, carmen [illegible] &c. Ubi affirmat Græcos Epithalamiorum con-[illegible] artem, ab hoc Salomonis poëmate hauſiſſe, inter*

quos Theocritus uſque adeò Salomonem æmulâ quâdam imitatione ſimulavit, ut non tam imitator, quam ſpeculator nuncupari debeat.

Apage ergo Caſtalionis, Anabaptiſtarum, & veterum quorundam Hæreticorum, quos commemorant Theodoretus & Philaſtrius, deliria, dum aſſerunt amatorium hoc ſcriptionis genus ſecretiora nuptiarum arcana, leneſque conjugum ſub noctem ſuſurros referens & apertè revelans, ut a Deo Auctore profectum & a divino afflatu conſcriptum non eſſe: quorum amentiam & proterviam diſertè frangit ac refutat variis argumentis Theodoretus mox laudatus: Primò quod ſi profanum aliquid ſaperet hic liber, nuſquam SS. Patres illum inter divinas Scripturas collocaſſent, nec eum ut Spiritu Sancto refertum comprobantes, Eccleſiæ dignum cenſuiſſent. Secundò, Beatus Eſdras Sancti Spiritus gratia repletus hunc librum tempore captivitatis, vel amiſſum, vel ſaltem interpolatum non reſtauraſſet, nec in Canonem ſacrorum voluminum adſcribi voluiſſet, ſi aliquas in eo corporeæ cupidinis & incontinentiæ illecebras deprehendiſſet. Tertiò, ſacri Interpretes librum amoris profani ſcintillas eructantem, ſuis interpretationibus & ſententiis non decoraſſent, uti revera fecerunt, non ſolum antiqui ut Euſebius Palæſtinus, & Origenes Ægyptius, & martyrii corona redimitus Cyprianus Carthaginenſis, & his antiquiores, Apoſtoliſque propinquiores: Verum etiam qui poſt in Eccleſiis excelluere, magnus ille Baſilius Proverbiorum principium exponens, & uterque Gregorius, quorum alter ſanguine, alter amicitia Baſilio conjunctus fuit: & fortis ille pietatis propugnator Diodorus, & Joannes, qui ad hunc uſque diem doctrinæ fluentis irrigat univerſum orbem terrarum: & denique, ut paucis rem complectens conſulam brevitati, qui poſtea fuere, librum hunc omnes ſpiritualem eſſe cenſuerunt. Quæ cum ita ſe habeant, æquum ne eſt, ut tot tantiſque viris deſpectis, contemptoque ipſo Spiritu Sancto vanas hominum opiniones conſectemur.

Nec

Digitized by Google

Nec repugnat Scholiaſtes. Duxerit enim licet ab agricolis Dianam hymnis ſuis celebrantibus originem Theocriti ruſtica & paſtoralis Muſa, ut narrat Elingius Hiſt. Gr. L. p. 216. Salomonæas tamen elegantias in rem ſuam vertiſſe non negat; quin imo Ptolomæi Philadelphi tempore vixiſſe & favore uſum cum eodem loco narret; negare ſaltem haud poterit, commodam ipſi ex Salomone proficiendi natam fuiſſe occaſionem.

Lyricos ante Theocritum fuiſſe nihil ipſos juvat, cum Salomo omnium antiquiſſimum tria ſecula & amplius antevertat. Alcman enim Εὑρέτης τῶν ἐρωτικῶν μελῶν Suidæ dictus, non Meſſenium indigeto, ſed quindecim Olympiadibus priorem, Lacædemonium, qui floruit Olympiade Vigeſima Septima adeoque centum & octo annos poſt primam Olympiada, quæ incidit in Annum P. J. 3938. Regnum autem Salomonis initium habuit ejuſdem Periodi anno 3678. Dithyrambicorum primus auctor Arion Methimneus fuit, illa Delphino vectus, verum ille ætate Alcmano ſuppar fuit non ſuperior.

Quicquid contra nitantur hodierni nonnulli, ex ſacris artium primordia maximam partem repetenda ſunt. Græci quoque ex Ægypto per Orphea primum poëtari didicerunt. Qua via ſponte ad Dei populum Iſraelem adſcendimus: Lubet denuo audire Borri-[illegible] de Poëtis Diſſert. I. §. I. IV. *Cœpiſſe videtur Poëtica* [illegible] *cum naſcentis mundi origine; quid enim credi-* [illegible], *quam Muſicam Poëticam; quæ nativæ vocis mini-* [illegible] *ditur, priorem fuiſſe artificioſa illa, quæ organis* [illegible] *indiget? cujus auctorem prima viderunt ſecula* [illegible] *Utque ad conjecturas illa referas, id conſtat, in* [illegible] *Moſe Hebræo, & Ægyptia Iſide veſtigia ejus non* [illegible] *obſervari. Is cum immane rubrum exercitu incolumi* [illegible] *carmen cecinit in laudem liberatoris Dei* [illegible] XV. *hac formavit Muſicam, Ægyptiorum diſtinxit.*

Clariſſimè Plato L. II. de Leg. Καθάπερ ἐκεῖ φασὶ τὰ τ
λὺν τοῦτον σεσωσμένα χρόνον μέλη τῆς Ἴσιδος ποιήματα γεγον ἐ
Cujus tamen artis ab Hermete fortaſſis didicerit initia, cui primam harmoniæ vocum, lyræque inventionem adſc bit Diod. Siculus L. I.

Inter Græcos primus Apollo, ſeu Phœbus cum novem M ſuis Poëtatus eſt, ſi credimus fabuloſæ Helladis antiquit Sunt qui exiſtiment à paſtoribus Grajis circa Hippocren olim, Aganippen, Pyrenen, Heliconem, Parnaſſum, gr ges ſuos cuſtodientibus initia artis defluxiſſe; quod ut crasſioribus ejus lineamentis agnoſcas, certè lucernam, limam que per Orphea Ægyptiis diſciplinis imbutum in Hellad migraſſe juſta ſuſpicio eſt. Satis de Salomone.

Ne autem putes Novi Teſtamenti Scriptores Ari ſtarcho noſtro minus vapulare; audi obſecro, Orbi liana gravitate ſententiam pronunciantem Crit. p. II S. I. Cap. XI. §. 10. *Qui ſtudioſe Novi Teſtamenti libro legerunt, & præſertim Pauli ſcripta, facile animadverte runt, ea ſcatere* ἀκυρολογίαις, *ſi unquam hac de re ſeri cogitarunt.* Hebraiſmos & Syriaſmos obſervant Docti Validum dicendi impetum in Apoſtolo agnoſcunt, fateor, at merum impetum nullibi, verum curatam dicendi rationem. Adeo ut *ne ullam quidem ſyllabam* vacuam myſteriis fidei judicent veri Critici; Hieronymo ſevere ſuccenſentes, ut qui audacter & temere alicubi cenſuram in Pauli ſermonem ſtrinxerit. Vide Cave p. I. qui Epiphanium & Irenæum longe æquius de incomparabili Apoſtolo judicantes profert. *Inter omnes Apoſtolos, & verborum apparatu, & ſententiarum pondere facile præſtabat* inquit Euſebius L. III. c. 24. Imo ipſe Hieronymus, alio in loco: *ſciſſe autem Paulum, licet non ad perfectum, litteras ſeculares ipſius verba teſtantur* in Cap. IV. Epiſt. ad Gal. *Hyperbata* notat, ſed quæ ab ἀκυρολογία ſæpe longiſſime abſint, artemque potius atque inſignem dicendi facultatem prodant. Quin ſunt inter Criticos

non vulgares, qui Pauli ſtylum impenſe laudant. Richterus Vir Doctiſſimus in Oratione Epiſtolis præmiſſa ſignatè notat Græcos Poëtos ita diligenter a Paulo lectos, ut ἀκυρολογίαι, tanto numero committi ab eo poſſe vix potuerint, niſi data opera affectaverit dicendi rationem minus claram & limpidam. Id quod cum ipſius multiplici de ſe teſtimonio conciliari non poteſt. Idem Richterus omnigenam Pauli eruditionem inſignibus exemplis prolixe probat p. 80. & 81. *Paulus Tarſenſis, divina & humana eruditione Apoſtolorum ſummus, cum rem omnium maximam, veritatem Unius DEI, & unitatem veri DEI, erudit iſſimis Athenienſibus probare vellet, in idololatriam eorum excandeſcens vehementius, Arati, Poëtæ Cilicis, verſum illis inculcavit. Eodem modo cum Corinthiis ſuis teſtatum iret Euangelii Præco divinus periculoſa maximè eſſe colloquia eorum, qui ſpem tollunt vitæ alterius, ſenarium adhibuit ex Thaide Menandri; quem Tertullianus, Trimetro liberiore, ita tranſtulit:*

[illegible]

Bonos corrumpunt mores, congreſſus mali.

[illegible] *Philippenſes de hoſtibus crucis CHRISTI fugiendis* [illegible] *monens, Euripidis verſum illis accommodat, qui,* [illegible] *carnis voluptatibus indulgent, ventrem pro DEO ſuo* [illegible]*, & tamen Chriſtiani audiri volunt. Sic Cretenſium* [illegible] *multis ſcriptoribus paſſim notata, Tito ſuo, Epiſcopo* [illegible] *indicaturus, ut vitarent ſerio, Epimenidis verſum* [illegible]*; & quidem non ſimpliciter, ſed Prophetam eum* [illegible]*, qui tamen Poëta erat Ethnicis: Quem Plato,* [illegible]*ſtenſis, Diodorus Siculus, Strabo, Plutarchus,* [illegible] *Tyrius aliique Theologum vaticinantem dixe-* [illegible] *Et quid nos igitur Poëtis honorem deferre dubitabi-* [illegible] *Apoſtolus ſanctiſſimus, profanos licet, tamen* [illegible] *nomine dignatus eſt. Sic, cum Timotheo ſuo* [illegible]*, ne mulieres publicè docere permitteret, ad Phi-* [illegible] *Græcum reſpexiſſe videtur viris doctis: Quem-admo-*

admodum etiam ad alios ejuſdem verſus, cum eum modico vino uti jubet. Philemonem enim Comicum Græcum, Pauli familiarem, cui Oneſimum tanto affectu commendavit & reſtituit, verſus ejuſmodi ſcripſiſſe, Scipio noſter Gentilis, nunquam ſine honore nominandus, in eruditiſſimo commentario Epiſtolæ ad Philemonem obſervavit. Quanta Spiritus Divini efficacia πανοπλίαν illam ſpiritualem, idem Apoſtolorum Smaragdus, Epheſiis ſuis, & poſt eos, nobis omnibus, ſcriptam reliquerit, nemo Chriſtianorum eſt, qui ignoret. Sed hoc forſan multi, quod in ejus deſcriptione elegantiſſima, auctor Divinus ad armaturam illam reſpexit Paridis & Menelai, apud Homerum, ubi ocreas, thoracem, gladium, ſcutum, galeam, bellatoribus ſuis Poëta profanus induit; quem Apoſtolus imitatus, iiſdem armis Chriſtianum, cum Dæmonibus ſub cœlo pugnantem, armatura Spiritus omnium fortiſſimè præmunivit. Sed quid tam operoſe Pauli Epiſtolas, omnigena eruditionis ſplendore illuſtres, excutiemus.

Imo ipſi Hieronymo ad quem provocant, qui ſtylum Paulinum tantopere vituperant, defero judicium. Audi loquentem apud Fraſſenium in Diſquiſit. Biblicis pag. 691. *Potius enim aſſentiendum judico S. Hieronymo, qui in Epiſt. ad Algaſiam affirmatè ſcribit Paulum à prima ætate linguam Græcam didiciſſe, cujus Tharſi magnum erat ſtudium, uſuſque; eoque factum eſſe, ut ſcripta ejus Græciſmos quoſdam Tharſenſes redoleant.*

Porrò quanta fuerit S. Pauli eloquentia, non ſolum apparet ex ejus Epiſtolis quas graves & fortes eſſe, vel ipſi ejus obtrectatores fateri cogebantur: ſed maximè ex illius prædicationibus & declamationibus: nam illo coram Felice Præſide de judicio & juſtitia, & caſtitate diſputante, Felix homo Gentilis, & rerum terrenarum cupiditatibus curiſque afflixus, toto eſt animo tremefactus. Paulo item dicente coram Rege Agrippa; Reſpondit Rex: In modico ſuades me Chriſtianum fieri. *Feſtus quoque Judææ Præſes, audiens Pau-*

Paulum ſumma contentione & ardore dicentem, exclamavit dicens: Inſanis Paule, multæ te literæ ad inſaniam convertunt. *Hos autem non alia lingua videtur allocutus quam Græca; oportet ergo illius uſum perfectum habuerit.*

Nec minor ejus erat in literis Hebraicis eruditio, ſiquis a Gamaliele claro in-primis Magiſtro, omnes Hebraicæ ſapientiæ fontes, ſive denique quæ ad Prophetarum vaticinia & oracula pertinent, penitus hauſit, ut in ipſa Adoleſcentia, omnibus ſuis æqualibus longo intervallo antecelleret. Iſta ex parte ſignificat ipſe, in Actis Apoſtolicis cap. XXI. 3. Ego, ſum, *inquit*, vir Iudæus natus Tarſo Ciliciæ, nutritus autem in iſta civitate (Hieroſolyma) ſecus pedes Gamalielis eruditus juxta veritatem paternæ Legis &c.

Nolim tamen exiſtimes eum ſive humano ſtudio, ſive Spiritus munere, inprimis illuſtratum, calamiſtratæ orationis cupidum extitiſſe. Quinimo II *ad Cor.* XI. 6. *de ſeipſo pronuntiat:* Et ſi impeditus ſermone, non autem ſcientia. *Quamobrem recte S. Hieronymus.* Aliquoties, *inquit*, diximus Paulum virum fuiſſe doctiſſimum & eruditum ad pedes Gamalielis: cumque haberet ſcientiam ſanctarum Scripturarum, & ſermonis diverſarum linguarum gratiam poſſideret; unde glorians ipſe in Domino dicit, GRATIAS AGO DEO, QUOD OMNIUM VESTRUM LINGUIS LOQUOR, divinorum tamen ſenſuum majeſtatem digno non poterat Græci eloquii explicare ſermone: *Potuiſſet equidem ſuum ſermonem eis delinire verborum lenociniis, quibus referta eſt humana eloquentia, niſi repugnaſſet Evangelicæ doctrinæ humilitas & ſimplicitas. Quocirca jure optimo negat* I. *ad Cor.* II. *humanæ vel ſapientiæ, vel eloquentiæ opibus, aut ornamentis ad perſuadendum comparatis ſe ſe in auditorum animos inſinuare; ſed cœleſtia divinaque myſteria, Philoſophis inani eruditione tumidis prorſus ignota, eis propalare; eaque confirmare* non perſuaſibilibus humanæ

ſapientiæ verbis, ſed oſtenſione ſpiritus & virtut *Tanta porrò erat illius orationis vis, tantaque copia,* *inquit S. Chryſoſtomus, cæteri Apoſtoli primas illi, cum* *quendum foret, non gravatè deferrent. Quo factum eſ* *ut aliquando Act.* XIV. *ob ſingularem eloquentiam, Me* *curius inanium Deorum eloquentiſſimus ab Ethnicis Liſtri* *ſibus haberetur. Verum præ cæteris hac de re audiendus e* *S. Hieronymus:* „*Paulum,* inquit, *Apoſtolum proferam* „*quem quotieſcunque lego, videor mihi non verba audir* „*ſed tonitrua. Legite Epiſtolas ejus & maximè ad Roma* „*nos, ad Galatas & Epheſios, in quibus totus in certamin* „*poſitus eſt. Videbis eum teſtimoniis, quæ ſumit ex Veter* „*Teſtamento, quam artifex, quam prudens, quam diſſi* „*mulator ſit ejus quod agit. N.B. Videntur verba ſimplicia* „*& quaſi innocentis hominis ac ruſticani, & qui nec facere* „*nec declinare noverit inſidias: ſed quocunque reſpexeris* „*fulmina ſunt. Hæret in cauſa, capit omne quod tetigit* „*tergum vertit ut ſuperet; fugam ſimulat ut occidat.*

Origenes quoque, idoneus certe, ſi quiſquam, hujus rei teſtis, Apoſtolici ſtyli, ſignate quo in Epiſtola ad Romanos utitur apologiam inſtituit Philocalias Capite IX. cauſam dans, quare *videantur ſcripturæ non ſatis apta compoſitione & conſecutione cohærere, maxime vero uti ſuperius diximus, Prophetica & Apoſtolica; & inter Apoſtolicas Epiſtola præſertim ad Romanos, in qua quæ de Lege dicuntur, diverſis modis dicuntur & diverſis rebus imponuntur; ut videatur Paulus in ea Epiſtolare propoſitum non exequi.* Miror Grotium ita perverſe horum verborum mentem accepiſſe, ac ſi dixiſſet, non *videri*, ſed eſſe hac in Epiſtola talem Pauli ſtylum qualem ipſe finxerat. *Confragoſi* quoque nihil Paulo imputat Origenes, adeoque ſimilis vitii frequentiſſime commiſſi accuſatum ab Origene Apoſtolum eſſe, præter verum dicit Grotius, Præloquii in Notas in Epiſt. ad Rom. Sect. V. Imo hyperbata, quæ aliis pro nævo habita, pru-

prudenti conſilio ita crebro Paulinis ſcriptis, ſingulatim Epiſtolæ ad Romanos immixta ſunt.

Ultimum ſuffragium Eraſmo deferimus, nimis eleganter hoc argumentum pertractanti, quam ut non audiatur ſic ille Epiſt. in Fol. p. 1832. eſt ex Præfatione Paraphraſi priori ad Cor. præmiſſa. „Cum Paulus noſter „ubique vafer ſit, ac lubricus, in his tamen duabus „Epiſtolis ſic Polypum ac Chamæleontem, ſic Pro- „teum ac Vertumnum quendam agit, ut cum Corin- „thiis plus quàm Græcis agens, quodammodo, juxta „vetus Proverbium, πρὸς κρῆτα κρητίζειν videatur, in „omnia ſe vertens, quo illos transfiguret in Chriſtum. „Adeo ceu per varios labyrinthi flexus, ſeſe volvit ac „revolvit, ſubinde alius atque alius nobis prodiens. „Quàm ſupplex ac blandus alicubi, obſecrat per man- „ſuetudinem Chriſti, rogat, ut ferant ſtultitiam ſuam „aliquantiſper! Rurſus auſterus ac minax clamat, an „experimentum quæritis per me loquentis Chriſti? „Alibi ſeſe dejiciens peripſoma ſe vocat, abortivum „& indignum Apoſtoli nomine, ac mox ingens & „erectus ſummis etiam Apoſtolis ſeſe præfert; hic hu- „mi repit, illic è tertio cœlo nobis apparet. Nunc „collaudat Corinthiorum pietatem, mox in vitia illo- „rum detonat. Quædam palàm exigit, quædam ceu „per cuniculos inſinuat. Alicubi imperitus ſermone, „nihil novit niſi Jeſum, & hunc crucifixum; alibi „ſapientiam loquitur inter perfectos. Alicubi corda- „tum ac ſobrium agit, ac rurſus alibi ſumit ſibi ſtulti „parumque ſobrii perſonam. Nunc ſuum jus ſibi for- „titer aſſerit, mox illis blande remittit. Ex animo lo- „quitur alicubi, eſt ubi εἰρωνικῶς, Condonate, inquit, „mihi hanc injuriam. Reperias ubi ſibi parum con- „ſtare videatur, ita ſui diſſimilis, ut maximè tamen „ſit ſui ſimilis: ita inconſtans, ut maximè conſtans. „Nuſquam enim non agit Chriſti negotium: nuſquam

,, non conſulit gregis ſuis commodis, fidi medici ritu,
,, nullum remediorum genus non admovens, quo per-
,, fectam ſanitatem ſuis reſtituat. Sudatur ab eruditiſſi-
,, mis viris in explicandis Poëtarum ac Rhetorum con-
,, ſiliis, at in hoc Rhetore longe plus ſudoris eſt, ut
,, deprehendas quid agat, quo tendat, quid vetet,
,, adeo ſtropharum plenus eſt undique, abſit invidia
,, verbis. Tanta vaſricies eſt, non credas eundem ho-
,, minem loqui. Nunc ut limpidus quidam fons ſenſim
,, ebullit, mox torrentis in morem ingenti fragore de-
,, volvitur, multa obiter ſecum rapiens: nunc placidè
,, leniterque fluit, nunc latè, velut in lacum diffuſus
,, expatiatur. Rurſum alicubi ſe condit, ac diverſo
,, loco ſubitus emicat, cum viſum eſt, miris Mæandris,
,, nunc has, nunc illas lambit ripas, aliquoties procul
,, digreſſus, reciprocato flexu in ſeſe redit. Quo magis
,, admiror quoſdam, qui cum vix primoribus labris
,, guſtarint rudimenta Grammatices, nec omnino ſciant,
,, quid ſit dicere; tamen Pauli linguam intelligere,
,, rem facilem, ac penè puerilem exiſtimant.

Ἀκυρολογίαις certe non ſcatet, qui tanta arte uſus eſt. Noſter veritus videtur, ne penitus oblivioni traderentur Arminianorum nonnullorum in hanc Epiſtolam contumelioſe jacta olim dicteria. Vim doctrinæ Paulinæ in iſtac imprimis Epiſtola ſuſtinere non volentibus, ſcribentis arrodenda habilitas erat & prudentia. En aliud ſpecimen.

Apparet eos ex veteribus, qui dixerunt Patrem & Filium Unum *eſſe*, *credidiſſe tres Naturas numero quidem diverſas ſed unius ſpeciei* Crit. P. II. §. I. c. XIV. 19. Itane? Unius ſpeciei tantum? Imo abjectius adhuc ſentit de Trinitate Clericus, ſi ex animi ſententia ſcripſerit ea, quæ, ficto nomine Liberii de S. Amore, antehac edidit. Imo averſari ipſum toto animo orthodoxam ſententiam ex eo apparet, quod paſſim data opera, tum in

Cri-

Critica tum alibi ea ex Patribus verba proferat, quibus nonnunquam imprudentes veritati de Trinitate, ſignate Deitate Filii, minus convenienter ſunt locuti. Extantius quoddam ſpecimen ſi quis velit, is videat quænam ex Tertulliano c. Hermogenem Cap. III. & XVIII. de Filio exhibeat Crit. P. II. S. I. c. XIV. §. 18.

Paulo ante dixerat *tria principia* ſtatuiſſe *Platonem*. *Secundum à primo genitum*, quod ipſi tantundem eſt, ac *factum* ſeu *creatum*, eo enim ſenſu generationem illam à Platone acceptam contendit ejuſdem capitis §. 10. Veteres autem Chriſtiani, juxta ipſum per aliquot ſecula, Platonici fuere, omniaque quæ de Deo docet Sacra Pagina ex Platone interpretati. Quin an & ipſe Johannes, λόγον non accipiat ſenſu Platonico in medio relinquit.

Inter notiones vocabuli רוח ut ut ſedule ea recenſeat; nullam repperit quæ Spiritum Sanctum, unum cum Patre & Filio Deum denotet.

Hinc & in univerſo Pentateucho ne unicum quidem doctrinæ illius veſtigium detegere potuit. Et nomen Jehovah & cultum qualemcunque creato Angelo, ratione habita, ut Sociniani cavillari ſolent, mittentis, deferri minus ipſi abſurdum videtur, quam ut ante ἐνσάρκωσιν, Deus Pater, Deum Filium, ſeu, ut ſubdole loquitur, τὴν δευτέραν ὑπόστασιν mitti dicatur ἀπὸ τῆς πρώτης ad Gen. XLVIII. 16. Certe ſi jam tum extitiſſe Dei Filium ſincere agnoſceret, nullam procul dubio in illius apparitione difficultatem reperiret. Cum mittens toties, quidni, modo extiterit, & miſſus aliquando conſpiciatur?

De 1 Joh. V. 7. p. 385. & antea 308. tanquam ex tripode loquitur, Criticeſque imperitos clamitat Theologos, quotquot loci γνησιότητα agnoſcunt & defendunt. Quam tamen ita ſolide vindicavit adverſus Simonium Anglicanæ Eccleſiæ inſignis Presbyter Thomas Smith, ut, me quidem judice, Lectori æquo abunde ſatisfecerit. Utique tam Sandius, quam Eraſmus

concedunt eſſe vetuſtiſſima exemplaria, in quibus h locus reperiatur; nos fatemur eſſe etiam quæ carean Ut quæſtio ſit quænam ſequi oporteat. Controverſ igitur ex contextus ſerie, codicum vetuſtate & Eccl ſiæ conſenſu ac praxi decidi debet. Contextum quo attinet, de eo ſatis ſuperque dictum eſt a plurimu Teſtimonia Cypriani & Hieronymi ita valide urg dictus Thomas Smith Vir Clariſſimus, & ſolide a exceptionibus Simonii vindicat, ut vel ſola heic ſuffi ciant. Miratus ſum ſingularem Simonii confidentiam rejicientis genuinam Hieronymi Epiſtolam, atque ita turpiter principium petentis. Evaneſcunt pariter exceptiunculæ quibus eludere conatur vim argumenti ab Cypriani teſtimonio petiti, vel ea ſola ratione genuino, quod Fulgentius, qui vixit ad finem ſeculi quinti, ad id tanquam Cypriani dictum provocet. Quin imo Eugenius Carthaginenſis, aliique orthodoxi Eccleſiæ Africanæ antiſtites in Confeſſione fidei oblata Hunerico Regi, apud Victorem Vitenſem, provocant ad hoc ipſum Johannis teſtimonium, quod quando cum rege Ariano, Doctoribus Arianis ſtipato, res eſſet, non imprudentiæ jam, ſed impudentiæ fuiſſet ſpecimen, ſi aliquid habuiſſent quod authentiæ horum verborum objicere potuiſſent Ariani Epiſcopi. Plura de hoc argumento habet idem Britannus Theologus. Magnam lucem loco affundit Clariſſ. p. m. Altingius quando obſervat, hoſce tres teſtes olim repræſentatos fuiſſe in iis tribus teſtibus qui Synedrii nomine aderant Baptiſmo Proſelytorum. Vide ſupra p. 11.

Liberii de Sancto Amore librum quiſquis attente legerit, cogitetque a Clerico excluſum illum fætum eſſe, certe ludere in re ſeria, imo profani vertumni perſonam agere cenſebit hominem, ubi heic verſus hoſce Capitis Primi Johannis ita explicantem deprehendet, ut orthodoxam de Deitate Filii Doctrinam inde elicere videri velit.

Doctrinam, quam Liberius ita palam & data opera ſubvertere conatus eſt. At quæ nobis inde utilitas redundabit, ſi vel omnia fere heic poſita ſubverſa eſſe a Liberio probaverim. Cum polypo enim nobis res eſt, & homine cui nihil in ſacris immotum; mirum autem id videatur nemini, cum & Deum ignoret & ſe ipſum. *Notio Dei* ipſi *obſcuriſſima* eſt, Crit. p. II. S. II. cap. III. §. 3. nec mirum, cum ipſi ſit *collectio præſtantiſſimarum qualitatum* cujus ſubjectum ignorat. *Spiritus Sanctus*, noſtro homini ſi credas, *vocatur poteſtas miracula edendi* Crit. p. II. S. I. cap. V. §. XIV. locum ex ſacris nullum addit, & mens an corpuſculum tenue, aut eo indutum quid ſit *ignorat* penitus ibid. c. VIII. §. 8.

Multum ſibi in eo ſitum putat, ſi λόγος non vertatur *Verbum* aut *Sermo* ſed *Ratio*. p. 22. Neque ego reluctarer, niſi deprehenderem id agere hominem, ut à vero rei conceptu divertat Lectorem. Tertullianus *Sermonis* vocabulo utitur . . . . 219. Pariter Lactantius paſſim. Hieronymus ſæpe aliter, at nec uno ſemper eodemque vocabulo. Syrus *Verbum*. Pro me militant vocabula Hebraica & Chaldaica ad quæ exprimenda vox λόγος a Johanne adhibetur. LXX. creberrime ubi de locutione, ſermone, aut re, verbis aut ſermone præſtita, agitur, utuntur hoc vocabulo. Idem in Philone obſervare eſt, hinc p. 109. Θεὸς λέγων ἐποίει, quo ſenſu ῥῆμα ipſi exerte dicitur pars λόγου *Sermonis* procul dubio pag. 71.

Veteres Verſiones haud parum roboris addunt dictis. Sola Syriaca ſufficere poteſt, utpote quæ *ſi non ab Apoſtolo quodam, certe ab Apoſtolico quodam Viro profecta, Textum Græcum in plurimis optimè declarat, & in pretio eſt apud quosvis, qui Chriſtianum nomen audiunt* Pfeiffer Critica Cap. X. Sect. I. §. 3. De Veteris Teſtamenti pariter N. T. Verſione Syriaca, ſingulatim utriuſque tempore, erudite Tentzelius Exercit. Part. I. pag. 292. & 293.

Digitized by Google

De poſteriore autem hanc obſervationem habet Kabbala Denudata Part. II. In Adumbr. Kabb. Chriſt. &c. pag. 4. *Verſio Syriaca ſcriptis veſtris Kabbaliſticis maxime eſſe conformem, unde ut*, inquit, *in dialecto auctori paulatim conformemur, aliquoties citationes ex ea inſtituemus.* Hæc habet vocem מלתא a Syris pariter ac Chaldæis verbum & ſermonem ſignificantem, ejuſdem radicis eſt vocabulum ממלל & ממללא quod *ſermonem, locutionem, eloquium* denotat. Arabicum & Æthiophicum ejuſdem eſt virtutis. Vide Arn. Lex. Harm. p. 422. Vetuſtiſſimis Græcis Synonymum eſt ἡ Ἄυδη. Suicerus poſt Stephanum derivat ab ἄνω per dialyſin ἀύω reſono clamo, quæ vox ſane non rationem ſed verbum, ſed *Sermonem* denotat. Inde αὐδάω vocem edo. Hinc ἄνω paſſim cum φωνῇ jungitur & cum γλώσσῃ. ſpecimina habet Stephanus. Non improbo quæ habet Doctiſſimus Anglus Johannes Boiſius Canonicus Elienſis in Collatione Vet. Interpr. cum Beza &c. ad Joh. I. I. pag. 277. & 278. „Vetus, *Verbum*: Eraſmus, *ſermo*: „Beza & Piſcator, *ſermo ille*. Primus, quod ſciam, „Eraſmus, Veterem interpretem hoc nomine quod „λόγον *verbum* verterit, reprehendit. Quod ſi Patrum „& antiquorum ſcriptorum teſtimonio ſtandum ſit, „credo illos omnes multo ſæpius & lubentius, *verbi*, „quàm *ſermonis* vocabulo uti. Occurrit aliquoties apud „eos, *ſermo*, pro, λόγος, haud diffiteor: ſed ſi cui „vacat ad calculos rem vocare, inveniet frequentiſſimum eſſe apud illos *verbi* uſum, *ſermonis* contra multo rariorem, imò rariſſimum. Ergo quod ex patribus & antiquis ſcriptoribus probari poteſt, hoc unum „eſt: non repudiandum eſſe *ſermonis* vocabulum: „id quod nemo opinor, paulò eruditior negabit. At „τ λόγον, aptius & melius per *ſermonem*, quàm per „*verbum* exprimi, hoc vero patribus, vel mediocris „vetuſtatis authoribus oſtendi nequaquam poteſt. Non

„diſpli-

„ diſplicet mihi interim diligentia eorum qui penſicu-„ latius hæc examinarunt: Sed cum Patres & proba-„ tiſſimos quoſque ſcriptores non piguerit cum vetere „ interprete loqui, & ejus generis lis iſta ſit, ut non „ multum à λογομαχίᾳ abeſſe videatur, æquum eſſe pu-„ to, ut traditæ nobis veluti per manus interpretatio-„ ni acquieſcamus. Τὸ *verbum* itaque retineo, ſed ita „ ut in fine verſus *ſubjecti* locum habeat, non *prædicati*, „ hoc modo: *In principio erat verbum, & verbum erat* „ *apud Deum, & verbum*, (vel, *verbum illud*) *erat* „ *Deus*. (Auguſt. tractatu 108. in Euang. Johannis, „ notat etiam ſua ætate in quibuſdam Latinis codici-„ bus ſcriptum fuiſſe: *In principio erat ſermo*: & ſi quis „ locum illum Auguſtini conſuluerit, videbit Augu-„ ſtino nec *verbum* nec *ſermonem* diſplicuiſſe, cum ta-„ men Johannem citans ubique ferè *verbum* non *ſermo-„ nem*, ponat.) Moſchopulus περὶ σχεδῶν, pag. 47. Λό-„ γος ἰδίως ϗ κατ' ἐξαίρετον, ὁ τȣ̃ Θεȣ̃ ὑιός.

Verum cum Eraſmus heic cenſura notetur, æquum eſt ut & ille audiatur. Hæc habet in Epiſtolis pag. 612. d. „ Quales & hic extitere quidam, & iſthic „ quendam audio fuiſſe, qui in concione frequenti vo-„ ciferatus ſit, me corrigere voluiſſe Euangelium Jo-„ hannis, quod pro *Verbo* verterim *Sermonem*: quaſi „ Johannes ſcripſerit *Latine*, aut quaſi non ante me, „ Filium Dei pro *Verbo Sermonem* appellarint, Cypria-„ nus, Hilarius, Hieronymus, cumque his innume-„ ri; aut quaſi *Sermo* non melius exprimat *Græcam* vo-„ cem *logos*, quam *Verbum*. Quid ſtultius dici potuit [illegible] doctos? Ad Clericum revertimur.

[illegible]mentum qua ſuam illam verſionem probat, [illegible] prorſus roboris eſt, cum nitatur hypotheſi, [illegible] ſatis a nobis jam confutata, nimirum ex pro-[illegible]te hoc vocabulum ejuſque verum ſignificatum [illegible] debere. Præterea ſui heic prorſus oblitus vide-

tur Criticus. Contenderat Johannem in eo eſſe ut doceat, *quo ſenſu voces*, qualis inprimis ὁ λόγ☉ *uſurpari poſſint a Chriſtianis* p. 16. Porro Johannem eſſe *primum Chriſtianorum ſcriptorum* qui hiſce vocibus utatur ibidem. Voces has olim quidem Platonis, noviſſime autem Philoni uſurpatas ab eo mutuas acceptas & in religionem illatas eſſe, & a facundiſſimo *Scriptore* Philone potuiſſe falli Chriſtianos in iis quæ περὶ τοῦ λόγου *attulerat, niſi Apoſtolica auctoritate obviam iretur* p. 21. Rurſus p. 17. *Cum ergo lectitaretur a Chriſtianis, & multa haberet affinia Chriſtianorum dogmatibus; potuerunt multi, hominis eloquentia capti, ſermonem ejus imitari, & placita imprudentes cum Religione Chriſtiana miſcere. Ne hoc ergo fieret, Johannes Pauciſſimas voces, quæ fallere incautos poterant, initio Euangelii ſui adhibuit, ut quo ſenſu uſurpari poſſent intelligerent Chriſtiani.* Quis ea leget, & non expectet ex Johanne de vero ſenſu & unice legitimo, nedum aliarum vocum, ſaltem τοῦ λόγου, erudiri. At nihil tale in univerſo hoc libello reperitur. Imo in calce ſuæ qualiſcunque XVIII. primorum Verſuum interpretationis, primam & non minime momentoſam, de ſenſu Philonianæ Vocis, quæ omnium Princeps eſt, determinationem ex Timæo Locro Pythagorico, ex Epicharmo, ex Platone, illius interprete, hujus vero imitatore, repetit. Johannes non rogatur, non auditur. Solus de tribunali judex, ex promiſſis Clerici, ſententiam dicturus erat Johannes, & illius nulla heic habetur ratio. Obſecro te Clerice, quis heic determinat quo ſenſu accipi hæc vox debeat, quis prævenit periculo de quo ita ſollicite cavere velle videbaris? Periculum ſeductionis idque præſentiſſimum eſt, ni Johannes ſententiam dicat; & de ipſa Johannis mente a Timæo, Epicharmo, Platone ſententia flagitatur. Verum omnem confuſionis modum ſuperat, quod, dum Johannem dixiſſet in eo eſſe, ut caveat, ne à Philone ſeduca-

ducamur, illi ſilentium injungas & huic deferas judicis officium. *Adi & Philonem* hæc ſunt verba tua p. 24. at qua de re. Periculum eſt ne a Philone ſeducar, Johannes cavet ne id eveniat, ideoque interpretatur, quo ſenſu hæc & aliæ voces Philonianæ accipi debeant; patulis auribus expecto Johannis verba; verum nulla aut deciſionis aut inſtructionis a Johanne factæ mentio fit. Iubeor, poſt Timæum, alioſque, *Philonem audire.* Scire aveò quo ſenſu vox Philoniana accipi debeat, periculum ſeductionis a bono Critico tam prudenter propoſitum, tam eleganter exaggeratum metuo; Iohannem me eruditurum lætus accipio, verum ubi ad rem ventum eſt & de vero ſignificatu facienda deciſio, ita deſtituor turpiter, ut bonus Orbilius me ad ipſum remittat Philonem. *Adi & Philonem.*

Adeo Philonem, ſed falſi te extemplo deprehendo. *Ubicunque λόγȣ & Creationis Mundi meminit, videbis de Sermone nuſquam eum cogitaſſe, ſed Rationis poteſtatem animo præſentem habuiſſe.* Sæpiſſime id obtinere non inficior, at *ubicunque λόγȣ & Creationis meminit* idem ſemper verum eſſe, ex ipſo Philone facile refutatur.

En locum clarum & limpidum. *Adhuc enim loquente Deo facta ſunt omnia, nec interceſſit ulla mora temporis imo ſi licet verius dogma attingere, dictum & factum idem eſt, verbo certe apud mortales nihil eſt mobilius, precedentem enim mentis conceptum celeritate aſſequitur nominum verborumque volubilitas, ergo ſicut rivorum perennium fluenta curſu irrequieto feruntur, ſequentibus aquis præcedentes impellentibus: ita ſermonis ſemel cœpti exundantia, mentem omnium quæ nobis innunt mobiliſſimam, & volucribus naturis parem, currendo aſſequitur. Igitur ſicut ingenitus ille prevenit omnia genita; ita ingeniti ſermo ſermonem creaturæ percurrit, nubila etiam pretervolans, ſicut ipſe loquitur dicens. Ecce videbis quod apprehendet te ſermo meus: quaſi nihil ſit quod Dei ſermonem poſſit effugere, quod ſi ſermo* prae-

prævenit, multo magis ipſe qui loquitur. Certo certius de Creatione cogitavit, & de ea facta *verbo*, quando in de Sacrificio Kain & Abel pag. 109. Εὐλογήσω *benedicam*, id eſt, *dicam laudatum ſermonem* ἐπαινετὸν λόγον. *Nam illud bene omnium virtutem ſignificat. Sermo autem alius fonti, alius rivo eſt ſimilis: fonti qui mente concipitur, rivo qui per os linguamque profluit, ... Multi enim excogitant quidem optima, ſed a malo interprete ſermone λόγω deſtituuntur* de Migrat. Abr. pag. 312. e. Proinde verboſis & loquacibus *ſermonem indecorum* tribuit pag. 139. a. En aſſerti tui temeritatem immanem, & λόγου & Creationis Mundi ſimul meminiſſe Philonem, ex hiſce patet, ὁ γὰρ Θεὸς λέγων ἅμα ἐποίει & quæ ſequuntur. Confer quæ antea ad hanc rem dicta ſunt. Nec cum Philone hac in parte diſſentiunt Hebræi. R. Abraham in Zeror Hammor Edit. Venetæ Fol. 8. Col. 1. *In Targum explicant per Sapientiam. Et Sapientia eſt Verbum. Hæc eſt Sapientia magna Creationis omnium rerum per Verbum, & hoc eſt quod dicitur qui operatus eſt & fecit. Vocat generationes a principio, nam omnia ejus opera extiterunt per Vocationem. Hoc eſt quod dicitur Dominus locutus eſt, & vocavit terram. Et idem ſignificatur Verbo Domini cœli facti ſunt.* Conferat Lector in præcedentibus dicta, quando notavimus τὸ מימרא דיי paſſim adhiberi a Targumiſtis ubi in Hebræo occurrit פי יי *os Jehovæ.* Quod utique nos adſtringit ſignificationi vocabuli, qua locutionem & ſermonem ſignificat. Similiter Cyrillus Alexandrinus c. Jul. L. 11. Edit. Spanhemianæ p. 54. c. *Cum igitur Moſes .... Verbo potentiſſime ait condidiſſe omnia. Deus enim eſt & ex Deo ſecundum naturam, univerſi opifex ejus verbum.* Et ut ne dubites qua notione *Verbi* vocabulum accipiat: ſic pergit: Dixit enim Deus, inquit, fiat firmamentum φησὶν ὁ Θεός. Paulo poſt, pag. 56. Hermetis hæc verba profert ὁ πάντων δημιουργὸς καὶ κύριος ἐφώνησε οὕτως·

ἔστω

ἴϛω γῆ &c. ..... itaque Dei juſſu per Sermonem opificem facta eſſe omnia & ſentire hominem decet & vere dicitur. Ut impudenter non minus quam imprudenter hypotheſi ſerviat Clericus, quando dicit, *ubicunque λόγυ & Creationis Mundi meminit, de Sermone nuſquam cogitaſſe ſed Rationis poteſtatem animo præſentem habuiſſe.*

Sequitur aliud acuminis Critici ſpecimen pag. 25. „Novi equidem eſſe Intt. qui velint Johannem reſpi„cere ad Moſis locutionem, qui Deum dicendo crean„tem Mundum inducit. Imo ſunt tales Interpretes, quin vix dantur alii, & ſi qui dentur illi toto errant cœlo. Philo ſaltem ita accipit, ut in loco noviſſime allegato videre eſt. Pſaltes ſic accipit: Pſ. XXXIII. 6. Extra omnes partes poſitus Longinus ſic accipit. Paraphraſtæ Chaldæi, uno verbo, verſiones ad unam fere omnes ſic accipiunt. *Deus loquitur & eſt, jubet & ſtat. quando voco* cœlum & terram *ſtant ibi una* Jeſ. XLVIII. 13. *Quis creavit hæc? quum ducit in numero exercitum illorum: univerſos nomine citat* Jeſ. XL. 26. vocat *ea quæ non ſunt tanquam ſi eſſent* Rom. IV. 17. ----

Hic loqui & jubere diſtincte memorantur, ita ut utrique tribuatur effectus. Nec quicquam evincis quando addis; *Verum cum Moſes velut Imperio Dei omnia eſſe facta docet, palam eſt ſermonem propriè dictum ab eo non intelligi.* Imperio, juſſu, voluntatis divinæ nutu omnia facta eſſe nemo negat. Verum id imperium quid repugnat quo minus & ſermone & verbo exercuiſſe dicatur? Imo id imperium cum ſingulari ratione fuerit τȣ̃ λόγȣ, quid ni a λόγῳ & per λόγον illud dicatur exercitum? Λόγον modo admittat qui ipſe *Deus ſit*, quique Deus loquatur, ut εἰκὼν τȣ̃ ἀοράτȣ Col. I. Cui a Patre ipſum quoque creationis opus fuerit demandatum, δι' ȣ̃ καὶ αἰῶνας ἐποίησε Hebr. I. δι' ȣ̃ σύμπας ὁ κόσμος ἐδημιȣργεῖτο ut alibi Philo de Monarch. *viſibilia* inquit Apoſtolus *atque inviſibilia* Col. I. De Verbo προφορικῷ nobis lis

non eſt, ſed de ἀποςαλικῷ. Hoc operatum teſtatur Moſes, tum quando Deum dixiſſe narrat; quod tantundem eſt, ac ſi diceret, Verbum ἀποςαλικὸν locutum eſt, ſeu Filius Dei voluit volente Patre, juſſitque jubente Patre ut eſſet cœlum terraque exiſteret, operante ita id quod Pater operatur, Joh. v. Atque ita *non frigida erit alluſio ejus qui dicet*, *Verbum* illud fuiſſe apud Patrem; imo ex opere Creationis à Filio præſtito apparuiſſe eum eſſe apud Patrem; apud quem, in cujus ſinu, cujus propoſiti conſcius ſi non eſſet, certe nec Verbum eſſet, nec ut tale, res creatas condere potuiſſet. Argutia hæc non eſt; ſed myſterio Trinitatis illiuſque Oeconomiæ convenientiſſima cogitatio, Johanne digna, & Salomoni & Davidi cæteriſque Prophetis apprime familiaris.

At hæc ſunt, quæ nec rejicere palam heic voluit, ut ne videatur non ſerio Socinum oppugnare; aut fateri, quoniam reipſa id Myſterium averſatur: Et hinc eſt quod Rationem potius quam Sermonem aut Verbum vertit; ut tanto commodius tegat eam quæ genuina ipſius ſententia eſt: nimirum Ratio non ſolet in nobis ciere cogitationem veri ὑφιςαμένου ſubſiſtentis, ab eo cujus ſit, ea ratione diverſi, qua Filius diverſus eſt à Patre & Spiritu Sancto.

Optima ſunt verba Ignatii quæ profert ex Epiſtola ad Magneſianos p. 26. *Unus Deus eſt, qui ſe revelavit per Jeſum Chriſtum Filium ſuum, qui eſt ejus æterna Ratio*, æternus Sermo ſeu Verbum. Eſt enim ejuſdem æternitatis ut naturæ & eſſentiæ cujus Pater eſt. Secus autem ſentire noſtrum, quantovis ſtudio virus tegat, non uno in loco manifeſtum eſt.

Pagina 27. veritatem profiteri videtur hiſce verbis. „Ac ſane Philo ſuum λόγον inferiorem Deo Summo „paſſim facit: cum Iohannes λόγον quem poſtea inter „homines verſatum eſſe narrat, Deum illum unicum,

„& pro-

„ & proprie dictum fuiſſe doceat. Eſt Filius à Patre, ita tamen ut unus ſit qui Pater Ioh. x. Is in ſe ſuſcepit munus Mediatorium, atque ita executionem univerſi Conſilii divini, adeoque & fratrem ſe futurum ex fratribus, legique obediturum ad mortem, mortem quidem crucis ultro eſt pollicitus. Hanc veritatem omnes promiſſiones continent. Hinc minoritatis ſubjectioniſque conceptus. Fuerunt illius, ut talis, umbræ & repræſentamina, Sacerdotes, aliique imo ipſi Angeli quibus Deorum nomen datum eſt, eo quod ipſum repræſentarent. Hinc Deorum quædam pluralitas. Hæc non recte accepta errorum & locutionis confuſæ occaſio fuit. Cujus ſpecimina in Philone aliiſque reperiri mirum non eſt. Catachreſtice & Sacerdotes & Angelos Deos dici, eamque catachreſin ulterius nonnunquam quam par eſt, adeoque & ad ipſum Filium Deum extendi, pariter abſonum videri debet nemini.

Ab hac autem veritate quam alienus ſit Clericus eadem pagina ad verſum 3. videre eſt. quando *omnia per λόγον facta eſſe* ſenſu ita diluto accipit, ac ſi ſufficeret ea intelligere tanquam *oppoſita doctrinæ Epicureorum, qui ſine ratione & caſu omnia facta eſſe contendebant. Ratione* profecto & *Sapientia* divina omnia condita eſſe præter Atheum aut profanum Philoſophum nemo negabit. Verum ita diverſo eadem hæc verba ſenſu pronunciari poſſunt, ut de eo, in quo heic rei cardo verſatur, contrarium prorſus ſentientes iiſdem mentem ſuam involvere poſſint. Certe Socinianus, quantumvis negaverit Filii Dei præexiſtentiam ante Mariam, ratione tamen & ſapientia cuncta facta eſſe, non negaverit. Aliud eſt naturalem & eſſentialem, liceat ita loqui, rationem cogitare & ſapientiam aliud eſt eam cogitare quæ eſt ita à Patre diſtincta ut Filius dici mereatur & genitus, & Vir Socius ei Zach. XIII. 7. & ſapientia quam generando acquiſivit Pater Prov. VIII. qui ſit Angelus in cujus medio

nomen,

nomen; quique ſit ipſa facies Dei. Hoc ſenſu ut concipias haud ſufficit hæc concepiſſe oppoſitum Doctrinæ Epicuri. Hoc ſenſu Dei *inſtrumentum* non niſi catachreſtice dici poteſt. Nec τὸ περὶ illam notionem flagitare ex Rom. XI. 36. & Hebr. I. 3. aliiſque locis dudum adverſus Socinianos demonſtratum eſt. Quibus ſerio non contradicit Clericus, quando διὰ λόγου ipſi tantundem eſt, ac διὰ δυνάμεως Θεοῦ, aut διὰ θελήματος Θεοῦ, p. 29.

Inferiorem Deo τὸν λόγον eſſe, male licet ex eo & valde ἀκυρολόγως forte colligat Origenes, quod *per eum operatus* dicatur Pater, certo tamen ſenſu dici poteſt, nimirum, Deo accepto pro Patre, qui & Deus Filii, adeoque *ſolus verus Deus*, etiam illius reſpectu, dici poteſt, ſi debita habeatur œconomiæ ratio. Concilium ac fœdus pacis eſt Patrem inter & Filium, Zach. VI. adeoque Pater, ut qui, non ſine adjuratione, adeoque interveniente jure-jurando Pſ. CX. Fœdus pepigit cum Filio, ab adjurando, אלהים Deus Filii commode dici poteſt, imo & eo ſenſu *ſolus verus Deus*. Hiſce veritatibus non ſemper diſtincte ſatis conſideratis, minus accurate dici potuit Filius inferior Patre Deus, licet œconomicè recte inferior dici queat ut Legatus, Miſſus, Sponſor, Unctus, Mediator & ſic porro.

Nonnulla χωρὶς λόγου facta eſſe, quando Philo largitur Epicuræis, utique a veritate penitus aberrat, fateor; Iohannem autem ad obſervaſſe in Philone, ridicule ſomniat Clericus, p. 30. multo magis ineptit quando huc reſpicientem fingit Iohannem, ubi dicit, *& ſine illo* ſc. λόγῳ *factum nihil quod factum eſt;* ac ſi cavere voluerit, ne quis, cum Philone, imprudenter putet, eſſe nonnulla *non ſapienter*, non *ex ratione* facta. Idem procul dubio vult Iohannes, quod Paulus, quando dicit *omnia facta eſſe per eum*, qui eſt εἰκὼν τοῦ ἀοράτου, & πρωτότοκος πάσης κτίσεως, *omnia quæ in cælis & quæ in terra*

ſunt,

ſunt, *viſibilia & inviſibilia &c.* Col. 1. 16. δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε Hebr. 1. 3. *per quem & ſecula condidit.* Apud Hebræos עולמים & *ſacros ſcriptores Græcos* ait noſter, nomine Liberii de Sancto Amore inſignitus, pag. Epiſtolarum 24. *mundum deſignat, ut notum eſt.*

Ad finem p. 29. & in initio 30. carpit malos Criticos regulamque præſcribit; ſed admodum ineptè, cum nemo ſit qui illam aut ignoret, aut negligi a ſe aut violari fateatur. *Mali* etiam mihi ſunt & importuni *Critici*, qui tanquam recens inventas omnique ſtudio inculcandas regulas proponunt, res ita tritas neminique incognitas, atque illa eſt, quam heic ita ſerio commendat Clericus. Exiguum libellum ſcribit, annotatiunculas quaſdam ad XVIII. primos Cap. 1. Euang. Ioh. proponit, & temperare ſibi a præſcribenda prolixa regula Critica non poteſt. *Mali Critici ſunt qui conſiderant ſeperatarum vocum poteſtates, putantque ubique poſſe convenire, nulla phraſium & occaſionum ratione habita; aut qui exiſtimant interpretationem admitti oportere, duntaxat quia non abſurdos ſenſus complectitur, nec Metaphyſice ut ita dicam, impoſſibile eſt Scriptorem, quem interpretantur, id cogitaſſe quod illi adfingunt. Debet uſus linguæ, cum occaſione ſcriptionis, omnibuſque ſermonis circumſtantiis probe expendi.* At bonè Vir quis hoc ignorat? tune noſti Criticorum nomine dignos, qui ita ſint omni judicio omnique rerum cognitione vacui, ut ea regula ipſis inculcanda ſit? Pungere forte voluiſti quos vero nomine inſignire haud tutum erat: Satis ſuperque ab iſtoc crimine ſe expurgarunt. Separatarum vocum poteſtates unice ſi conſiderarent, quæ maligna tua accuſatio eſt, non tantas profecto divitias in verbis Dei reperirent: divitias tibi ignotas, nec mirum, cum nequidem cogites Deum eſſe, ipſamque ſapientiam quæ loquitur; magis coarctans Sancti Spiritus quam forte ſententioſi alicujus profani dicta.

Denuo mentem ſuam prodit, quantumvis orthodoxe ſentire videri velit, quando *ſine* Sermone *factum eſt nec unum, quod factum* eſt, ipſi tantundem valet, atque nihil caſu & ſine ratione, ſed omnia ex conſilio, atque eo ſenſu, *Ratione* facta ſunt. Epicuræis heic indulget Philo, hunc reſpicit, huic contradicit Apoſtolus. Antea de vocabulis Philonianis ſollicitus Johannes, nunc in eo eſt, ut & falſam doctrinam & dogmata corrigat, gerræ! Nimirum pulverem ſpargis ut ne videat lector id quod in ſinu foves. Non agnoſcis Filium qui ab omni æternitate fuerit apud Patrem & a Patre diſtinctus, ut per quem, in quo, propter quem, operetur Pater; de quo Pater paſſim tanquam de alio, qualem deſcripſi, non terminis Scholaſticis, ſed ex Scriptura unice petitis p. 77. & ſeq. Et Ratio hæc tibi eſt, perfectio θείας φύσεως, non nomen illius, qui, θείας quidem φύσεως ab æterno particeps atque eſſentia *unus* aut *unum* cum Patre, ſeu qui eſt idem Deus qui Pater eſt, & ita tamen a Patre differt ut ſit גבר עמיתו quem Pater קנה qui ſit בן & בר filius, צמח βλαστὸν germen, quod germinat confer LXX. Gen. XL. 10. Ezech. XVII. 8. Qui egreſſus ſit ex Iſraele Jer. XXX. 21. ex ſtipite Jeſſe Jeſ. XI. 1. non tantum, verum & מקדם *ab olim* in promiſſis atque apparitionibus, verum & מעולם ab æterno Mich. V. 1. qui locus Chaldæo, Talmude, R. Salomon & Kimchi, imo Abarbanele teſtibus, de Meſſia agit. *Sapientia* quæ *uncta* fuit *ab æterno*, *genita ante abyſſos*. אמון Filius in ſinu geſtatus ἐγκόλπιος, nutritius & nutritor omnium, arcanorum Dei conſcius & Doctor, Primogenitus. Angelus quem Pater a ſe diſtinguit, teſtatus Jehovah de Jehovah. Qui conſpicitur ut Vir ambulans inter Myrthos, ut intercedens apud Patrem pro Hieroſolyma, & impetrans ut Jehovah juſſa det Angelo loquenti in Propheta, id eſt, Spiritui Chriſti, qui, teſte Petro, is eſt, qui locutus eſt in Prophetis *Facies Dei. Os Dei.*

Qui

[illegible] Miſſus in mundum à Patre, Apoſtolus, qui [illegible] ſibi corpus fecit templum Iehovæ, nec [illegible] ex mortuis poſſet niſi & factor eſſet. Vindex Iſraelis, Iuſtitia noſtra, Rupes ſalutis, Deus ſtans [illegible] Deorum, de quo ad oppida Iudæ *ecce Deus* [illegible] Angelus Iehovæ, Aſſertor Teſtamenti. Creator, ſuſtentator omnium. Suorum redemtor & ipſa ſalus.

Pagina 30. non minus de doctrina, quam de verbis Philonis nobis ſollicitum fingit Jeſu crucifixi diſcipulum. *Philonem ab Apoſtolo hic reſpici, hac etiam in re, vix dubito.* Nimirum, *quod nonnulli providentiæ alioquî patroni, varia χωρὶς λόγυ facta eſſe Epicuræis conceſſerint.* Quinam obſecro ſunt illi providentiæ patroni? Quis ille Epicurus qui de noſtro λόγῳ fuerit ſollicitus? Præterea muſteus eſt nimis meus ille Clericus, quam ut, omni vetuſtate, imo omnium ſeculorum Theologis tacentibus, primus animadvertat, Johannem & quod ad vocabula & quod ad res ipſas, ſedulo id agere, ut in Philone utraque corrigat & explicet. Miror autem hominem, qui, ubi de ſortibus agit, divinæ omnium rerum, inprimis minimarum Curæ ita iniquus eſt, heic ita exerte ſtatuere *quæcunque exiſtunt a Deo creata, curari* pariter. Gratularer, niſi toties à ſe diſſentientem, ſibique contradicentem deprehenderem: in hac ipſâ quoque de cura Dei materia, de qua in tranſitu non poſſum non notare, quam demonſtratu facilis ſit, modo id unum obſerves, nimirum minimi ſæpe ponderis eventibus & factis, in quibus maximam contingentiam aut caſum agnoſcimus, connexos paſſim eſſe alios eventus maximi momenti, ut, ſi cum Socinianis præſcientiæ divinæ & curæ illos ſubduxeris, hoſce quoque, atque ita omnes alios, iis ſubducere debeas. Quid obſecro aut magis contingens quam ſubita quævis paſſio ſeu amoris ſeu odii, quæ animum hujus aut

illius regis, forte aut principis afficiat, aut magis caſu ac fortuito factum dixeris, quam ſi pilus in aſperam arteriam illapſus, aut muſca homini primi quoque ordinis mortis cauſa ſit?

At quanta non inde pendeant nemo non videt. Imo rerumpublicarum regnorumque plurium ſæpe mutationes & ſubverſiones.

Haſce igitur, hominumque infinitorum mortem, vitam, ſtatum non præſciverit Deus, aut cura ſua direxerit, ſi id unde ea profluunt, ignoraverit.

Ad ſequentia Euangeliſtæ verba Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν pag. 31. præter omnem modum dilutè & jejunè loquitur Clericus. Prorſus ut ii ſolent quorum omne ſtudium eſt exinanire & enervare verba Dei. Non poſſum committere, quo minus heic Lectori repræſentem verba Clariſſimi Cocceji in idem hemiſtichium, ut appareat, quantum differant potentem in ſcripturis eſſe, & evanuiſſe in propriis ratiociniis. Sic Clericus pag. 31. *Vita hoc in loco ſignificare videtur doctrinam perſpicuam de vita æterna, ejuſque conſequendæ ratione, quæ obſcurius ante Chriſtum nota erant, quo factum ut Paulus 2 Tim. 1. 10. dicat Chriſtum* illuſtraſſe vitam & immortalitatem per Euangelium. *Hanc eſſe mentem ſuam oſtendit ipſe Johannes 1 Epiſt.* 1. 2. Vita manifeſta facta eſt, *inquit*, & vidimus, & teſtamur, & nuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & manifeſta facta eſt nobis. *Ibidem Cap.* v. 11. Vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio ejus eſt. *Alioqui* vita *poſſet dici λόγος, quod vitam ſpiritualem in hoc ævo, æternam in altero hominibus det.*

Nunc Coccejum in Princip. Euang. Joh. audi §. 93. *Quintum axioma eſt v. 4. col. 1.* In ipſo vita erat. *Circa hoc colon cogitatio anceps oboriri poteſt: de qua potiſſimum* Vita *loquatur? & quomodo ea dicatur* fuiſſe in ipſo? *Tutiſſimum autem ſine dubio eſt, Sermonem agnoſcere Auctorem*

omnis

omnis Vitæ. Si jam hic nobis ſe objiciat cogitatio Vitæ æternæ, quam ipſe habuit cum Patre & apud Patrem, quæ eſt ζωὴ ἀκατάλυτος, vita indiſſolubilis, *& unde* ὁ ζῶν, VIVENS illle *appellatur, ea in primo verſu comperietur ſatis indicata. Rurſus ſi occurrant in rebus factis ea, quæ vitam habent, ſive ut creſcant, ſemen ferant aut fructum etiam, ſive ut ſentiant, & ſe moveant, ſive ut ratiocinentur, intelligant, judicent, velint; eaque rurſus in corpore, vel corporis expertia, ut Angeli: nulla ratio eſt, quare hujus vitæ auctorem non ſtatuamus Sermonem, quum ea omnia comprehendantur in iis, quæ eſſe cœperunt; de quibus v. 3. Sed quia in illo cenſu jam illa continentur, hanc vitam potiſſimum hoc colo notari probabile non eſt. Ita nec illam* vitam *præcipuè notari credibile eſt, quæ eſt ſita in rectitudine cogitationum & appetitus: cui oppoſita corruptio* mors *quædam eſt. Nam ea potius ſub vocabulo* lucis *indigitatur, colo ſequenti. Igitur hæc omnia quidem in hoc elogio, ſi ſolum & per ſe accipiatur, intelligemus; nihilominus tamen per hoc tam generaliter dictum in comparatione ad præcedentia & ſequentia* vitam *quandam nonnihil diſtinctam à jam poſitis innui & intendi animadvertemus. Eſt enim* vita, *quæ conſiſtit in beatitudine & gaudio glorioſo, cujus promiſſio homini, ſi in prima rectitudine perſiſteret & Domini ſui juſſui pareret per abſtinentiam ab arbore cognitionis boni & mali, ſub ſacramento Arboris vitæ obſignabatur. Hæc autem dupliciter in Sermone fuiſſe dici poteſt. 1. Quod ſufficiens fuerit ad eam dandam, quodque eam veriſſimè obedienti homini cum Patre daturus erat. Sed hoc omne jam ſignificatum eſt, quando* Deus *appellatus eſt. 2. Quod vita revera in ipſo, ut Capite, præparata fuerit hæredibus ejus divino quaſi Teſtamento nuncupatis, & quidem in ipſo ſolo; adeoque nemo extra ipſum vitam adeptus ſit, neque etiam ulli ex fœdere operum, & non ex gratia ipſius, vita deſtinata & præparata aut porrò data fuerit.*

Atque hæc omnino eſt mens Evangeliſtæ, quam nobis

voluit generali hoc dicto inſinuare. Idque patet, quia ſtatim ſubjungit, Et vita erat lux hominum. *Ita* 1 *Joh.* I. 1. de Sermone vitæ. *&* *v.* 2. Et vita manifeſtata eſt, & renunciamus vobis vitam illam æternam, quæ erat apud Patrem, & manifeſtata eſt nobis. *Hinc Chriſtus* vita *Joh.* II. 25. XIV. 6. vita noſtra, *Col.* III. 4. *Igitur & per* Arborem vitæ ſitam in medio Paradiſi Dei *Apoc.* II. 7. *intelligimus Filium Dei, in quo vita erat & eſt.*

In Clerici gloſſam quadrant quæ Socino regerit idem Coccejus §. 101. *Non audet dicere, quod ſentit: nimirum Vitam a Chriſto non aliter dependere, quam a primo pracone ejus & martyre, & ut à pronunciante hoc verbum, quod Deus virtute ſua ultimo die ſit proſecuturus, ut immortales faciat mortuos, Chriſti veſtigia ſecutos.* Quis ita prorſus ſit omni ſenſu deſtitutus, ut heic ſanctum a profano, vim veritatis a languidis vani hominis λόγοις diſcernere haud poſſit?

Pag. 33. Iterum ut decipiat eos quarum oculos offuſcare ſcriptiuncula illa ſtuduit, ſui hypotheſiumque ſuarum turpiter obliviſcitur, hiſce verbis. Lucem animi *perſæpe laudat* Philo, *ſed cum eam lucem non petat ex doctrina Chriſti, verum ex Judaiſmo Platonico dogmate incruſtato, inane eſt quicquid de ea. Itaque ſoli Euangelio convenit quod ait de luce divina* Lib. de Humanitate pag. 551. Tantæ jam neceſſitatis Euangelium & ex illo Chriſti doctrina eſt, ut *inane* ſit *quicquid de luce habet* Philo. Certe inane non eſt quod ad ſalutem ſufficit, id quod de cognitione naturali & gentium alibi poſt Curcellæum tuum, toties totieſque docuiſti. Verbum hac de dixi pag. 29.

Ad verba *Lux illa erat vera Lux*, ineptiſſime noſter, & ut decet hominem Scripturas non tam ignorantem, quam faſtidientem. Nimirum ex Platone & Philone illuſtranda erat vocabuli *verus vera* genuinus ſenſus:

ac ſi ex *συγκρίσει τῶν πνευματικῶν* non millies præſtantiora eruere queat lector qui *veritatem amat in renibus* Pſ. LI. 8. *Verum* utique opponitur in Scriptura tam Veteris quam N. T. falſo, ficto, umbratili, probabili. Sic *verum ſemen* memoratur Jeſ. 11. 21. Quin imo ex Philone id diſcere potuiſſet noſter, utpote qui verum opponit *umbratili & ficto* p. 123. d. *falſo in judice* p. 556. d. *probabili* p. 102. g. Sic *veram* memorat *& exemplarem Muſicam* quæ ſit in rerum creatarum concinno ordine, haud ſecus atque in bene compoſita Symphonia. Addo locum partim a Clerico p. 35. citatum ex de Confuſione Ling. pag. 267. *Quod ſi nondum quiſquam eſt dignus ut Dei filius appelletur, tu tamen da operam ut ornatus ſis ſicut verbum ejus primogenitum, Angelus antiquiſſimus, & quidam variarum appellationum Archangelus: videlicet principium, nomen Dei verbumque dictus, & homo factus ad imaginem, & videns ille Iſrael. Nam ſi nondum idonei ſumus ut nominemur Dei filii, ſimus ſaltem ſermonis illius ſacratiſſimi, qui ejus ſempiterna imago eſt. Imago enim Dei eſt verbum illud antiquiſſimum.*)

Oeconomiam Dei ſi non ignoraret noſter & cum Socinianis male conciperet, deprehenderet *verum* hic potiſſimum tum falſo opponi, tum *umbratili*, haud ſecus ac Chriſtus Dominus *verus panis audit*, oppoſitus non-pani Jeſ. LV. & *manna* omnique pani *umbratili*. *Caro mea eſt vere cibus, & ſanguis meus vere potus* Joh. VI. 55. *Hic eſt panis qui cœlitus deſcendit. Non quemadmodum patres veſtri manna comederunt & mortui ſunt: qui hunc panem comedit in æternum vivet* Joh. VI. 58. *Pater meus vobis dat Verum Panem* ỳſ. 32. *Verum tabernaculum* quid aliud, quam quod umbratili opponitur? Hebr. VIII. 2. IX. 24. Sic *adorare in ſpiritu & veritate* opponitur cultui umbratili Ioh. IV. 23. Hæc ignorat. Hinc Ieſum *veritatem* eſſe, non conſignificat noſtro, Ieſum eſſe corpus umbrarum Veteris Teſtamenti Ioh. XIV. 6. Hinc & in

umbris

Digitized by Google

umbris Moſaicis reperiri ab homine ſcotomate Sociniano percuſſo non potuit. Quod & ipſum cohibuit, quo minus de luce naturali, nos in multis deſtituente, aut luce umbratili, quod in tabernaculo & templo imo & in columna ignis adfulſit Iſraeli cogitaverit, tanquam, cui oppoſita eminentior lux ſit, quæ *lux* vera audiat.

Pagina 37. *Ipſa divina ratio facta eſt Jeſu Divinitas, unione arcana.* Sociniani *divinitatem* potius Chriſti, quam Deitatem dicunt. Hinc *Smalcius* non de Deitate, ſed de Divinitate Chriſti ſcripſit. Divinus homo ſit, Deus tamen homo ſeu homo Deus nolunt ut dicatur. Sed *divinam rationem* quando memorat noſter, omnino notandum eſt, utrum rationem ſubſiſtentem intelligat, & à Deo Patre diſtinctam, an vero rationem quemadmodum eſt peculiaris eſſentiæ divinæ proprietas, qualis eſt juſtitia aut alia affectio Dei. Cum Deus noſtri Critici ſit *perfectionum Collectio præſtantiſſimarum quarumque qualitatum* Crit. Part. II. p. 549. rogo an heic intelligat earum aliquam, an vero verbum, Sermonem, Rationem λόγον ſubſiſtentem, quæ omnium iſtarum perfectionum, liceat ita loqui, ſubjectum ſit haud ſecus atque Pater & Spiritus Sanctus. Confer pag. 146.

Quicquid dixeris, quamdiu heic non promtè & rotunde mentem evolvis tuam, ratio eſt metuendi, ne adhuc foveas, cujus ſpeciem ita evitas ſollicite, Socinianæ peſtis virus: Saltem ne tibi perinde ſit, quid hac de re aut ipſe ſentias aut credant & profiteantur alii: quæ mens fuit Liberii a Sancto Amore p. 92. & 93.

Contemplati ſumus gloriam] tantundem eſt, ac *miracula, nimirum, qualia à nemine unquam, eodemque modo facta fuerant.* Miracula quidem totidem argumenta ſunt, quibus Deus *gloriam* demonſtret, noſque ad *gloriam* in ipſo agnoſcendam & prædicandam excitat, non vere ipſa *gloria.* Sequens caput Johannis id docere ſatis ſuperque potuiſſet noſtrum. Dicitur enim de miraculo

raculo in nuptiis præſtito. *Hoc fecit initium ſignorum Jeſus in Cana Galilea, & manifeſtavit gloriam ſuam: & crediderunt in eum diſcipuli ejus,* Joh. II. 11. En *ſignum factum* en *gloriam iſtoc ſigno manifeſtatam*, eamque *gloriam ſuam*, quod non-vero Deo non convenit. Verum ut videat Locorum Communium ſcriptores, quos ita alibi ſpernit, meliora docere poſſe noſtrum, legat quæ habeo in Enchiridio Theologico Cap. I. p. 20, 21, 22. *Gloriam Dei qui dixerit, næ is unico verbo revelata omnia dixerit. Hanc Apoſtolus ſanctificantis cognitionis objectum docet* 2 *Cor.* III. 18. *Eſt Gloria maximum illud divinæ perfectionis pondus, quo cunctis immenſum præſtat. Ut cuique rei, pro valore, ſic & Deo, pro ea, qua eſt perfectione, Gloria Hebr. pondus, pretium ponendum eſt. Græcis* δόξα *a* δοκεῖν, *nimirum eſt ponderis æſtimatio. Hanc noviſſe, cognitionis omnis ſumma; hanc venerari, Religio omnis: hujus intuitu mutari, omnis peccatoris Sanctificatio eſt. Eſt ſplendor ex omnium perfectionum illuſtriſſima & in unam collecta demonſtratione nobis adfulgens. Eam ita demonſtrandi Anſa: peccatum. Hinc in gratiæ ac miſericordiæ, nec non juſtitiæ potiſſimum* ἔνδειξι *cernitur. Exod.* XXXIII. 18, 19, 20. *Huc ſpectavit Gloria in tabernaculo olim & in templo habitans. Exod.* XXIV. 16, 17. XL. 34. 1 *Reg.* VIII. 11. *Lev.* IX. 3. 6. 2 *Theſſ.* I. 8, 9. *Medium: paſſio, obedientia & gloria J. Chriſti.* 2 *Cor.* III. 18. *Nec poterat ſufficiens eſſe, niſi in eo, qui & Deus erat. Eſſe* ἀπαύγασμα τ δόξης *reſplendeſcentiam gloriæ,* ἀξίωμα *non minus eſt, quam, Deum eſſe, eumque adeo, per quem & ſecula condita. Heb.* I. 3. 6. *Huic ſit gloria Apoc.* I. 6. IV. 9. *Gloria olim viſa, Chriſti fuit. Jeſ.* VI. 3. *cum Joh.* XII. 41. *Luc.* II. 14. *Pſ.* CXLV. 3. *Is Rex gloriæ Pſ.* XXIV. *Dominus gloriæ.* 1 *Cor.* II. 8. *Unctus gloriæ Jac.* II. 1. *Ejus gloria olim agnita in Sinai Exod.* XVI. 7. 10. XXIV. 16, 17. *Act.* VII. 38. *Mal.* III. 1. *Jer.* 17. 12. *Joh.* I. 14. *Pſ.* XL. 5. *patrans miracula, ſuam gloriam dicitur manifeſtaſſe Joh.* II. 11.

Spiritus Sancti eadem eſt gloria Jeſ. VI. 6. *Act.* XXVIII. 26. 2 *Cor.* III. 18. *In Vet. Eccleſia & Filius & S. S.* δόξα *vocati ſunt. Hanc, non agnita doctrina Trinitatis, & conſilii gratiæ, nemo rectè conceperit.* Quæ prolixius explicata ſi quis velit, is adeat Sum. Theol. Cap. I.

Hæc ſi Lector probe conſideret, videbit hominem, pro more Socinianis recepto, heic quoque miſerrime emaſculare & exinanire ſcripturas.

Id quod temere adſeveravit, probaſſe ſe falſo jactitat, quando dicit Gloriam *Dei miracula dici, oſtendimus ad Exod.* XVI. 7. Inſpicio locum, ſed aliò remittor. *Sic Num.* XVI. 21. 23. gloria *dicuntur miracula quæ in gratiam Iſraelitarum edidit &* vidiſſe gloriam ejus *memorantur, qui iis adfuerant.* Qui portenta viderant, viderunt gloriam, fateor: non tamen inde ſequitur, portenta eſſe *gloriam*, quod tamen ſe heic loci oſtendiſſe ad Exod. XVI. gloriatur. Quin imo hoc ipſo in textu *gloria* diſtinguitur à *portentis*, & viſa iis dicitur, qui portenta viderunt, non quod idem ſint, *portentum* & *gloria*, ſed quod, ut Johannes loquitur, unum manifeſtet aliam. *Clamat qualibet herba Deum.* Non herba Deus, aut Deus herba eſt, ſed hæc talis Deum prodit; idem & hic obtinet.

Nec magis appoſitè ad Petrum provocat, non enim iſtic miracula in Chriſti gratiam edita *gloria* dicuntur, ſed *gloriam a Patre accepiſſe* ſeu potius eum *adeptus* ſeu gloriæ *illata* dicitur, verbis illis de ipſo, *ex magnifica gloria* prædicatis: *voce hujuſmodi ei emiſſa à magnifica gloria; hic eſt filius meus dilectus in quo acquievi,* 2 Petr. I. 16, 17. Quam vellem legiſſet ea quæ ad hunc locum habet Coccejus. Non gravabor heic exhibere, tum ut in arte Critica melius erudiatur noſter Archicriticus, tum ut appareat, majora longe verbis Apoſtoli contineri, quam in iis animadvertere potuit, neglecto cum Iudæis eorumque propagine Socinianis, nucleo. Certè corticem lambit

Cle-

Clericus. Cocc. in 2 Petr. 1. §. 106. 107. *Petrus & Apoſtoli prædicarunt Chriſti* potentiam & præſentiam, *quia* ſpectarunt *ipſius* magnificentiam. Gloriam, *mox appellat. Sic Johannes Cap.* 1. 14. Et vidimus gloriam ipſius, gloriam, ut unigeniti à Patre. Μεγαλειότης *notat argumenta* μεγαλωσύνης *ſive* magnitudinis. Magnitudinem *dicit Moſes Deut.* XXXII. 13. & *David Pſ.* XCV. 3. *ubi loquitur de* Rupe ſalutis, *quam certum eſt appellari* Iehovah. *Pſalmus autem teſtatur eum, qui meretur appellari* Iehovah, *eſſe* Deum *potentem &* magnum, *dominum omnium. Propter illam* magnitudinem *potuit eſſe* ἴσα Θεῷ. *Phil.* II. 6. *Et intellexerunt Phariſæi, eum, qui vere Deum nominaret* Patrem proprium, *eſſe* ἴσον τῷ Θεῷ. *Joh.* V. 18. & , *ſi homo ſe nominaret falſo filium Dei proprium, ſive unigenitum, eum blaſphemum eſſe, & ſe Deum facere. Joh.* X. 33. 36. Magnitudo *excludit vilitatem & exilitatem, h. e. omnem defectum. Notat igitur* μακαριότητα, & ὑπεροχὴν *& omnipotentiam & dominium in omnia.*

Viderunt omnes Chriſti gloriam, qui ipſius dicta audiverunt & facta viderunt; qui eum viderunt reſuſcitatum ex mortuis, & aſcendentem in cœlos, qui Spiritum Sanctum ipſius dono acceperunt. Vidimus & nos, qui vidimus judicatos ab ipſo Judæos & gentes immorigeras. Nihilominus, præter illa omnibus manifeſta, aliquid ſingulare allegat Petrus.

Quæ Pag. 39. habet de peccatis, quibus ſolis expiandis ſacrificium aliquod inſtitutum fuerit, nullo aliis præſcripto olim divinitus remedio, citra ullam neceſſitatem in Socini & Socinianorum gratiam ſcripta ſunt, atque ita denuo clariſſimè, evincunt eſſe hominem, quantumvis cælare ſtudeat, Sociniano dogmate revera infectum. Verum toties totieſque ab orthodoxis hac quidem ſingulatim in parte confutatum, ut verbum addere haud ſit neceſſe. Conferat Lector Franzii Scholam Sacrificiorum & Coccejum in Pſalmum LI. §. 13. 28. *Nam per hyſſopum tota illa cerimonia ſacramentalis innuitur. Tamen non ſubſiſtit in*

in ſacramento: ſed ad veram & internam purificationem conſcientiæ, quæ fit ab ipſo Deo, penetrat. Non enim dicit, Sacerdos filius Aharonis me expiabit hyſſopo: ſed, Tu me expiabis hyſſopo. Deinde in lege hæc purificatio ſacramentalis pro leproſis eſt poſita; non pro adulteris & homicidis: ſed David intelligit, in lepræ plaga notari omnem corruptionem humanæ naturæ, & juſtificationem noſtram per lepræ purgationem ſignificari. Quo admonemur, Patres Veteris Teſtamenti & bene intellexiſſe mentem divinarum ceremoniarum & per illas ad Chriſtum, tanquam unicum fidei ſcopum, deductos eſſe. Planiſſimum enim eſt, ſi David non cogitaſſet de aliquo ſacrificio hilaſtico, quo peccata ſua purgarentur, nihil de hyſſopo & expiatione per illam dicturum fuiſſe.

R. Abraham: Non præcepiſti in lege tua de ſacrificio pro peccato tali. Nota, 1. in genere loquitur Scriptura, non tantùm de peccato tali, ſed de omni omnino peccato. 2. Falſum eſt, quod dicitur, non data eſſe expiatonum ſacramenta pro omnibus pœnitentium peccatis. Sanè noluit Deus quoſdam homines certis ſceleribus commaculatos juſtificari externè ulla umbratili expiatione, quia voluit ipſos mortem ſuſtinere; ſed tamen omnium omnino peccatorum remiſſionem obſignavit pœnitentibus per cerimonias diei Expiationum, & quotidiani ſacrificii, & holocauſtorum ex variis cauſis offerendorum ad expiandam animam. Sacrificia Dei ſunt ſpiritus fractus. q. d. Deus, ut non delectatur ſacrificio, ita loco ſacrificiorum delectatur ſpiritu fracto. Intelligitur, ſacrificia quædam ſpiritum fractum ſignificaſſe, nimir. ſacrificia non hilaſtica, ſed eucharistica illa, quibus gratioſa Dei remiſſio agnoſcitur & acceptatur & applicatur. Non enim ſpiritu fracto fit ſatisfactio, aut expiatio, quia, ut vidimus ℣. 9. Deus facit expiationem per aſperſionem hyſſopi. Senſus igitur hic. Deus, quum hominem dignatur aſperſione hyſſopi, h. e. imputatione juſtitiæ & ſatisfactionis Chriſti, non requirit ſacrificiorum mactationem, neque holocauſto-

rum

rium oblationem habet in precio, ſed dono juſtificationis coordinat tanquam ſacrificium ſibi acceptum, ſpiritum fractum, *h. e. abnegationem ſui: non quod illa abnegatione ſui & exutione animoſitatis carnalis quicquam promereamus, ſed quia ipſe* non ſpernit, *h. e. quia dignum Deo & decorum ipſi eſt omnem benedictionem cœleſtem cum contritione cordis, damnatione propriæ juſtitiæ, luctu ob peccata, deſiderio gloriæ Dei in nobis manifeſtandæ, atque adeo juſtitiam non ſine ſpiritu Chriſti, ut ſpiritu fidei & charitatis, dare. Nam talis ſpiritus, ſive talis animi affectio & tale judicium eſt in adſtipulatione ad ſtipulationem Dei, in confeſſione, in acceſſu ad Deum; & per eam glorificatur.* Non ſpernit *per affirmativum declarari poteſt, nimir.* ויחשבה לצדקה: *Gen.* XV. 6. λογίζεται εἰς δικαιοσύνην imputat ad juſtitiam, *non, judicando, quod fides humilis & cor fractum ſit ſatisfactio legis, ſed judicando & affirmando apud animum ſuum, quod fidem humilem habens ſit particeps Sacerdotis, qui ſacrificium obtulit Deo, & in eo ſit purus & juſtus.*

Nec melioris notæ ſunt verba quæ noſter habet, eadem pag. 39. *Deus etiam vi ejus Fœderis, nemini morienti ob Legem violatam, quantumvis pœnitenti, miſericordiam ullam in alia vita pollicetur.* Quantum hactenus Criticum tantum heic Theologum deprehendimus. Scire velim quodnam intelligat *Fœdus*, quando de *eo Fœdere* loquitur: dubio procul Sinaiticum, verum annon exertè ſatis, dum de Fœderis conditionibus adhuc agitur Exodi Capite XXIII. docetur *non auſcultare voci* Angeli, Iſraelitis fore unicum remittendi peccati impedimentum. An prolixa, de demonſtranda in mille generationes miſericordia, promiſſio, introducto choragio Levitico, ullave lege, exinaniri poteſt? Contrarium ſtatuit Apoſtolus Gal. III. 17. Judicia temporaria, ob certa peccata inflicta, peccatorum remiſſionem & ingreſſum in vitam æternam non impediviſſe in Moſe ipſo & Aarone conſpicuum eſt.

Digitized by Google

Quantumvis pœnitenti? Siccine? Illi quoque, quem ex amore Dei, ex peccati ſincera averſatione & fide in ſemen promiſſum pœnitet? Abſque fide certe vera pœnitentia nulla datur; & ubi fides ibi Salus.

Fœdus cum peccatore propriè eſt contractus, qui inſervit executioni propoſiti divini, quo, de dando hoc aut illo bono, ut hæreditate, diſpoſuit. Hæreditas æterna, ut omnis temporis bonum eſt & credenti promiſſa quovis tempore; ita Fœdus Gratiæ, in ſe conſideratum, abſque peculiari hujus aut illius temporis modificatione & diſpenſatione, nunquam non inſervit, exequendo illi de danda communi æternæ vitæ hæreditate propoſito. Fœdus idem ſubſtantia ante Moſen, ſub Moſe ac deinceps, tandemque ſub N. T. obtinet. Virtute illius Fœderis vita convenit credenti, ſeu fidem exerenti atque exercenti, pro ratione Oeconomiæ illius temporis quo vivit, nec quæ ſubintroducta lex eſt, derogare illius promiſſioni vel tantillum poteſt. Et quemadmodum contingere potuit ut exterminii pœnam incurreret vere credens; ita fœderis privilegiis privari, interveniente mortis temporalis merito, non potuit. Verum non licet in hiſce eſſe prolixioribus.

Pagina 40. ad verba Johannis Baptiſtæ de Chriſto *prior me erat*, hæc habet Clericus *Hoc eſt*, *eminentiori dignitate:* Hæc prioritas eſt ratio & fundamentum quod ipſi poſthabendus ſit Johannes. *Jam*, ſunt verba Cocceji in Princip. Euang. Joh. §. 342. 347---357. „Quæ „de Chriſto ſic monſtrato credenda erant, iſtis verbis „paucis continentur: *Hic eſt*, *quem dicebam: Qui poſt* „*me venit*, *ante me factus eſt; quia longè ante me fuit.* Tria „hic membra: 1. Chriſtus venit poſt me. 2. Chriſtus „me antevertit. 3. Cujus præventionis & præceſſionis „ratio eſt, quia longè ante me fuit. Primum pertinet „ad tempus apparitionis. Secundum ad majoritatem „muneris. Tertium ad dignitatem perſonæ; quæ qui-„dem

,,dem ipſis verbis non aſſeritur, ſed partim per argu-
,,mentum exiſtentiæ longè antiquioris oſtenditur, par-
,,tim ex illius argumenti ad majoritatem muneris pro-
,,bandam applicatione (per voculam ὅτι *quia*) ſubin-
,,telligitur.

,,Iam §. 344. demonſtravimus, ſi verè æſtimetur
,,magnitudo Iohannis (quam Chriſtus ipſe æſtiman-
,,dam proponit Matth. 11. 11. *Non ſurrexit in natis*
,,*mulierum major Joanne Baptiſta*) eo ipſo, quod is,
,,qui ſequitur Iohannem, major ipſo & ipſi antepoſi-
,,tus declaratur, ſatis indicari, quæ Chriſti altitudo
,,& divinitas ſit. Quod & aliquo modo in eodem apho-
,,riſmo explicavimus. Ipſe autem Iohannes evidenter
,,differentiam inter ſe & ſequentem cap. 3. ut vidimus,
,,ediſſertavit. Unde ὀφθαλμοφανῶς concludi poteſt, &
,,ea, quæ in ſuperioribus de *Sermone* dicta ſunt, *pro-*
,,*prie* & in emphaſi accipienda eſſe: & hoc ipſo Euan-
,,geliſtam probare ſua dicta, quia Iohannes ei atteſta-
,,tus eſt.

,,Summatim ea, in quibus ſecutor Iohannis ipſum
,,antevertit & ei præpoſitus eſt, delibemus. *Chriſtus*
,,eſt, de quo ỳſ. 17. *Sponſus* eſt Eccleſiæ, hoc eſt,
,,cui Eccleſia ad unionem & communionem, in caſto,
,,hoc eſt, ſincero & non diviſo inter plures amore ad-
,,hæret. vide Hoſ. 11. 22. *Deſponſabo te mihi in æternum;*
,,*& deſponſabo te mihi in juſtitia, & gratia & miſericor-*
,,*dia: & deſponſabo te mihi in fide, & cognoſces Jehovam.*
,,Ieſ. XLV. 5. *Habens te*, ut ſponſam, *factor tuus* eſt,
,,(plurale eſt in Hebræo) non amicus ſponſi ſive pa-
,,ranymphus, qui ad alium ſponſum Eccleſiam de-
,,ducit. Omnia ſunt ipſi in manum tradita, hoc eſt,
,,ipſi redemtio & regeneratio Eccleſiæ ejuſque conſer-
,,vatio & vivificatio ad gloriam ſuam propter amorem
,,Patris, quo quærit gloriam Filii, Ioh. VIII. 50.
,,commiſſa eſt: ipſe fert peccata mundi: ipſe verba

,,Dei,

,, Dei, hoc eſt, Deo reſervata, loquitur: ipſe bapti-
,, ſat Spiritu Sancto: ipſi datus honor; ut credant in
,, ipſum ad juſtitiam, Actor. IX. 4, 5. Ioh. I. 12.

,, Ratio majoris & officii & honoris ſumitur à digni-
,, tate perſonæ. Eam alibi Iohannes Baptiſta indicat his
,, verbis: *Cujus ego ut ſolvam corrigias calcei dignus non*
,, *ſum.* Ioh. I. 27. hoc eſt, cui ego non ſum dignus
,, viliſſimi mancipii miniſterium exhibere. Sed & alibi
,, aliam illius præſtantiæ ἀπόδειξιν proponit. Cap. III.
,, 31. ſe inter terreſtres numerat, ſibique una & cæte-
,, ris attribuit *ex terra loqui*, hoc eſt, ut vilem homi-
,, nem & miniſtrum, à Deo revelata: Chriſto autem
,, attribuit *de ſurſum veniſſe, viſa & audita teſtari, verba*
,, *Dei loqui. Qui in initio apud Deum fuit*, in cœlo uti-
,, que fuit, quum id conderetur; & de cœlo venit,
,, quum factus eſt caro; etſi etiam antea *in mundo*, hoc
,, eſt, in terra *eſſet*. Immenſus Deus, faber cœli & ter-
,, ræ utique Iohanni anteponendus erat. Hic ſumit ἀπό-
,, δειξιν ab ὑπάρξει προαιωνίῳ *exſiſtentia ejus ante ſecula,*
,, *Quia* πρῶτός μου ἦν.

,, Id vertimus, *quia longè ante me erat.* Hanc autem
,, verſionem confirmamus his rationibus. *Primò* quia
,, hæc verba in illum ſenſum juxta morem venuſtè &
,, ſignificanter Græcè loquentium, accipi poſſunt, ut
,, ſit πρῶτός μου pro πολὺ πρότερός μου. Id probant illa
,, exempla ſimilia, πλεῖστόν σου ἐμόγησα pro πολλῷ πλεῖον
,, σου, τῶν ἐν τοῖς ἀτυχίαις αἴσχιστος ἂν εἴην pro πολὺ αἰσχίων.
,, τὰ ἄρρενα κυούμενα κινητικώτατά ἐστι τῶν θηλέων. Ariſtoteles:
,, Hæc Grammatici notant, qui in manibus verſantur.
,, Adde ex Eurip. Iphig. in Aul. ταύτην μάλιστα τῶν κόρης
,, ἀσπάζεται. Plut. in Catone min. οὔτε (NB.) πρῶτός τις
,, ἀνέβη τῶν συναρχόντων εἰς τὸ ταμεῖον τοῦ Κάτωνος, οὔτε ὕστερος
,, ἀπῆλθεν. *Neque prior collegarum quiſpiam aſcendebat in*
,, *ærarium Catone, neque poſterior deſcendebat.* Et ipſe
,, Iohannes cap. XVI. 18. πρῶτον ὑμῶν eſt πρὸ vel πρότερ-

„ρον ὑμῶν *ante vos, priorem vobis.* Syr. קדמיכון *prius* „*quam vos.* Arab. קבלכם *ante vos.* Huc referimus „cum viris doctis Lucæ cap. II. 2. αὕτη ἡ ἀπογραφὴ „πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου *Hic cenſus* „*prior actus fuit præſidente Syria Quirinio.* non ἡ πρώτη „ἐγένετο, ἡγεμονεύοντος *primus actus eſt, præſidente;* ſed „πρώτη ἡγεμονεύοντος, hoc eſt, προτέρα ἡγεμονεύοντος, „*antequam Quirinius Syriæ præeſſet*, ſub quo Iudæa Syriæ „contributa fuit. Prior hæc deſcriptio, quia Chriſtus, „juxta Prophetias, ante naſci debebat; & tamen de„bebat naſci ſub ἀπογραφῇ *cenſu* vide Ieſ. VII. 8. 14. „Zach. IX. 8. 9. Igitur in noſtro loco & Syrus & Arabs: „*anterior me.* Jam ſi hoc noſtro loco verborum iſte ſen„ſus eſſe poteſt, evidens debet in verbis demonſtrari „ambiguitas & magna ratio, quare ille ſenſus debeat „rejici.

„*Secundò*, quia ſenſus hic coincidit cum primo dicto „Euangeliſtæ, ἐν τῇ ἀρχῇ ἦν *in initio erat.* Quod colon „quum conſideraremus, demonſtravimus ὕπαρξιν *exi*„*ſtentiam* Filii ante tempus nativitatis, & ſic ante Io„hannis γένεσιν *ortum.* Non igitur ſenſus hic tantum „convenit verbis, ſed & ſubjecto.

„*Tertiò*, quia hic ſenſus aptam rationem continet, „quare is, qui poſt Iohannem Baptiſtam veniebat, „ipſum anteverteret & ipſi anteponeretur, ſive majus „nomen & officium & poteſtatem & honorem ſortire„tur veniens ad homines.

„Imò *quartò*, quia abſque hac ratione nulla ratio „erat, quare Baptiſtæ præponeretur. Niſi enim ante „Iohannem fuiſſet, nec fuiſſet Dominus & Iehovah, „cui præcurſoris officium præſtaret Iohannes, nec „Dominus Davidis aut Iohannis, neque *baptizans in* „*Spiritu Sancto* ἁπλῶ *ſimpliciter*, nempe ut non ſine ipſo „Spiritu Sancto ullus baptiſatus ſit, ne ipſe quidem „Iohannes. Neque ſanè ex Sociniana hypotheſi,

„Chriſtum eſſe merum hominem juniorem Iohanne, „quicquam relinquitur, ob quod præſtantior Iohanne „fuiſſe videatur, propter quod oportuerit eum Baptiſtæ „anteponi. Nam ſi nihil niſi homo eſt, & in prælatione „D. Ieſu continetur omne ipſius officium & honor, „nihil relinquitur niſi humana natura, qua non potior „Iohanne, ſed nobis omnibus erat ὅμοιος *ſimilis*, ne- „que ullus color rationis proferri poteſt, quare non „æquè hoc eſſe Baptiſtam potuiſſe dicant, ac D. Ie- „ſum, in quo Baptiſtæ prælatus eſt.

„*Quintò*, quum τὸ ἔμπροσθεν Ἰωάννου γίνεσθαι *ante Io-* „*hannem fieri* ſive eum antevertere contineat omnem „gloriam D. Ieſu datam, & ratio hujus dandæ pona- „tur τὸ εἶναι *eſſe*, oportet hoc intelligi de φυσικῇ ἱκανό- „τητι naturali dignitate & ſufficientia & competentia. „Quæ citra veram θεότητα αἰωνίου πνεύματος, hoc eſt, „*Deitatem æterni Spiritus* ſive Spiritualis Perſonæ con- „ſiſtere non poteſt.

„*Sextò*, quia alia omnis interpretatio, ut *præſtantior* „*me*, eſt coacta: & caret exemplis. Quanquam & illa „interpretatio pro nobis non obſcurè faceret, ut vi- „ſum §. 353.

„Falſum eſt, ei, quod tertio colo dicitur, reſpon- „dere apud Euangeliſtas τὸ ἰσχυρότερός μου ἐστιν *robuſtior* „*me eſt* Matth. III. 11. Marc. I. 7. Luc. III. 16. Re- „ſpondet enim id ſecundo colo: ἔμπροσθέν μου γέγονε *an-* „*tepoſitus eſt mihi*.

„Sententia igitur Baptiſtæ eſt: Eum, qui tantum „ſit ex terra in tempore ortus ut Iohannes, non po- „tuiſſe eſſe Chriſtum & Mediatorem. Idque creden- „dum eſſe; & ſine ea fide Chriſtum ignorari.

Phraſin quæ occurrit verſu 16. χάριν ἀντὶ χάριτος paulo fuſius explicat. Arthur Bury in Orthodoxo ſc. Latitudinario pag. 114. videtur noſtro heic præiviſſe. *Recipere* χάριν ἀντὶ χάριτος h. e. *Gratiam gratiæ reſpondens*

tem. Dignum laboranti Clerico auxilium. Præterea Pelagio non minus gratificandum erat quam Socino; adeoque ſine pede non tranſeundus textus ipſi ita adverſus. *Unica* periodus *ſufficit. Promittenti enim æternam vitam, ſi Chriſto credamus, &, nuntio priſtinis peccatis remiſſo, mores noſtros emendemus; quo modo poſſumus gratiam habere, niſi rem tantillam propter ea beneficia faciamus? Deus ergo hoc ſenſu dici poteſt nobis dare χάριν ἀντὶ χάριτος. Quod χάριν interpretamur gratum animi affectum &c.* Nimirum nos credentes & nuncium peccatis mittentes *gratum animi affectum* probamus, & viciſſim: *ad propoſitionem enim* ἀντὶ *quod attinet, eam proprio etiam & frequentiſſimo ſenſu, quo permutationem ſonat, intelligimus,* χάριν a Deo recipimus. Eſt igitur gratia remuneratio meriti, verùm quod non meritum, ſed *gratus* potius *animi affectus* dici debeat. Hic gratus animi affectus a nobis demonſtratus poſt ſe trahit gratiam, adeo ut, facta permutatione, ſecundum hunc Pelagii pullum, pro ea gratia accipiamus gratiam ex plenitudine Chriſti. Quid hoc eſt aliud, quam, Deum gratia ſua coronare noſtrum meritum? Aut ut ſenſus obtineat, quem locus Euripidis exigit, viciſſim invicem gratia proſequuntur: peccator Deum, Deus viciſſim peccatorem. Haud ſecus fere ac Helena Theoclymenum, Theoclymenus Helenam. Eſt certe amoris viciſſitudo, eſt Deum inter & peccatorem reciprocatio ſuaviſſima, ſed nos *Deum amamus quia nos amat primus ait Johannes* 1 Joh. IV. Ipſius eſt *effundere amorem ſuum in corda noſtra* ut ipſum redamemus. Quo ſenſu dici poſſet nos accipere gratiam pro gratia, Deo ſuum opus in nobis gratioſe coronante. Ut ſit *plena gratia:* Helena Πρόσταξον, ὡς ἂν τὴν χάριν πλήρη λάβω verſu 1427.

At mi Clerice tune noſti in peccatore gratiam quæ non ſit ex plenitudine Chriſti, quam non gratis accepit peccator? Quænam igitur illa eſt, pro qua ἀντιδωρε-

ac redhortimenti inſtar, accipiat eam, quæ ex plenitudine Chriſti in ipſum derivatur. Quicquid heic jactites miſer, aut pollicearis, Helena eris, quæ promuſſis dives, nihil Theoclymeno præſtitit.

Alibi ridet ubi in Gratiam ſermo incidit; & naſo ſuſpendit adunco orthodoxe de ea ſentientes, qua peccator convertitur, ac ſi verba funderent ſine ſenſu. Ipſum audi Crit. p. II. S. I. c. VIII. §. II. *tempore Auguſtini, vix ulla vox frequentior fuit voce GRATIA ubi ſermo eſt de hominis ad ſaniorem mentem reditu, & vi cui is reditus debetur. Ea tamen voce quid ſignificetur, cum ab iis quæritur, qui ea utuntur, nihil reſponſi perſpicui referre licet. Hinc factum ut in Gallia Jeſuita feſtivi ingenii, non inficete dixerit.* „Gratiam *illam divinam*, *quæ tantum* „*ſtrepitum excitavit in Scholis*, *& tam mirabilos effectus* „*in hominum animis edit;* Gratiam *illam adeo efficacem*, „*& ſuavem ſimul; quæ de duritie cordis*, *illaſa Arbitrii* „*Libertate triumphat*, *nihil eſſe tandem*, *præter* *NESCIO QUID.* Ubi de Gratia dicendum eſt, ſe Jeſuitis hodiernis & inter eos Bohourſio jungere, candida profecto Pelagianiſmi profeſſio eſt. Solet noſter, quando dicta vult ea, quæ, præ reliquo adhuc pudore, aut timore hominum, dicere ipſus non audet, alios eadem loquentes introducere. Non facient tamen mutui accepti a Clerico Jeſuitici lepores, ut profiteri aperte non audſim eam quæ profane ab utroque ridetur *Gratiam*. Cujus veritas ita eſt valida, ut ipſi Clerico, invito licet, exciderit Crit. p. II. S. I. c. IV. §. II. pag. 245. verba Lucæ Act. XVI. 14. *Dominus aperuit cor ejus ut attenderet iis, quæ dicebantur à Paulo*, hiſce illuſtranti, hoc eſt, *divina providentia factum eſſe*, *quibuſcunque tandem machinis uſus ſit Deus*, *ut Lydia attente aurem præberet Paulo*. Hanc *providentiam*, Auguſtino præeunte, dixerim eſſe *verticordiam illam* Gratiam, *ita efficacem*, & *ſuavem ſimul; ut de duritie cordis*, *illaſa Arbitrii libertate*, *triumphet*,

Siſti-

Siſtitur effectus, qui eſt *apertio cordis* & debita attentio verbis Pauli adhibita à Lydia. Hunc effectum tu providentiæ adſcribis, ego Gratiæ, quam efficacem dicere ſolemus, quippe quæ illum ſtiterit veræ attentionis adeoque converſionis in Lydia effectum. *Et potentia ſalutem afferens.* quæ tua Phraſis eſt lib. eſt c. XII. §. 9. Quo & faciunt quæ habes C. IV. §. 10. *Phraſis* aperire oculos *videtur vim habere pleriſque qui non ſunt idiomati librorum ſacrorum adſueti.* Imo vim habet, mi Critice. Actionem notat, qua effectus aliquis producitur, pro cujus momento & quantitate vis agentis major eſt. Nunquam non igitur vim aliquam ſeu agendi virtutem denotare poteſt phraſis *aperire oculos.* Sunt oculi proprie ſic dicti, quorum apertio nonnunquam vim divinam arguit. Phariſæorum judicium longe limatius eſt eo quo noſter utitur, ut ut non minus ſuperbiat divinæque gratiæ inimicetur. Videntes, hominis ab utero cœci, oculos apertos, merito interrogant, qui fieri poſſit *ut homo peccator talia ſigna faciat?* Recte conſanguinei, *novimus eum cœcum natum eſſe. Quomodo autem nunc videat non novimus, aut quis ipſius oculos aperiverit, nos non novimus.* Ipſum hominem interrogant Phariſæi, *quomodo,* homo ille ſc. *aperuit tibi oculos.* Reſpondit vos neſcitis unde ſit, & *aperuit mihi oculos.* Quid tu ad illa Critice? *Phraſis* aperire oculos nonne vim habere merito videtur pleriſque? Aut an vim non habet, quæ prorſus divinam indicat, ne Phariſæis quidem negare audentibus. Perpende verba Chriſti quæ in eodem Capite Johannis Nono ỳſ. 39. *In judicium in hunc mundum veni ut non videntes videant, & videntes cœci fiant.* Utinam diſcas cum Diſcipulis contrito corde orare Dominum Jeſum, *Domine aperiantur oculi noſtri* Matt. XX. 33. niſi forte ſuperbus orare id nolis, quoniam tanti illa res non eſt, ut *vim habeat* phraſis qua id beneficium denotetur. Cœcus es cum iſtis Phariſæis Joh. IX. imo

Digitized by Google

cœcitate ipſos ſuperas. *Aperire oculos* tantam vim inferre recte cenſebant, ut ſuperaret eam, quam tam inſignem tamen in Diabolis agnoſcebant: *an poteſt Diabolus aperire cæcorum oculos?* Joh. x. 21. *Imo mortem impedire poſſe*, haud male putabant eum *qui cæci oculos aperuerat* Joh. xi. 27. Vel an nec phraſis qua mentis aperiri oculi dicuntur *vim habet? Mentis oculos apertos dare* pariter vim non habet, ſi noſtro credas. *Jehovah aperit oculos cæcorum* Pſ. cxlvi. 8. Meſſias *dandus erat in fœdus populis in lucem gentibus, ad aperiendum oculos cæcorum.* Jeſ. xlvi. 7. Hæc vim non habent.

At forte vim agnoſcis in ea phraſi quando de *cæcis* ſermo eſt. Recte, ſed omnes natura cœci ſumus imo *excæcati* Eph. iv. imo *mortui in peccatis.* Adeoque aperire *oculos gentium ut ſe convertant a tenebris ad lucem* Act. xxvi. Phraſis eſt quæ vim habeat inſignem. *Nihil alind eſt*, ais tu, *niſi facere ut aliquis quidpiam cognoſcat, aut obſervet.* Eſt igitur facere ut ſit ille cognoſcendi & obſervandi actus. Optimè. Verum prout plura aut pauciora, ad exercendum illum actum requiruntur, minorem procul dubio aut majorem vim habet illa phraſis. Sic *aperire oculos* hominis cœci ab utero, majorem *vim* habet & ſignificationem magis emphaticam, quam quando de Hagare dicitur, *Deum aperuiſſe oculos ejus, ut videret fontes, hoc eſt feciſſe ut animadverteret.* Siſtit utrobique effectum Deus, adeoque, quod tu rides verbis Jeſuitæ, præſtat Deus, ut illæſa Arbitrii libertate, ille tamen actus ab illo homine iſtoc momento, iis in circumſtantiis exeratur, quod nobis ſatis eſt. Aperit, inquis, oculos *Balaamo* Num. xxii. 31. *ut videat Angelum; hoc eſt facit ut eum animadvertat.* Credo. At retorqueo argumentum quo orthodoxis heic inſidias ſtruis. Hac ratione, dicis Deum facere ut *quis animadvertat*, ubi nec objectum abeſt, nec deeſt videndi facultas, nec eſt videndi repugnantia, multo

magis

magis iſtiuſmodi actus Deo ut cauſæ primæ tribuendus venit, ubi inhabile ſubjectum, & reluctatio, objecti nimia deſtantia, medium haud diaphanum; quemadmodum ſeſe res fere habet in cœcitate a Chriſto ſanata, & inprimis quando oculi ſpirituales aperiuntur. Media non excludimus, qualia *prædicatio Pauli ad aperiendos oculos gentium eaſque convertendas a tenebris ad lucem*, aut *interpretationes Chriſti, quibus fecit, ut Apoſtoli intelligerent loca ſcripturæ, quorum ſententiam antea non adſequebantur.* Non eſt neceſſe hæc nobis obtrudas invitis: ultro agnoſcimus, modo ne tu revoces quod largitus es plus ſemel, & tandem ita exprimis, ut nihil aut Auguſtinus, aut Janſenius, aut ullus gratiæ vindex, quem deridet tuus Bohourſius, amplius requirat. Nimirum *divina providentia fieri, quibuſcunque tandem machinis utatur Deus, ut Lydia* ut alius peccator *aurem præbeat*, auſcultet, obediat *Paulo. Illæſa* proculdubio *Arbitrii libertate*, hos actus exeruit Lydia, divina providentia, quibuſcunque tandem machinis præſtante, ut *Lydia aperiret cor.*

Vis paucis dicam quod res eſt. Ille actus e. g. qui converſionis primus eſt, totus tantus quantus libere exeritur ab eo qui ſe convertit, totus ille actus præſtat divina cura, providentia, gratia, ut exeratur, adhibitis iis prædicationis ſeu verbi docendi mediis, quæ omnes agnoſcimus. Totus ille actus eſt Dei, eſt hominis, eſt mediorum effectus, qualibet earum cauſarum operante ſuo modo & ordine.

Gratia autem dicitur *tum* Dei voluntas, cujus virtute ſiſtitur effectus, qui effectus habet rationem boni citra demeritum præſtiti: *tum* effectus ipſe, qui multiplex eſt, & ea ratione perficitur ut unus effectus alio coronetur, quod eſt accipere *gratiam pro gratia. Gratiam gratiâ cumulatam; ut Dunæus noſter: quod & probat Piſcator; improbat Beza: quia phraſis iſtiuſmodi apud Græcum ſcriptorem* ido-

idoneum nullum reperiatur exemplum, quo *Hebræo* חן על חן χάρις ἀντὶ χάριτος *respondeat. Verum producit noster, qui id primus (opinor) animadverterat; quod & ſcripto prodidit Rever. vir D. Joh. Davenantius Sariſburienſis Epiſcopus, in acuto atque accurato ſuo illo* de juſtitia habituali & actuali *tractatu Cap.* 16. *ex Theognide iſtud:*

Τεθναίην δ', εἰ μὴ τι κακῶν ἄμπαυμα μεριμνῶν
Εὑροίμην, δοίης τ' ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας;
Quin moriar, ſi nulla datur mihi meta malorum
Triſtia ſed mihi pro triſtibus adjicias.

Plane ἀνίας ἀντ' ἀνιῶν *dixit, quo modo* χάριν ἀντὶ χάριτος. A plenitudine inquit illius accepimus nos omnes & gratiam gratiæ accumulatam. *Liceat tamen noſtram ſententiam proponere: ſed qa re ipſa tamen cum noviſſima iſta fere eſt eadem.* χάριν ἀντὶ χάριτος, *ſive* gratiam loco gratiæ, *exiſtimo* gratiam eſſe gratiæ qaſi ſuccenturiatam & jugiter ſuccedentem, ſubinde novam. *Quo modo & Theognis, triſtia triſtibus, mæſta mæſtis, moleſta moleſtis ſuccedentia.* Simpliciſſimum videtur, *gratiam* ſuper *gratiam. Eſt autem gratia* ſuper *gratiam, gratia cumulatiſſima: quæ non* περισσευομένη ſed & ὑπερπερισσευομένη Rom. v. 15. 20. Zach. iv. 7. *Firmatur ex voce* πληρώματος *qua antecedit. Sic pellis* ſuper *pellem* Job. 11. 4. & *dolor* ſuper *dolorem* Phil. 1. 27. ſeu *triſtitiam* ſuper *triſtitiam.*

Hanc utique, niſi judicium laboraſſet, aut veritati fuiſſet inſidiatus, explicationem prætuliſſet illi, quam merito rejecerat Gatakerus eodem Capite: cui ſuſpicor, ſummi Viri ſententia temere rejecta, locum hunc Euripidis ſurripuiſſe Clericum. Ut per quam exiguum fit id quod heic ipſius debeamus induſtriæ.

Pergat Gatakerus. *Neque enim poteſt accipi, quo modo illa apud Euripidem Helena* χάριν ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω. Calculum ſuum Gatakeri ſententiæ adjecerat Suicerus

in Theſauro. Ipſum Euripidem inſpicienti res clara eſt. Loquitur Theoclymenus, allectus & innexus βοστρύχοις ξανθῆς κόμης, atque ita Helenæ amore captus; hæc amorem viciſſim ſimulans jam dixerat ἤδη δ' ἄρχε τῶν ὑμῶν γάμων. Ille præ ſe fert ſero nimis hæc proponere Helenam, utpote hactenus ſubterfugientem, ſeque plus quam par erat ipſius amori & amplexibus ſubducentem. Amneſtian igitur petit Helena, τοῦ πάρος λαθοίμεθα *priora obliviſcamur*: quod ita demulcet Theoclymenum ut amicitiæ conditionem ſtipuletur χάρις γὰρ ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω, quod probe intelligens Helena, reſpondet σπονδὰς τέμωμεν καὶ διαλλάχθητί μοι *ſponſalia contrahamus & reconciliare mihi*. Et ſane χάρις alicubi ſingulatim Græcis notat mulieris obſequium, quo ſui copiam facit viro. Obſervat id Stephanus, non addito inſigni Plutarchi loco in Libello de Amore χάρις ἡ τοῦ θήλεος ὕπειξις τῷ ἄῤῥενι πρὸς τῶν παλαιῶν κέκληται. אילת אהבים Theodotioni Prov. v. 19. eſt ἔλαφος χάριτος. Stephanus huc recte refert quæ habet Pollux L. v. Cap. XIV. Confer Feſſel. Adv. L. II. Cap. XVIII. §. 3. L. X. Cap. I. §. 81. Euripides ἔννοιαν appellat confer 1 Cor. VII. quod antea χάριν & τὴν χάριν πλήρη λαβεῖν.

Videt procul dubio jam Criticus quam ἀκρισίως artem exerceat, quando τῇ ὑποθέσει ita turpiter διχλεύει. Non vult ut prima gratia, ſeu primus effectus gratioſæ & beatificantis voluntatis Dei, qui in peccatore deprehenditur, Deo imputetur. Perditio tua ex te Iſraël. De ſalute id nullibi ſcriptura. Verum & heic reluctanti erumpit veritas. *Locus Euripidis eſſet huic Johannis ſimillimus, ſi Deo, ut hominibus gratiam poſſemus referre. Sed quam non poſſumus rependere, eam habemus, agimuſque & verbis, & fida obedientia.* Optimè. *Hæc noſtra* ἀντίχαρις. Equidem nec hoc malè. Verum ſic gratia nobis a Deo gratis datur, ut ei noſtra reddatur ἀντίχαρις. Ἀντίχαρις autem cum non minus accipiatur *ex plenitudine*

Chriſti, quam χάρις cui ea reſpondemus, quid nobis reliquum, niſi ut ſolliciti noſtra faciamus verba, appoſitè heic a Clerico citata ex Pſ. CXVI. 12. *Quid reddam Jehovæ? Omnia ejus beneficia ſunt ſupra me. Calicem ſalutis attollam & nomen Jehovæ invocabo.*

Manet tamen, merito aliter acceptum a ſummis Criticis Euripidis locum, minus appoſitè huc rapuiſſe Clericum; nec convenire ut per χάριν, pro qua accipiamus ex plenitudine Chriſti aliam χάριν, noſtra intelligatur gratitudo & redhoſtimentum. Verum nimis late ſe diffundit Oratio, quæ contractior eſſe debebat, dum id heic tantum ago, ut paucis conſtet quam tenuem & dilutum paſſim verbis Dei adfingat ſenſum, ne tantopere myſteriis impregnata putentur. Si tamen omnino voluiſſet heic quadrantem retributionem unius pro alio proferre, legere debuiſſet ea, quæ, ut ſolet, ſolide & judicioſe in h. l. Camerarius. Χάριν ἀντὶ χάρ.] *Favorem nimirum Dei erga nos propter favorem Dei Patris erga filium, ſecundum hæc in Epiſtola ad Epheſios capite primo:* προορίσας ἡμᾶς εἰς υἱοθεσίαν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς αὐτὸν, κατὰ τὴν εὐδοκίαν τοῦ θελήματος αὐτοῦ, εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς ἐν τῷ ἠγαπημένῳ. *Ut* ἀνταλλακτικῶς *perhibeatur accepta gratia una pro altera gratia. Quemadmodum in Ajace:* χάρις ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω. *Veniat ſeu retribuatur gratia pro gratia, id eſt favor & benevolentia, rependatur benevolentiæ & favori. Chryſoſt. autem ſic:* ἀντὶ ποίας ποίαν; ἀντὶ τῆς παλαιᾶς, τὴν καινήν. *In quo enarrando copioſus eſt.*

Pauca adhuc ſunt reliqua. ℣. 17. *Lex per Moſen*, ad hæc noſter. Νόμος opponitur χάριτι *Lex Gratiæ.* At non ſemper, niſi quando Lex ſignificat verbum quod præter promiſſionem ſub-ingreſſum eſt Gal. III. 17. cœteroquin & *legem fidei* memorat Apoſtolus Rom. III. 27. quo in loco certe non opponitur *Legi Gratiæ.* Notio verbi Lex νόμος תורה noſtro homini procul dubio eſt obſcuriſſima, nec limpida eſſe poteſt illi qui

qui propriam ſtudet erigere juſtitiam; verum hac de re egi in Analyſi Epiſtolæ ad Galatas & alibi. *Lex*, quam vulgo moralem vocant, *Lex* amoris, quæ proſluit ex naturali relatione hominis, ut creaturæ ratione utentis, ad Deum, *in ſe eſt* (lubet denuo audire Coccejum in Princip. Euang. Joh. §. 382--386.)

Lex *in ſe eſt non tantum Canon obedientiæ & ſanctitatis & ſpeculum imaginis Dei, ſed etiam definitio conditionis in pacto de vita æterna in mercedem danda. Ita planè* gratiæ *contraria eſt & occidit. Quatenus inſervit Spiritui Sancto ad ſanctificationem noſtri, inſtrumentum* gratiæ *eſt. Igitur hunc uſum non habet niſi cum verbo gratiæ. Nam ſanctificatio eſt vivificatio. Subordinari igitur legem oportuit verbo gratiæ, hoc eſt, promiſſioni. quippe qua declaratur Teſtamentum, quod, ratificatum per verbum Dei & fidem Patrum, refigi & mutari, atque ita ἄκυρον* irritum *fieri non potuit.*

Stat itaque Lex cum promiſſione non tantum ut τύπ☉ ἀνακαινώσεως formula renovationis, *ſed etiam ut accuſans, ut terrens, ut ad Chriſtum compellens, imò ut iram operans, in ſubjectione populi Iſraëlitici in ſervitutem elementorum mundi, & injectione δειλίας* formidinis *ac metus mortis & afflictionis, ob terreſtre ſymbolum hæreditatis & inhabitationis Dei in populo ſuo & promiſſiones corporales ei annexas.*

Sed poſtquam gratia & veritas præſtita, *hoc eſt, ſalvatio re ipſa facta & promiſſio expleta & viſio obſignata eſt; promiſſio in Euangelium vertit, figura ceſſat, transgreſſio non eſt: ideoque nec Lex, ut iram operans, in Eccleſia amplius habet locum.*

Differt igitur Gratia & Veritas *à* gratia, *quæ fuit ſub Lege. Idem ſanè Teſtamentum benedictionis & juſtificationis & hæreditatis, ſemini electo dandæ in Chriſto & propter illum, inde à Paradiſo immutabiliter, partim per Chriſti promiſſionem, partim per ευαγγέλιον & prædicationem Die de Filio ſuo exhibito & dato, obtinet: atque adeo omni tempore unica juſtitiæ cauſa eſt Chriſti obedientia: una juſtitia dona-*

 tio

tio per fidem; idem juſtitiæ fructus ſanctificatio & vita ac gloria æterna. Sed hoc diſcrimen eſt, quod illic 1. ſervitus introduci potuit, & introducta eſt cum ſubjectione ad hæreditatem terreſtrem, & bona terreſtria; & ſic cum metu mortis. 2. Fuit accuſatio & commemoratio peccati: quippe necdum expiati. 3. Fuit futuri adumbratio & prænunciatio ænigmatica, multis modis & partibus facta. 4. Fuit inimicitia inter populum & gentes. 5. Fuit oneratio populi per leges principum, imo & oneratio piorum per defectionem, ignorantiam & peccata aliorum, & communes plagas. Habuerunt igitur notitiam, ſed, ut futuri, & velati ænigmatibus, obſcuram, & per errorem populi & doctrinas Seniorum magis magiſque obſcuratam: Spiritum, ſed formidinis & ſervitutis: juſtitiam, ſed ſine abſolutione conſcientiæ: caruerunt hæreditate mundi, & modum ejus ignoraverunt: denique & mortem timebant, quum vita longæva promiſſa eſſet, & in afflictione, quum vel calamitas a Deo immitteretur, vel traderentur in manum gentium, confundebantur, & vitam hanc non diligere non poterant. Ita erant ſiti tanquam in puteo, in quo aqua non eſt; vincti exſpectationis; ſitientes & famelici. Contra gratia & veritas pro umbris; lucem, pro ænigmatibus; hiſtoriam, pro ignorantia; experimentum, pro accuſatione; conſolationem, pro trepidatione; pacem, pro ſervitute; libertatem, pro expectatione; poſſeſſionem, pro ſiti; ſatietatem, pro tolerantia; remiſſionem, pro πάρεσιν omiſſione prætermiſſione aut diſſimulatione; ἄφεσιν dimiſſionem & δικαίωσιν juſtificationem, pro ſubmotione; προσαγωγὴν adductionem, pro inimicitia; hæreditatem mundi, pro κατηφείᾳ pavore; παῤῥησίαν fiduciam & libertatem filiorum, pro pædagogia; regnum & ſacerdotium, pro metu; exultationem & gloriationem etiam in afflictionibus, & aviditatem occurrendi amplexibus Domini, pro ſtatu terreſtri cœleſtem magis magiſque induendum credentibus & in fide Dei virtutes verbo & opere novitatis celebrantibus affert. Atque hæ ſunt κρείττονες ἐπαγγελίαι, meliores promiſſiones,

ſub-

ſub quibus Nov. Teſt. (hoc eſt, Conſilium & irrevocabilis voluntas Dei de ſtatu noſtro in regno Chriſti) cujus mediator ipſe eſt, in fœderis & legiſlationis formulam per ſtipulationem reſipiſcentiæ & fidei redigitur. Hebr. VIII. 6.

Atque ita confutavi non unum Clerici de vocabulo λόγ⊕ errorem: unaque palam feci hominem ea integritate non eſſe, aut candore quem præ ſe fert, utpote quem ita in citandis auctorum locis verſantem deprehendi, ut data opera plus ſemel in medio orationis verba omiſerit, quæ non omiſſa alio prorſus ſenſu accipienda auctorum dicta doceant, quam quo ſumenda ipſe ſubdole præ ſe fert. Vidimus quoque plus ſemel crambem recoctam apponere, imo ea in Criticis tanquam nove obſervata obtrudere Lectori, quæ dudum ab aliis ſolide fuere confutata.

Præterea & alios hominis errores, in genere omnis myſterii faſtidium, ſingulatim de Filii & Spiritus Sancti æterna Deitate, umbrarumque Legis ad Chriſtum reſpectu mentem minus ſanam perſtrinxi. Quam parum reverenter de Scriptura & Scriptoribus Sacris loquatur, omnique ſtudio id agat, ut homines in Sacrum textum criſin exercere diſcant ea audacia, qua ne in profana quidem Scripta, uti vere eruditi & prudentes Critici audeant.

Nihil hic aut odio dedi aut affectui ſiniſtro. Clericum ad meliorem mentem revocare quantumvis id quam enixiſſime vellem, & calidis precibus a Deo petam, pariter potiſſimum ſcopum non habui: ea enim ipſius præjudicia, is Philoſophandi modus ac ratio, in Theologicis denique ita dudum rejecta ſcientiæ veræ clavis, omniſque divinæ nucleus & compendium, myſterium *Patris & Filii*, ut de ipſo conclamatum videatur. Verum id mihi ſedulo curandum fuit, ut, quantum per alia negotia fieri poſſet, oſtenderem, unice ob id tanti fieri à nonnullis noſtri Clerici ſcripta,

quod magnopere promoveat profanos hodiernorum hominum conatus, quibus, eliminato omni myſterio, Scripturæ dignitate depreſſa, Latitudinariam neſcio quam fingant formentque, quæ, pauciſſimarum rerum Deum ſpectantium cognitione, & ad rationis humanæ trutinam exactæ qualiſcunque moralis Doctrinæ praxi contenti, ſecure hoc ævum tranſigere doceant.

Serio & rectè Clariſſimus Poiret de Clerico in Tractatu de Vera & Ficta Eruditione p. 408. 409. *In dogmaticis namque tuis ſic deſunt veritates ſolidæ & ſubſtantiales, ut non inſint niſi vel vanæ de critica minutiæ & de corticibus rerum obſervatiunculæ, vel errores ſumme, ut puto, noxii, dum (in Liberio præcipuè) Socinianiſmi principia, (quædam & pejora) cum ſuis argumentis, exceptionibus, Scripturarum depravationibus, nec non & Methodo has explicandi ex Grammatica & Critica profaniſque auctoribus, negata ad hoc & ad virtutes acquirendas Spiritus S. interna operatione ſic proponuntur, ut hinc videatur ad ſalutem perinde eſſe, an quis ſit Socinianus vel ſecus. In elenchticis verò tuis quivis obſervare poterit, te impugnare gratiam operationemque Dei internam eo uſque, ut & videaris eam chimaris accenſere, & vero affirmare audeas, nullum eſſe in tota Scriptura locum, ubi* gratia Dei *operationem Spiritus S. internam in anima immediatamque ſignificet: quum tamen etſi nomenclatura a Scripturis abeſſet, ipſa res ſeu operatio Dei in animis interna, in nullo fere capite aſſerta non occurrat; imo etiam res multis vocibus ſæpius eo ſenſu (cum ipſo quoque expreſſo nomine,* ἡ δύναμις ἡ ἐνεργουμένη ἐν ἡμῖν, *) vel in tribus Epiſtolæ ad Epheſios capitibus primis reperiatur. Porro obſervabit & unuſquiſque te rejicere ſenſum ſpiritualem Scripturarum, & cum labe originali quæcunque Pelagianiſmo & Socinianiſmo in his aliiſque quibuſdam opponuntur.*

Noſtra etiam intererat, ut, minus hactenus a veritate alieni Remonſtrantes non lateret, tum quid concoquere poſſint ipſorum anteſignani, tum quid a talibus pri-

præceptoribus juventuti ſuæ polliceri poſſint. Vix quiſquam eſt illorum, qui circa initium hujus ſeculi, de iis quæ deinceps ad quinque articulos relata ſunt, nobiſcum diſſenſere, qui non hujus noſtri hominis errores, Criſin exercendi modum ac rationem, inque rebus momentoſiſſimis ſententias inſtabiles lubricaſque ſi viveret, ex animo eſſet deteſtaturus. Eſt ſane hæc *avis* longe *deterior* Arminiana *Progenies.*

Limborgius nihil habebit quod conqueratur. Potuiſſem Princeps hoc meum argumentum, multis omiſſis, pertractaſſe, fateor; ſed, quod hac occaſione ipſi regerendum putavi, potuiſſet ipſe longe melius corpus illud ſuæ qualiſcunque Theologiæ compoſuiſſe, non ita ſevere notatis Viris inter nos celeberrimis & quam optime de Eccleſia meritis. Vel an metuit ne aliquid in ipſius *de Religione Chriſtiana* ſcripto deſideraſſet lector, niſi ita impetuoſe debacchatus fuiſſet in Clariſſimum Burmannum alioſque. Cum Orobio, Judæo an Atheo, dubium eſt, ita agit frigide, ut videatur Arminianæ tolerantiæ & moderationis exhibere illuſtriſſimum ſpecimen voluiſſe. Quin imo benigne interpretatur ea quæ *Orobius contra Religionem Chriſtianam liberius ſcripſerat* Præfat. pag. 4. cum homine autem Chriſtiano, docto, omnibus doctis charo ita agere voluit intemperanter. At impenſe gratulor nomini illuſtris Theologi, quod invadi a Limburgio haud potuerit, niſi prodita turpi rerum ignorantia. Tam longe enim à Spinoſiſmo abeſt Clariſſimus Burmannus, ut forte longius quam par eſt ab eo in contrarium iverit. Nucleus Spinoſiſmi eſt, omnia ex natura Dei emanaſſe, ut aliter ſe tota rerum univerſitas per naturam Dei habere non potuerit, quam habet in præſenti. Imo omnia eſſe Deum. Clariſſimus Burmannus è contrario, ab eo errore ita procul abeſt, tantus eſt libertatis divini arbitrii vindex, ut ſtatuat per naturam Dei

fieri

fieri potuiſſe, ut *bis ter non facerent ſex* L. 1. C. XXII. §. 10. En verba § πάνυ loco jam citato §. VII. VIII. IX. X. *Male iidem potentiam Dei infinitam eſſe, & infinito modo à potentia creaturæ differre negant: ſicut & Vorſtius eam tantum reſpectu noſtri infinitam appellari voluit.*

Objectum hujus potentiæ eſt omne quod poſſibile *eſt, quodque eſſe poteſt ad gloriam Dei & perfectionem ejus teſtandam, adeoque quicquid Deus velle potuit.* Pater mi, ſi poſſibile eſt, abeat à me poculum iſtud; verum tamen non ut ego volo, ſed ut tu, *Matth.* XXVI. 39. *Solum autem id quod impoſſibile dicitur, hoc eſt, quod nec exiſtere, nec ad gloriam Dei referri poteſt, ſive quod ſub voluntatem Dei cadere non poteſt, ei repugnat.*

Sicut autem cauſa, cur aliquid ſit poſſibile, non eſt in ipſa re, quaſi illa potentiam Dei præcederet (male enim quidam res alias ſua natura citra decretum Dei poſſibiles, alias impoſſibiles, alias neceſſarias faciunt; cum omnia a decreto Dei abſolutè dependeant, non ſolum rerum exiſtentia, ſed & univerſa earum natura & eſſentia; nec quicquam neceſſarium, imo ne poſſibile quidem ſit citra Dei voluntatem, vel potentiam, quæ eadem cum eo eſt) ita etiam cur aliquid impoſſibile ſit, cauſa eſt non in ipſa re (cum impoſſibile mera ſit negatio) ſed in ipſa Dei potentia, quia nempe Deus illud non poteſt velle aut facere; quod tamen non poteſt, non propter potentiæ defectum, ſed abundantiam ejus. Unde potentiſſime talia non poſſe dicitur. Ut merus ſit vocabuli § non poſſe abuſus.

Ita ut hic omnia dependeant a ſolo Dei decreto & voluntate, non ſolum rerum exiſtentia, ſed & univerſus earum conceptus, omniſque ratio eſſentiæ earum. Quamvis ergo quædam neceſſaria videantur reſpectu decreti divini duntaxat, ex. gr. non eſſe frangenda oſſa *Chriſti. Joh.* XIX. 36. *alia vero neceſſaria videantur in ſe, ut ex. gr. tres angulos trianguli æquales eſſe debere duobus rectis; hæc tamen non impediunt quin omnia neceſſaria ſint reſpectu divini decreti*

tantum: quodque aliter nobis videatur, ex ignorantia noſtra eſt: ſi nempe homines clare totum naturæ ordinem intelligerent, omnia æque neceſſaria reperirent ac illa quæ in Matheſi tractantur: quia vero huc uſque non penetramus, ideo quædam a nobis poſſibilia, vel indifferentia, non vero neceſſaria judicantur. Quocirca dicendum eſt, vel quod Deus nihil poſſit, quia omnia revera neceſſaria ſunt; vel quod Deus omnia poſſit, & quod neceſſitas, quam in rebus reperimus, a ſolo Dei decreto provenerit.

Summam rei quod attinet, calculum Clariſſimo Burmanno, dudum ante editam Limborgii Theologiam, adjeci in Summa Theologiæ Cap. III. §. CXL. CXLV. CXLVI. *Hanc autem Dei Exprimibilitatem hicce loci proponendam putavi, antequam de voluntate Dei agerem, quoniam Deo eſſentialis eſt & prorſus naturalis. Ut, licet & res & rerum modi ac ſeries omnis, quibus exprimere ſe atque adumbrare voluit, omne ſuum eſſe unicè liberrimæ debeant voluntatis divinæ diſpoſitioni ſeu nutui, adeoque nihil poſſibile dici aut cogitari ante Divinæ voluntatis liberrimum decretum poſſit, Deus tamen ab æterno & ex ſua natura, aut potius ſufficientia naturali, ſit & ſemper fuerit exprimibilis atque adumbrabilis. Quæ Exprimibilitas cum in ipſa eſſentiæ divinæ & perfectionum omnium fundata ſit omni-ſufficientia, ita concipi debet, ut tanquam ratio, dicam an cauſa ſit, quod nulla unquam res facta ſit, aut fieri queat, qua Dei quædam perfectio aut negetur aut ulla ratione lædatur.*

Quando autem de Exprimibilitate Dei loquor, quod denuo monitum te velim, cave putes me concipere ullarum rerum poſſibilitatem, quæ liberæ actum voluntatis divinæ antecedat; aut eſſentias me rerum fingere, quæ ab æterno fuerint, Deique decretum anticipaverint; quæque adeo tales a Deo fuerint conceptæ, quia ante omnem divini decreti actum natura ſua fuerint tales. Non enim de rebus hic ago præter Deum aut exituris unquam aut poſſibilibus, ſed de ipſo Deo perfectioneque quadam Deo eſſentiali. Quin noſtra hæc de

Digitized by Google

Dei Exprimibilitate cogitatio radicitus evellere illas abſurdas cogitationes apprime idonea eſt, quippe quæ omnes rerum, ut vocant, ideas, omnem poſſibilitatem derivare docet ex Dei arbitrio & liberrima voluntate. Exprimibilem quidem natura ſua dico Deum, tam infinitis autem, ſi liceat ita loqui, modis, ut non ſolum rebus quæ nunc ſunt & ut nunc ſe habent, ſed pluribus & longè aliis, ſi ita voluiſſet, ſui dare adumbrationem aliquam potuerit.

Certe rerum ideas prorſus æternas, & poſſibilia quædam antecedenter ad Dei decretum qui fingunt, illi res omnes negant eſſe ſolum adumbrationes Dei: etenim Divini quid, eſſentiæ nimirum æternitatem & independentiam atque aſeitatem iis adſcribentes, ultra adumbrationis ſortem evehunt; imo verò & Deum dependentem faciunt, quippe concipientem res jam ſua natura & idea tales, antequam de iis quidquam ſtatuerit aut decreverit. Unius Dei ea perfectio eſt, ut ex ipſius conſideratione repeti poßit ratio omnis proprietatis, veritatis, & perfectionis, quæ ipſi naturalis eſt. Plura hac de re vide apud Poiretum Cogitat. Ration. pag. 127. Similia dudum & apud alios legere potuit Limborgius.

Acrem Arminiani in Burmannum cenſuram paucis examinemus. Crimen eſt, quod L. 1. Cap. XXV. §. 9. *ipſis benedicti de Spinoza verbis* in Cogitatis de Deo Cap. IX. utatur, *ex quo pleraque hujus capitis ferme ad verbum deſcripſit*: verum 1. id verum non eſt, ut unicuique, Burmanni verba cum Spinozæ dictis contendenti, apparebit. Pauca reperio, fateor, apud Burmannum, haud diſſimilia, verborum corticem quod attinet, iis, quæ habet Spinoza. Plerumque autem hujus Capitis & ferme ad verbum exſcripſiſſe Burmannum mera calumnia eſt. Profecto & ego ſimilibus uſus ſum verbis, quando ne quidem per ſomnium de iis cogitavi quæ heic apud Spinozam occurrunt. 2. Imo fieri vix poteſt, ut quis, hanc ſententiam amplexus, non ſimilibus mentem ſuam ver-

verbis exprimat; quale quid, ſi in Sociniano forte aliquo ſcripto, Judæi hujus aut illius dictis ſimile, offendiſſet, pro ea, qua erga ſuos illos fratres charitate eſt, dubio procul in meliorem ſenſum interpretatus fuiſſet hic noſter Ariſtarchus. In Reformato ea ſequius erant accipienda. 3. Addo tam longe a crimine abeſſe Burmannum, ut, ſi forte ad dicta Spinozæ reſpexerit, prudentiſſime potius egiſſe dici debeat; quandoquidem nihil magis Spinozæ adverſum dici poterat, quam id quod heic Viro Summo ex Spinoza protuliſſe vitio vertitur. 4. Sed ignoravit Limborgius id quod dudum de pluribus, a Spinoza in illo tractatu dictis, accurate & prudenter obſervatatum eſt Clariſſimo Poireto Cogitat. Rational. &c. Lib. III. Cap. VII. in Notis. *In quibus*, ſcilicet verbis, iſtheic loci ex eodem Spinozæ Tractatu exhibitis, *nihil ſane deſiderandum eſt, ita vere, ita diſtincte rem proponit & capit. Et tamen in ETHICA ſua, peſſime deinceps contrarium ſtatuit: niſi dicas eum ſibi non contradicere, ſiquidem in Appendice metaphyſica ex animo non loquatur.*

Dedit enim operam ut per præfatorem ſuum moneremur, illum ibi non ſua, aut tantum ea quæ probat, docere: multa ibi occurrere quæ tanquam falſa rejicit & à quibus longe diverſam fovet ſententiam: *inter quæ libertatem (ut fatum ſuum ſubſtituat,) & figmentum de ſubſtantia una generali & indeterminata cogitante, cujus particulares modificationes mentes humanas conſtituant, commemorat. Unde patet ex verbis, quæ in dicta Appendice & toto illo libro commemorat, nil concludi poſſe quod de Deo bene ſentiat Spinoza; ſiquidem hypocritice aliter ſentiat quam illic dicat, etſi id voluerit ſub hac ratione tegere, quod ſcilicet voluerit ibidem à Carteſianis ſententiis non diſcedere.*

Hæc autem non ignoravit Burmannus, adeoque prudenter egit, quando ea verba a Spinoza mutua accipit, quoniam nihil dici poterat, quo clarius ſubverteretur,

Digitized by Google

fetur, id quod Spinoſiſmi cardo eſt & nucleus. Audi denuo Poiretum in præcedentibus loco jam citato diſſerentem. *De hoc attributo intellectus ſive intelligentiæ Divinæ, habemus Spinozam hic iterum ſibi contradicentem, prout inter diverſa modo huc modo illuc fluctuabat. Ut hominem ſponte caecutire & ſcienter delirare videas, cito bo loca contradictoria ubi ex profeſſo & ſcienter contradicentia demonſtrat. In Ethicis Parte* II. *prop.* I. *demonſtrat (opinione ſua) Deum eſſe rem cogitantem, ex hoc atheiſtico principio, quod* particulares cogitationes, hæc, illa, *Pauli, Jacobi &c.* ſint modi eſſentiæ divinæ, eam determinantes, *unde concludit (juxta canones prædicabilium) dari ſpeciem ſub qua hæc individua ordinentur, ſive* dari attributum vel conceptum cogitationis *generalioris in ſuo Deo (in genere Entis abſtracti)* per quod cogitationes particulares concipiuntur. *Ergo, Deum eſſe* rem *attributo cogitationis, ſive* cogitatione præditam. (*Hoc eſt, entis conceptum generalem eatenus dicendum eſſe cogitare quatenus prædicatur de individuis cogitationibus.*) *Et prop.* III. *dicit,* in Deo dari ideam ſuæ eſſentiæ, (*hoc eſt, intelligentiam*) & eorum omnium quæ ex illa ſequuntur: *quod probat ex eo, quod Deus poſſit (ex mox dicta propoſitione* I.) *infinita particularia cogitare, quod dicit,* idem eſſe ac habere ideam eſſentiæ ſuæ & eorum quæ inde ſequuntur. *Unde patet, Spinozam per* Intelligentiam *Dei, vel cogitationem aut ideam Dei de ſe ipſo, nihil aliud intelligere quam vel cogitationes particulares numero & modificationibus infinitas, quas infiniti homines habere poſſunt de rebus particularibus infinitis, vel cogitationem generalem abſtractam quam nonnulli habent de ente, quatenus per hunc conceptum generalem & abſtractum, infinita particularia concipi poſſunt. Quæ omnia merus ſunt Atheiſmus, & ſubſtitutio fallax intellectus creaturæ abſtrahentis pro actuali Dei intelligentia, ab omnibus cæteris mundi rebus diſtincta. At in* Appendice cogitatorum Metaphyſicorum, *quæ* Carteſii principiis more

Geo-

Geometrico Demonſtratis *annexa, nonnulla ex cap. 7. partis 2. De intellectu Dei, ſic ſe habent. In margine,* Objectum ſcientiæ Dei non eſſe res extra Deum, ſed Deum ipſum. *In textu:* Revertamur itaque ad noſtrum propoſitum, nempe quod extra Deum, nullum detur objectum ipſius ſcientiæ, ſed ipſe ſit ſcientiæ ſuæ objectum, imo ſua ſcientia. Qui autem putant mundum etiam objectum Dei ſcientiæ eſſe (*hic utique diſtinguit maxime univerſitatem rerum, a Deo,*) longè minus ſapiunt quam qui ædificium ab aliquo inſigni Architecto factum, objectum ſcientiæ illius ſtatuunt volunt: nam faber adhuc extra ſe materiam idoneam quærere cogitur: At Deus nullam extra ſe materiam quæſivit: ſed res quoad eſſentiam & exiſtentiam ab ejus intellectu ſive voluntate fabricatæ fuerunt. De hiſce autem recte jam laudatus Poiretus. *In quibus nihil ſane deſiderandum eſt, ita vere, ita diſtinctè rem proponit & capit. Et tamen in Ethica, peſſimè deinceps contrarium dicit* & ſequuntur jam allegata.

De re ipſa autem haud minus infeliciter diſſerit Limborgius, quam de citatione loquutus eſt acerbiſſime quidem, ſed præter veritatem & ignoranter. Debemus id magni Viri manibus, ut, occaſione hac nobis data, maculam ipſi adſperſam ſerio abſtergamus. Spinoſiſmi falſo inſimulare virum orthodoxum atrox certè injuria eſt: tanto magis inſidioſa, quanto majorem moderationem præ ſe fert is qui heic κατηγόρε perſonam induit. Quis non credat conſcientiæ dictamine gravique cauſa eo adactum eſſe hominem, ne quidem Judæorum ceteroquin dicta, blaſphema quoque, aliter quam maxima imo immodica, animi manſuetudine accipientem. Novit procul dubio, haud deeſſe qui jam dudum alia Viri Clariſſimi dicta in ſequiorem ſenſum & calumniæ anſam rapuere. Iis profecto ſe jungere Arminianus noſter non debuiſſet. Verum Cauſæ Pela-

gianæ interſerat, atro carbone notaſſe illorum Coryphæum aliquem, cum quibus, ut nimis potentibus in Scripturis, miſelli bella gerunt nulla paritura triumphos. Vide qui pedes conſerat qui dimicet noſter. Impar ſane congreſſus eſt.

Sic infit Limborgius: *Licet enim veriſſimum ſit, nihil eſſe neceſſarium quod Deus non decreverit, & unaquæque res eam habeat eſſentiam, quam eam Deo placuit donare; Inde tamen minime ſequitur, eam non eſſe rerum eſſentiam, in ſeſe ſpectatam, ut à Deo potuerit decerni; aliarum vero eſſe eam ad exiſtendum repugnantiam, ut à Deo decerni non potuerint; quales ſunt contradictoria.* Certe primus hic impetus meticuloſa ſophiſticatio eſt, qua, rotunde & candide loqui non auſus, omnia impedite & confuſe profert. Quæ ratio quod ipſiſſima Burmanni verba quibus ſententiam ſuam pronunciat non producas? Sic ſonant, *ſicut autem cauſa cur aliquid ſit poſſibile, non eſt in ipſa re, quaſi illa potentiam Dei præcederet*: hiſce ſuo loco relictis, ea comparent, quæ parentheſi Burmannus incluſerat. Verba omiſſa ſummam rei continent, & perſpectæ veritatis ſunt. Quin imo tanti momenti mihi videtur iſta theſis, tamque neceſſario tum ſtatuenda tum vindicanda, ut, niſi ea recte intelligatur & probe teneatur, Spinoſiſmus evitari difficulter poſſit.

Qui enim concipit ideas rerum præter Deum, quæ decretum omne prævertant, is una ſtatuit Deum non potuiſſe non agere juxta illas ideas. Præterea concipit in Deo non tantum ideas hujus aut illius rei ſingularis, verum etiam ideam omnium, quemadmodum eam, quæ in præſenti exiſtit, rerum univerſitatem conſtituunt; adeoque haud ſecus ac rem ſingularem e. g. quam nunc angelum nuncupamus, aliter, quam ſecundum ideam, non libere formatam, ſed ſibi naturalem, creare non potuit, ita & totam rerum univerſitatem pariter aliam quam nunc eſt, condere nulla ratione

po-

potuerit. Quod quo tendat, nemini ignotum eſt, niſi Spinoſiſmi ignaro: quem qua ratione evitent, ideas illas Deo naturales, non liberas prorſus quotquot ſtatuunt, ego quidem capere non poſſum. Hæc ultima erit omnium analyſis, omnia talia quia Deus eſt talis. Deus cauſa emanativa eſt juxta Spinozam, adeoque non libere operatur, ita ut aliter operari potuerit, ſed ita ut quicquid operetur id operetur ex indole naturæ ſuæ. Plura de hac materia reperies in mea Summa Theol. Cap. III. §. CXLIII. CXLIV. *Hinc eſt, quod, liberrimè licet & pro mero Dei placito producta ſint omnia, adeo ut potuerint hæc non produci aut prorſus alia, certum tamen ſit, Deum, ubi hoc aut illud facere voluiſſe conſtat, nonnulla quæ ad eam rem ut ſit ad gloriam Dei, ſeu ut Deum exprimat, neceſſaria ſunt, una non facere haud potuiſſe. Exemplo rem illuſtremus. Conſtet, Deum creare voluiſſe creaturam cogitantem, dico fieri non potuiſſe, quin rectam, id eſt quæ conditorem ſuum agnoſcere atque amare apta nata foret, produceret. Ratio in promtu eſt. Non reſponderet cæteroquin Dei Exprimibilitati, non referret Deum, non foret, ut creatura rationalis, ad Deum. Idem in multarum rerum connexione rite obſervandum eſt. Potuerit Deus fœdus facere cum Adamo ut homine ſingulari, pacto tamen cum eo fœdere, tanquam cum capite, omnes ſub ſe atque in ſe complectente, fieri per Dei decentiam haud poteſt, quin, Adamo peccante, omnes ruant in interitum. De Ideis nobis inditis pariter tenendum, poſtquam tales nobis indere voluit Deus tanquam ſe adumbrantes, fieri non poteſt ut Deus res alias faciat quam quales reſpondent iſti Ideæ: tum quod falſum teſtaretur Deus, opuſque ſuum deſtrueret. tum quod ſe non adumbraret, ſed ſui adumbrationi contradicturus eſſet, adeoque ſui de ſe ipſe negaturus teſtimonium. Sic inditâ nobis Ideâ corporis ut rei extenſæ, mentis ut rei cogitantis, fieri non poteſt ut Deus corpus creet non extenſum, aut mentem non cogitantem. Non quod rerum illarum Ideæ ſint, eo ſenſu, quo vulgo id aſſeri ſolet, æternæ, ſed*

quod

quod Deus eo quaſi charactere ſic ſe habente & non aliter exprimere ſe voluerit.

Porro cum iſta exprimibilitas ipſius Dei ſit, Deusque is ſit & talis, qui & qualis eſt, ſecundum noſtrum concipiendi modum, antecedenter ad omnem actum conſilii aut decreti; neceſſe eſt, ut ea quoque, ſenſu jam dicto, omne decretum antecedat.

Nihil eſt neceſſarium, inquit Limborch, *quod Deus non decreverit.* At neceſſarium dici poteſt aliquid, quod, poſito alio, neceſſarium foret, illud ſane omne neceſſarium Deus non decrevit. *Neceſſarium* eſt, ut, Chriſto ſponſioni renunciante, id quod Arminiani in Apologia Cap. XVII. fieri poſſe ſtatuunt, ruat univerſa Conſilii gratiæ moles, non tamen id à Deo decretum eſt. *Neceſſarium* præterea dicitur, id quod, ratione eventus, non fieri non poteſt: ſic *neceſſaria* dici poſſunt omnia futura. Quæcunque autem facta ſunt, futura fuerunt antequam contingerent, omnia igitur quæ facta ſunt aut fiunt, à Deo decreta ſunt. Quod conſequens an arrideat Arminiano, ipſe videat, modo agnoſcat, theſi ſua poſita, hæc quoque negari non poſſe.

Sed non tam de eventibus, quorum omnes rerum quarundam complexum continent, quam de rebus ſingularibus & eſſentiam habentibus loquitur. Audiamus. *Unaquæque res ſuam habet eſſentiam: qua eam Deo placuit donare.* Prius verum eſt, poſterius autem confuſæ cogitationis indicium. *Rem* concipit, eamque *eſſentia* quadam *donatam*, donatam autem ea eſſentia quam Deo ei donare placuit; quid hæc ſibi velint hariolandum eſt. Rem aliquam qui dicit, is & ejus eſſentiam dicit. Res autem quæ ita concipitur, ut quam Deus facere queat, vel eſt præſens, vel eſt futura. Rei quam Deus facere poſſit, niſi futuram decreverit, nullus datur conceptus. At conceptus datur divinæ exprimibilitatis, qua talis eſt Deus, ut, interveniente voluntatis ſuæ propoſito, ſui

ſui qualemcunque copiam ſeu expreſſionem facere poſſit. Illa voluntas Dei concepta cum relatione ad id quod futurum decrevit aut actu ſiſtit, aut conſervat, potentia vocatur. Rei autem omni eſſentia tribuitur, aut futura adhuc aut præſens: eaque nulla alia eſt, quam ſingularis quædam Dei expreſſio virtute liberrimi decreti futura aut facta.

Magis te confundis, quando Burmanno regeris, *Inde tamen minime ſequi, eam non eſſe rerum eſſentiam, in ſeſe ſpectatam, ut a Deo potuerit decerni: aliarum vero eſſe eam ad exiſtendum repugnantiam, ut à Deo decerni non potuerint: qualia ſunt contradictoria.* Duo memoras, de quibus adſeveras, neutrum eorum ſequi ex præcedentibus. Memoras *rerum eſſentiam, in ſeſe ſpectatam, ut à Deo potuerit decerni.* At talis res aut eſſentia ejus in ſe ſpectari non poteſt, niſi jam ſupponam conceptu Dei formatam, adeoque, virtute liberrimæ conceptionis & volitionis divinæ, futuram aut præſentem eſſe. Potuiſſe decerni de re quadam, antecedenter ad decretum Dei dici non poteſt. Non entis nullæ ſunt affectiones. Ens autem nullum eſt, aut concipi poteſt, quod decreto prius ſit. Si roges, hic Adam, nunc factus vi decreti, annon decernere de eo potuit Deus, ego eum creabo: reſpondebo, futilem illam & abſurdam quæſtionem eſſe, cum, hunc Adamum concipere, decretum ſupponat, in ipſo quoque Deo. Non eſt enim hic Adam aliud quid quam individuum aliquod, quod, niſi certis circumſtantiis veſtitum, prorſus non ſit concipiendum. Individuum autem illud circumſtantiis veſtitum, nemo antecedenter ad decretum finxerit.

Dices: homo, equus, angelus utique res ſunt quæ eſſentiam quæque habeant ſuam. Reſpondebo, univerſalia eſſe entia rationis, atque ita ideas a particularium conceptu abſtractas eſſe figmenta creaturæ rationalis, imo imbecillitatis finitæ mentis manifeſtum ſpeci-

 men,

men. Singularia alicujus ſpeciei ut vocant, omnia ſimul præ mentis finitate concipere non apta conceptus ſibi format ſpecierum & generum. Quod in Deum non cadit, adeoque in eo non eſt iſtiuſmodi idea ſpeciei, ſed individuorum tantum. Individua autem concipi ſine circumſtantiis individuantibus non poſſunt; adeoque non ſine ſuppoſito de iis libero decreto.

Non melius digeſta ſunt quæ ſecundo loco memoras, nimirum *aliarum rerum eam eſſe ad exiſtendum repugnantiam, ut à Deo decerni non potuerint: qualia ſunt contradictoria.*

Sunt igitur *res quarum* ſit *repugnantia ad exiſtendum;* verum me quod attinet, eas concipere non poſſum. Poſſum chimæras fingere, Bellerophontis Pegaſum mihi imaginari poſſum, ſed *res* non ſunt, aut dici merentur, quorum omnis ſubſiſtentia in imaginatione eſt. Imo vero *res*, præter eas quæ ſunt, ego nullas concipio, aut conceptu formare poſſum. Diviſa jungere, juncta dividere, atque cudere figmentum aliquod poſſum, ſed *res* non eſt. Nihil rei quod non à Deo factum ſit. Nihil igitur accurate loqui ſi velimus, rei, cujus ſit *repugnantia ad exiſtendum.* Verum non ita acutè cernere Limborgium ex eo apparet, quod, inſtar daturus, illarum rerum, *quarum ea ſit ad exiſtendum repugnantia, ut, à Deo decerni non potuerint*, dicat, *qualia ſunt contradictoria.* Contrariæ ſibi invicem res eſſe poſſunt, at *enunciationum eſt*, ſive conceptæ ſint, ſive ſermone prolatæ, eſſe *contradictorias.* De rebus locutus erat, & inſtar aliquod rerum daturus, enunciationes, theſes, ſententias producit. *Contradictoria* proprie *res* non ſunt. De rebus decertamus. Quas alias nec tu, nec ego, nec quiſquam alius novit, quam a Deo decretas, à creatura enim ratione utente, ſeu componendo ſeu dividendo ex rebus decretis ficta alterius generis ſunt, nullas igitur *res ad exiſtendum repugnantes*, taceo, ita *repugnantes ad exiſtendum*, *ut*

Deus

Digitized by Google

Deus eas decernere non potuerit concipimus. Precor cornicum oculos heic configere conantem Limborgium, ut *res* mihi indicet non decretas, imo *res*, quibus *eſſentiam* merito tribuat, *non decretas* ſibi *contradicentes*, ea quidem ratione, ut decerni à Deo non potuerint. Excutiat ſe, omnes cogitationes ſuas, conceptus omnes ſeu ideas examinet, & deprehendet nihil tale quid aut eſſe in mente ſua, aut ab ea fingi poſſe, cui iſta conveniant.

Credendum eſt *nugari hominem* inquit: quo dicterio, Clariſſimi Burmanni famam arrodere imo ſtigma inurere voluit. Sibi habeat bonus Arminianus ſuas nugas. Rationem audiamus quam, a Viro Clariſſimo temere pronunciatæ ſententiæ obtendi, Lectori perſuaſum vult. Burmannus *immediate* ſubjungit, „*cur aliquid im*„*poſſibile ſit, cauſa non eſt in ipſa re* (*cum impoſſibile ſit nega*„*tio*) *ſed in ipſa Dei potentia qua Deus id non poteſt velle* „*aut facere*. Hiſce jam conſtare putat *nugari credendum eſſe* Burmannum. Itane mi heros! illane verba nugæ ſunt? Sunt vera, ſunt ſolida, id ſaxo ut percipias. *Res, rei eſſentia* ante decretum non dantur, imo ne concipi quidem poſſunt. Non entis quoque nullæ ſunt affectiones, adeoque nulla eſt ejus poſſibilitas aut impoſſibilitas. Hinc & accurate loquitur Burmannus, non nugatur, quando in parentheſi dicit *impoſſibilitatem meram negationem* eſſe, additque ad ipſam Dei potentiam heic eundum eſſe, quæ eſt, ipſa voluntas Dei conſiderata cum relatione ad aliquid quod illius virtute fiat, eſſe poſſit, aut ſit.

Præter *res* ſunt & actiones rationales: in eas cadit ratio boni aut mali moralis. Loqui proprie res non eſt, ſed actio loquentis. In eam cadit malum & bonum, ſed cujus cynoſura ſit, tum natura Dei, tum loquenti haud ignota divina aut juſſio aut prohibitio. Prioris exemplum ſit: *mentiri non poteſt Deus*; at unde hoc, quod id

id non poſſit, cum homo poſſit? an ex eo quod mendacium majorem quam divinam potentiam requirat, minime, ſed quod mentiri non poſſit Deo glorioſum eſſe, eo quod in mendacio non ſit expreſſio ulla Dei, qualis in omni re eſſe debet, ut poſſibilis dici queat. Nec hæc eſt tanta ſubtilitas, ut percipi, imo recipi non poſſit. Mentiri juxta te impoſſibile non eſt, a Deo tamen fieri non poteſt: malum adſpicere cum voluptate pariter juxta te impoſſibile non eſt, non quod in ſe id impoſſibile ſit, cum homo poſſit, ſed quod Deus velle non poſſit, ut ſuæ volitionis virtute ſit. Hinc & Scriptura iſtiuſmodi impoſſibilitatum rationem non ex rerum repugnantia ſed ex ipſo Deo derivat. *Purior eſt oculis quam ut adſpiciat malum* Hab. 1. 13. Sic ipſe Deus appellatur ἀψευδὴς Tit. 1. 2. Certe cauſa non in re hic ponitur extra Deum, ſed in natura Dei. Adeoque & ipſa Scriptura ita immodicè quoque ſubtilis eſt, ut Burmanno præiverit, dicenti, *quod cauſa non ſit in ipſa re quod ſit impoſſibilis, ſed quia Deus eam non poteſt facere*, id eſt, Deum eo non poſſe ſe ipſum aliqua ratione exprimere aut adumbrare, non mendacii, ſed ſuæ incontaminatæ veritatis cauſa.

Poſterioris generis exemplum ſit: vitulos facere in Dan & Bethel; dico fieri non poſſe ut Deus id jubeat, aut ipſe eos faciat; rectè. at quænam heic impoſſibilitatis cauſa, non utique in re quærenda, ſed in præcepto Dei eſt, utique ſeu non ſeu aliter præcepiſſe per naturam ſuam potuerat Deus, ſi unice ipſius eſſentiam & naturam reſpiciamus: adeoque denuo ad Deum eundum eſt, ejuſque decretum, indeque petenda facti repugnantia.

Sed, format argumentum a Burmanno ſibi objiciendum, *inquit*, *potuiſſet Deus alium naturæ ordinem inſtituere, & tum nobis alias ideas, ordini iſti convenientes, indidiſſet.* Verum quæro, ait Limborgius, unde hoc conſtet?

Dico ego conſtare id ex inexhauſta Dei omnipotentia & ſufficientia; præterea ex omnimoda libertate Dei: neque ſic, quod obtendit Limborgius, *principium peto, aut adſumo id quod in quæſtione eſt.* Quæritur ubi quærenda prima ratio ſit, propter quam aliquid poſſibile dici queat, dico rationem in cauſa quærendam eſſe, ita ut, ſi cauſa non detur, quæ producere valeat, nihil ex ſe poſſibile ſit. Ut nihil à ſe eſt, ſic & nihil a ſe quicquam eſt quantillum id ſit, adeoque nec ex ſe poſſibile eſt. Poſſe fieri propriè eſt, dari cauſam quæ producere poſſit.

Vel an tu ſtatuis Deum *alium naturæ ordinem inſtituere* non potuiſſe? An igitur ex naturæ Dei indole ſequitur talis rerum ordo qualis eſt in præſenti? Deus igitur tandem cauſa tantum emanativa erit, adeoque tota rerum univerſitas talis, quia natura Dei talis. Verum ſic tu non verba a Spinoza mutua accipis, bone Vir, quod Burmanno crimini vertebas, ſed ſententiam ignarus amplecteris & profiteris.

Præterea an ita hoc rerum ordine exhauſta eſt omnis Dei exprimibilitas, ut nullo alio ordine ſui qualemcunque copiam facere potuerit? Atque adeo, licet paulo forte heic longius progrediatur Clariſſimus Burmannus quam par eſt, certum eſt, non omnia eſſe talia qualia ſunt, quia Deus eſt talis, ſed quia hanc rationem ſe exprimendi, liceat ita loqui, conceperit & decreverit. Haud ſecus atque artifex e.g. qui cum horologia facere poſſit, qualia ipſe concepit, pro ea qua eſt dexteritate, alia adhuc & alia facere potuiſſet, ſi alia facere apud animum ſtatuiſſet. Quin quemadmodum defectus eſſet in illo artifice non alia facere potuiſſe ſi voluiſſet, ſic & de Deo cogitandum eſt. Potuit hac rerum univerſitate ſui copiam facere & probare πολυποίκιλον ſuam ſapientiam; verum &, ubi ipſius Dei exuperantiam intueor, citra & ante liberam voluntatis de-

terminationem ad illam machinam faciendam quam jam fecit, affirmare haud vereor, potuiſſe Deum alia machina, alia prorſus ratione, ſuæ exprimibilitatis exhibere ſpecimen, ſi voluiſſet. Cui veritati poſt Spinozam forte nemo, præter Limborgium, reluctabitur.

Sed vero, pergit Limborgius; *quoniam* Burmannus ante dixit, *impoſſibilitatem quandam eſſe in rebus ideo quia Deus ea non poteſt velle aut facere*: at antequam pergat, monendus eſt L. non bene exprimere ſe Burmanni mentem, quæ non eſt, aut *rem aliquam poſſibilem in ſe, quaſi illa potentiam Dei præcederet*, aut eſſe dicendam impoſſibilem in ſe antecedenter ad omnem actum divinæ voluntatis, cum, ut poſſibilitatis, ſic & impoſſibilitatis omnis ex libero Dei decreto petenda ratio ſit. Non *res* ſunt ſed figmenta, quæcunque, facere ante liberam voluntatis determinationem conſideratum Deum, aut non facere poſſe dixeris. Mentis quidem meæ fictione, rebus, quæ nunc ſunt, diviſis aut conjunctis, formare mihi poſſum conceptus & imaginationes in cerebro, de quibus dicere queam, Deum facere & velle facere non poſſe entia quæ illi conceptui aut imaginationi reſpondeant; eam ob rationem: aut quod ipſe jam aliter decreverit, aut quod ego forte ea finxerim, quæ haud convenit ut ſub Dei cadant conceptum & propoſitum. Cum ſint non *res* ſed *figmenta*, memorata jam ratione efficta, divinæque perfectionis expreſſiones eſſe non valentia.

Verum hoc tranſeat. Rogat unde D. B. *certus ſit hanc totius naturæ ordinis mutationem, per quam, ea quæ nunc ſunt repugnantia, fiant non repugnantia, non eſſe inter illa, quæ Deus velle aut facere non poteſt?*

Ea quæ nunc repugnantia ſunt, vel res ſunt, vel enunciationes. Res quæ nunc ſunt ſibi invicem repugnantes, potuiſſent, alio in rerum ordine, ac relatione poſitæ, fuiſſe non repugnantes. De enunciationibus

nibus ante notavi iis ſolis proprie contradictionem adſcribi poſſe. Quando tamen eæ de rebus enunciantur, certum eſt, quæ hoc in rerum ordine contradictoriæ ſunt, non poſſe de rebus iiſdem prædicatas, unquam ſimul eſſe veras; ſed, facta ordinis hujus mutatione, ut veræ enunciationes forent, aliæ etiam eſſe res deberent, quam res ſunt in præſenti: adeoque non forent veræ, quæ nunc ſunt contradictoriæ, quia rebus ſe aliter habentibus, alia prorſus earum enunciationum foret ratio.

Me igitur ſaltem in anguſtiam non redigit iſta interrogatio. Potuiſſet enim univerſitas & nulla & multum, tam rerum quam ordinis ratione, alia eſſe, quoniam Deus exprimibilis eſt quantum placet, & ſui copiam facere velle poteſt.

Sane quædam ſunt æternæ veritates, inquit: ego unam novi, & plures ante decretum non alias quam quæ ex una illa elici poſſunt. Illa veritas eſt, Deus eſt. Et quicquid dicit Deum non eſſe verum nunquam eſſe poteſt, atque, niſi quod falſum eſſe haud poſſit, Deum eſſe. Tu plures innuis *æternas veritates, quæ ex ipſa natura divina perfectione & ſanctitate immediate fluunt:* nimirum intellectione divina id præſtante, ut ſint creaturæ, eas ex prima veritate elicere idoneæ; credo. *Quarum proinde rectitudo ac veritas omnem voluntatis actum antecedit.* Deum eſſe, & talem eſſe, qualis eſt, verum eſt, & cognitum divinæ menti; exiſtente quoque, virtute voluntatis divinæ, intellectione creata, non poteſt illa veritas non vera eſſe etiam menti creatæ. *Neque id Deus mutare poteſt:* recte. Hinc inter impoſſibilia reponis, tum ut Deus *actum legi ſuæ conſentaneum* nobis obverſari faciat *ut peccatum & odio Dei dignum*, tum ut *veritates Mathematicas inter falſitates reponat*. Optime & hoc quidem, verum inprimis cum etiam horum quoque impoſſibilitatem ipſemet non aliunde arceſſas,

quàm ex eo, quod prius *Sanctitati divinæ naturali contrarium* ſit, alterum vero *illius veritati ac rectitudini repugnet.* Cui fundamento inædificans manifeſtè noſtram ſententiam amplecteris.

Potuiſſe Deum iſtiuſmodi ſtruere rerum ordinem, ut *bis duo non* ſint *quatuor*, aut *triangulum non* habeat *tres angulos*, me quidem judice, non verè, minus accuratè dicitur. Numerus numeratus ut & figuræ Mathematicæ, proprie *res* non ſunt, ſed modificatio quædam mentis noſtræ atque imaginatio, ſub qua mens corpora quædam aut res alias concipit; verum, prout tum numerus tum figura Matheſeos objectum ſunt, abſtractè prorſus conſiderari debent, adeoque rebus prorſus remotis de quarum numero aut figura agitur. Hinc bis duo, aut triangulum non magis quid in ſe ſunt, quam ſiniſtrum & dextrum, extra & intra, ſimiliaque, quorum proprie nulla datur eſſentia. Ut de iis poſſibilitas aut impoſſibilitas, aut poſſibilis varietas, qualis de rebus, non recte affirmetur: ſuppoſitis enim rebus, quæ ſub numerum cadunt, aut figuram, numeri demum & figuræ oritur cogitatio. Certum autem eſt, ſi ſupponantur res triangulares, non poſſe non habere tres angulos, eoſque æquales duobus rectis: verum & hujus impoſſibilitatis ratio in rei ullius natura aut eſſentia quærenda non eſt, ſed in mente, quæ res illas in illum cenſum redigit aut abſtracte a rebus extenſis illarum ſeu figuram concipit ſeu numerum. Quod de Mathematicis, quas vocant, veritatibus notaſſe, pro inſtituti ratione hac quidem vice ſufficiet.

Quæ de fatalitate ſubdis, ad ravim uſque decantata Pelagianorum omnium cantilena eſt, reſponſione indigna. Inprimis cum pauca, quæ apud Clariſſ. Burmannum præceſſere, refutandæ inde ab Auguſtini tempore vobis repetitæ nugationi ſufficiant. *Oſſa Chriſti non frangenda eſſe* eventus erat & contingenter, ſi ejus naturam

ſpe-

ſpectes, & ita certo tamen futurus, ut non evenire non potuerit. *Et neceſſitatem, quam in rebus reperimus*, merito à ſolo *Dei decreto provenire* ſtatuit Burmannus. Nimirum æque a decreto eſt eventus, quo videmus tres angulos in quovis triangulo æquales eſſe duobus rectis, quam oſſa Chriſti non frangenda, aut nobis præceptum eſſe, ut Deum amemus. Nec eventus tantum verum & *univerſus* ſimilium *conceptus & tota eſſentia*.

Conſpicua malignitas eſt, hominem, qui ſtatuit, ex decreto Dei, eoque liberrimo, res decretas & eventus futuros tales eſſe, ut per naturam Dei alii & alii eſſe potuerint, adeo ut quicquid ſit aut fiat, unice tale ſit ac fiat, quoniam libere voluit Deus ut id & tale eſſet, hominem, inquam, qui ita inſtituit, traducere tanquam Spinozæ ὁμόψηφον.

Nec *Spinozam ſine ullo judicio ſequitur*, quod æquum tuum & modeſtum de Burmanno judicium eſt §. IX. nedum *in iis*, ut addit tua illa Arminiana moderatio, *quibus Atheiſmi ſui venenum, ſed tectius paulo inſinuat: dum* totam rerum naturam non niſi unicum ens *eſſe affirmat* §. XI.

Non capio, quo pacto ab animo tuo impetrare potueris, ut virum, ſexcenties, imo univerſo Syſtemate, quid mi addo ſingulis verbis tum hujus ſcripti, tum reliquorum quæ edidit, Spinozæ dogmata ſubvertentem, ita atrociter calumnieris, doctrinam ei imputans, quam averſatus eſt, ut quam maximè. Quin ipſo hoc in capite, ex quo tu virus illud fuiſti expiſcatus, clamat contrarium illius quod accuſationis tuæ argumentum & ſumma eſt.

Utinam judicii heic duntaxat lapſus ſis, non amoris & omnis æquitatis ac juſtitiæ defectu. *Totam rerum naturam* quando dicit Burmannus, diverſum quid dicit cum Spinoza iiſdem uſo verbis. Hic enim *naturam* dicens, ipſum quoque Deum qualemcunque ſuum ea no-

tione complectitur. Tam *naturam naturantem quam naturatam*, ut loqui amant Poſthumorum editores. In eo Spinozæ venenum eſt: Burmannus autem prorſus aliter, utpote qui agnoſcit, docet, inculcat Deum ſubſtantia & eſſentia à rerum natura atque univerſitate diſtinctum, Deum æternum, totam rerum naturam in tempore factam. Id Limborgius ignorare utique non potuit. Sic enim Burmannus; *Cum omnia ea, quæ in creaturis ſunt, N.B. nullam naturæ aut eſſentiæ cum Deo cognationem habeant, liquido hinc ſequitur, omnes creaturas, quoad exiſtentiam, quoad naturam & eſſentiam earum, liberè à Deo creatas atque ordinatas eſſe.* Eodem libro Cap. XXII. X. Paragraphum ob oculos habuiſti. Res ita limpida & tanti momenti eſt, ut atrociſſimæ tibi calumniæ dicam non ſcribere, turpemque te ad palinodiam coram judice non adigere Doctiſſimos viri Clariſſimi filios, mirari ſubeat.

Imo Limborgi, *tota natura unum ens eſt.* Univerſitas una, unus mundus & unicus. Ex vero id dicit Burmannus, dicunt omnes, ille autem ὁ πάνυ ita circumſpectè, ut ſi vel prævidere falſiſſimam illam accuſationem tuam potuiſſet, haud potuerit circumſpectius. Audi Virum Cl. *Quamvis tamen Mundus hic unicus ſit, nihilominus diverſas partes ſuas habet, ex diverſo motu ipſi indito, quo omnia varie cientur, & varia corpora efficiunt, factas & coagmentatas. Ut unus ſit ex N.B. partium aggregatione, atque omnium inter ſe ordine & fine N.B. à ſapientiſſimo conditore conſtituto.* Quis obſecro abeſſe longius à Spinoza potuit: ſignate in iis, in *quibus*, Limborgio accuſatore, *Atheiſmi ſui venenum, ſed tectius paulo inſinuat:* adeo ut Limborgius aut miro ſcotomate percuſſus, aut αὐτοκατάκριτος calumnias evomuerit in virum ſupra laudem & invidiam, iſtiuſmodi ſaltem hominum, collocatum. Eat jam Limborgius & Clericum apud communes amicos à male-fida Philonis citatione abſol-

abſolvat, ſe autem ante omnia à calumniæ crimine liberet. Quod non commiſit tantum verum & auxit; eo quod ne quidem in operis Indice nomini laudatiſſimi Viri parcere verum id iterata vice proſcindere voluerit.

Atque hæc erant quæ de Λόγῳ adverſus Clericum diſſerenda, illiuſque occaſione, in præſenti tempeſtive dicenda è re Chriſtiana judicavi. Faxit Deus ut verbi divini virtus & majeſtas magis magiſque ſe exerant, & ſceptro Chriſti adſurgat quicquid ullibi eſt gentium!

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBRA
VERITATIS

Qua Irenopolitæ cujuſdam Ariani, innumeri, in citandis Scripturæ, Doctorumque, utriuſque Judaicæ & Chriſtianæ Eccleſiæ, contra Æternum & per ſe ſubſiſtentem ΛΟΓΟΝ auctoritatibus, errores aut falſitates, accuratè expenduntur.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

JOHANNI CASIMIRO

REGI POLONIÆ, MAGNO DUCI LITHUANIÆ, RUSSIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, LIVONIÆ, SMOLENCIÆ, SEVERIÆ, CZERNIHOVIÆQUE, NEC NON SVECORUM, GOTTHORUM, VANDALORUMQUE HÆREDITARIO REGI &c. &c.

Domino ſuo Clementiſſimo:

SERENISSIME & POTENTISSIME REX.

QUod à multis jam retrò elapſis maximè optandum erat ſeculis, quodque ad Chriſtianæ Reipubl. emolumentum, gloriam, decus & omnimodam felicitatem à tot Imperatoribus invictiſſimis, Regibus Chriſtianis, Catholicis, Fidei defenſoribus Augustiſſi-

Digitized by Google

LIBRA
VERITATIS

Qua Irenopolitæ cujuſdam Ariani, innumeri, in citandis Scripturæ, Doctorumque, utriuſque Judaicæ & Chriſtianæ Eccleſiæ, contra Æternum & per ſe ſubſiſtentem ΛΟΓΟΝ auctoritatibus, errores aut falſitates, accuratè expenduntur.

Digitized by Google

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

JOHANNI CASIMIRO

REGI POLONIÆ, MAGNO DUCI LITHUANIÆ, RUSSIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, LIVONIÆ, SMOLENCIÆ, SEVERIÆ, CZERNIHOVIÆQUE, NEC NON SVECORUM, GOTTHORUM, VANDALORUMQUE HÆREDITARIO REGI &c. &c.

Domino ſuo Clementiſſimo:

SERENISSIME & POTENTISSIME REX.

QUod à multis jam retrò elapſis maximè optandum erat ſeculis, quodque ad Chriſtianæ Reipubl. emolumentum, gloriam, decus & omnimodam felicitatem à tot Imperatoribus invictiſſimis, Regibus Chriſtianis, Catholicis, Fidei defenſoribus Au-

 guſtiſſi-

Digitized by Google

guſtiſſimis, Sereniſſimis & Potentiſſimis cruento bello, ingentique hominum clade deſiderari videbatur, id præſens hoc noſtrum ſeculum ſingulari Dei gratiâ, & in genus humanum beneficio, per unicum Sereniſſimæ veſtræ Majeſtatis Sacratiſſimum Elogium, incolumitate, pace & proximorum noſtrorum ſalute, conſequi poſſe videtur; Nempe Arianorum & Photinianorum ad Religionis Catholicæ reductionem. Jam dudum univerſæ Potentiſſimi & invictiſſimi Poloniæ Reges Glorioſiſſimi, Sacratiſſimæ Veſtræ Majeſtatis Majores & Anteceſſores, officii ſui memores præcipuè hoc etiam in animum induxerunt, ut non ſolùm vera hoc in Regno fides propagaretur, verùm etiam hoc Zizaniæ toxicum eradicaretur. Neque enim ſatis ipſis erat providere, ne quid omnium Auguſta hæc Polonorum Reſpubl. detrimenti caperet, utque ejus ſplendor indies augeretur; verùm etiam, quod omni prædicatione digniſſimum eſt, ſedulò inſtiterunt, ut ab hac peſtiferâ ſectâ ſubditorum animæ conſervarentur illæſæ. Atque hinc nunquam ſatis prædicabitur Divus ULADISLAUS IV. Rex Glorioſiſſimæ Memoriæ, Frater Sereniſſimæ Veſtræ Majeſtatis Dilectiſſimus, Dominus noſter quondam Clementiſſimus, qui tam ſolida & omnium firmiſſima hac in re jecit fundamenta, ut Prudentiâ ſuâ ac ſaluberrimis conſiliis, multò magis, quàm cœteri omnes Regum Potentiſſimi armis, Regnum Chriſti propagare videretur. Sciebat piiſſimus Rex per Dei gratiam,

tiam, ſe plus piis & ſalutaribus conſiliis effecturum, quàm ferro & innocentum hominum cruore effuſo. Nullis enim quamvis crudeliſſimis conſcientia vincitur tormentis: Nec ignem, nec cruentum ſentit ferrum, nec etiam ipſam omnium crudeliſſimam abhorret mortem. Omnes ſpernit divitias & dignitates. Orbem terrarum, deſerti vaſtiſſima loca permeat, vaſtum tranat Oceanum, profundum ejus petit, in ſummâ deſperatione ſperare docet. Fortunæ iniquitatem non curat, nec exilium; dum libera eſt, ubique bene eſt. Quod certè triginta abhinc annis hactenus, ſummo omnium cum dolore, potentiſſimorum Regnorum deſolatione, maximarum civitatum devaſtatione experti ſumus. Aliis laude quidem digniſſimis Glorioſiſſimus Rex Uladislaus hoc quæſivit mediis, tum dignitatem ornaturis, tum promoturis utilitatem. Progreſſus itaque, inſigne & admirabile, ad decus immortale ſuſcepit iter: Et niſi importuno crudeliſſimæ mortis ſufflamine impeditum iſtud fuiſſet, jamdudum veræ & Chriſtianæ Ejus charitatis fruges, non ſenſu, ſed ſalute feliciſſimè collegiſſemus noſtrâ. Hoc Ejus unicum & Sacratiſſimum erat deſiderium, ut non ſolum armis, (quibus tamen fines Regni Poloniæ longè latèque protulit, & ſummam omnium per univerſum terrarum orbem gloriam, atque famam conſecutus eſt immortalem) in omnium tranquilliſſimum Auguſtam hanc Polonorum Rempubl. conſtitueret ſtatum, verùm etiam, ut Hanc

Digitized by Google

Ratione, Conſilio, Providentiâ & Prudentiâ ſuâ, non gladio & ferro, ab omni animæ contagio tueretur & conſervaret. Sciebat Piiſſimus Rex, Apoſtolicum eſſe, validiſſimis rationibus, ſolidiſſimis argumentis, & verâ omnium ſeculorum Eccleſiæ doctrinâ conſcientiam convincere, non ferro aut cruento gladio eam cogere & perturbare. Hi qui in Auguſtâ hujus Regni Rep. aliquando vixerunt, aut adhuc vivunt, teſtabuntur, quantùm Libertatem, Salutem, Pacem & Auguſtiſſimam Ejus Gloriam ſalutaribus conſiliis, graviſſimis Judiciis, atque ſuâ propriâ morte Ejus incolumitatem conſervarit. Hujus verò laudatiſſimi Studii cum Sereniſſima Veſtra Majeſtas (ad hanc enim ſe jam vertit Oratio) non minùs, quàm Sceptri & Regni Hæres ſit, neque alienam eandem curam à Se putabit; immò prout cœpit, ſic & præſentibus impendere clementiſſimè dignabitur. Editus eſt hic, quem ſub Titulo cujuſdam Irenopolitæ Sereniſſimæ Veſtræ Majeſtati humillimè offero, ab Arianis vel Photinianis, Autoris ut & Typographi nominibus ſuppreſſis, libellus, in quo magnâ citatorum Scripturæ locorum, ut & Hebræorum quàm aliorum commentatorum farragine exploſum ſuum errorem, *Chriſtum non eſſe Æternum Λόγον*, probare conati ſunt. Materiâ itaque ſatis fusè pertractatâ, omnes ingenii & eruditionis ſuæ vires eò contulerunt, ut, novo prorſus modo, Articulum hunc *de Verbi, filii Dei æternâ exiſtentiâ* pervertereat, & venuſtioribus coloribus

ribus hunc ſuum errorem ornarent. Ex cujus ſummâ hæc naſcuntur pag. 4. quæ ad verbum ſic ſonant: *Ut ab ovo rem ordiamur, extrà dubium omninò ponendum eſt, nullum unquam genuinum Judæum vel per ſcmnium cogitaſſe, Meſſiam eſſe æternum, & per ſe ſubſiſtentem λόγον. Vetera Hebræorum, ſi quis excutiat monumenta, nihil in iis reperiet ad hoc commentum ſtatuminandum. &c.* pag. 6. *Non altiùs aſcendunt Hebræorum vetuſtiſſimi, cum de origine Meſſiæ agunt, nec ulla vola aut veſtigium occurrit in eorum ſcriptis, unde Meſſiæ æterna exiſtentia poſſit aliquâ cum ſpecie elici. Quæ autem à Galatino aliiſque ponuntur è Cabaliſtarum myſteriis & myrotheciis, ea dubiæ aut ſuſpectæ ſunt fidei, & in alium penitùs torquentur ſenſum contra mentem & ſcopum Scriptorum &c.* Pag. 7. *Recentiores ſi adeas Hebræorum Magiſtros, omnes ἄσπονδον bellum huic ſententiæ indixerunt, & altum apud illos ſilentium eſt de hoc Meſſiæ privilegio, quod ortus omnis expers ſit &c.* Pag. 22. & 23. *Sed & nullus veterum inter Chriſtianos tale quid unquam ſomniavit de Johanne: Videantur duo excultiſſimi in utrâque linguâ, Chaldæâ & Hebræâ, Origenes & Hieronymus, nunquam hoc commentum ipſis in mentem venit.* O mentes hominum perverſæ! O libidinem ingeniorum effrenatam & indomitam! Quid eſt, ſi non hæc eſt calumnia? Hiſce publicis ſcriptis & apertis nugis, non ſolùm miſeros ſuos aſſeclas

in

in æterni exitii barathrum præcipitant, verùm etiam Chriſtianos Catholicos ſimpliciores eodem errore inficiunt, perturbant, ſeducunt. Quid igitur conſilii? Nam hæc hæretica ſententia anathemate digna eſt; Vulcanone conſecrandum erit peſtiferum hoc ſcriptum? Abſit Potentiſſime Rex; feliciorem enim & magis ſalutarem rerum ſucceſſum ſperamus, ſi argumentis eos convincamus, & errantes rationibus in viam reducere annitamur. Multò melius, utilius, felicius & glorioſius putandum eſt, adverſarios noſtros publicâ ſuâ ipſorum convincere confesſione, & propriis telis conficere, & proſternere, quàm ferociſſimorum ac crudeliſſimorum leonum inſtar, in eos inermes & imbecilles irruere. Hic certè procedendi modus (juxta illud Hebræorum proverbium, הודאת בעל הדין כמאה עדים *hoc eſt, Confeſſio Actoris propria eſt inſtar centum teſtium*) non exiguam habiturus eſt & dignitatem & utilitatem: Multò melius eſt adverſario dicere, elige modum, quo te firmiſſimis argumentis, & ſolidisſimis rationibus proſtratum erigam, quam ut omnis generis tormenta excogitentur, quibus miſer à cœpto declinare cogatur. Hoc Diabolicum, illud verè Chriſtianum eſt. Vulnera enim medicanda ſunt, non lancinanda. Neque ſcuto aut gladio cruento pax Eccleſiaſtica, animarumque ſalus quærenda eſt, ſed ſalutaris olivæ ramus horto Eccleſiæ inplantandus, animiſque ferocioribus inſerendus eſt. Siquidem nemo malum malo ſanat,

ſed bono malum. Modeſtia & humanitas firmiſſimi ſunt Chriſtianæ charitatis cuſtodes. Quanquam Photinianis & Arianis nulla fidei & veritatis, nulla religionis & judicii cura eſſe videatur, ſatiſque atrociter in hoc ſuo futili ſcripto peccent, perverſam & damnatam hanc ſuam *de Verbo ſeu Sermone Dei* ſententiam (quam maximis convitiis & acerbitate hinc inde ſpargentes, Eccleſiæ Catholicæ doctrinam ſpurcis & horrendis blaſphemiis exagitant) defendendo, & ſuos in perpetuos errorum & dubitationum fluctus conjiciendo, ut tamen leniore informatione illi ab erroribus abducantur & rationibus in animo convincantur, Chriſtiana exigit Charitas. Præcipuè cum illi ipſi, quod patet ex ſuprà adductis illorum paragraphis, in hoc ſuo errore defendendo, ad judicia pariter & Chriſtianæ & Judaicæ Eccleſiæ omnium ſeculorum autoritatem & antiquitatem audacter ſatis provocent, ex eâque ſe convinci poſtulent. Quod quidem ipſorum petitum æquiſſimum eſſe, vel ex hoc fundamento videtur: Si enim à Chriſto, Domino & Salvatore noſtro aliquid, quod aut in Lege aut Prophetis fundatum non eſt; aut omnium ſeculorum Judaica antiquitas unanimi conſenſu non docuit, eſt prædicatum; Verus ille Meſſias eſſe non potuit: Quia hujus officium Legem implere, Scripturam ſolvere & aperire, perplexa ejus enodare, MYSTERIA USQUE AD MESSIÆ ADVENTUM VULGO ABSCONDENDA REVELARE, PRÆDICARE, ET PUBLICE DO-

CERE, fuit. Verùm cum longè clariùs horum omnium veritas, non ſolùm ex divinâ Scripturâ, ſed & tam Judaicæ quàm Chriſtianæ Eccleſiæ antiquitate, per omnium ſeculorum doctrinam confirmata conſtet: Sacratiſſimæ veſtræ Majeſtati, ſi humillimo meo petito, quod intra ſubjunctum clementiſſimè locum dare dignetur, ſanctiſſimè polliceor, me Divinâ adjutum gratiâ, clariſſimam veritatem ita iis demonſtraturum, ut ne ſol clarior meridianus eſſe poſſit. Atque ita ſpero, Sereniſſimam Veſtram Majeſtatem Eccleſiæ bono, Veritatis incremento; animarumque omnium ab hoc fundamento aberrantium ſaluti, ope & auxilio non defuturam, ſed ut Paternarum non minus, quàm Fraternarum Ditionum & Regnorum meritiſſimum Hæredem, Regiarumque Virtutum Glorioſiſſimam Ideam, ſemper clementiſſimè promoturam. Quâ ſpe fretus ſubmiſsè & humillimè, quod antea ſubjectiſſimè intendebam, rogo, ut lubricis hiſce Chriſtianæ veritatis hoſtibus Regiâ ſuâ Autoritate clementiſſimè demandare dignetur, quo certo in temporis ſpatio, quoſnam Hebræorum Theologos, genuinorum Judæorum catalogo inſerendos eſſe cenſeant, ſe declarent. Quod ſi facere detrectaverint, ſummæ Sacratiſſimæ Veſtræ Prudentiæ, Altiſſimoque Conſilio committo, quâ ratione huic fraudulentæ & in multarum animarum perniciem vergenti tergiverſationi, nefandis atque amaris, quibus Chriſtianam veritatem impune laceſſunt, Arianorum ca-

lum-

lumniis obviandum ſit. Quod ſi fecerit, & laboranti Eccleſiæ ſuppetias tulerit, ad hæc, quæ jam glorioſa Sacratisſimæ Veſtræ Majeſtatis in Auguſtam hanc Polonorum Remp. effulſerunt merita, & ſalutaria conſilia, majus etiam ex Eccleſiæ juvandæ ſtudio Gloriæ pondus accedet. Miramur illam omnium maximè memorandam, quam Sacratisſima Veſtra Majeſtas, ſtatim in ſuſcipiendo hujus Auguſtæ Reip. clavo contra ejus hoſtes, perfectisſimâ in omnium difficillimo caſu ſolertiâ, probavit Fortitudinem & Prudentiam, quæque ad Gloriam Sacratisſimæ Veſtræ Majeſtatis omnimodas illas Regias fortunas, pro Regni ſalute & pace conſervandâ deſpicientis, apud exteros palàm effulget, & divulgata eſt; Dum Sacratisſimam Veſtram Majeſtatem in ipſo Coronationis momento, Celſisſimum hoc ſolium relinquentem, pro Coronâ & Sceptro Regio, duram Galeam cruentumque arripientem ferrum, deſerti vaſtisſima loca, caſtrorumque terribiles acies, mortem denique ipſam, pro ſuorum vitâ & incolumitate ſubire paratam conſpeximus. Idque recolentes animo, quod de Codro Athenienſium Rege proditum eſt, ipſum ſponte ſe pro ſalute Reip. devoviſſe. Hac animi fortitudine cum pacem Reip. ſingulari felicitate reſtituerit, non dubitamus quin pari curâ Eccleſiæ bono animarumque ſeductarum ſaluti ſit clementisſimè proſpectura: Et eos, qui tot errantium animarum ſaluti operam navant, Regia Clementia fovere,

Digitized by Google

eorumque laborem promovere, non dedignatura. Eo fine levidenſe hoc munuſculum ad Sacratisſimæ Regiæ Veſtræ Majeſtatis pedes humillimè depono, eâ ſpe ſuffultus, fore ut clementisſimo vultu illud reſpiciat: Nec quàm exiguæ molis ſit, ſed quàm magnâ in Sacratisſimam Veſtram Majeſtatem devotione, in Eccleſiam verò pietate procedat, exiſtimet. Deus Ter O. M. Sacratisſimam Veſtram Majeſtatem & Eccleſiæ & Regni ſubditorumque bono & incolumitati quàm diutisſimè in terris ſuperſtitem faciat.

Sereniſſ. & Potentiſſ. Veſt. Majeſtatis

Subjectiſſimus

J. S. RITTANGELIUS.

Digitized by Google

Ad Benevolum Lectorem.

NOn dubito, Benevole Lector, quin admiraturus ſis, nos in hujus ſcripti examine & ſolidâ refutatione fuiſſe aliquantùm prolixiores; cum tamen unica hæc periodus, ad id refutandum ſuffeciſſet; nempe Nullo apice ex omnibus Chaldæorum in Scripturam S. Commentariis probari poſſe eos per τὸ Memra Jehovæ hoc eſt [Verbum Jehovæ] intelligi voluiſſe actiones Dei merè Spirituales, affectus vel attributa ſoli Deo propria, vel per ἀνθρωποπάθειαν Deo adſcripta, aut creatum aliquem Angelum, vel Hebræorum דבר (Sermonem Propheticum vel oré prolatum, aut verbum ſcriptum propriè & genuinè ſignificans) aut viſionem Propheticam, aut quidvis aliud, quod hic Irenopolita in hoc ſuo ſcripto intelligi vult; ſed ſemper & ubique ipſum Summum Jehovam, omnium creatorem. Cauſam prolixitatis hanc habe: Irenopolitanus Antagoniſta noſter multa Scripturæ loca accumulat, quorum pleraque ſunt ejuſdem commatis & tenoris. Ut autem Antagoniſtæ noſtro anſa rudioribus & imperitioribus Aſſeclis ſuis perſuadendi falsòque jactandi præcideretur, ad loca refutatu faciliora à Nobis aliquid reſponſi eſſe repoſitum, prætermiſſis difficilioribus, ulcuſque preſſiùs tangentibus, noſtri officii ratio exigere viſa eſt, ut adductis ſingulis dictis, ſingulari reſponſione occur-

occurreremus, & ita eandem cantilenam ſæpiùs repeteremus. Principio rerum omnium præmonendus eris Lector benevole, injurium hocce ſcriptum execrandis nugis repletum, ſuppreſſis tum fabricatorum, tum mentitis Typographi & urbis in quâ Typis exſcriptum eſſe, perſuaſum te cupiunt, nominibus, quod deſperatæ cauſæ indicium eſſe ſolet, in lucem prodiiſſe, cognomine Irenopoleos ſuppoſito; Ideòque fictitio hocce Irenopolitæ *nomine formalia ejus inſignire volui.*

Non

Digitized by Google

NOn tam ager laudatur, qui culturam uberrimis fructibus rependit, quàm damnatur, ſi commiſſum nobileque ſemen enecat, & pro deſideratis proventibus, vile lolium & ſteriles producit avenas. Non abſimile forſan Benevolo lectori videbitur, ſi hoc ad homines referamus. Hujus rei omnium ſeculorum, omnes regiones, nationes, provinciæ, urbes & populi exempla ſatis teſtimoniorum nobis reliquerunt, ubi cœleſtis ille Agricola diverſarum ſcientiarum & divinarum ſuarum doctrinarum dona, in hoc Eccleſiæ ſuæ agro magna quadam liberalitate effundit, & jam ſalutares fructus & deſiderati ſperantur proventus, Ecce! infœlix lolium variè noxiarum hæreſium demetimur. Cujus ne aliena exempla longè petitum eamus; Proh dolor! domeſtica ſuppeditant Polonia & Boruſſia hæc noſtra Gedani, Regiomonti, Mummelii &c. quibus accedit præſens hic deplorandus caſus & infortunium cujuſdam Irenopolitæ; quem cum ab infantia ſalutaribus & maternis uberibus ſancta Mater Eccleſia ſucco & ſanguine ſalutarium doctrinarum imbuiſſet, optimam ſpem de eo concepiſſet, Ecce! variis execrandarum hæreſium dogmatibus nutriculam hanc ſuam inficit & infeſtat. In promptu eſt *Diſceptatio* ejuſdem *de Verbo vel Sermone Dei* injuriarum & criminum plenâ; in qua, cum ille, propoſita ſibi materia, ſatis fuſè pertractata, veros Chriſticolas miris proſcindit convitiis, veram & ſalutarem ab ipſo Salvatore, per Apoſtolos, & eorum diſcipulos nobis traditam doctrinam, nominitat perverſum ſcelus, mira ſomnia, monſtroſam opinionem, & neſcio, quæ id genus alia ſcommata affingat, dum æternum λόγον, Meſſiam & humani generis Salvatorem eſſe nos docet. Miſereberis tui, ô Irenopolita! ut æquor naufragi. Quid tibi confert hæc tua tam ferina inhumanitas & rigor inflexus contra dulciſſimam matrem tuam, cujus aliquendo ſalutaria ubera ſuxiſti? Quid horror iſte ſupercilii? Quid in ſanctos viros tanquam in latronum irruis inſidias, & quidem inermis? Quæ unquam alia, veræ & Catholicæ, tam Judaicæ quàm Chriſtianæ Eccleſiæ dogmata fuerunt, ſi omnia retro ſecula, ante & poſt Chriſtum natum reſpicias? Dum Sacræ Scripturæ ſacratiora vis tractare & ſecretiora ejus pandere

aut docere; cur hanc tuam ab infamia incepiſti & cum infamia finiſti diſceptationem? Humilia te, magnarum enim virium eſt clavam Herculis extorquere de manu. Cede ingenita Hæreticorum levitas firmiſſimæ petræ, adverſus quam ne portæ quidem inferni prævalebunt. Audi flagitioſa vanitas ipſam veritatem, & tandem attende, ſiquidem longè aliud edoceberis. Ne glorieris, ne jactes! Vis contendere, diſcere docere? Si docere vis, ſtultiſſimum eſt docere, quod noverit ille melius, quem doceas. Si diſcere cupis, concedat tibi VERBUM JEHOVÆ ut audias, & audiendo taceas, & tacendo intelligas, atque poſtquam intellexeris, tandem loquaris. Si contendere deſideras; Rideo advocatum, qui patrono egeat. Nos te impudicum nugatorem, qui tantis execrandis blaſphemiis ſuaviſſimam matrem tuam aggrederis, & abſque omni verecundia, quicquid tibi in buccam venerit, aliis affingis, convincemus. Tuum erit patientes adhibere aures. Non enim de adverſario victoriam, ſed contra tuas nugas quærimus veritatem. inanis eſt hic labor tuus, multiplex enim hæc tua teſtimoniorum ſcripturæ congeries, noſtræ parti proficit, tuis ipſius te adoriemur telis. Oſtendemus; quod nihil nobis tuis figmentis, nec tanta hac tua ſcripturæ locorum ſilva demas aut addas: ſed totum tribuas. Uti breviter videbis. Priuſquam autem rem ipſam aggrediemur; Dic nobis, quid commiſimus, quod nos appendicis loco relictos tanquam ſcopulum, procellis obtrectationum tuarum expoſueris? Cur omnes argutiarum tuarum ſtrophas, vulpecularumque ſcholaſticarum inſidias contra nos exponis? Verum ſi ipſi genitrici tuæ non peperciſti, nec nobis parces. Quid ergò mirum, ſi contrà nos in ſcientia pedarios, pediſſeques ſues grunniant, cum omnium doctiſſimi virorum ſuos habuerint æmulos, feriantque ſummos fulgura montes? Sed inſpice adhuc ſemel tua erga nos humanitatis verba. *Ex hoc locorum catalogo facile perſpicere poterit æquus rerum arbiter, quàm mira ſomnia ſibi fingant homines monſtroſa hac opinione ſemel faſcinati, & quàm vanè jactet* Rittangelius *pag.* 96. *in ſuis notis ad librum* Jezirah, *loca illa, in paraphraſi Chaldaica* (*ubi ſcilicet mentio fit* Memra Jehovæ) *firmiſſima fidei ſuæ contra Judæos & Antitrinitarios propugnacula ſuppeditare: Eaque occaſione promit diſcurſum, quem narrat ſe habuiſſe cum quodam Antitrinitario, Viro in linguis Orientalibus peritiſſimo, cui tres ineptas affingit exceptiones; & tandem ad incitas redactum ſibi palmam ceſſiſſe nugatur his verbis:* Niſi verba hæc alium admiſerint ſenſum actum eſt de nobis: Veſtræ enim fidei firmiſſima propugnacula inde ſuppeditari videntur. *Ubi quæſo frons tua Rittangeli? Certè Virum in linguis Orientalibus verſatiſſimum, tale quid confeſſum eſſe nemini*

pru-

prudentiori perſuaſeris. Cur nomen viri ſupprimis? Nimis ubique ſe prodit arrogantiæ tuæ typhus, quàm ut modeſtiæ tribuas hoc ſilentium. Si bona fide agere volueris, oſtende virum & facile ſupercilium iſtud tuum retundet. Habebis hic quoque argumentum, in quo acumen tuum Cabaliſticum exercere poteris: Vel ſi hoc obtuſius fuerit, Capellus forſan è Salmurienſi Bibliotheca Pugionem *porriget ad nodum hunc diſſecandum. Sed & hunc à Judæo converſo plumbeum eſſe uſum, ubi è vagina fuerit eductus, eventus minimè fallax docebit.* Hæc ſunt illa tua erga nos humanitatis verba, quibus hoc tuum injurium ſcriptum claudis. Quid nunc vis, ut ad hæc faciamus? Tacendumne eſt, & vocem pectori negandam putas? Minimè gentium. Per capita tuos percurremus errores. Si enim tacuerimus, crimen agnoſcere videbimur. Si loquamur, terres nos tuo Salmurienſi pugione. Non curamus, quamvis in hac tua diſceptatione colubri inſtar, huc & illuc, ne ferireris, transferas caput: Et interim homo politicus, ad omnia verſutus, ſummè eloquens arte Rhetorica ludis, ſimulans te præterire quæ dicis, ut quæ objecta probare non poteras, quaſi dicta ſimul & prætermiſſa facias criminoſa. Hæc eſt in hac tua diſceptatione ſumma tua ſimplicitas, ut nullo in loco rectà tendas curſum, ſed ubique animus totus eſt ambiguus. Et vel ſic, vel aliter poſſe intelligi, quævis paraphraſtarum dicta, tam ſecurè aſſeris, cum unum & ſimplicem habeant eorum verba intellectum. Verum dic in quo te læſimus? Quia te in noſtro Jezira laudibus dignum eſſe putavimus? Eſto! nos de te ſomnium habuiſſe glorioſum, verecundiæ tuæ fuerat atque prudentiæ diſſimulare, & non quaſi magno teſtimonio, aliorum ſomnio gloriari. Ecce nos humiliter reprehendendos offerimus; Tu te laudatum eſſe congeminas. Nos te laudibus exornavimus: Tu omnes ingenii tui nervos intendiſti, ut nos mendaces eſſe aliis perſuaderes, cum tamen nihil fermè horum, quæ tu in hac tua diſceptatione ſcripſiſti, ſpeciem aliquam Veritatis præ ſe ferat. Sed eſto, ſit ſomnium; ſomniis non eſt credendum. Delictum hujus ſomnii noſtri, quod tu quidem ipſe à nobis commiſſum eſſe putas, non nos præcipitabit ad æterni exitii barathrum: Nec hæc Martyrii Corona, quam pro injuriis à nobis tibi illatis adeptus es, te ad æthereæ regna evehet. Quoties opulenti regiis inceſſimus veſtibus, apertis oculis repente antiqui eramus pauperes illi Rittangelius & Irenopolita? Quoties eſurientes & ſitientes ingentia flumina, immenſum abſorpſimus pelagus, ſummève ſplendidis & maximè lautis interfuimus conviviis, expergiſcentes contabefacti ſiccis faucibus ſitiebamus vel eſuriebamus? Non diutius te detinebimus, dicamus quod res eſt. Honoris gratia te appellavimus peritiſſimum imitari morem

 in

in Polonia receptum, ubi ruſtici in jus vocati vocitantur, *Pracowici* (*laborioſi*,) cum tamen maxima illorum pars ſæpe pigritia ſua ſuperet animal illud auritum & rudendi potentia præditum: Sic & tu *Strabo*, inter cæcos tuos aſſeclas dux, videri diceris. Cæterum quæ eſt iſta tua prudentia, quod accuſatus ab aliis, alios accuſas? Si a me provocaris, cur tergum mihi obvertis? Dicis exceptiones tuas contra nos adductas eſſe ineptas, & a me tibi affictas? Dic quare & unde hoc ſcias. Cur illarum ineptias non probas? Forte quia in hac tua diſceptatione, ubique fermè iiſdem etiam contra nos pugnas? Putabamus quidem fortiori & ſolidiori reti à te conſtringi, ſed tu nobis eaſdem iterum aranearum opponis telas. Vociferare, Clamita per plateas & angulos civitatum, inclama omnes tuæ ſectæ aſſeclas, nos monſtravimus in noſtris notis ſuper librum *Iezirah*, exceptiones tuas eſſe ineptas, nec a me tibi affictas, vel hinc patet, quod paſſim per univerſum hoc ſcriptum tuum iiſdem iterum utaris, Loquere ut vis, argumentare ut libet, nunquam mihi hoc extorquebis, quod publica veritas ſemel adeoque ſemper concedit. Nam hæc de tua officina propria procedunt. Si ineptas eſſe tuas has exceptiones ipſe dicis, & aliquot centum locis in hac tua *diſceptatione De verbo ſeu Sermone DEI* hoc probas; Et ego hos dico, ſicut in meis notis ſuper librum Jezirah, ita etiam in mea hac veritatis libra demonſtravi; quæ ergo tibi falſæ accuſationis cauſa ſuperfuit? Quid profuit tua hæc tam injuſta aſſertio? Proba tu aliud, ſi non Verum & rectum eſt, quod Ego & tu ſcripſimus. Tam diu haberis malus, quam diu probaveris contrarium. Nam pro familiari tua temeritate contra te ipſum pro me pugnas, mihi quidem innocenti aperte calumniam & injuriam faciendo, tibi vero ipſi calumniæ & injuſtitiæ notam juſte imponendo. In teipſum crudelis es. Quod ipſum facinus tu commiſiſti, nobis affingis. Atque hoc ſingulari tuæ prudentiæ dictum eſto, ut caveas impoſterum in alios dicere, quicquid in te ſtatim retorqueri poteſt: Ne per feſtucam, quam alterius oculis ineſſe tibi imaginaris, tua tibi demonſtretur trabs. Neſcio quomodo tu, qui alias acutus & prudens videri vis, ad has ineptias devolvaris, ut dum alios ſtultos eſſe putas, te ipſum ſtultum eſſe demonſtres. Tales ne tandem, in ſtulta Veſtra Philoſophia inconſtantes & vecordes habetis Martyres, qui non dicam factis, ſed ſcriptis tantummodo ſuis nomina ſubſcribere verentur? Si tuum tibi placuit reticere nomen, cur loci, in quo, & Typographi, a quo *hæc tua de verbo ſeu ſermone DEI diſceptatio* excuſa eſt, ſupprimis nomina? In noſtris ſcriptis, nomen non tantum noſtrum, ſed & locorum, ubi; atque Typographorum, à quibus excuſa ſunt, invenies nomina. Irenopolitanum te vo-

Digitized by Google

cas civem, verum minùs convenienter. Rectius vocaris Eridopolita, ſic enim nomen rebus conveniret. Nam farrago tua haud obſcurè prodit mentem rixandi avidiſſimam. Verum credimus menti tuæ calamum præcurriſſe, teque pro Eridopolita, Irenopolitam ſcripſiſſe. Proinde erratum hoc, præcipitantiâ commiſſum, facilè tibi condonamus. Sed quicquid ſit, hoc tibi perſuadeas velimus, animum noſtrum à rixandi ſtudio eſſe alieniſſimum, teque indignum à nobis haberi, quocum contentionis ſerram reciprocemus. Et quamvis non deſint, qui nos ad ſcommata tua vindicanda impellunt, tamen ſatius eſſe credimus, ſi maleficium beneficio compenſantes, te errantem in regiam veritatis viam reducemus. Quod verò rem geſtam negare vel fictam, ex eadem nominis ſuppreſſione probare conaris, quandoquidem hæc, te ſolo teſte, ad cujus teſtimonium provocare nolimus, ſemotis aliis arbitris, geſta ſunt; Agedum, infectum hoc factum ſit, concedimus, nos te proſtratum erigimus, ac de novo in arenam provocamus; Experiamur, num noſtram deſideres frontem, nevè tibi noſtrum ſupercilium retundendi occaſionem ſubtrahi, queri poſſit. En ſcopum & ſignum nos tibi ſiſtimus, in quos ſagittas, tuæ, in linguis Orientalibus peritiæ jacias: Locum amico colloquio deſtinandum elige, tibi optionem cedimus, Gedani ne magis, quàm Regiomonti placet, cum conſenſu Potentiſſimi Poloniæ &c. &c. Regis, Sereniſſimi Electoris Brandenburgici &c. &c. ac Nobiliſſimæ & inclitæ Gedanenſium Reipublicæ, diem colloquio dicere parati & prompti ſumus. Cauſæ noſtræ veritatem, ex æquo & bono, defendemus. Et ſi placet, adjungas tibi omnes totius Orientis & Europæ Hebræorum ſapientes, omneſque è ſecta tua Photiniana ſeu Arriana ſelectiſſimos, certò tamen comperies, omnes Vos, nobis, noſtrorumpue ſcriptorum veritati nihil ademturos, ſed, ut ſupra diximus, omnia conceſſuros. De his ſatis. Non contemnendo nunc huic muneri manus injicienda eſt. Alea enim jacta, arbore cæſa, edicto proclamato, tuæ ſectæ addictorum judicia, & argutiarum tuarum novaculam ſubituri ſumus; æqua laturi fronte & mente, fœlicitatem tentabimus, aſperitatem ſuperabimus.

 IRENO-

Digitized by Google

IRENOPOLITA.

DIſceptatio de Verbo vel Sermone DEI, cujus crebertima fit mentio apud Paraphraſtas Chaldæos Jonathan, Onkelos & Thargum Hieroſolymitanum.

Cum haſtenus ſtrenuè deſudaverint Trinitatis vulgò receptæ aſſertores, ut ex Veteris Inſtrumenti locis extetebrarent æternum λόγον, ejuſdem quidem cum Patre & Spiritu S. eſſentiæ, ſed tamen ut perſonam per ſe ſubſiſtentem, à Patre & Spirtu S. diſtinctam, quia tamen ubique ſibi aquam hæreſe animadvertunt, & in nullo loco Catholicum interpretum ſuorum conſenſum oſtendere poſſunt, uti ex diverſis & ſæpè contrariis eorum ſententiis, quas noſtri alibi coacervarunt aliquando, ſi Deus annuerit, liquidò conſtabit; hanc nobis λογομαχίαν movent Antagoniſtæ, ut evincant, veterum Judæorum & inprimis Thargumim Chaldæorum ſententiam fuiſſe, Meſſiam ejuſmodi eſſe λόγον, uti initio deſcripſimus; atque Joannem Evangeliſtam eò reſpexiſſe, cum cap. 1. hanc nomenclaturam λόγυ D. Jeſu tribuit. Primus hoc argumento inprimis uſus eſt Galatinus; hujus veſtigiis inhæſit Pleſſæus in Diſputatione ſua adverſus Judæos, nuper D. Vechnerus, & ingenioſiſſimus D. Heinſius in ſuis annotatis ad cap. 1. Johan. Unde figmentum hoc de interno, æterno Deoque naturali Verbo originem traxerit, non facilè quis dixerit. Sæpius in Alcorano D. Jeſum (ibi Jeſe dictum) vocant Verbum vel Sermonem Dei, omniſque Sermo Dei in eo eſſe dicitur. Vidè Epiſtolam Rabbi Samuelis ſcriptam ad Rabbi Jſac ante quingentos annos; Ubi quædam ex Alcorano pro Chriſtianis citantur. Horum quoque Druſius meminit in ſuis præteritis. Ut ab ovo rem ordiamur, extra dubium omninò ponendum eſt, nullum unquam genuinum Judæum vel per ſomnium cogitaſſe, Meſſiam eſſe æternum & per ſe ſubſiſtentem λόγον. Vetera Hebræorum ſi quis excutiat monumenta, nihil in iis reperiet ad hoc commentum ſtatuminandum.

RITTANGELIUS.

Hic in ipſo limine offert ſeſe iſte nodus, quem ſolvi non poſ-

ſe nu-

Digitized by Google

ſe nugaris, atque pugionem, ut diſſecetur, è *Gallorum Salmuriâ*, transferendum eſſe opinaris. Poſſemus te hic optimo jure contemnere, aſino quippe lyra ſuperfluè canit, cum *extra dubium omninò ponendum eſſe dicis, nullum unquam genuinum Judæum vel per ſomnium cogitaſſe Salvatorem humani generis eſſe æternum Λόγον.* Ne tamen nos arrogantiæ ſtimulis agitari arguas, hanc pro reſponſo habeas quæſtionem: An Autores Thalmudici ſtudii, vel illos qui hoſce præceſſerunt, & quorum ſcripta Thalmud citat & approbat, vel illos, qui poſt divulgatum Thalmud ſcripsêre, habeas pro genuinis Judæis? Tibi optionem cedimus. Agedum præmeditatus explica tuam mentem. Quo facto: Nos tibi haud difficulter hanc noſtram de æternâ Meſſiæ ſubſiſtentiâ doctrinam probabimus. Verùm non opinionibus, quia opinio verſatur circa illa, quæ ſe aliter habere poſſunt, ſed autoritatibus. Nec utimur argumentis Galatini, quem nunquàm vidimus aut legimus; neque diſputationibus Pleſſæi; nihil nobis cum Vechnero, Heinſium non novimus, Rabbi Samuelis Epiſtola nobis ſuſpecta eſt. Rogamus tamen, ne in pejorem interpreteris partem, priùs à vobis tale poſtulari, quàm ad hoc à nobis reſponderi. Nos enim non latet verſutia Arrianorum & Photinianorum, nunquàm vel raro, ut par eſt, ictus repellentium; ſed ut plurimùm negativè reſpondentium. Quod etiam factum eſſe experior in illis, quæ de meis notis, ſuper librum Jezira, allegantur, ubi inſimulor trium ineptarum exceptionum à me tibi affictarum. Dicis quidem, ſed ſine omni probatione: inſtar Æſopicæ, ut dictum eſt, vulpeculæ, quæ nullis decidentibus pyris, illa auſtera eſſe dixit. Et talis modus apud veſtrates non eſt infrequens. Quoties enim jugulum veſtrum peti, voſque ſolidè reſpondendi facultate deſtitutos animadvertitis, inepta, puerilia & futilia eſſe, vel rem alium habere ſenſum, impudenter clamatis; & ergà ſimpliciores talibus vos jactatis verbis: Rem firmiſſimis argumentis & inconcuſſis rationibus refutavimus, adverſam partem mirè exagitavimus, ut ubi pedem figant, vix inveniant. Errorem evidenter convicti nihilominus dicere non erubeſcitis: *Non tanti ponderis horum autoritas apud nos debet eſſe, &c.* Conſtat id teſtimonio hoc tuo, mi Irenopolita. Sanè non abſimiles eſtis militi illi, qui ob grave crimen ſuſpendii pœnâ afficiendus, nullam in totâ ſylvâ potuit invenire arborem huic negotio ſatis habilem. Nam in hâc hoc, in aliâ aliud deſideravit. Ea propter iterum rogo, ut manifeſtè illorum edas nomina, qui genuinorum Judæorum catalogo digni habeantur, quo facto voti te compotem reddere nobis non erit difficile.

IRE-

IRENOPOLITA.

In Thalmude Babylonico, ubi de ortu ſeu antiquâ proſapiâ Meſſiæ agunt, nihil excelſius illi tribuunt, quàm ante conditum mundum nomen Meſſiæ creatum eſſe. Hoc modo recenſet inter ſeptem ante mundum creata etiam nomen Meſſiæ, his verbis in Tract. a) Peſachim cap. 4. *Septem creata ſunt ante mundum conditum*, videlicet, *Lex*, *Reſipiſcentia*, *Gan Heden ſeu Paradiſus*, *Gehenna* vel *infernus*, *Thronus gloriæ*, *Domus Sanctuarii & nomen Meſſiæ*. Lex ideò, quia ſcriptum eſt; b) *Dominus poſſedit me principium viæ ſuæ*. Reſipiſcentia juxta id: c) *Antequam montes nati erant*. Gan Heden, quia dicitur: d) *Plantavit Dominus hortum in Eden ab Oriente*, vel *antè*. Gehenna, prout ſcriptum eſt: e) *Ab heſterno die vel antè ordinatum eſt Tophet.* Thronus gloriæ & Domus Sanctuarii juxta illud: f) *Thronum gloriæ elevatum antea, locum Sanctuarii noſtri.* Nomen Meſſiæ, ſicuti dicitur g) *Ante Solem primum nomen ejus*; quem locum perperam ad æternitatem Λόγου trahunt, prout alibi à noſtris in examine iſtius loci ſolidè demonſtratum eſt. Integrum hoc Thalmudicum dictum inſerere placuit, ut appareat non alio ſenſu nomen Meſſiæ dici creatum eſſe ante mundum, quàm ſex præcedentia. Senſum ejus faciunt Hebræorum interpretes hunc; quod Deus ante conditum mundum decreverit hæc condere, & Meſſiam mittere, eumque in finem adferunt axioma; *Quod prius intentione, poſterius executione.* Vide R. Salomo Jarchi ad iſta loca, Cozari. R. Jacob. F. Schelomo in Bet Iſraël ad Nedarim cap. 4. &c.

RITTANGELIUS.

Antiquus ſermo eſt; Mendaces faciunt, ut nec vera dicentibus quidem credatur. Miramur & hic tuam audaciam, te hunc locum nobis opponere, ac ſi illum ipſemet in Thalmude Babylonico legiſſes, cum tamen eum nunquam videris. Tune, qui in proſa vel communi lectione Hiſtoriæ Ebraicæ adeò perfectus es, ut Hebræi te putent Græca legere, nunc ſecretiora Thalmudici ſtudii explicare, & perplexa ejus enodare conaris; Cum tota tua tam ſpacioſa ſcripturæ allegatorum dictorum ſylva teſtetur, te ne gry quidem in Chaldaicis ſcire? Hunc locum, mi Irenopolita, non de ortu *Verbi Jehovæ*, Patri conſubſtantialis & coæterni &c. ſed de officio Meſſiæ diſpoſitionis myſterio

a) Nedarim cap. 4. b) Prov. 8: 22. c) Pſ. 90: 2. d) Gen. 2: 8. e) Eſa. 30: 33. f) Jerem. 17: 12. g) Pſ. 72: 17.

Digitized by Google

ſterio agere; ſole meridiano clarius eſt, idque omnium Judæorum ſcripta teſtantur. Vide Rabbi Simeonem filium Jochoæ, lib: ſplendoris, & eundem, ſupra Eſa. Prophetam, Autorem.

IRENOPOLITA.

Eodem ſenſu ad divinum decretum referunt in Bereſchit Rabba, cum ajunt ad Gen. 1. 3: *Et Spiritus DEI incubabat aquis*, per Spiritum Dei intelligi poſſe animam vel Spiritum Meſſiæ; vel quia omnes animas ante conditum mundum à Deo creatas eſſe ſtatuunt: Vel juxta Baal Thurim, quia vocabula hæc Hebraica *Varuach Elohim Marchaphat*, *& Spiritus DEI incubabat*, eundem numerum conficiunt quæ *Ruche Schel Melech hammeſchiach*, *Spiritus regis Meſſiæ*. videl. 1034.

RITTANGELIUS.

Novas te hic finxiſſe nugas re ipsâ facillimè probari poteſt. Ubinam in Bereſchith Rabba dicitur per *Spiritum DEI, aquis incubantem, poſſe intelligi animam vel Spiritum Meſſiæ?* Noli te ita proſtituere, ut contraria ſemper affingas autoribus à te citatis. Bereſchith Rebba non dicit intelligi poſſe per *Spiritum DEI*, &c. *Animam Meſſiæ*; ſed intelligi debere. Hinc cadit tua ſententia, quod putas Bereſchith Rabba hæc referre ad divinum decretum. De creatione animarum, ne quæsò judices Ebræorum ſcripta, priusquam illa, non dicam intelligere, ſed legere ad minimum diſcas. Hunc enim locum, *de ſeptem ante mundum creatis* in Thalmude Babylonico, & hoc Judæorum axioma (nempe *quod prius eſt intentione, eſt poſterius executione*,) & cœtera, quæ in hoc, & in præcedente paragrapho infers, non tu ipſe in eorum Hebraicis ſcriptis legiſti, ſed ex Munſteri annotatis deſcripſiſti. Sed audi, an neſcis, quod gloriam alienam ſibi vendicare ad vim pertineat? Baal Thurim quod attinet: ſcias Ebræorum Scriptores varios habuiſſe modos ſecretiora ſua abſcondendi & exprimendi. Quidam brevitate verborum ſimplici & perſpicuâ, rem docuerunt, alii luſu anagrammatico minus perſpicuè, quidam Arithmetica ſupputatione magis ingenioſè, alii aliâ methodo. Nec fas eſt dicere ſingulos peculiari modo doctrinæ ſuæ autoritatem conciliare voluiſſe: Siquidem non eſt reſpiciendum, quomodo & quâ ratione quis, ſed quid doceat. Ipſa doctrina per ſe eſt rei fundamentum; non docendi modus. Rabboth hanc Doctrinam, *Spiritum DEI, aquis incubantem, eſſe Spiritum Regis Meſſiæ*, ſimplicibus nobis proponit verbis: Baal Thurim, per Arithmeticam ſupputationem. Hic ætate poſterior, alter prior.

IRENOPOLITA.

Non altius adſcendunt Hebræorum vetuſtiſſimi, cum de origine Meſſiæ agunt; nec ulla vola aut veſtigium occurrit in eorum ſcriptis, unde Meſſiæ æterna exiſtentia poſſit aliqua cum ſpecie elici. a) Quæ autem à Galatino aliiſque ponuntur è Cabaliſtarum myſteriis & myrotheciis, ea dubiæ aut ſuſpectæ ſunt fidei, & in alium penitus torquentur ſenſum contra mentem & ſcopum Scriptorum. Nec ab hoc perverſo zelo excuſari poteſt Buxtorfius, vir aliàs de Hebraicis optimè meritus, qui ad locum Gen. 18.2. Trinitariis palmarium, verba duo priora Aben Ezræ omittit, videlicet *Tohe ruach*, *hæretici vel amentes aſſerunt, quod Deus ſit trinus perſonis, unus & trinus, & non ſeparati.* Buxtorfius pervertit in *quidam dicunt &c.* quaſi hæc eſſet ſententia quorundam Rabbinorum. In Lexico Majori ad vocem Taha integrum producit locum, oſtenditque Aben Ezra hanc ſententiam Chriſtianorum, ut hæreticam & ſtolidam repudiare. Plura ejuſdem farinæ apud hunc aliosqve Chriſtianos Scriptores invenire poterit ſedulus lector. Quantò ſatius eſſet ignorantiam ſuam vel infirmitatem cauſæ ſuæ agnoſcere, quam à falſis & ſuppoſititiis teſtibus patrocinium illi quærere. Et ſanè ſi Cabaliſticis hîc ſtandum ſit teſtimoniis, eodem jure Judæus contra Chriſtianum evincere poſſet, animam Eſavi migraſſe in D. Jeſum; quia nomen *Ieſchuah* eaſdem & totidem continet literas cum nomine *Heſau* plenè ſcripto; ſicuti iſto argumento pugnat Abarbinel ad Eſai. cap. 35. ut probet Jeſum noſtrum eſſe ex Eſavi poſteris, atque Chriſtianos eſſe Idumæos. Si ulli mortalium magno conatu magnas nugas agunt, atque in re ſeria ſacraque ludunt, certè Cabaliſtæ in primo ponendi ſunt ſubſellio. Indicium deſperatæ cauſæ eſt ab ejuſmodi inſulſis nugivendis ſubſidium fidei ſuæ petere.

RITTANGELIUS.

Ad hæc jam ſupra reſponſum eſt. Quod verò dicis, *Nec ab hoc perverſo Zelo excuſari poteſt Buxtorfius, vir aliàs de Hebraicis optimè meritus &c.* Vah! quàm diſertus & elegans es, in accuſando ſimul & laudando Buxtorfium. Sed elegantior adhuc es nugas tuas vendendo. Verùm noli mihi Oratorum floribus ludere, per quos imperitorum & puerorum conaris decipere aures. LOCUM TRINITARIIS PALMARIUM! Hoc certè verborum floſculo, tuum tam apertum & impudens larga-

gis

a) *Galat. lib. 1. c. 3. Lib. 3. cap. 3. 4.*

gis venditare mendacium. Sed ad rem. *Buxtorfius*, inquit noſter Irenopolita, *verba duo priora Aben-Ezræ omittit videlicet Tobe ruach* (*Hæretici vel amentes*) *aſſerunt, quod Deus ſit Trinus perſonis, Unus & Trinus, & non ſeparati. Buxtorfius pervertit in* (*quidam dicunt*) *&c. quaſi hæc eſſet ſententia quorundam Rabbinorum.* Audi mi Irenopolita: ſi dicis Buxtorfium has duas voces *Tobe ruach* omiſiſſe, cur dicis, illum pervitiſſe? ſi hoc dicis, illud tacere debes. Si enim ille, ut tu ipſe, falsò quidem, in ſequentibus dicis, loco harum duarum vocum, alias, nempe *quidam dicunt,* ſuppoſuit; cur dicis in prioribus illum planè omiſiſſe? Vel ubi tu legiſti Buxtorfium hæc *Tobe ruach* (*errantes Spiritu*) pervertiſſe in (quidam dicunt?) Biblia enim non ſunt Buxtorfii Biblia, ut vel tu, & reliqua imperitorum turba ſibi imaginantur, ſed vetera illa Venetiana typis Academiæ, cujus membrum ille erat non poſtremum, tantum recuſa. Salvâ Tyberiade, quam illis præfixit & quibuſdam annotatis. Vel ubi tu legiſti *Tobe ruach* (*errantes Spiritu*) idem eſſe quod *amentes?* Nam error cadit etiam in ſapientes, amentia verò in fatuos & omnes rationis expertes tantùm. Primò igitur Buxtorfio hic notam injuſtitiæ injuſtè apponis, cùm hoc illi nunquam in mentem venerit. Non enim ipſe, ſed Judæorum chorus hoc fecit; & quidem præmeditato conſilio & unanimi conſenſu: Non autem eo fine quo tu Buxtorfium feciſſe, falsò ſuſpicaris. Dicam quod res eſt. In Italia multoties accuſantur Judæi, libros eorum contra Chriſtianos ſcatere calumniis, & præcipuè Thalmudicos, ita ut in quibuſdam locis Vulcano adjudicati, & in aliis, ne publicè legerentur, interdicti ſint. Tandem Judæi magni precibus & ſumptibus eò deſudarunt, ut, quæ Chriſtiani contra ſe facere putabant, caſtigare vellent, & ita librorum expurgatorum uſus concederetur liberrimus. Unde omnes illorum libros ibi excuſos, à cenſoribus reviſos hiſce ſubſcriptos invenies: Liber N. vel N. Tractatus hic vel ille reviſus, & ab eis, quæ contra religionem Chriſtianam faciebant, emendatus, correctus vel purgatus eſt &c. Vel etiam Italico ſermone con licentia de l' ſuperiori. Item contigit meo tempore Viennæ, ubi quidam Judæus converſus natione Italus ad hoc eorum libros expurgandi munus deſtinatus erat. Denique priorum exemplis moniti, ne tota illorum periret doctrina, viſum eſt ipſis, illa, quæ Chriſtianis viderentur infenſa & infeſta, expurgare. Ne ergò & hæc verba, quæ de Chriſtianis agunt, *Tobe ruach* (*errantes Spiritu*) pro calumnia haberentur, verterunt vel correxerunt illi ipſi, & non Buxtorfius, in *quidam dicunt.* In Lexico majori ipſe quidem mentionem facit hujus phraſeos ut in exemplaribus minus correctis, & his in recentioribus Bibliis

Baſileæ recuſis, tanquam in exemplaribus correctioribus. Buxtorfius igitur nihil pervertit nec omiſit. Hinc cadit tua ſupra dicta falſa aſſertio, *Quantò ſatiùs eſſet ignorantiam ſuam vel infirmitatem cauſæ ſuæ agnoſcere, quàm à falſis & ſuppoſititiis teſtibus patrocinium illi quærere &c.* Abarbinelem ſtatuere D. Jeſum Salvatorem noſtrum ex Eſavi eſſe poſteris, & Chriſtianos eſſe Idumæos; atque animam Eſavi migraſſe in D. Jeſum; idque eò, quod nomen Jeſchuah eaſdem & totidem contineat literas cum nomine Eſau plenè ſcripto, nugaris. Non tam obeſæ naris velim putes eſſe Abarbinelem, ut hiſce nugis ſe intricet. De migratione animarum piè Judæi ſentiunt (excepto hoc, quod tu de Eſavi anima infers) ſed vix ex millibus unum Hebræorum Magiſtrum invenies, qui rem ſignificatam ſciat. Impium igitur eſt illis hoc affingere, quod ſecundum literam hæc intelligi velint, ut dum dicunt hujus vel iſtius impii animam migraſſe in canem, ſuem, lupum &c. Vel animam Adami primi hominis migraſſe in David, & deinde in Meſſiam, vel Hebeli animam in Seth & in Moſen &c. Cæterum perindè eſt quonam in ſubſellio à te ponantur Cabaliſtæ, inferius, quid ſit cabala, patebit.

IRENOPOLITA.

Recentiores ſi adeas Hebræorum Magiſtros, omnes ἄσπονδον bellum huic ſententiæ indixerunt, & altum apud illos ſilentium eſt de hoc Meſſiæ privilegio, quod ortus omnis expers ſit. Vedeantur R. Moſes Majemon ad Tractat. a) Melachim, in Miſnaoth ad cap. Chelek Sanhedrin, ubi ſtatuit Meſſiam inſtar aliorum Regum per aliquod tempus imperaturum, & diem ſuum obiturum; in regno ſuo habiturum ſucceſſorem, filium, nepotem & ſic deinceps: quæ minimè quadrant in Deum immortalem. Inter decem prærogativas Meſſiæ, quas Don Iſaac Abarbinel ad cap. Eſai. 11. nequaquam hujus meminit, quod ſit æternus & ejuſdem eſſentiæ cum Deo Iſraëlis; Vide Albo alioſque. Ne quid addam de R. Lipmann, qui paſſim in Nizzachon manuſcripto invehitur in hoc dogma. Quis autem exiſtimabit, nullum recentiorum Rabbinorum amplexum eſſe ſententiam Chaldæorum Thargumim, cum hi penè ejuſdem autoritatis ſint cum ſacris literis apud eos? Nihil ſtolidius quoque ipſis videtur hodie, quàm ex phraſi hac Chaldææ paraphraſtæ *memra daii* exſculpere velle æternam Meſſiæ exiſtentiam & communem eſſentiam cum Deo Iſraëlis.

a) *Cap. ult.*

RIT-

RITTANGELIUS.

Ad hæc etiam ſupra reſponſum eſt, & te nugivendum eſſe oſtenſum. Quæ de Maimonide, Abarbinele, Albo &c. profers, in hoc illud Hebræorum imitaris proverbium: *qui vult mentiri elongat teſtes*, citas enim autores, & ne falſitatis accuſeris, citatorum formalia prætermittis, diſſimulans te neſcire, quid & Judæorum ſimul ac Chriſtiana omnium ſeculorum Eccleſia de Meſſiæ, (nempe quædam humilia & Divinitate indigna, quædam verò ſublimia, Divinitati ſoli & nulli creaturæ propria) ſenſerit. Si bona fide agere volueris, affer illorum formalia, & facile ſupercilium tuum retundetur. Lipmannum tuum quod concernit, ſcias illum non eſſe publici juris & authenticum, nec ab ullo ſanè Hebræorum approbatum: Siquidem omnis librorum authentia, ſub incudem revocata, & à Judæorum cenſoribus conſignata eſt, ſub quam tui Lipmanni Nitzachon venit nunquam. Chriſtus ipſa veritas redarguit Phariſæos ex Pſalm. 110. verſu primo: *Dixit Dominus Domino meo, ſede ad dextram meam.* Illi obſtupuerunt, tacendo confeſſi eſſe videntur, quòd hic locus de Meſſia agat. Objice hanc diſputationem Chriſti hodiernis Judæis, illi forte ex mera invidia negabunt. Quæro jam, utri credendum ſit, Chriſto ne, an vero hodiernis negantibus Judæis. Quæro iterum an Jonathan & Onkelos Paraphraſtæ fuerint genuini Judæi, qui hunc locum ita explicuerunt, *Dixit Dominus ad Verbum ſuum, ſede ad dextram meam?* Vides igitur, quod hunc Dominum, per quem Chriſtus ipſa veritas vult intelligi *Meſſiam*, Paraphraſtæ utrique reddiderint per *Verbum*. Ex. gr. *Dixit Dominus.* (Cui dixit? Textus Hebræus) *Domino meo*: Chaldæi utrique *Verbo ſuo*: Quid amplius dicit ſcriptura? Textus Hebræus, ut ille *Dominus ſedeat ad dextram Dei*; Chaldæi utrique, ut illud *Verbum* (per quod illi *Dominum* hunc exprimunt) *ſedeat ad dextram Dei*. Adhuc audi! Cur Chriſtus Jeſus Dominus & Salvator noſter Phariſæis, qui illum purum tantum hominem eſſe putabant, hanc objecit inſtantiam, nempe, *Si Meſſias filius Davidis* (tantum) *eſt, cur David in Spiritu vocat illum Dominum ſuum?* Chaldaicè, *Verbum ſuum?* niſi ut illos convinceret, non omnia humilia & abjecta, ſed quædam ſublimia, ſoli Divinitati propria, de Meſſia eſſe intelligenda. Et quomodo hoc quadraret, ut Meſſias, humilis, abjectus, deſpectus, in ſumma perſecutione non habens, ubi reclinaret caput ſuum, denique ignominioſiſſimam pro ſalute noſtra ſubiens mortem vocitaretur Dominus Davidis, è contrario verò, quî congrueret, ut idem David,

qui

Digitized by Google

qui omnes in circuitu Urbes, nationes, populos, Reges &c. ſibi tributarios fecit & ſubegit, in ſummaque majeſtate & Regia opulentia totum vitæ ſuæ traduxit curſum, appellaretur ſervus? Quivis emunctæ naris olfacit, clara tibi luce cereos accendi neceſſe eſſe. Negat obſtinatus Irenopolita, negat Arrianus, negat & incredulus Judæus, Chriſtus, Apoſtoli, Evangeliſtæ, eorumque Diſcipuli & Succeſſores hoc docuerunt & prædicaverunt. Chaldæos ſecutus eſt Irenæus, Polycarpi Martyris, Joannis Evangeliſtæ diſcipulus, & Origenes cum Hieronymo, quos tu quidem ad tuas partes vocas &c. Quid interim? *Nihil ſtolidius quoque* (inquis) *ipſis* (ſcilicet Judæis) *videtur hodie, quàm ex phraſi hac Chaldææ paraphraſeos Memra d' Adonai exſculpere velle æternam Meſſiæ exiſtentiam &c.* Si Judæi genuini hunc locum de Meſſia agere confitentur, cum Jonathane & Onkeloſo Paraphraſtis, & quidem genuinis Judæis conſentiunt. Hinc in nihilum redigitur falſa hæc tua inferiùs poſita aſſertio: *Si Chaldæi hoc nomen impoſitum voluiſſent Meſſiæ illique ſoli competeret, id vel ſemel tantùm factum fuiſſet in propria ſede, ubi ex profeſſo de Meſſia agunt. Examinanti autem omnia loca & vaticinia ad Meſſiam pertinentia manifeſtiſſimum fiet, nunquam Chaldæos eum indigitare nomine Memra Jehovæ.*

IRENOPOLITA.

Egregium quidem habere uſum Chaldæorum commentaria in eruendis Veteris ſcripturæ ſenſibus lubenter agnoſcimus, non tamen omnia pro indubitatis amplectenda eſſe, facile deprehendet, qui penitiùs illa excuſſerit. Non paucas continet violentas ac contortas explicationes. Vide. Job. 3. 17: 4. 7. 11. 12: 5. 4. 10: 12. 18. 20. 21: 12. 7. 8: 14. 15. 18. 22: 15. 10. 18: 21. 29: 18. 17: 22 19: 28, 5. 6. 8. 22. 27: 30. 4. 19: 32. 2: 34. 20. &c. Pſal. 45. 10. 11: 49. 17. 18. 19: 1. 9. 10. 14: 61. 6: 72. 11: 137. 6. 7. &c. Adde his Baronii Judicium de Paraphraſi Jonathanis ad Annum Chriſti 184: num. 5: *Paraphraſtæ illi*, (ſcilicet Jonathani) *quantum ſit in hac parte tribuendum, judicium eſto doctorum: Ego obſervavi parum illum ſibi conſtare in ejuſmodi locis exponendis, ubi rei pecuniariæ aliqua ſit mentio: uti Gen.* 30. 28: *argenteis* 20, *Jonathan* 20 *obulis argenteis. Exod.* 30. *Jonathan, pro obolis ponit minas.* Continent etiam hæ paraphraſes multas prorsùs fabuloſas explicationes, ut Job. 38. 7: & ſeqq. de Paradiſi ſtructura atque elegantia. Pſal. 50. 10: de bove ſtupendæ voracitatis, ſeu mille montes depaſcente. Pſal. 147. 4: nomine tetragrammato 370. mundos creatos eſſe, illudque inſculptum eſſe lapidi fundamentali, quo Deus obſignavit os abyſſi; Eſai. 10. 30: de Senacheri-

Digitized by Google

bo Nobum cum exercitu proficiſcente. Cap. 11. 4: de Armilo ſeu Anti-Chriſto. 30. 25: de Solis intentione ad 343 gradus facta. Imprimis commentationes in Canticum Canticorum refertæ ſunt ſtolidis commentis. Ut alia omittam, de duplici Meſſia, Cant. 4. 5. & 7. 4: Cant 8. 5: de volutatione cadaverum per terræ cavernas. Eſth. 3. 7: de Leviathan & Gallo ſilveſtri, quæ in prandium parabuntur juſtis Iſraëlitis tempore Meſſiæ &c.

RITTANGELIUS.

Ne Sutor ultra crepidam! Tuum non eſt judicare de his, quæ tu nec legere, multo minus intellegere potes. Quòd verò non omnia pro indubitatis eſſe amplectenda judicas; Dicas velim, quænam illa ſint? Fortè illa, in quibus Jonathanis ſcripta, cum doctrina Chriſti conveniunt, & alia quædam, quæ tuas nugas produnt. Dicis præterea *Paraphraſes Chaldaicas non paucas continere violentas ac contortas explicationes, & ſtolida commenta*: Cur ex tot à te citatis unius tantum loci contorta, & violenta non attuliſti? Tu nimis perpendiculares habes oculos. Dicis multa, Pauca probas. Ego quidem perlegi omnia hæc à te citata loca, nihil contorti, violenti aut ſtolidi in illis reperire potui. Baronium nunquam legi aut vidi, nec credo, tantæ eruditionis virum ſe ita proſtituere potuiſſe, ut autoribus affingat, quod ne quidem unquam in mentem illis venit. In promptu fuit Jonathanis Paraphraſis, cur non inſpexiſti? Et ſic ingenioſiſſimum Baronium (ſi tamen tibi fides, quam toties proſtituiſti, habenda eſt) & te ſimul non proſtituiſſes. Poſito, hoc eſſe Baronii de Chaldæis judicium; Quid Baronio cum Chaldæis? Nam Gen. 37. v. 21: (quem locum tu vel lippis oculis, pro 40. capitis incerto aliquo & non denominato verſu aſpexiſti) Jonathan loquitur de certo monetæ genere, quod vocatur *Mahab*, (*obulus*:) Exod. verò 30. verſ. 3. de certo libræ genere, quod *Minah* appellatur. De ænigmaticis parabolis, quæ literaliter videntur abſurda, ridicula, quibus tamen ſacra ſcriptura referta eſt, quæ & infra citaſti; vide ibi in loco ſuo.

IRENOPOLITA.

Sumpto etiam, Paraphraſtas ſenſu recepto jam phraſin hanc accepiſſe, nondum tamen evicīſſent adverſarii, ideò eorum ſententiam tanquam omnis erroris expertem admittendam eſſe. Non itaque tanti ponderis aut pretii apud nos horum Thargumim teſtimonium eſſe debet, ut illi contradicere nefas ducamus, etiamſi Meſſiam nomine *Memra Jehova* indigitaſſent. Sed nec

hoc

hoc Paraphraſtis unquam in mentem veniſſe optimè nos docet R. Majemon in More Nebochim, a) qui vult Chaldæos interpretes hoc nomen Deo tribuere, ut quàm longiſſime eum ab omni corporis fece ſegregent. Hanc ob cauſam putarim ad Verba illa Ezech. 1: *Super ſimilitudine throni erat figura quaſi faciei hominis*, Chaldæum omiſiſſe hæc, *figura quaſi faciei hominis*. R. Mejer exiſtimat hanc Phraſin illos uſurpare, ubi de providentia, cura & tutela Dei circa homines ſermo eſt. Tantùm abeſt, ut imaginati ſibi fuerint tale myſterium ſub hac phraſi latere, aut ea deſignari ſecundam Trinitatis perſonam, ut non niſi attributa, vel affectiones quaſdam Dei illa ſignificari contendant.

RITTANGELIUS.

Sed videmus quorſum tendas. Negas principia? *Non itaque* (dicis) *tanti ponderis & pretii horum teſtimonium eſſe debet &c.* Hoc eſt: Etiamſi mihi omnia demonſtraveris, & per τὸ *Memrah Jehovæ*, (*Verbum Jehovæ*,) Chaldæos intelliſſe *Meſſiam*; atque omnes Hebræorum omnium ſeculorum ſcriptores illis conſentire; Ego non accipio illorum teſtimonia, *non itaque tanti ponderis & pretii apud nos eſſe debent*. Sed audi! Cur tu citaſti eos ad nos convincendos? An neſcis, quod, quiſque jus contra alium impetrare conatur, idem contra ſe admittere tenetur? Tam diu Thargumim tanti apud nos erunt ponderis, quàm diu tu eos, non dicam ſacræ ſcripturæ, ſed rectæ rationi tantum, aliquid contrarium ſcripſiſſe, non dixeris, ſed in re & veritate probaveris. Non enim ſufficit dixiſſe, ſed probaſſe. Maimonidem fruſtra ad tuas partes vocas, ideoque non adduxiſti ipſius formalia. Si Chaldæi eum in finem τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) Deo tribuiſſent, ut eum quàm longiſſimè ab omni corporis fece ſegregarent, (ſicuti tu Majmonidi impiè affingis) cur utrumque ſervarunt & τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) ſimul, & illa indigna, corporis fecibus propria? Quod verò putas Chaldæum hæc Ezech. 1. *Super ſimilitudine throni erat figura quaſi faciei hominis*, ſtudiò omiſiſſe: Vel totus cæcus proh dolor! fuiſti: Cæca enim mens non niſi tenebras videt; Hiſce enim formalibus hæc Chaldæus expreſſit. *Veal demuth Kurſaia, demuth Ke-cheſu Anaſcha alubi mil-maalah*: Hoc eſt: *Et ſuper ſimilitudine throni erat ſimilitudo quaſi Viſio hominis &c.* Ecce quàm injuſtè hic Chaldæo notam injuſtitiæ apponis; dum dicis, illum ſtudiò omiſiſſe, quæ tamen expreſſe hiſce ſupradictis formalibus expreſſit. Idem facis R. Majemo. Si vir es, vel unico apice hoc ex Rabbi Majeri ſcriptis demonſtra, illum exiſtimare

a) *part: 1. cap. 2.*

ſtimare; Chaldæos hanc phraſin uſurpare, ubi illis de providentia, cura & tutela Dei circa homines ſermo eſt. Nos ſanè anxii quæſivimus. Sed nihil horum, quæ ad hanc materiam faciunt, invenire potuimus. Vel quod illi attributa aut actiones quaſdam Dei, hac phraſi ſignificari contendant. Imo contrarium docet Rabbi Majer. Præterea ſcito, Hebræos in re tam ſeriâ non opinionibus exiſtimationibus, modò his, modò aliis, ludere: Sunt enim hæc, quæ ad principaliſſimorum omnium principaliſſimum pertinent fidei fundamentum, ſuper quo tota ſacra Scriptura fundata eſt. Lege Librum Jezira, libr. Pomarium malorum granatorum, librum Splendorum, Elucidationes Rabbi Simeonis filii Jochoæ. lib. Affluentiæ roris cœleſtis, libr. Columbæ deargentatæ &c. &c.

IRENOPOLITA.

Prioris exempla, ubi hâc loquendi formulâ utuntur ad removendum à Deo omnem corporis figuram, non promit Rabbi Majemon, nos ea tamen non gravabimur hic lectoris oculis ſubjicere. Sollicitè hoc Paraphraſtæ caviſſe videntur, ut ulla humilis, terrena aut divina Majeſtate indigna obrepat cogitatio. ubi Deo ἀνθρωποπαθῶς membra, actiones vel affectiones hominis tribuuntur, hæc omnia exponunt phraſi *Memra Iehovæ*, *Verbi* vel *Sermonis Iehovæ*, ut ubicunque *Anima* Deo tribuitur 2. Samuelis 22. 16: Eſai. 30. 33: & 42. 1: Job. 4. 9: Ezech. 23. 18: Amos 6. 8: Zach. 11. 8: *Caput*: Eſai. 59. 17: *Facies* Eſai. 65. 3: Jer. 23. 38: 32. 31: *Ira*: Oſeæ. 5. 12: *Lingua*: Eſai. 30. 27: *Manus*. Num. 11. 23: 14. 30: 2. Sam. 24. 14: Eſai. 46. 13: 50. 11: Amos 9. 2: *Memoria*, *Recordatio*: Pſal. 115. 12: *Oculus*. 2. Sam. 22. 25 28: Eſai. 1. 16: Jerem. 16. 17: 24. 6: Ezech. 20. 17. 7. 4. 8: 8. 18: 9. 10: Amos 9. 3. 4: Jonæ 2. 5: Chabac. 1. 13: Pſal. 18. 17: *Os*: Num. 3. 16: 4. 49: 9. 18: 20. 23: 10. 3. 13. 3 38. 22 Deut. 17. 10: 34. 5: Eſai. 48. 13: Ezech. 3. 17: 33. 7: *Pedes*; Chabacuc. 3. 4: *Pænitudo*: Joel. 2. 13: Zach. 8. 14: *Riſus*. Pſal. 2. 4: *Spiritus*: Job 32. 8: 33. 4: 37. 10: Pſal. 18. 18: Eſai. 59. 19: 63. 14: Zach. 4. 6. 7. 12: *Triſtitia*. Ezech. 13. 22: *Voluptas* vel *delectatio*: Pſal. 68. 17: Qua verò ſpeciè ex illis locis conficere quis poterit ibi perſonam intellexiſſe paraphraſtas, eamque divinam? Nihil inſulſius fingi potuit. Poſterioris loca, ubi de providentia, cuſtodia & protectione divina uſurpatur hæc locutio, Rabbi Mejer non producit; hoc autem ſenſu accipitur in his, ubi Deus cum aliquo eſſe dicitur, quod Thargum reddit, *Verbum* vel *Sermonem Domini cum alicujus auxilio eſſe*, uti Gen. 21, 23: 26. 3: 28. 15. 20: 35. 3: 39. 2. 3. 21: 48. 21: Exod. 3.

12. 10:

12. 10. 10. 18. 19: Num. 14. 9: 14. 43: 23. 25: Deut. 2. 8: 20. 12. 31: 8: Joſ. 1. 9. 17: 3. 6: 12. 13. Jud. 1. 18. 21: 2. 19: 6. 56: 1. Sam. 3. 19: 10. 7: 17. 37: 18. 12: 14. 28: 20. 13: 2. Sam. 5. 11: 7. 3. 9: 14. 17: 1. Reg. 1. 38: 8. 57: 11. 38: Eſai. 17. 10: 41. 10: Jer. 1. 8. 19: 15. 20: 20. 11: 30. 11: 42. 11: Ezech. 34. 30: Amos 5. 14: Hag. 1. 13: 2. 4: Zach. 8. 23: 10. 5: Job. 9. 5: *Omnipotens mecum*, *Verbum omnipotentis* vertit. Pſal. 90. *Erit Dominus aſylum*, *Verbum Domini* Pſal. 23. 3: 55. 20: 46. 7. 11: 124. 1. 2: Hiſce adde 2. Sam. 22. 3: *Cujus Verbum me ſuſtentat*, habet paraphraſis, & verſ. 19: dominus *ſcipio mihi*, *Verbum Domini*; ubi quoque de revelatione & promiſſis non incommodè accipitur. Sic Pſal. 55. 18: *Dominus ſervabit me*, *Verbum Domini*. 121. 7: collato cum verſu 5. ubi Paraphraſtes ſimpliciter reddit *Dominus ſervabit* Pſal. 127. 2: Item Pſal. 118. 6. 7. 13: 124. 8: Quibus ſubjice Oſeæ. 2. 9: Zach. 1. 3: Malach. 3. 7: ubi ad aliquem reverti dicitur Dominus, Chaldæus exponit *Verbum Domini reverti*, hoc eſt, Dominum gratioſa ſua protectione & beneficentia ad aliquem redire. Si quis hæc omnia velit interpretari de filio Dei ſeu λόγῳ eſſentiali, quænam quæſo Oeconomiæ ratio inter perſonas divinas ſuperſtes manebit? Quamnam imperii partem ſub. V. Teſt. Pater ſibi reſervavit? Certè tota gubernandi provincia ſecundum hanc ſententiam fuiſſet Filio demandata. Deinde quæ ratio dari poterit, ut potiùs de filio quàm de Spiritu S. hæc phraſis accipiatur? Multo commodiore ſenſu hæc tribuuntur Spiritui S, quatenus virtus ſeu efficacia eſt ab ipſo Deo emanans; quàm filio ut perſonæ ab illo diſtinctæ. Atque hæc expoſitio optimè congruit cum mente ipſius Paraphraſtæ, explicantis *Spiritum DEI* per Verbum ipſius. Eſai. 33. 28: Zach. 4. 6: Adde quod ex ſententia adverſariorum opus providentiæ, conſervationis & gubernationis, non minus Spiritui Sancto quàm reliquis duabus perſonis tribuendum ſit.

RITTANGELIUS.

Farragine allegatorum & non expreſſorum ſcripturæ dictorum Victoriam ſomnias? quorum multa hinc & inde in tuam perniciem aliquoties reiteras, ut vel lectorem ab inquirendo abſterreas, vel eruditionis gloriolam popularem aucuperis, præcipuè apud tuæ ſectæ aſſeclas. Hæc loca omnia pro nobis, contra te, faciunt. Nam primò hic nobiſcum diſputas de *Verbo Iehovæ*, & adducis loca, in quibus nec minimo apice *Verbi Iehovæ* fit mentio. Ne verò prolixitate Benevolo Lectori nauſeam creemus, ex multis perpauca ſubjungemus, ut Num. 11. verſ. 23: cap. 14. verſ. 14: cap. 23. verſ. 25: Eſai. 46. verſ. 13: Nimium

mium laboris inſumeret, ſi quis hanc tuam ſcripturæ locorum ſylvam, ſub limam accuratiorem revocare vellet. Nam & *tineam* pro immani aſpexiſti *Leone*. Pudet nos tui, quod de te ſomnium habuerimus tam glorioſum, ô Vir in linguis Orientalibus verſatiſſime! Ubinam, quæſo, ex textu Hebræo, Chaldaica Paraphraſi, & quotquot ſunt, aut unquam fuerunt in toto terrarum orbe verſionibus, monſtrabis, quod in verſu duodecimo quinti capitis Oſeæ fiat mentio *Iræ*? Pudeat te compoſitam dictionem Chaldæam *Ka-aſcha* (*quaſi tinea*,) pro ſimplici voce Hebræa *Kaas* (*Ira*) aſpexiſſe, quæ cum *Samech* ſcribitur in fine; Chaldaica vox *Aſcha* (tinea) verò, cum *ſchin* in medio & in fine cum *Aleph*. An neſcis voces Chaldæas plerumque ſe finire in *Aleph*? Quid dicam de his, à te citatis locis, quæ in nullis extant Bibliis? Verùm brevibus te abſolvemus. Dicis Chaldæos hac phraſi *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) uſos eſſe, ad removendum à Deo omnem corporis figuram: Dic ergò; cur utrumque ſervarunt Chaldæi, & corporis figuram & τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ?*) Dum enim pro uno ponitur aliud, illud debet omitti, pro quo aliud poſitum eſt. Sic neceſſe fuiſſet ſecundum tui miſerrimi cerebelli figmentum, ut loco figurarum corporis Chaldæi poſuiſſent τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ.*) Idem quoque de actionibus & affectibus ſentiendum eſt. Si enim Chaldæi per *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) intelligi voluiſſent *actiones & affectus*, quî fit, quòd utrumque expreſſerunt & *actiones* vel *affectus* & *Verbum Jehovæ*? ut *Riſus Verbi Jehovæ*, *Triſtitia Verbi Jehovæ*; *Memoria* & *voluptas Verbi Jehovæ &c.* Hic arrige aures! Si Chaldæi *omiſſis propriis & genuinis vocibus horum actuum vel affectuum &c.* illos expreſſiſſent per τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*; tunc vel ſpeciem aliquam veritatis hoc tuum commentum habere videretur. Sed hoc nullibi factum eſſe monſtrabis. Ex gr. Textus hebræus habet Pſal. 2: *Jehova irridebit eos.* Chaldæus hunc Hebræorum *Jehovam* nominitans *Verbum Jehovæ* dicit; *Verbum Jehovæ irridebit eos.* Secundum tuum commentum deberet eſſe *Jehova Verbum eos.* Quia tu vis *Verbum* ſignificare *irridebit*; Ergo loco *irridebit* debet ſtare *Verbum*, Si Chaldæi carnalia hæc atque terrena divinâ Majeſtate indigna, à Deo per τὸ *Memra* (*Verbum*) removere voluiſſent. Idem ſentiendum eſt de cæteris affectibus, actibus &c. Sic quoque de poſteriori membro, ubi de providentia, cuſtodia ac protectione divina uſurpari hoc vocabulum *Memra* (*Verbum*) nugaris. Nam in omnibus his à te citatis locis Chaldæus *providentiam*, *cuſtodiam & protectionem* ſervavit & *Verbum* ſimùl: Si verò per τὸ *Memra* (*Verbum*) ſignificari voluiſſet *providentiam*, *cuſtodiam*

Digitized by Google

& protectionem, tunc loco horum ſignificatorum deberet ſtare *Verbum*. Sed Chaldæus utrumque ſervavit, ut eò diſtinctiùs, *Verbum* ab hiſce ſignificatis diſcriminaret. Ex. gr: Textus Hebræus juxta te habet, *Dominus ſcipio mihi:* Chaldæus, *Verbum Domini Scipio mihi:* Textus Hebr. *Erit Dominus aſylum*; Chaldæus, *Erit Verbum Domini aſylum*. Textus Hebr. *Et fuit Deus cum puero*: Chaldæus, *Et fuit Verbum Domini cum puero*, vel *in auxilium pueri*. Secundum tuam hanc monſtroſam opinionem deberet eſſe. *Et fuit Deus in Verbum pueri*, pro *in auxilium pueri*. Quia tu vis *Verbum* ſignificare *auxilium*, Ergò pro voce *auxilium* debet poni *Verbum*. Sic de cæteris omnibus *Verbum Domini ſcipio mihi*. juxta te debet eſſe, *Dominus Verbum mihi*. Quia vis *Verbum* ſignificare *ſcipionem*. Sic *Erit Dominus Verbum*, pro *Erit Dominus aſylum*; Quia *Verbum* apud te ſignificat *aſylum*. Sic denique de *promiſſis* & *revelatione*: E[illegible] *Et Verbum eſt Deus Abrahamo*, pro *Et revelatus eſt Deus* [illegible]*hamo*. Et *terram, quam Verbum eſt Deus patribus veſtris*, p[illegible]*ram, quam promiſit Deus patribus veſtris*. Quia tu nugaris [illegible] ſignificare *promittere* & *revelare*. Sed dic mihi, ſi Chaldæorum *Memra* (*Verbum*) tot in ſe habet ſignificationes, quomodo [illegible], quando hoc vel illud deſinat, & iterum aliud incipiat ſignificare? Et vice verſa. Noli impoſterum ingenio tantopere f[illegible]re. Hæc ſit tibi nota univerſalis, Chaldæos nullibi in [illegible] ſcripturam commentariis, *Membra* corporis humani, Deo attributa per *Verbum* expreſſiſſe, niſi in illis locis ubi de Meſſia agitur *Verbo æterno Dei filio*. *Actus* verò & *proprietates* atque *affectus* nunquam reddiderunt per *Verbum*.

IRENOPOLITA.

Nec ſine cauſa videntur Paraphraſtæ tam crebro hoc loquendi modo uti, eaque duplex aſſignari poteſt. Una quia non occurrebat aptius vocabulum ad exprimendum actiones Dei merè ſpirituales. Quis enim neſcit, inter omnes operationes humanas à materiæ ſordibus ſecretas eſſe quoque ſermonem? cumque ſolum eſſe ſpiritus ſeu mentis humanæ indicem. Quid ipſa ratiocinatio, actio Spiritui propria aliud eſt quam λόγος ἐνδιάθετος? Hinc nec veretur ſcriptura angelicis mentibus tribuere loquelam: Nec Hebræorum Magiſtris religio eſt, Deo vel angelis *Batkol* adſcribere, ſeu oraculum cœlitùs demiſſum, quod ſub templo ſecundo prophetiæ ſucceſſiſſe volunt; & nonnulli autumant tale fuiſſe teſtimonium Patris de Filio, inter quos & illuſtris Grotius, Matt. 3. Joh. 12. 28: Neque Paraphraſtis Deo tribuere *Vocem*, uti Deut. 4. 33. 36: 5. 24. 25: 26: 13. 18: Pſal. 68.

Digitized by Google

68. 34: *Eloquium*, Prov. 5. 7: 6. 1: 24. &c. ubi *Imar* ſermo eloquium ſemper vertit *Memar*. Nec indignum Majeſtate divina erit, ſi dicamus loquelam quaſi Dei eſſe nihil affine habentem cum noſtra. Quæ autem & qualis hæc ſit, nemo facile divinaverit. Altera cauſa hujus nomenclaturæ reddi poteſt, quod Thargumim reſpexerint ad Hebræorum *Davar*, cujus ſignificata latiſſimè ſe diffundunt, & ſæpius juſſum vel imperium divinum, quandoque internas actiones & cogitata, ut ſic loquar, vel decreta Dei denotant, modò vim atque ἐνέργειαν à Deo proficiſcentem, uti ab aliis obſervatum eſt. Hinc etiam putarim Chaldæos, ubi vel ſimpliciter dicitur *Deus* aliquid *locutus eſſe*, *vel ore ſuo prolocutus eſſe*, id ſemper referre ad decretum verbo ejus patefactum. Prioris exempla vide 1. Reg. 14. 11: Eſai. 52. 6: Jerem. 2. 30: 13. 15: Ezech. 5. 13. 75. 17: 6. 8: 17. 21. 24: 21. 21. 36: 23. 33: 24. 14: 26. 5: 14: 28. 10: 30. 12: 34. 25: 36. 5. 6. 36: 37. 14: 38. 18: 39. 5. 8. In quibus locis omnibus: *Ego Dominus locutus ſum* paraphraſis reddit: *Ego in vel cum Verbo meo decrevi*. Poſterioris 1. Reg. 8. 15: *Dominus locutus eſt ore ſuo*, vertit *decrevit verbo ſuo*. Mich. 4. 4: *Os Domini locutum eſt*, *decrevit in Verbo Domini*. Quis verò inde poterit elicere, Verbum hoc eſſe perſonam? Cum optimè iſtud exponi poſſit vel de Verbo apud Deum abſcondito, vel de revelato, quo tanquam medio Deus voluntatem & decreta ſua hominibus patefacit. Nec alienum à mente Paraphraſtæ erit, hanc phraſin, *Dominus decrevit in vel cum Verbo ſuo*, exponere *Dominus decrevit apud ſe ipſum* in arcano ſuo conſilio, juxta illud Gen. 8. 20: *Et dixit Dominus ad Cor ſuum*, ubi Chaldæus habet, *& dixit Dominus cum Verbo ſuo:* hoc eſt, ſtatuit, decrevit, apud ſe ipſum. Si quis ex hiſce loquendi formulis colligere velit eſſentiale Dei Verbum, non minore jure idem elicere poterit Enthuſiaſtes ex iſta perfamiliari prophetis locutione *Neum Jehova* (*dictum Jehovæ*,) quod majoris confirmationis ergô vaticiniis ſuis ſubnectere ſolent, prout nonnulli vertiginoſi tale Verbum inde extundere conantur. Nec animadvertunt ἄλογοι logodædali ſe penitùs confundere ac permiſcere Veteris, & Novi fœderis revelationem, cùm τῷ λόγῳ ſeu filio Dei tribuunt patefactionem decretorum omnium ſub Veteri lege: penitus contra mentem Scriptoris ad Hebræos cap. 1. 1: ultimam tantum filio revelationem tribuentis. At horum judicio Pater ſub antiquo Fœdere per Filium locutus fuiſſet, perque hunc Prophetis conſilia & decreta ſua inſpiraſſet. Tantum autem abeſt, ut perſona a Deo Patre diſtincta intelligi poſſit, cum dicitur Dominus decreviſſe, in verbo ſuo, ut contra tantum de actione voluntatis divinæ ſeu ſeu immanente emanente accipi debeat.

Fruſtra hîc iterum duas hujus nomenclaturæ proponis cauſas. Primam; Quod per τὸ *Memra* (*Verbum*) vis ſignificari actiones Dei merè Spirituales. Quænam ſunt iſtæ? Ratiocinari ne, aut loqui? Quid dicunt Paraphraſtæ? Verbum ratiocinatum eſt. Verbum locutum eſt. Vide quomodo hic (ut ita dicam) Verbum pro *perſona ratiocinante* & non pro *ratione* accipiatur, ſed ab ipſa valdè diſtincte diſcriminetur Cæterum dicis *inter omnes operationes humanas à materiæ ſordibus ſecretas eſſe quoque ſermonem*. Ubi hoc legiſti? In quo autore hebræo? Legiſti ne ſcripturariorum vel Carræorum libros, qui omnes ἄσπονδον bellum huic ſententiæ indixerunt? Præcipuè in tractatu de actu & ſermone prophetico, Mentis indicem eſſe ſermonem nullus negat Hebræorum. Ubi tu legiſti ſcripturam ſacram Deo & angelicis mentibus propriè tribuere *loquelam* vel *Batkol* (*filiam vocis?*) De *Batkol* (*filia vocis*) meliùs tacuiſſes. Scis tu quid ne ſit *vox* vel *Bat-kol* (*filia vocis?* Te certè & quàm plurimos hodiernorum Hebræorum Magiſtros latet hoc myſterium, quid primævi Hebræorum ſapientes per *Batkol* (*filiam vocis*) intelligi voluerint. Non enim omnibus, ſed certis in certa ætate, bonæ vitæ & pietatis fama perſpicuis perſonis, hæc revelabantur. De opinione Illuſtris tui Grotii & cæterarum non diſputo. Sed ne Sutor ultra crepidam. Quid Grotio cum Chaldæis & Hebræis? Scio quantum viris doctis debeam, quos & ſemper ſumma veneratione proſequior. Alteràm hujus nomenclaturæ cauſam quod attinet, Chaldæum ad Hebræorum *Davar* reſpexiſſe, falſum eſt. Aliàs vel in unico, ex tot à te citatis locis Hebræorum *Davar* (Sermonem proprie ore prolatum, ſeu propheticum denotans) per *Memra* (*Verbum;*) reddidiſſet, quod tamen factum non eſt. Vereor ut Enthuſiaſtes, ex iſta perfamiliari Prophetis voce *Neum* (quam tu contra mentem Spiritus ſancti interpretatus es *dictum*) elicere poſſit *perſonam* Quod tu tamen tam protervè & ſecurè aſſeris. Dein hic ferulas mereris, ubinam legiſti *Neum Jehova* ſignificare *Dictum Domini*. Pudeat te quod hic *Verbum* pro *nomine* aſpexeris. Trecentis, quadraginta duabus vicibus invenies hanc phraſin *Neum Jehova* in ſacris ſcripturis, ſed in omnibus his locis eſt vel Præſentis, vel præteriti temporis, Indicativi modi. Et duobus in locis tantùm, nempe Num. 24. verſ. 3. & 15: & 2. Sam. 23. verſ. 1. quidam volunt τὸ *Neum* ſignificare *dictum*. Verum non *Jehovæ*, ſed Bilcami & Davidis *dictum*.

IRE-

Idem judicium eſto de aliis locis, ubi de Verbo Jehovæ talia pronunciantur, quæ nec Deo neque perſonæ propriè conveniunt ſed tantum punitioni ſeu vindictæ divinæ, veluti cum Deus comparatur *igni* Deut. 4. 23. *Dominus Deus tuus ignis conſumens*, Chaldæus habet, *Domini Dei tui Verbum ignis conſumens*. *Pantheræ*, Paraphraſis, *Et fuit Verbum meum tanquam panthera*. Urſo, ibid. verſ. 8. *occurram iis ut urſus*, Chaldæus, *occurret iis verbum meum ut urſus*. Si quis hæc velit aptare Filio mirus evadet ſenſus, & ſtatuendus erit λόγος ille eſſentialis inſtrumentum ſeveritatis, per quod Deus juſtitiam ſuam vindicatricem exſecutus fuerit, & vice versâ, miſericordiæ, clementiæ, benedictionis & auxilii. Vide Job. 42. 12. *Dominus benedixit*, Chaldæus, *Verbum Domini*. Pſal. 116. 17: *Dominus benefecit tibi*. *Verbum Domini*. Pſal. 118. 6. 7. 13. 24: Pſal. 124. 8: *Auxilium noſtrum in nomine Domini*: Cui non abſimilis eſt locus Mich. 4. 5: *In nomine Domini Dei noſtri ambulabimus*, Chaldæus *in Verbo Domini*. Ex quibus duobus ultimis locis liquet, Paraphraſten minimè cogitaſſe de ejuſmodi λόγῳ eſſentiali Deo & ab eodem diſtincto, qualem ex Chaldæa hac dictione extorquere ſatagunt. Hiſce adde illa, in quibus Verbo Dei adſcribuntur, quæ tantum cauſis mediis vel affectionibus divinis competere poſſunt: Veluti Mich. 4. 14: *Paſce populum ſceptro vel Virga tua*. Chaldæus *tum Verbo*. Chab. 3. 10: *Ad lumen ſagittarum tuarum*. Chaldæus *prævaluerunt Verbo tuo*. Pſal. 18. 16: *Miſit ſagittas ſuas*. Chaldæus *Verbum ſuum*. Quis niſi mente motus, ſceptrum, virgam, & ſagittam dixerit eſſe perſonam? Ejuſdem commatis ſunt reliqua loca, quæ in Thargum Hieroſolymitano occurrunt, quorum nonnulla Vechnerus profert, paucis ea excutiemus, num inde ſubſidium aliquod ſententiæ ſuæ Trinitarii mutuari poſſint. Inter 13. loca ubi hæc phraſis extat, agmen ducit ille ad Gen. 1. 27: *Et creavit Verbum Dei hominem*. Antequam ad hunc locum reſpondeamus, admonendus eſt lector, perperam Vechnerum paraphraſin Hieroſolymitanam producere, cum omninò incertum ſit, num hæc paraphraſis unquam Joanni Evangeliſtæ conſpecta ſit, utpote tempore poſterior Jonathanis & Onkeloſi paraphraſibus, prius itaque probandum ipſi fuerat, ante conſcriptum Evangelium Joannis publici juris factum fuiſſe hoc commentarium; neque hoc ſolidè evinci poteſt de Thargum Jonathanis & Onkeloſi, uti poſtea pluribus oſtendemus. Senſum autem loci, Gen. 1. 27: nemo meliùs edocebit, quam aliud Thargum Eſai. 45. 12: ubi Verba illa: *Ego in vel cum Verbo meo*

feci

feci terram & hominem ſuper eam ego creavi, Chaldæus reddit: *Ego in vel cum Verbo meo feci terram & hominem ſuper eam creavi*. Et cap. 48. 13. *Manus mea fundavit terram.* Chaldæus *Verbo meo* fundavit terram. Ubi per Verbum intelligendam eſſe vim ſive ἀπόῤῥοιαν illam Dei, qua res ex nihilo condit, aliàque rara & eximia efficit, optimè obſervavit diffuſiſſimæ eruditionis Grotius in cap. 1. Johan. Quis verò dixerit, illam vim effectricem à Deo promanantem eſſe perſonam? Et hoc etiam dato, nondum tamen effecerint perſonam illam eſſe conſubſtantialem & coæternam Deo. Ad ſummam nihil aliud inde colligi poterit, quam λόγον iſtum juxta Arrianorum placitum fuiſſe inſtrumentum creationis, à quo tamen toto animo abhorrent. Reliquis locis à Vechnero productis nullus nervus nec robur ineſt: atque reſponſione antea à nobis datà in fumum abeunt; non itaque operæ pretium eſt, ut ad illorum congeriem quicquam reponatur.

RITTANGELIUS.

Dicis de *Verbo Dei* talia pronunciari, quæ nec Deo neque perſonæ proprè conveniunt. Spiritus Sanctus in Sacra Scriptura humanæ noſtræ fragilitati ſeſe accomodat atque condeſcendit, dum dicit *Deus eſt ignis*; Chaldæus *Verbum Dei eſt ignis &c. Occurram eis ut urſus*, Chaldæus *Occurret eis Verbum meum ut urſus* &c. & horum ſimilia. Vide omnia, quæ ſcripturà in texto Originali Hebræo loquitur de ſummo *Jehova*, hæc Chaldæus quoque de *Verbo Jehovæ*. Quare? Quia per *Verbum Jehovæ* Chaldæus vult, intelligi ipſum *Jehovam*. Nec ullus unquam genuinus Chaldæus auſus fuit contradicere, neque contradixiſſe aliquem mihi monſtrabis. Jam quæro, utrum ſummus ille Hebræorum *Jehova* apud vos ſit ſubſtantia per ſe ſubſiſtens? Si hoc, neceſſario quoque; Chaldæorum *Verbum Jehovæ* id eſſe ſequitur, quia, ut ſæpius dictum eſt, per *Verbum Jehovæ* Chaldæi intelligunt ipſum *Jehovam*, ſicuti Germani per ſuum GOtt vel HErrn, & Galli per ſuum *Eternail*, Hiſpani per ſuum *Dio* &c. Numquid abhorres hîc ab hac ſententia λόγον eſſentialem eſſe ſeveritatis, & verſa vice, miſericordiæ, clementiæ, benedictionis & auxilii inſtrumentum, quod tamen in toto hoc tuo futili & injurio ſcripto ubique affirmaſti? Nos quidem hoc non ſolum impugnamus, ſed & omnes quotquot ſunt, & unquam fuerunt genuini Judæi. Pergit Irenopolita: *Hiſce adde, illa, in quibus Verbo Dei adſcribuntur, quæ tantum cauſis mediis vel affectionibus divinis competere poſſunt, veluti Mich. 4. 14. Paſce populum ſceptro vel virga tuâ &c. &c. Quis niſi mente motus, ſceptrum, virgam & ſagittam dixerit perſonam eſſe?* In te ipſum crude-

crudelis es talem contra te ſententiam proferendo. Nam tu hoc ipſemet dicis in ſubſequentibus, vaticinium Bilhami (Num. 24. 17: *ſtella è Jacob & ſurget ſceptrum ex Iſrael*) citando. Quæ Chaldæus ita reddidit: *Surget Rex è Jacob & ungetur Meſſias ex Iſrael.* quid ergo *Virga* vel *Sceptrum hic ſignificat*, quod Cladæus per *Meſchicha* expreſſit? Perſonam ne? Si hoc unicus negare poterit Chriſtianus vel Judæus, vapulabo. Præterea quid *Stella* hic ſignificat, quam Chaldæus per *Malka* (Rex) reddidit? Perſonam ne? Noli impoſterum ingenii tui imbecillitatem aliis deridendam prodere. Ad capitis primi Gen. vigeſimum ſeptimum verſum, quem inter tredecim loca agmen ducere dicis: audies hæc ſequentia. Quid dicit Textus Hebræus? *Deus creavit*, *Deus morte afficit*, *Deus vivificat*, *Deus exaudit preces*, *Deus remittit peccata*, *Deus ſedet in ſolio excelſo & elevato.* Jam audiamus Chaldæum: *Verbum Dei creavit*, *Verbum Dei morte afficit. Verbum Dei vivificat*, *Verbum Dei exaudit preces*, *Verbum Dei remittit peccata*, *Verbum Dei ſedet in ſolio excelſo & elevato.* Vides Hebræorum *Jehovam*, Chaldæus nominitat *Verbum Jehovæ.* His jam applica tuas nugas. *Vis à Deo emanans creavit*, *vis morte afficit*, *vis vivificat*, *vis exaudit preces*, *vis remittit peccata*, *vis ſedet in ſolio excelſo & elevato.* Neque cœlum neque terram attingit. Nec opus eſt diſputare, num Hieroſolymitana Paraphraſis Joanni Evangeliſtæ conſpecta ſit: Sufficit ut ſcias omnium ſeculorum ante & poſt Chriſtum natum, veræ Judaicæ Eccleſiæ hanc fuiſſe doctrinam. Et præterea citando locum Eſai. 45. 12: & 48. 13: ipſe fateris Jonathanis & Onkeloſi paraphraſes priores fuiſſe, quæ idem docuerunt. Nihil, dictum jam eſt, Grotio cum Hebræis aut Chaldæis. Num Vechneri argumenta, ut tu nugaris in fumnm abeant, Benevolus Lector ex his judicare poterit.

IRENOPOLITA.

Secundum aſſertionis membrum, Evangeliſtam Joannem nomenclaturam hanc Verbi vel Sermonis Dei, cum D. Jeſum cap. 1. λόγȣ nomine deſignat, à Paraphraſtis Chaldæis mutuatum eſſe, ut Vechnerus, & poſt illum Heinſius, aliique contendunt, incertis nititur conjecturis. Communis quidem Chronologorum ſententia eſt, Jonathanem Prophetarum paraphraſten ætate reliquos Chaldæos Interpretes ſuperare. Sed in tempore conſcripti commentarii variant autores: Nonnulli volunt Jonathanem annis circiter 20. ante natum Dn. Jeſum, alii 30. annis paraphraſin ſuam conſignaſſe, quidam 42. annis præceſſiſſe Chriſti natalem. Quo autem fundamento hæc opinio ſuffulta ſit nondum ſatis patet. Inter Hebræorum Chronologos David Ganz in Tſemach David hunc Jonathanem floruiſſe ait anno mundi

 3728.

3728. id eſt, 32. ante D. Jeſum, vultque illum fuiſſe diſcipulum Hillelis. a) Novi quidem hanc eſſe receptiſſimam Hebræorum traditionem, Jonathanem conſcripſiſſe paraphraſin ſuam ex ore Haggæi, Zachariæ & Malachiæ: Atque hoc pacto plus quam 200. annis ante D. Jeſum in vulgus diſperſa fuiſſet. Sed nihil vanius hoc commento excogitari poteſt. Quis enim adeò obeſæ naris eſt, ut divinos hoſce Vates ſentiat tam rancidas protuliſſe nugas? quarum ſpecimina quædam ſupra attulimus. Nihil magis indignum Spiritu prophetico fingi poteſt. Ne jam addam de longo temporis intervallo, ut anni circiter 300. inter obitum horum trium vatum atque hunc paraphraſten intercedant. Obierunt enim hi tres ultimi Prophetæ annò 3442. ex computo Tſemach David, vel anno 3448. ex ſupputatione R. Abraham F. David & Juchaſin. Cui autem facilè quis perſuadebit, hunc Jonathanem ultra 300. vixiſſe annos? Mirum meritò videri debet; cur hic Jonathan ab Hebræis non recenſeatur inter 120. Viros magnæ Synagogæ, qui ſuccenturiatâ ſeriè traditionem à prædeceſſoribus acceperunt. Vide Juchaſin, Tſemach David, Majemon in præfatione ad Jad Chazeka, ubi in catalogo πατρο-παραδότων nomen hujus Jonathanis non extat. Licet etiam antè conſcriptum Evangelium Joannis commentarius Jonathanis conſignatus fuiſſet, nondum tamen conſtaret, eum tempore Joannis factum fuiſſe communis juris, vel ad ipſius Evangeliſtæ manus perveniſſe. Non enim exiſtimandum eſt, ſtatim poſt ſcriptionem paraphraſin hanc è regione textui appoſitam fuiſſe, uti in hodiernis impreſſis voluminibus videre licet. De Onkeloſi paraphraſi quorundam ſententia eſt, eam incidere in annum Chriſti 50; b) alii tempore ipſius Chriſti vel paulò poſt floruiſſe volunt Onkelos. Inter Hebræos verò autor inſignis Meor Enaima Cap. 16. exiſtimat Onkeloſum & Aquilam Ponticum eodem floruiſſe tempore, licet ille paraphraſin priùs concinnaverit, hic verò poſteriùs, utrique diſcipuli R. Eliezaris & R. Joſuæ: Atque hoc pacto commentator hic non fuiſſet viſus Evangeliſtæ noſtro; uti nec, ſi computum ſequamur David Ganz, eum referentis ad annum mundi 3840. Chriſti vero 80. Hujus Paraphraſtæ mentio fit in Thalmude, tractatu Berachot cap. 1. & Megilla cap. 1: Multò igitur majores dubitandi cauſæ ſunt, quam de Jonathanis commentario, Joannem in ſenſu phraſeos *Memra Jehovæ* Onkeloſum ſecutum eſſe; cum ne quidem conſtet, num unquam Evangeliſta illum viderit aut lectitarit; immo cum conſtet potiùs Evangeliſtæ illum noſtro viſum non eſſe. Neque opus fuit Joanni illam vocem mutuari ab interpretibus Chaldæis, qui non minùs in cap. 1. quàm in reliqua Evangelii ſui parte præceptorem & dictatorem habuit divinum ſuggeſtum.

a) *Megilla fol.* 3. *col. l:* b) *Mercerus in Gen:* 3. *p.* 120

Eg

Digitized by Google

Et cur tantùm in hac phraſi & non in aliis quoque magiſtros Chaldæos ſecutus fuiſſet Joannes? De Hieroſolymitano nulla dubitandi ratio eſt, eum Evangeliſtæ noſtro nunquam fuiſſe conſpectum, cum prioribus duobus longè ſit recentior, & tamen eum ad partes ſuas vocat Vechnerus; tantum abeſt ut ſtatuendum ſit Joannem ejus phraſin uſurpaſſe: Imo rationes non contemnendæ præter illas priores dari poſſunt, Evangeliſtam noſtrum Chaldæorum Interpretum veſtigia non legiſſe. Hi enim vocem hanc ſumunt ſenſu variò & multiformi; ille unico & conſtanti. Joannes eâ intelligit perſonam perfectiſſimæ Dei voluntatis præconem & interpretem, unde convenientiſſimè *Sermonis* nomenclaturam illi impoſuit ab officio; Chaldæi tantum intelligunt attributa, affectiones vel actiones Dei pro ſubjecta materia: Evangeliſta ſemper D. Jeſum noſtrum verum & unicum Meſſiam, ejuſve doctrinam: Chaldæa paraphraſis nunquam Meſſiæ perſonam. Hic pes pauliſper figendus eſt. Si Chaldæi hoc nomen impoſitum voluiſſent Meſſiæ, eique ſoli competeret, id vel ſemel factum fuiſſet in propria ſede, ubi ex profeſſo de Meſſia agunt. Examinanti autem omnia loca & vaticinia ad Meſſiam pertinentia, manifeſtiſſimum fiet, nunquam Chaldæos eum indigitare nomine *Memra Jehovæ*. Sed paſſim titulo *Meſchicha*, *Meſſiæ*, vel addito Regis, *Malcha Meſchicha*, Regis Meſſiæ, *Meſchicha Jehovæ*, *Meſſiæ Domini*, vel *Meſchicha d' Iſrael*, *Meſſiæ Iſraelis*, Vide Gen. 49. 10: *uſque dum veniet Siloh*, Chaldaicè *Meſchicha*. In vaticinio Bilham: Num. 24. 17: *Stella è Jacob & ſurget ſceptrum ex Iſrael*: ubi Chaldaicè ſejunctim hæc duo illi tribuuntur nomina, ut ſurgat Rex è Jacob, & oriatur Meſſias ex Iſrael. Eſai. 4. 2: *Die iſto erit ſurculus vel germen Domini*. Chaldaicè *Chriſtus vel unctus Domini*. Eſai. 9. 5: *Princeps pacis*, Chaldaicè, *Meſſias pacis*. Eſai. 11. 1: utrumque nomen Regis & Meſſiæ ſejunctim illi imponit; & ad verſ. 6. vocat illum Meſſiam Iſraelis. Eſai. 42. 1: & 52. 13: In quo utroque *Servus Meus*, Chaldæus reddit, *Servus meus Meſſias*, *&c.* verſ. 10. Jerem. 23. 5: 30. 9. 21: 33. 15: ubi vocatur *Meſſias juſtitiæ*. Oſeæ 3. 5: Chaldaicè *Meſſias filius Davidis*. Mich. 4. 8: Chaldaice, *& tu Meſſias Iſraelis*. cap. 5. 1: Zachar. 4. 7: & 6. 12: *Germen nomen ejus*, Chaldaicè, *Meſſias nomen ejus*, juxta Vechneri ſententiam Chaldæo potiùs dicendum fuiſſet, *Sermo Domini nomen ejus*. Pſal. 21. 1: Chaldaicè *Rex Meſſias*, & Verſ. 8: Pſal. 45. 3: 42. 5: 61. 6. 8: 80. 18: Cant. Cant: 1. 9: Ubi Deum introducit Moſen his verbis alloquentem, Chaldaicè, *uſque ad tempus quo miſſurus ſum Regem Meſſiam*, & verſ. 17: *Domus Sanctuarii, quæ ædificabitur diebus regis Meſſiæ*. cap. 4. 5: *Duo vindices te liberaturi ſunt, Meſſias filius David & Meſ-*

 ſias

ſias filius Ephraim. Item cap. 7. 4: & verſ. 13. cap. 8. verſ. 2. 4. Ruth 1. 1: & cap. 3. 15: &c. Indicem omnium locorum, ubi Meſſiæ nomen apud Chaldæos paraphaſtas occurrit, vide in Lexico Buxtorfii Chaldæo Rabbinico ad vocem Meſſias: In nullo autem horum unquam vocatur *ſermo Domini.* Quis autem alicui perſuadebit, paraphraſtas alibi, ubi minimè opus erat, hoc nomen Sermonis Domini tribuiſſe Meſſiæ, in locis verò ad illum propriè ſpectantibus illud omiſiſſe aut neglexiſſe?

RITTANGELIUS.

Medicum oportet accuratè paſſiones iſtius, qui curandus eſt, obſervare. Bonus homo de bono cordis Theſauro producit ea, quæ bona ſunt. Tu verò Vulpis inſtar ſedes in *inſidiis*, ut in *aperto* laqueum ponas. Verùm ne timeas: Vaſa figuli probat fornax: nam perſpicuæ veritati reſiſtendo propriâ captus es tendiculâ. Novas planeque abſurdas hic ſtrophas ſtruere opinaris, quarum panegyrico per angulos & plateas, atque per omnes muliercularum textrinas triumphans, in ſummarum diſputationis argutiarum pendes aculeis. Omnis enim hæc tua de Verbo ſeu ſermone Dei diſputatio eò delabitur, ut ſimul accuſes, ſimul excuſes, ſimul pecces, ſimul pœnitentiam agas, ſimul judices, ſimul condemnes. Accuſando ludis verborum ſtrophis; Excuſando culpam omnem in Chaldæos refers. Peccando dialecticâ nos arte conſtringis. Pœnitentiam agendo, Chriſtianæ non minùs veritatis oblitus, quàm ſimplicitatis, nodos nobis inter hoc & illud nectis. Judicando, Verba tibi de alieno fluunt ſtomacho. Condemnando, nimiùm diſertus & elegans eſſe incipis, ut non dicam ſincerus. In ſumma blandiris Chaldæis ut pater filiolo ſuo dilectiſſimo; Erudis eos ut Magiſter diſcipulum ſuum, judicas eos ut Siſamnes, inſtruis eos ut Legiſlator, erigis eos ut patronus clientem. Prodis contra eos in majeſtate verborum ut Irenopolita. Verùm liceat mihi has tuas ſtrophas obiter tangere, ut tuæ ſectæ ſectatores intelligant, quàm divinum in te mirentur ingenium. Hæ ſunt illæ ſtrophæ novæ, quibus te vulgo tam celebrem reddere opinaris. Advocatum Rei imitaris, qui coram judice cædis aliusve manifeſti ſceleris convincitur, cuique nulla vitæ ſpes amplius affulget, ultimum refugium in hoc quærit, ut teſtes quacunque ratione & modo ſuſpectos & inhabiles reddat, atque ita Reum â capitali pœna liberet. Non immeritò hic ejuſmodi advocato es comparandus: Dum enim manifeſti erroris es convictus, omnemque elabendi rimam tibi obſtructam animadvertis, hoc ultimum aſylum tibi ſupereſſe putas, ut Chaldæos (quorum tamen autoritate in Nos refutando uteris) ſuſpectos aliis, ratione temporis facias, dum eos juſto recentiores eſſe

res eſſe nugaris. Ad hoc ſtatuminandum varias adhuc ſtruis technas. Primò Jonathanem inter 120. Viros magnæ Synagogæ non inveniri miraris: Quin imò te hoc mirari, Ego ſanè demirari non poſſum. An non enim tibi conſtat multos ejuſdem temporis floruiſſe Doctores & Legiſperitos, quorum tamen nomina neque in numero 120. virorum Synagogæ magnæ, neque in Chronologis ejus ſeculi inveniuntur? Elumbe argumentum; Jonathanis non fit mentio in numero 120. Virorum Synagogæ magnæ: Ergo non fuit. Tritum eſt; à non ſcripto, ad non eſſe non valere conſequentiam. Scilicet ab autoritate non divina ſed humana. Ex. gr. Ptolomæus nihil ſcripſit de nova Hiſpania; Ergò eadem non fuit. Falſum. Florent hic Regiomonti & aliis in locis, quàm plurimi omnium facultatum Doctiſſimi Viri, & quia non ſunt recepti in Senatum, ergò non exiſtunt? Quæ conſequentia? Cæterùm rectè dicis, non eſſe exiſtimandum, ſtatim poſt ſcriptionem, paraphraſin hanc è regione textui appoſitam fuiſſe. Nam audi & edoceberis. Noſter Rabbi Salomæus Jarchi, Idem Rabbi David Kimchi & Rabbi Levi filius Gerſon, Baal ha Thurim &c. quorum commentaria è regione legis, ut in hodiernis voluminibus videre licet, appoſita ſunt, vixerunt; Rabbi Salomæus Jarchi ante 650. circiter annos: Rabbi David Kimchi ante annos fermè 450. Rabbi Levi filius Gerſon ſuum in legem commentarium abſolviſſe dicitur Anno Chriſti 1330. horum commentaria verò, aliquot centum annis poſt textui è regione adhibita ſunt, num ſequitur illa non prius, quàm textu appoſita fuere, publici juris facta eſſe? Carræi vel Textuarii, aut potius Eſſæi commentarium, ex tot centum, antè & poſt Chriſtum natum conſcriptis, textui è regione appoſitum habent nullum, num ſequitur, ſcripta illa non facta fuiſſe publici juris? Et ut taceam, quòd nullum commentarium habeant typis mandatum: Sequiturne illorum commentaria non facta fuiſſe ſemper publici juris? Quid appoſitioni commentariorum cum publico jure? Dein falſum eſt Chaldæos phraſin hanc ſumere ſenſu vario & multiformi, ſed unico & conſtanti, ut jam demonſtratum eſt, & poſthac clariùs adhuc patebit; illos neminem alium niſi ipſum ſummum *Jehovam* per *Verbum Jehovæ* intellexiſſe. Quod verò dicis Chaldæos intelligere voluiſſe per *Verbum Jehovæ* non niſi *attributa & affectiones*, falſum itidem eſt, nec unicum locum ex omnibus illorum ſcriptis mihi monſtraveris, ubi *attributa vel affectiones Dei* per *Verbum Jehovæ* reddiderint. Atque hæc ut antè prolata, ſic & ante refutata ſunt, hanc tuam opinionem è diametro menti Chaldæorum contrariari. Nam ecce! ea ipſa attributa, quæ vel propriè ipſi ſummo *Jehovæ*, (ut omnipotentia, omniſcientia &c.) vel impropriè per condeſcen-

tiam

ſias filius Ephraim. Item cap. 7. 4: & verſ. 13. cap. 8. verſ. 2. 4. Ruth 1. 1: & cap. 3. 15: &c. Indicem omnium locorum, ubi Meſſiæ nomen apud Chaldæos paraphaſtas occurrit, vide in Lexico Buxtorfiii Chaldæo Rabbinico ad vocem Meſſias: In nullo autem horum unquam vocatur *ſermo Domini*. Quis autem alicui perſuadebit, paraphraſtas alibi, ubi minimè opus erat, hoc nomen Sermonis Domini tribuiſſe Meſſiæ, in locis verò ad illum propriè ſpectantibus illud omiſiſſe aut neglexiſſe?

RITTANGELIUS.

Medicum oportet accuratè paſſiones iſtius, qui curandus eſt, obſervare. Bonus homo de bono cordis Theſauro producit ea, quæ bona ſunt. Tu verò Vulpis inſtar ſedes in *inſidiis*, ut in *aperto* laqueum ponas. Verùm ne timeas: Vaſa figuli probat fornax: nam perſpicuæ veritati reſiſtendo propriâ captus es tendiculâ. Novas planeque abſurdas hic ſtrophas ſtruere opinaris, quarum panegyrico per angulos & plateas, atque per omnes muliercularum textrinas triumphans, in ſummarum diſputationis argutiarum pendes aculeis. Omnis enim hæc tua de Verbo ſeu ſermone Dei diſputatio eò delabitur, ut ſimul accuſes, ſimul excuſes, ſimul pecces, ſimul pœnitentiam agas, ſimul judices, ſimul condemnes. Accuſando ludis verborum ſtrophis; Excuſando culpam omnem in Chaldæos refers. Peccando dialectica nos arte conſtringis. Pœnitentiam agendo, Chriſtianæ non minùs veritatis oblitus, quàm ſimplicitatis, nodos nobis inter hoc & illud nectis. Judicando, Verba tibi de alieno fluunt ſtomacho. Condemnando, nimiùm diſertus & elegans eſſe incipis, ut non dicam ſincerus. In ſumma blandiris Chaldæis ut pater filiolo ſuo dilectiſſimo; Erudis eos ut Magiſter diſcipulum ſuum, judicas eos ut Siſamnes, inſtruis eos ut Legiſlator, erigis eos ut patronus clientem. Prodis contra eos in majeſtate verborum ut Irenopolita. Verùm liceat mihi has tuas ſtrophas obiter tangere, ut tuæ ſectæ ſectatores intelligant, quàm divinum in te mirentur ingenium. Hæ ſunt illæ ſtrophæ novæ, quibus te vulgo tam celebrem reddere opinaris. Advocatum Rei imitaris, qui coram judice cædis aliusve manifeſti ſceleris convincitur, cuique nulla vitæ ſpes amplius affulget, ultimum refugium in hoc quærit, ut teſtes quacunque ratione & modo ſuſpectos & inhabiles reddat, atque ita Reum â capitali pœna liberet. Non immeritò hic ejuſmodi advocato es comparandus: Dum enim manifeſti erroris es convictus, omnemque elabendi rimam tibi obſtructam animadvertis, hoc ultimum aſylum tibi ſupereſſe putas, ut Chaldæos (quorum tamen autoritate in Nos refutando uteris) ſuſpectos aliis, ratione temporis facias, dum eos juſto recentiores eſſe

res eſſe nugaris. Ad hoc ſtatuminandum varias adhuc ſtruis technas. Primò Jonathanem inter 120. Viros magnæ Synagogæ non inveniri miraris: Quin imò te hoc mirari, Ego ſanè demirari non poſſum. An non enim tibi conſtat multos ejuſdem temporis floruiſſe Doctores & Legiſperitos, quorum tamen nomina neque in numero 120. virorum Synagogæ magnæ, neque in Chronologis ejus ſeculi inveniuntur? Elumbe argumentum; Jonathanis non fit mentio in numero 120. Virorum Synagogæ magnæ: Ergo non fuit. Tritum eſt; à non ſcripto, ad non eſſe non valere conſequentiam. Scilicet ab autoritate non divina ſed humana. Ex. gr. Ptolomæus nihil ſcripſit de nova Hiſpania; Ergò eadem non fuit. Falſum. Florent hic Regiomonti & aliis in locis, quàm plurimi omnium facultatum Doctiſſimi Viri, & quia non ſunt recepti in Senatum, ergò non exiſtunt? Quæ conſequentia? Cæterùm rectè dicis, non eſſe exiſtimandum, ſtatim poſt ſcriptionem, paraphraſin hanc è regione textui appoſitam fuiſſe. Nam audi & edoceberis. Noſter Rabbi Salomæus Jarchi, Idem Rabbi David Kimchi & Rabbi Levi filius Gerſon, Baal ha Thurim &c. quorum commentaria è regione legis, ut in hodiernis voluminibus videre licet, appoſita ſunt, vixerunt; Rabbi Salomæus Jarchi ante 650. circiter annos: Rabbi David Kimchi ante annos fermè 450. Rabbi Levi filius Gerſon ſuum in legem commentarium abſolviſſe dicitur Anno Chriſti 1330. horum commentaria verò, aliquot centum annis poſt textui è regione adhibita ſunt, num ſequitur illa non prius, quàm textu appoſita fuere, publici juris facta eſſe? Carræi vel Textuarii, aut potius Eſſæi commentarium, ex tot centum, antè & poſt Chriſtum natum conſcriptis, textui è regione appoſitum habent nullum, num ſequitur, ſcripta illa non facta fuiſſe publici juris? Et ut taceam, quòd nullum commentarium habeant typis mandatum: Sequiturne illorum commentaria non facta fuiſſe ſemper publici juris? Quid appoſitioni commentariorum cum publico jure? Dein falſum eſt Chaldæos phraſin hanc ſumere ſenſu vario & multiformi, ſed unico & conſtanti, ut jam demonſtratum eſt, & poſthac clariùs adhuc patebit; illos neminem alium niſi ipſum ſummum *Jehovam* per *Verbum Jehovæ* intellexiſſe. Quod verò dicis Chaldæos intelligere voluiſſe per *Verbum Jehovæ* non niſi *attributa & affectiones*, falſum itidem eſt, nec unicum locum ex omnibus illorum ſcriptis mihi monſtraveris, ubi *attributa vel affectiones Dei* per *Verbum Jehovæ* reddiderint. Atque hæc ut antè prolata, ſic & ante refutata ſunt, hanc tuam opinionem è diametro menti Chaldæorum contrariari. Nam ecce! ea ipſa attributa, quæ vel propriè ipſi ſummo *Jehovæ*, (ut omnipotentia, omniſcientia &c.) vel impropriè per condeſcen-

tiam

tiam (ut actiones affectus, iræ, indignationes, vindictæ, miſericordiæ &c.) attribuuntur; quæ tu nugaris, à Chaldæis per *Verbum Jehovæ* exprimi, à Chaldæis ipſi *Verbo Jehovæ*, neque tanquam inſtrumento, ſed ipſi ſupremæ cauſæ, non minùs ac in textu Hebræo Summo *Jehovæ*, adſcribuntur. Ringere ut voles, rumpantur licet ilia codro, nunquam te à tanta injuria expedies. Hic noſter Irenopolitanus interpres pedem paulisper figere opinatur. Sed cum venia liceat mihi tua ipſius tela in te vertere. *Si Chaldæi hoc nomen Verbum Jehovæ non voluiſſent impoſitum Meſſiæ, eique non competeret propriè, id nunquàm factum fuiſſet in iſtis locis, in propria ſede, ubi ex profeſſo de Meſſia agunt.* NB. *Et quibus locis nullus unquam vel Judæus vel Chriſtianus auſus eſt contradicere, imò nec potuit.* Hic auſculta! Quid nobis indigitatur per *Verbum Jehovæ*? nonne ipſe Summus *Jehova* vel certus in Deo ſubſiſtendi modus? Cur ergo vis nobis obtrudere alienum ſenſum, ut credamus, quod hæc nomenclatura *Verbum Jehovæ*, quæ de ſublimitate divinæ naturæ agit, extare debeat in iſtis locis, quæ agunt de humilibus, abjectis naturæ humanæ, divina majeſtate indignis? Cui bono eſt ergò hæc citatorum locorum farrago? Et cum ipſe arguas, nos hanc phraſin de Divinitate æterni λόγυ intelligi velle; Cur ergo vis ut illa extet in locis de humana & mortali tantummodo natura agentibus? Nugaris quoque indicem omnium locorum de Meſſia agentium, ad vocem *Meſſias*, in Lexico Buxtorfii Rabbinico extare.

IRENOPOLITA.

Sed & nullus Veterum inter Chriſtianos tale quid unquam ſomniavit de Joanne. Videantur duo excultiſſimi in utraque lingua Chaldæa & Hebræa, Origenes & Hieronymus: nunquam hoc commentum ipſis in mentem venit. Nec mirum, cum neutri quicquam de Chaldæis paraphraſtis innotuerit, ut omninò mihi perſuadeam poſt Hieronymi demum ætatem illos floruiſſe vel in lucem prodiiſſe: ut ita non fuerint natales eorum adeò vetuſti, uti plerique Chriſtianorum ſibi perſuaſum eunt. De ipſo Jonathane antiquiſſimo interpretum Chaldæorum non dubitat Ribera Jeſuita doctiſſimus aſſerere ipſum poſt Hieronymum extitiſſe his verbis in Abdiam cap. 1. ad verſ. 20. *Me*, inquit, *horum* (Jonathanis ſcilicet & Joſephi vel Joſippi Hebræi, non „Flavii) *autoritas parum movet, quoniam utrumque vixiſſe arbi-„tror poſt Domini adventum, imo & poſt Hieronymi ætatem. Ete-„nim neque Hieronymus neque ullus illorum temporum vel ſuperiorum „hujus paraphraſis meminit, quæ Hieronymum certè diligentiſſi-„mum antiquitatis indagatorem, & ſemper ferè in Hebræis ver-„ſatum, omniaque illorum ſcripta & arcana ſcrutatum minimè*

late-

„*latere potuiſſet: Sæpe illâ uſus eſſet, ſicut & cæterorum interpre-*
„*tum editionibus, ſæpe eam contra Judæos protuliſſet.* Et paucis in-
„terjectis. *Adde quòd nihil certi de hoc Paraphaſte tradunt au-*
„*tores. Galatinus* 40. *annis præceſſiſſe dicit Domini natalem, ſed*
„*ſine autore dicit. Thalmudici ajunt eum vertiſſe Prophetas in*
„*Chaldæam linguam ex ore Haggæi, Zachariæ & Malachiæ, ſi-*
„*ne autore quoque ut ſolent.* Quid cum ſpecie huic argumento opponi poſſit non video. Autumant nonnulli Juſtinum Martyrem in quæſt. ad Orthod. quæſt. 63. hujus paraphraſeos facere mentionem. Sed nequaquam ibi meminit Jonathanis, ſed tantum Syriacæ tranſlationis. Vide ibid. a) Sixtus ipſe conjecturæ ſuæ teſtem producit non antiquiorem Scriptorem, ſed Jacobum Epiſcopum Chriſtopolitanum, qui floruit circa annum Chriſti 586. Ne quid jam dicam de autore harum quæſtionum, illum non Juſtinum Martyrem, ſed recentiorem aliquem eſſe, uti egregiè oſtendit Robertus Cocus in cenſura Veterum Scriptorum. Itaque meritò tanquam novitium & inſulſum figmentum à nobis rejicitur hæc Vechneri conjectura.

RITTANGELIUS.

Dicis nullum Veterum inter Chriſtianos tale quid ſomniaſſe de Ioanne, eum per τὸ *Verbum* intellexiſſe λόγον æternum? Falleris mi Irenopolita: Conſule eos ipſos, quos tu, pro confirmanda hac re, ad tuas partes allegas, Origenem nempe & Hieronymum. Quod verò eos Origenem ſcilicet & Hieronymum in utraque lingua Chaldæa ſcilicet & Hebræa vocas excultiſſimos; Scias neutrum horum calluiſſe linguam Chaldæam. Nec mirum, quòd Chaldæorum formalia non citaverint, cum tamen Doctrinam Chaldæorum, publici juris factam, approbaverint. Doctiſſimi Riberæ autoritas non magni in Chaldæa lingua poteſt eſſe momenti. Audi homuncio, ſuperioribus ante Riberam ſeculis, fuerunt Doctiſſimi ſat multi in Latina & Græca lingua, quorum ſcripta Ribera non vidit, & ideo horum nec minimam infert mentionem: Indene ſequitur, eos eo tempore non extitiſſe? Quid dicemus de ſeculo longe ſuperiori, in quo Chaldæi floruerunt, quorum linguam nec Origenes nec Hieronymus vel ipſe Ribera calluit.

IRENOPOLITA.

Si hariolationi ſtandum eſſet, multo ſolidius evincitur, Chaldæos Paraphraſtas, poſt divulgatum Thalmud in lucem prodiiſ-

ſe

a) *Sixtus Senenſis lib.* 4.

ſe, non pauca enim ex Thalmude mutuati ſunt; uti fabellam Exod, 7. 15. & 8. 16. de Pharaone divinationes faciente ſuper aquis; deſumptam ex Thalmud tract. Moed ſzaton fol. 18. 1: Sic fabula Gen. 3. 24: de Gehenna creata ante mundum deprompta ex Peſachin fol. 54. 1: Deut. 32. 50. De arbore pro regibus plantata extat quoque in Tacanith fol. 14. 2: Fabulam de Aſmodæo rege Dæmonum hauſit paraphraſtes ex Gittin fol. 68. 1: ubi fuſius illa narratur. Illam de bove mille montes depaſcente Pſal. 90. habet ex Bana Baſna fol. 74. 2: Illud Levit. 11. 1: ut caveant ſibi à pollutione 18 Terephot ſeu carnium diſcerptarum, extat quoque Cholin cap. 3. ubi initio Gemaræ ajunt 18 ſpecies Terephot expoſitas eſſe Moſi in monte Sinai. At quàm belle hoc convenit cum Majmonide in libro de mactatione, ubi ait octo tantùm ſpecies Moſi traditas eſſe? De Iſai conſilio ſerpentis mortuo Ruth. 4. verſ. ult. extat quoque Sabbath fol. 55. 2: Et plura paſſim hujus generis in Thargumim obſervare licet, quæ in utroque Thalmude occurrunt.

RITTANGELIUS.

Chaldæos poſt divulgatum Thalmud in lucem prodiiſſe, eo quòd hæc à te ſupradicta ex Thalmude deſumpta eſſe aſſeris; falſiſſimum eſt. Inverte hoc tuum figmentum & veritas ipſa apparebit. Nempe ſic: Chaldæos ante divulgatum & conſcriptum Thalmud in lucem prodiiſſe, patet ex hoc, quod Thalmud illorum ſcripta citat & approbat. Nam hæc paraphraſtæ non ex Thalmude, ſed Thalmudiſtæ à Paraphraſtis mutuati ſunt. Hiſce acquieſcendum eſt. Benevolum Lectorem monere debemus, Irenopolitam noſtrum fortè nunquam Thalmud vidiſſe, ſed hæc omnia ex Buxtorfii Lexico majori deſcripſiſſe. Habet & ille ſuos errores. Nullus eſt tractatus Thalmudicus *Bana Baſna* inſcriptus. Tranſeamus cæteras hallucinationes, & ad rem: Nam & hic novo lædendi uteris genere ad polluendum bonorum & piorum virorum ſcripta, ſuper optimum illibatæ veritatis ſemen, tuum zizaniæ toxicum ſeminando. Nemini prudentiori hoc perſuaſeris, doctiſſimos illos primævos Hebræorum Sapientes & Legiſperitos, adeò obeſæ naris fuiſſe, ut has à te citatas ænigmaticas parabolas (quæ literaliter, ut ſupra diximus, abſurdæ & ridiculæ videntur) adliteram intelligi voluerint. Nec univerſum hoc latet mundum, quantam curam, diligentiam & laborem, impenderint, & in hunc uſque diem impendant, ut ſecretiora ſua, non dicam à nobis, ſed à ſua propria gente abſcondant. Et quò quid apud eos ſanctius, eò quoque ſecretius eſt illis. Nam omne Sanctum apud illos eſt

ſecre-

ſecretum. Unde Rabbi Simeon filius Jochoæ de lapide abſciſſo ſine manibus (per quem vult intelligi Meſſiam æternum λόγον, apud Deum Patrem, ab oculis omnis viventis, reconditum) dicit: iſtum lapidem uſque ad infinitatem aſcendiſſe, a) ubi nec omnium angelorum Chorus ſublimitatem ejus apprehendere poteſt. Paucis interjectis, idem ad verba Eſai. 53. dicit: In die illa implebitur: *Et ille*, (intellige lapidem abſciſſum ſine manibus) *deſpectus eſt propter iniquitates noſtras*, hoc eſt, factus eſt prophanus & communis. Quaſi dicat, Sanctiſſimum illum lapidem, quem anteà univerſus cœleſtis exercitus ſummo cultu divino, dum adhuc abſconditus erat, proſequebatur, poſt ejus revelationis tempus prophanum fore & communem. Nam ſecretum divulgatum amplius ſanctum non eſt, ſed prophanum & commune. Et hæ ænigmaticæ parabolæ vocantur *Lex Oretenus tradita*, hæc enim ſub illis latet, quam etiam Seniores Iſrael ſuccenturiata linea ſibi fideliter tradiderunt. De qua lege Rabbi Meierum tuum, quem tu toties in tuam perniciem ad tuas partes vocas. b) Qui dicit, tempore, quo invaluit contra eos impiorum perſecutio, labefactata eſſe ipſorum corda, operam dare legi, propter ſummam oppreſſionem & multiplicia onera, quibus fuerant aggravata, ita ut ferè tota *Lex oretenus data* oblivioni tradita fuiſſet (anteà enim non erat licitum legem oretenus datam ſcriptis reddere.) Si non iſtius ſeculi Doctores & Legiſperiti unanimi conſenſu curaſſent illam ſcriptis mandare. Nec talia ulli ſub juramento concredita fuerunt, niſi viris probatæ vitæ, fidei & pietatis. Quos motus pepererit talium ſecretorum in publicis concionibus introductio, legat qui velit defenſorium ſcriptum Doctiſſimi Viri Anbunith Abraham & Rabbi Selomo filium Adereth. Et Anathema Barcellonorium &c. Quæ igitur tu de hâc materiâ infers, ex Buxtorfii Lexico majori Rabb. deſcripſiſti. Inde velim ſcias, nec Galatino, nec Reuchlino multò minus Buxtorfio quicquam de his innotuiſſe. Nec mirùm quod tales ænigmaticæ parabolæ ipſis abſurdæ ridiculæ viſæ ſint. Quid enim Buxtorfio cum Judæorum ſecretioribus? Sufficiat ipſi fama, quam vertendis & componendis lexicis pro tyronibus acquiſivit, ne eandem, iiſdem perdat, dum ea, quæ captum ipſius ſuperant, allegat.

IRENOPOLITA.

Ne autem ſingulis locis à Vechnero productis diutiùs immorentur, unum alterumve excutiemus, unde de reliquis poterit judicium fieri: ut cum in Thargum Hieroſol. Verbo Dei

a) *Rabbi Simeon filius Jochoa.* b) *Rabbi Mejer de lege oretenùs data.*

tribuitur vox ſeu loquela Gen. 3. 2. 1: *Dixit Verbum Domini Dei, ecce Adam &c.* Gen. 6. 3: 30. 22: Exod. 3. 14. *Et dixit Verbum Domini ad Moſen* & cap. 13. 18: cum quo convenit cap. 4. 5: 19. 19: Num. 25. 5: Deut. 3. 3: ubi eadem locutio. Ibi per metonymiam intelligendum eſſe ejuſmodi Verbum, cujus interventu Deus ſe ipſum revelavit vel voluntatem ſuam patefecit, idem Thargum nos docet, cum hanc alibi ſic exprimit, *Dominus dixit in Verbo ſuo*, velut: Exod. 15. 2: Deut. 33. 26: *Dixit in Verbo ſuo*, quanquam voces illæ *in Verbo ſuo* etiam ſequentibus jungi poſſint. Atque hoc modo convenienter Verbo Dei tribuitur loquela tanquam cauſæ inſtrumentali ſeu mediæ. Hinc quoque revelatio Majeſtatis divinæ interventu hujus Verbi facta dicitur; uti Gen. 18. 11. 2: ubi Hebræus fons habet: *& reſpexit ad eum Dominus*, ibi Thargum Onkelos reddit. *Et revelatus eſt Dominus.* Hieroſolymitanum vero: *Et revelatum eſt illi Verbum Domini.* Sic & Jacobo, Gen. 35. 9: Hebr. *Et reſpexit Deus ad Iacobum*, Tharg. Onkelos: *Et apparuit ſeu eſſe revelatus eſt Dominus Iacobo.* Hieroſol. *Et revelatum eſt illi Verbum Domini:* Paulô poſt: & revelatum eſt Verbum Domini Jacobo. Unde colligitur, Verbum Domini ibi non differre ab ipſo Domino. Exod. 6. 3: *Viſitavi vel reſpexi* Abrahamum: Onkelos *revelatus ſum:* Hieroſol. *Revelatus eſt in Verbo ſuo Dominus Abrahamo.* Ubi de alloquio vel ſuggeſtu prophetico commodè accipitur facto olim Patriarchis in ſumno vel viſione. Si quis hic velit perſonam intelligere, non niſi creatum angelum concipere poterit, cujus miniſterio Deus olim prophetis aliiſque ſanctis arcana ſua patefecit.

RITTANGELIUS.

Ubi *Verbo Iehovæ* tribuitur vox ſeu loquela, ibi per metonymiam intelligendum eſſe tale *Verbum* aſſeris? Pace tua iterum dixerim, hoc non eſſe verum. Ad majorem hujus rei elucidationem recurramus ad fontem Hebræum. Quid dicit textus Hebræus? *Et dixit Iehova.* Quis eſt iſte Jehova? textus Hebræus, *Deus.* Audiamus Chaldæum, *Et dixit*, Quis? Chaldæus, *Verbum Jehovæ.* Quodnam eſt hoc Verbum Jehovæ? Chaldæus, *Deus eſt hoc Verbum.* Nihil certè inſulſius eſt dicere Hebræorum *Jehovam*, quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt, per metonymiam eſſe Verbum, cujus interventu ſe Deus in ſumno revelavit. Nam quantum hic monſtri naſceretur, mox patebit. Quodnam eſt hoc Verbum per metonymiam intelligendum? Irenopolita, *Deus.* !Pudeat te tui commentarii. Cætera nihil ad rem, ſed contra te faciunt, ignorantiam tuam ſtupendam

pendam in linguis Orientalibus prodendo. Primò Gen. 18. 1. fons Hebræus non habet *reſpexit*, ſed *viſus eſt* vel *apparuit*. Secundò, nec Gen. 35. 9. habet *reſpexit* ſed itidem *viſus eſt* vel *apparuit*. Tertiò, nec Exod. 6. 3. habet *reſpexi*, ſed iterum *viſus ſum* vel *apparui*. Hiſce verò in locis *Verbum Iehovæ* de alloquio vel ſuggeſtu prophetico in ſomno (in ſomno debuiſſes dixiſſe) vel viſione Patriarchis facto poſſe intelligi, veritati iterum repugnat. Nam audi eandem ubique cantilenam. Quid dicit textus Hebræus. *Et apparuit*. Quis? textus Hebræus, *Jehova apparuit*. Chaldæus hunc *Jehovam* per *Verbum Jehovæ* exprimens, dicit; *Verbum Jehovæ apparuit*. Præterea ſcito *Verbum* propheticum *fieri* ad prophetas, *non apparere*. Nullibi monſtrabis, *Et apparuit Verbum propheticum*. Adhuc audi, in quo autore Hebræo legiſti unquam, quòd verbum propheticum ore prolatum vel verbum per metonymiam intelligendum in ſomno vel viſione Prophetis apparuerit? Rudis adhuc es in hac ſcientia. Denique te verborum tuorum valdè immemorem eſſe video. Dum enim argumenta argumentis connectis, ac per ſacrarum literarum latiſſimos campos infrenis equi libertate debaccharis, in re tam ſeria, quam defenſurus aggreſſus es, tibi ipſi contradicis. Nam hæc eſt etiam ſententia Chaldæorum, Apoſtolorum, & omnium noſtrum, nempè *Verbum Jehovæ* non differre ab ipſo *Jehova*. NB. Benè igitur hîc facis, dum diſtinguis inter ſimilitudinem & æqualitatem, ſiquidem illud picturam, hoc verò ipſius rei eſſentiam imitatur. Avis viva aëris ſpatia tranſvolat, picta inhæret parieti. (Hæc cum venia dicta ſunt.) Verum non diu perſeveras in hac ſententia, nam ſtatim ſubjungis, per *Verbum Jehovæ* non niſi creatum angelum concipi poſſe &c, quod falſum eſt.

Nonnunquam autem vocabula *Jehovæ* & *verbum Jehovæ* eodem ſignificatu accipi verſ. idem 3. oſtendis: nam ubi Hebræa & Onkelos habent: *Et nomen meum Jehova non indicavi illis*, ibi Hieroſol. vertit, *& nomen verbi Jehovæ non indicavi illis*. Quis verò exiſtimabit, mentem Paraphraſtæ eſſe, nomen Meſſiæ non revelatum patribus veſtris, ſed huic ſeculo reſervari? Nihil minus; uti ex loco ipſo liquidò conſtat, ubi duo nomina Dei *Schaddai* & *Jehova* opponuntur, illo ait Deus ſe revelatum fuiſſe Patriarchis, non hoc. Semper autem fermè Paraphraſtæ nomen *Jehovæ*, non *El*, *Elohim*, *Schaddai &c.* deſcribunt hac locutione *Memra Jehova*, ut hoc pacto pro ſuperſtitione ſua pro familiari nomen Jehovæ [illegible] exprimant. Hanc phraſin

autem

autem ex mente paraphraſtæ de revelatione Majeſtatis ſeu potentiæ Divinæ ſumi magis adhuc clareſcit ex Tharg. Hieroſol. ad cap. 12. Exod. verſ. 42: ubi ter hæc locutio occurrit, *Nocte prima*, inquit, *cum revelaretur mundo verbum mundi Domini, erat mundus inane chaos*. Paulo poſt: *Nocte ſecunda cum appareret verbum Domini Abrahamo inter ſegmenta, erat Abraham centum annorum*. Paucis interjectis: *Nocte tertia cum pateſieret verbum Domini Ægyptiis media nocte &c.* in quo tertio membro, *Verbum Domini* optimè refertur ad angelum populi Iſraelitici eductorem. Huic ſententiæ non obſcurè ſuffragatur Jonathan, ſæpius angelum hunc appellans *verbum Domini*, veluti Exod. 12: 23. *Et tranſiit verbum Domini januam, neque permittet angelum vaſtatorem adſcendere in domos veſtras*. Ubi quidem videtur verbum Domini diſtinguere ab angelo Mechabla vel ὀλοθρευτῆ, cujus mentio fit in Thargum Hoſ. 13. 14: & Cant. 2. 2: uti & Hebr. 11: Sed ita tamen, ut per illud intelligat bonum angelum protectorem populi Judaici. Sic eodem cap. 12. verſ. 29: habet, *Verbum Domini* trucidavit omnem primogenitum. At ex hiſtoria hanc interneciorem feciſſe angelum perditorem. Vide quoque Exod. 23. 20: collato cum Deut. 31. 3: ubi Thargum *Verbum Domini Dei tui tranſivit ante te*. Certum autem eſt, angelum illum, in cujus medio poſuerat Deus nomen ſuum, ductitaſſe populum per deſertum in terram Canaan. Quis enim adeò injurius erit in divinam Majeſtatem, ut ſtatuat illam deſcendiſſe ex luce illa inacceſſa, atque terrenis his negotiis ſe immiſcuiſſe? Unde optime Irenæus: Quis credat ſummam illam majeſtatem deſcendiſſe? &c.

RITTANGELIUS.

Dolus eſt, cum aliud dicitur, aliud ſimulatur. Falſiſſimum eſt *Nonnunquam*, Veriſſimum, Nunquam non vel potius ſemper Chaldæos Vocabula *Jehova* & *Verbum Jehova* eodem ſignificatu accipere. Nam ubicunque Chaldæi habent *Verbum Jehovæ*, ibi ſemper volunt intelligi ipſum *Jehovam*. Nunquam mihi hoc monſtrabis, Chaldæos creatum Angelum, vel aliam quamvis creaturam, aut horum proprietates, affectus, actiones, figuras, vel attributa per *Verbum Jehova* expreſſiſſe. Secundò. Nec te latet, quòd diſſimulas, nos confiteri æternum λόγον ſuſcepiſſe humanam naturam, non tamen amiſiſſe divinam. In his igitur locis, ubi de Meſſiæ divina natura agitur, ibi habebis *Verbum Jehova*, ubi verò de humana, ibi nomen *Meſchicha*. Tertiò; Non nomina ſed ſignificata nominum ſibi opponuntur. Nam nomen *Schaddai*, eſt nomen certi attributi divini;

Jehova

Jehova verò, nomen eſſentiale, ipſiſſimam notans eſſentiam divinam, non actiones, non operationes. Hinc patet, te non intelligere hujus loci ſenſum. *Et nomen meum Jehovæ non notum feci illis.* Quartò dicis: Semper fermè paraphraſtæ nomen *Jehovæ*, non *El*, *Elohim*, *Schaddai* deſcribunt hac locutione *Memra Jehovæ.* Hoc quoque falſum eſt, Chaldæos non *El*, *Elohim* per τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) deſcribere: ſi enim hanc tuam ipſius ſcripturæ locorum ſylvam inſpexeris, contrarium invenies. Quintò; Hanc phraſin ex mente Paraphraſtæ de revelatione majeſtatis ſeu potentiæ Divinæ ſumi, & ex Tharg. Hieroſol. ad cap. 12. Exod. verſ. 42. clareſcere, falleris. Quænam eſt iſta majeſtas? Creata ne an non? Si creata, dictum jam eſt, Chaldæos per hanc phraſin *Verbum Jehovæ* nullam creaturam, ſed ſemper ipſum ſummum Jehovam creatorem omnium ſolum exprimere. Sextò; Falſum itidem eſt, Chaldæos per prædictam phraſin exprimere angelum creatum, vel angelum populi Iſraelitici, per deſertum ductorem fuiſſe creaturam. Eſt enim hoc contra mentem & doctrinam omnium Judæorum. Septimò; Hic frugi vir eſſe incipis, nam infra ad cap. 12. Exod. verſ. 29. Dicit *Verbum Jehovæ* vel Hebræorum *Jehovam* eſſe ipſum angelum malum vaſtatorem. O blaſphemum os! Hîc verò diſtinguis *Verbum Iehovæ* ab angelo malo vaſtatore, & paulò poſt iterum id impugnas. Octavò: Ne falſitatis accuſeris, pro more tuo, citatorum verborum Irenæi locum prætermittis. Num vel hæc ex ullo audiviſti aliquando? Omnia certè ad voluntatem tuorum aſſeclarum loqueris, nihil ad veritatem.

IRENOPOLITA.

Ut autem Vanitas hujus commenti magis appareat, vellem rationem hariolatores reddant: Cur Paraphraſtæ, ſi hac voce ſignificare voluiſſent λόγον Dei ſubſtantialem, id non fecerint in omnibus iſtis locis, ubi angelo tribuitur nomen *Iehova*, & quæ de angelo increato ſeu filio Dei Domino & Principe angelorum exponunt. Uti angelus ille qui apparuit *Agari* Gen. 16. 7. 13; *Abrahamo* Gen. 22. 11. 16: Qui deduxit Iſraelitas per deſertum Exod. 23. 20: confer Deut. 31. 3. qui apparuit Gedeoni Jud. 6. 11. 14: At certum eſt in illis locis non tribui angelo nomenclaturam *Memra Iehovæ*. Quæ autem Gen. 22. 16. Onkelos habet, *& dixi in Verbo meo, vel apud me ipſum juravi*, ibi angelus perſonam Dei ſuſtinens illum loquentem introducit. Neque dicitur ibi, juravi per *Memra Iehovæ.* Semper etiam, ubi juramentum Deo tribuitur, hæc phraſis ſic occurrit, tam apud Jonathanem quàm Onkelos. Quòd verò uterque Thargum iſta ad lo-

cum 23. 21: *Quia nomen meum in medio ejus*, reddunt; *quia in nomine meo ſermo vel alloquium ejus*, eò manifeſtè ſignificarunt, hunc angelum tanquam legatum nomine Dei affaturum eſſe Iſraelitas, ut quicquid ille juſſurus vel acturus eſſet, tanquam ab ipſomet Deo profectum eſſe cenſerent. Unde valdè probabilis, ſi non indubia, quorundam Chriſtianorum & Judæorum ſententia videtur, ope ac miniſterio hujus angeli omnia tàm bona quàm mala eveniſſe populo Iſraelitico, atque Deus per hunc providentiæ ſuæ opera executus fuerit. In hunc etiam ſenſum Thargum Deut. 31. 3. exponit, *Verbum Domini Dei tui tranſivit ante te.* Sic & angelus Joh. 6. 2: vocatur *Iehova*, uti quoque Jud. 6. 14: ubi Thargum reddit nomen Jehova, non verò *Memra Domini*, uti & in aliis, quæ angelo tribuunt nomen Jehovæ, & Trinitarii de Filio Dei ſolent exponere, in iis debuiſſent Paraphraſtæ hanc phraſin uſurpare.

RITTANGELIUS.

Proh dolor! quoties inculcatum eſt Chaldæos per *Verbum Iehovæ* neminem alium niſi ipſum ſummum Jehovam creatorem omnium intelligi vello, nunquam angelum creatum vel aliam quamvis creaturam. Nam hæc à te citata loca Gen. 16. 7: Gen: 22. 11: Exod. 23. 20: Jud. 6. 11. 14: loquuntur de Angelo creato. Cætera verò loca, ut Gen. 22. 16: Gen. 16. 13: Deut. 31. 3: de ipſo ſummo Jehova omnium creatore. Ideoque Chaldæus in his locis habet *Schechina* & *Memra Iehovæ* (*Verbum Iehovæ*;) in illis verò, *Mallacha Iehovæ*, (*Angelus Iehovæ.*) Dein falſum & hoc eſt, quòd Angelo creato tribuatur nomen *Iehovæ.* Vel ubi hoc legiſti, illum Angelum, de quo Exod. 23. 20: agitur, duxiſſe Iſraelitas per deſertum, & illum ipſum eſſe filium Dei Angelum increatum, Dominum & Principem Angelorum, juxta Trinitariorum ſententiam? Utrumque falſum eſt, & hoc, & quod addis, nempè *valdè probabilem, ſi non indubiam, quorundam Chriſtianorum & Judæorum ſententiam videri, hunc Angelum tanquam legatum nomine Dei affaturum eſſe Iſraelitas &c. atque Deum per hunc providentiæ ſuæ opera executum fuiſſe.* Ringere ut voles, nunquam te a tanto crimine expedies. Omnes enim Iſraelitæ ἄσπονδον bellum huic ſententiæ indixerunt. Et quæ tandem eſt hæc conſequentia? Georgius vel Martinus ſolent hoc tempore hunc locum Jud. 6. 14. exponere de filio Dei; Ergò Paraphraſtæ (quorum primus Jonathan tempore templi ſecundi ſuam paraphraſin concinnavit, &c.) debuiſſent hanc phraſin ibi uſurpaſſe. Calx ſine arena.

IRENO-

Digitized by Google

Nec leve argumento noſtro pondus addit, quòd Syrus interpres nunquam æmulatus ſit hanc Chaldæorum dictionem, qui tamen meliori jure hæc potuiſſet & debuiſſet facere, quàm Evangeliſta Joannes: ſed in propria ſede Joh. 1. & 1: Joh. 1. 1: utitur voce *milta* denotante *Verbum.* Num putabimus Syrum hoc myſterium latuiſſe? vel commentatores noſtri ſeculi emunctioris fuiſſe naris? nec eſt quòd obvertas, Syriaco idiomati hoc vocabulum *Memra* inuſitatum eſſe; habet illud non minus ſuum *Memar* quàm Chaldaica dialectus, neque hoc diſſimulat Heinſius in ſuis Exercitationibus ad cap. 1. Joannis, ubi pro familiari ſua temeritate commentatur. *Chaldæis autem quantum tribuerit Evangeliſta, quem dilexit Dominus, quem* φίλον κυρίου ἐπιστήθιον *Græci dicunt, vel ex voce Memar, qua Sermonem dixerunt illi, à quo hic principium deduxit, planum eſt. Apparet ergò linguam illi aliam in animo fuiſſe, quamvis id in Græca vix apparet, neque Syrus hic nos juvat.* At nihil obſcurius eſt Joanni hanc Chaldaicam dictionem in animo fuiſſe, nec vel leviſſimum hujus rei indicium extat ibi: & veriſſimè agnoſcit, Syrum nihil ſubſidii præbere huic figmento, ut ſane mirum ſit, viros eruditos tam audacter hanc mentem Johanni affingere. Quamvis autem inter Græcam & Chaldaicam vocem maxima ſit ſignificationis vicinitas, quis tamen inde certò colliget, Evangeliſtam eò habuiſſe animum intentum? certè ejuſdem vocabuli uſurpatio non facit, ut quis ad eum autorem reſpexerit vel inde mutuatus ſit, qui illo prius uſus eſt. Idque magis hic locum obtinet, cum Chaldæi Paraphraſtæ nunquam eo ſenſu hanc vocem ſumpſerint, uti Evangeliſta noſter; Sed maximè utuntur hac phraſi, ubi ἀνθρωποπάθεια, vel miraculum arguens ſingularem veluti præſentiam, vel prophetica inſpiratio, vel ſimile quid memoratur, ſicuti Coccejus in Jobum commentatur ad cap. 2. 5: p. 35: quod verò ibidem addit; *Nam & creaturis accommodat hanc phraſin eo modo quo animæ ejus &c.* id non tantum locum habet in creaturis ſed in Deo; uti ex catalogo manifeſtum evadet. Sic etiam inani nititur conjectura, cum ibi ſubjungit: *Non dubito quin à Patriarchis & Prophetis fluxerit hic loquendi modus:* Saltem vel unicum ex iiſdem promere debuiſſet indicium, ne majorem lectori dubitandi anſam præberet. Ut autem magis pateſcat, quàm variè hæc phraſis ſumatur, non abs re erit contexere indicem omnium locorum ex Pentateucho, ubi hæc vox à Jonathane Deo tributa legitur. Non addimus hic ex paraphraſi Onkeloſi, quia pleraque illius loca jam antè à nobis obſerva-

ſervata ſunt, ubi tamen conſenſus utriuſque Paraphraſeos occurrit, verbo indicabimus.

RITTANGELIUS.

Recordare quæſo iſtius Arabici proverbii; *Ne jacias ſagittam in idolum ferreum.* Sagitta enim, dum in duriorem mittitur materiam, revertitur & vulnerat vulnerantem. Liceat igitur & mihi *Irenopolitanum tuum mucronem, vel potius Salisburienſem illum pugionem* in te ipſum vertere. Nec leviſſimorum omnium leviſſimum quidem pondus argumento veſtro hoc addit, quod Syrus interpres hanc Chaldæorum dictionem *Memra* nunquam æmulatus, ſed voce *Milta* uſus eſt: Nullo enim jure potuit & debuit hoc facere. Elumbis eſt hæc argumentatio: Syrus interpres, Theodotion, Symmachus, Aquila Ponticus &c. nunquam æmulati ſunt Chaldæorum dictionem *Memra*: Ergo Evangeliſta eò non habuit animum intentum, vel ſi mavis, Syrus interpres nunquam Chaldæorum vocem *Memra* æmulatus eſt, nullo enim jure potuit & debuit hoc facere. Ergo Chaldæi Paraphraſtæ nunquam ꝟ *Memra* eo ſenſu, quo Evangeliſta noſter, ſumpſerunt. Adhuc audi; Irenopolitanus noſter interpres nunquam æmulatus eſt hanc Chaldæorum dictionem *Memra*; Ergò Chaldæi hac phraſi utuntur, ubi [illegible] vel miraculum arguens ſingularem veluti præſentiam, & prophetica inſpiratio, vel ſimile quid memoratur. Logica hîc nos arte conſtringis. Pudeat te. Haudquaquam Heinſius in ſuis exercitationibus vos juvat. Si enim tu cum Heinſio differentiam, quæ eſt inter Chaldæos Paraphraſtas & Syrum interpretem, obſervaſſes, nunquam te ita turpiter dediſſes. Minimè igitur hic id obtinet locum, Chaldæos Paraphraſtas hanc phraſin nunquam eò ſenſu ſumpſiſſe, quo Evangeliſta noſter: Cum Paraphraſtæ eam ſemper, ſicut ſupra jam demonſtratum eſt, eodem unico & conſtanti ſenſu, uti & Evangeliſta noſter, ſumpſerint. Ut tandem adhuc magis pateſcat, eos non vario & multiformi ſenſu hanc phraſin uſurpaſſe, proximè ſequentem tuum ſupra Pentateuchum annexum indicem examinare aggredimur. Deus faxit, ut hæc omnia cedant ad nominis ſui gloriam, noſtrorum omnium doctrinam, tuam & omnium tuorum aſſeclarum converſionem & ſalutem.

DICTA

DICTA GENES.

IRENOPOLITA.

CAp. 2. verſ. 8: *Et plantatus eſt in vel cum Verbo Domini Dei hortus in Eden pro juſtis ante creationem mundi:* ubi optimè pro decreto vel conſilio Dei ſumitur.

RITTANGELIUS.

Tua cum venia; *Chaldæus habet; Et plantatus eſt cum vel in Verbo Jehovæ DEO* (non Dei) *hortus ex* (non in) *Eden pro juſtis ante creationem mundi.* Jam ſi hæc tuis comparaveris ſomniis, magnus mihi eris Apollo. Hic jam arrige aures! Textus Hebræus dicit: *Et plantavit hortum*, Quis? (Textus Hebræus) *Jehova;* Chaldæus hunc Hebræorum Jehovam nominitat *Verbum Jehovæ.* Noſter Irenopolita, *Conſilium vel decretum plantavit hortum.* Conferamus (Quis eſt ille Jehova, qui plantavit hortum? Textus Hebræus) *Deus.* Dic tu Chaldæe, quis eſt ille, quem tu Verbum Jehovæ nominas? Chaldæus, *Deus eſt.* Irenopolita dicit conſilium vel decretum eſt Deus. Hæccine verò, quam toties jactas, genuina Chaldæi interpretatio eſt.

IRENOPOLITA.

Cap. 3. verſ. 8: *Et audiverunt vocem Sermonis Dei.* Idem quoque habet Onkelos, hoc eſt, vocem diſtinctam, articulatam, & cum ipſis, idem etiam v. 10: *& dixit Sermocinantem vocem Sermonis tui audiebam.* Sic & Onkelos.

RITTANGELIUS.

Ne quid nimis, de nulla *articulatione* hîc ſermo ſit, ſed de *Voce deambulante:* de cujus verò voce hoc in loco agitur? Textus Hebræus, de *Voce Jehovæ.* Chaldæus *Verbi Jehovæ* (Quis eſt ille *Iehova*, quem Chaldæus *Verbum Jehovæ* vocitat? Textus Hebræus & Chaldæus) *Deus eſt.* Sed adhuc eſt quod ſub incudem revocandum venit in poſteriori membro: Nam duplex ibi committitur vitium & tranſlationis & interpretationis. Tranſlatio-

Digitized by Google

ſlationis itidem duplex eſt. Primum dum verba decimi verſus citando dicit, *Et dixit Sermocinantem vocem Sermonis tui audiebam*, cum Chaldæus habeat, *Et dixit vocem Verbi tui audivi in horto &c.* nec hic ulla *Sermocinationis* fit mentio. Secundum vitium eſt dum dicit; *Sic & Onkelos*, cum Onkeloſi formalia ad Verbum cum Jonathanis Paraphraſi concordent: nempè *Et dixit Vocem Verbi tui audivi in horto &c.* Interpretationis vitium ex ipſa ſupra collati textus inſpectione patet.

IRENOPOLITA.

Verſ. 23: *A fructu arboris vitæ, quem præparaverat vel ordinaverat Verbum Domini cuſtodire:* Id eſt decretum Dei.

RITTANGELIUS.

Quàm hæc ejus verſio cum Chaldaica paraphraſi concordet, non video. Chaldæus hæc habet: *Melius eſt ſervare legem, quàm fructum arboris vitæ, quem præparavit Verbum Jehovæ, cuſtodire &c.* Ad cætera ſuprà reſponſum eſt, & poſt hæc dabitur larga pluribus probandi occaſio, Chaldæos per *Verbum Jehovæ* indigitare ipſum *Jehovam*, non decretum.

IRENOPOLITA.

Cap. 4. verſ. 26: *Et exſtruxerunt idola ſua in nomine Verbi Domini.* Quaſi illa mandato Dei colerent.

RITTANGELIUS.

Ad Garamantes & Indos es relegandus, ut ſaniori redeas menti. Toto enim cœlo tua verſio à Jonathanis paraphraſi aberrat. Jonathan hæc habet, *& cognominarunt idola ſua nomine Verbi Jehovæ.* Tuam nunc applica verſionem, Chaldæus dicit *cognominarunt*, Tu verò, *exſtruxerunt*. Chaldæus *nomine Verbi Jehovæ*, Tu verò, *mandato Dei.* Egregium ſanè Chaldæi interpretem! Sublato jam fundamento, corruit tota tua de *mandato* ſuperædificata ſtructura.

IRENOPOLITA.

Cap. 5. verſ. 2. *Et benedixit illis in nomine verbi ſui.* Vide infra cap. 24. 1:

RIT-

Digitized by Google

RITTANGELIUS.

Quoniam nos ad capitis vigeſimi quarti primum verſum remittis, eouſque ſententiæ à te latæ examen differamus.

IRENOPOLITA.

Verſ. 22: *Et aſcendit* (ſcilicet Enochus) *in verbo coram Domino, & vocavit nomen ejus Metatrum, Scribam magnum.* Ubi ſignificat juſſu vel potentia Dei adſcenſionem hanc factam eſſe.

RITTANGELIUS.

Anſerinos hîc habuiſti oculos. Chaldæus habet *Mitatrin* in prima ſyllaba *Chirek*, & in fine *Nun*, non *Mem*. Adhuc audi. Textus Hebræus habet, *Quia accepit eum*, (ſcilicet Enochum.) Quis accepit eum? Textus Hebræus, *Deus accepit eum*; Chaldæus hunc Deum vocat *Verbum Iehovæ*. Interpres noſter Regius & tam egregius vult hunc Hebræorum *Jehovam* vel *Deum*, quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt, eſſe *potentiam* vel *juſſum*. Applica: *Jehova accepit Enochum*, id eſt. *Juſſus & potentia accepit Enochum.* Nugæ.

IRENOPOLITA.

Cap. 6. verſ. 3. *Et dixit Dominus cum verbo ſuo, non judicabitur &c.* Targum Hieroſ. *& dixit Verbum Domini: non judicabuntur &c.* Eadem phraſis, ubi Deo tribuitur, quòd aliquid dixerit cum Verbo ſuo, vel apud ſe ipſum decreverit, occurrit etiam infra cap. 8. 21: cap. 18. 17. 29: 31. 30. Exod. 23. & 3. 17. & 22. Targum Hieroſ. Exod. 13. 19. 1. 17: Sic & Jonathan. Num. 15. 2. 17: Creberrimè etiam Onkelos uſurpat, ubi vel deliberationem vel decretum, aut conſilium, quod divina mens (ut ſic loquar) apud ſe ipſum facit, denotare vult. Idem hæc loquendi formula Chaldæis valet, quod Hebræis, in corde vel animo ſuo dicere. Satis autem appoſitè Chaldæi ratiocinationis actum hic deſcribunt, qui nihil aliud eſt, quàm interna vel occulta ſermocinatio cum intellectu vel mente. Hoc pacto etiam de hominibus Paraphraſtæ ſumunt. Sic Jonathan Num. 20. 32: *Surrexit vir quidam è Domo Joſephi & dixit cum Verbo ſuo*, vel apud ſe ipſum. Non eſt igitur hic fingenda perſona λόγȣ ſubſtantialis, cum qua Deus ſermones miſcuerit, aut conſilium inierit. Vide reliqua huc pertinentia ſupra.

RITTANGELIUS.

Scripturæ loca tanquam cinerem ſpargis, quæ omnia contra te faciunt. Textus Hebræus dicit in his locis, *Dixit Jehova*, Chaldæus *Verbum Jehovæ dixit*; Irenepolita, *Deliberatio, decretum vel conſilium dixit.* Vel ſi mavis. *Et dixit Dominus cum verbo ſuo*, *habet Chaldæus*; Textus Hebræus. *Et dixit Dominus apud ſe ipſum*: Irenopolita; *Dixit Dominus ad deliberationem, decretum vel conſilium ſuum.* Quod tandem per Num. 20. cap. 23. verſum verba probare conaris, *hoc pacto etiam de hominibus Paraphraſtas* ſumere hanc phraſin: Scias me anxiè hunc locum quæſiviſſe, verùm irrito labore nec hoc nec aliis in locis mei exemplaris invenire potuiſſe. Ad cætera ſupra reſponſum eſt.

IRENOPOLITA.

Verſ. 6. *Et pœnituit Dominum in vel cum Verbo ſuo, quod fecerat homines in terra: & doluit contra illos.* Onkelos reddit, *dixit cum verbo ſuo.* Utrumque etiam Onkelos habet. Ubi pœnitudo & dolor tribuuntur Verbo Dei, vel decreto ejus, quo antea ſtatuerat hominem condere.

RITTANGELIUS.

Novum & inauditum hoc interpretandi genus eſt. Primò Textus Hebræus: *Et pœnituit Jehovam.* Chaldæus hunc Jehovam vocat *Verbum Jehovæ.* Interpres noſter Irenopolitanus. *Et pœnituit Verbum ſcriptum, literam mortuam vel decretum per verbum ſignificatum, quòd fecerat homines vivos in terra.* Sed audi. Vel Verbum ſcriptum & decretum per verbum ſignificatum & Jehova unum ſunt vel non. Si prius: ταυτολογίας vitium, grande apud eos nefas, Chaldæis iniquè affingis. Si poſterius: Doceas me quæſò, quid ſit *pœnitere decretum vel Verbum ſcriptum*; & quomodo *pœnitudo*, quam & *Iehovæ incomprehenſibili* & *Verbo ſcripto* vel *decreto* ejus attribuis, in ipſo *Iehova* & verbo ſcripto vel decreto ejus differant? Aut iuſtruas me, quomodo ſcias, quando *pœnitudo* ipſi Jehovæ ſit adſcribenda, & quando *decreto* vel *Verbo ſcripto*? Secundò; Chaldæi Jonathan & Onkelos, uterque habent: & *converſus eſt Iehova cum Verbo ſuo* & non *pœnituit.* Tertiò; Nullus quoque horum habet. *Et doluit*: Sed Jonathan habet: *Et diſceptavit.* Quartò: Nec Jonathan habet *contra illos*, ſed *ſuper eis.* Audi jam, *Et diſceptavit ſuper eis cum Verbo ſuo*, (Quis diſceptavit?) Textus Hebræus, *Iehova*, Chal-

dæus, *Verbum Iehovæ.* Cum quo diſceptavit? *cum Verbo ſuo dicit Chaldæus.* (Dic tu Hebræe cum quo diſceptavit *Iehova?*) *cum ſe ipſo.* Quodnam eſt illud Verbum? (Chaldæus, ipſe ſummus Jehova) Textus Hebræus idem dicit. Audiamus noſtrum Irenopolitam. *Et diſceptavit.* (Quis?) Irenopolita, *Verbum prophoricon* vel *decretum:* (Cum quo diſceptavit?) Irenopolita, *Verbum prophoricon vel decretum diſceptavit cum Verbo prophorico vel decreto.* Si, hæc quis tuis comparaverit nugis, vapulabo.

IRENOPOLITA.

Verſ. 7: *Dixit Dominus: Tollam hominem Verbo meo &c.* id eſt, vindicta vel ira mea, cujus muneris miniſter eſt verbum Dei.

RITTANGELIUS.

Et hoc, non ſolum novum, ſed & horrendum quoque monſtrum eſt. Chriſtus Jeſus Dominus & Salvator noſter Luc. 18. cap. 19. verſu dicit. *Nemo bonus niſi ſolus Deus.* Tu hunc unicum ſolum ſummèque bonum Deum dicis eſſe vindictam & iram, vel quod magis eſt abſurdum, hujus muneris miniſtrum ſaltem. Nam audi, Textus Hebræus dicit: *Et dixit Iehova delebo hominem &c.* Chaldæus hunc Hebræorum *Iehovam* vocat *Verbum Iehovæ.* Interpres noſter Irenopolitanus, Verbum ſcriptum, nempe ipſa litera mortua, quæ vindictæ & iræ Dei miniſtra eſt, tollet hominem vivum: Non ſolum egregium interpretem, ſed etiam valdè mirum hic agit revelatorem. Et unde hoc ſcis hoc in verſu Hebræorum *Iehovam*, quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt, ſignificare *Verbum ſcriptum* literam mortuam, quam vindictæ & iræ eſſe miniſtrum nugaris? In aliis verò locis notare decretum: Et rurſum in aliis *deliberationem ſeu conſilium.* In quibuſdam *juſſum & potentiam*; in aliis rurſum contraria, nempè modò *Angelum protectorem bonum*, modò diabolum *Angelum perditionis malum?* Uti infra habebimus in locis certis. Dic quodnam habeas adeò certiſſimum ſignum, quo certò & infallibiliter poſſis ſcire, quando Hebræorum *Iehova*, quem, uti ſæpius diximus, Chaldæi *Verbum Iehovæ* nominare ſolent, incipiat ſignificare *miniſtrum iræ & vindictæ*, & quando deſinat ſignificare hoc, & iterum ſignificare *deliberationem, conſilium, ſeu literam mortuam*; & quando iterum hoc deſinat ſignificare, & incipiat iterum aliud notare; ut vel *potentiam*, aut *juſſum, & imperium, miſericordiam, clementiam, protectionem, benedictionem, conſervationem, providentiam &c.?* Vel quando *ipſum*

Deum ſummè bonum Iehovam unicum & ſolum (ut in ſequente à te citato verſu, qui ita ſonat, *Quia pœnituit me cum verbo meo, hoc eſt, apud me ipſum vel in anima mea &c.* & *cap.* 8. *verſ.* 1. *Et recordatus eſt Dominus in vel cum verbo ſuo Noachi, hoc eſt, apud ſe ipſum*) ſignificet? Aut quomodo in hoc verſu ſcis *Verbum Jehovæ* ſignificare utrumque & *decretum & Iehovam* ſimul ipſum? Subjungis enim *propter decretum de conſervando Noach.*

IRENOPOLITA.

Cap. 9. verſ. 12: *Et dixit Dominus: Hoc eſt fœdus, quod pango inter verbum meum & inter vos.* Sic & verſ. 13: *Et erit in ſignum fœderis inter verbum meum & terram*: verſ. 15. *Recordabor fœderis inter verbum meum & vos.* Et verſ. 16. *Et recordor fœderis æterni inter Verbum Domini & omnem animam.* Et verſ. 17: Ita quoque idem loquendi modus extat cap. 17. 2. 7. 10. 11: Exod. 31. 17: *Inter verbum meum & filios Iſraelis.* In his etiam omnibus locis Targum Onkelos eadem verba retinet. Congruè autem hic per *Verbum* Domini intelligitur promiſſum vel juramentum, cujus interventu Deus pactum init cum homine. Sicuti omne fœdus duabus partibus continetur, videlicet promiſſo reſpectu Dei, & conditione ab homine requiſitâ. Hucuſque Irenopolita.

RITTANGELIUS.

Paucis hic tantum opus eſt. Nam in omnibus hiſce citatis locis Textus Hebræus habet *inter me Iehovam fœdus pango, vel fœderis recordabor & inter vos vel omnem animam &c.* quem *Iehovam* ubique Chaldæi exprimunt per *Verbum Iehovæ*, ipſum *Iehovam* nominantes *Verbum Iehovæ*. Si ergo juxta te *Iehova*, vel *Verbum Iehovæ* ſignificat *promiſſum*, cur juramentum? vel quomodo *juramentum* aut *promiſſum*, *ipſum* incomprehenſibilem *Iehovam*? Dic! cur vel unico in loco Hebræi *promiſſum* vel *juramentum* non expreſſerint per τὸ *Iehova*, quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* reddiderunt, ſed utrumque ſervarunt, nempè & *Iehovam* vel *Verbum Iehovæ* ſimul; niſi ut eò diſtinctius *Iehova* vel *Verbum Iehovæ*, qui juraſſe dicitur, ab ipſo juramento diſcerni poſſit? Percontare ſcripturam & Chaldæorum ſcripta, nullibi comperies *juramentum* vel *promiſſum* redditum eſſe per τὸ *Iehova*, vel verbum *Iehovæ*.

IRE-

Digitized by Google

IRENOPOLITA.

Cap. 11. v. 8: *Et revelatum eſt Verbum Domini ſuper vel contra civitatem*. Hic manifeſtatio vel revelatio tribuitur Verbo Domini vel *in malum*, ubi exequitur vel in lucem producit pœnas in decreto ejus abſconditas; veluti in hoc loco; vel *in bonum*, cum beneficia huic vel illi deſtinata profert; aut etiam arcana ſua hominibus pandit. Ita habet Targum Hieroſ. Exod. 6. 3: *Revelatum eſt Verbum Domini Abrahamo, Iſaaco &c.* Sic & cap. 12. 42: *Revelatum eſt Verbum Domini ſuper Mundum.* De beneficii revelatione manifeſtus eſt locus in Targum Jonathan Deut. 32. 39. *Poſtquam revelatum eſt Verbum Domini ad liberandum populum ſuum*. Itaque in his omnibus commodè ſumitur pro benefaciendi vel puniendi decreto, quod per executionem hominibus revelatur. Quandoque etiam accipitur de Prophetica viſione ſeu revelatione, vide Thargum Hieroſol. Gen. 18. 1. *Factus eſt ſermo propheticus à facie Domini ad Abrahamum juſtum, & revelatum eſt ſuper illum Verbum Domini in valle* Chaſaſa.

RITTANGELIUS.

Omnia hæc à te citata loca contra te faciunt. Nam quid dicit in omnibus hiſce Textus Hebræus? *Et apparuit vel revelatus eſt Iehova*. Chaldæus hunc *Iehovam* nominans *Verbum Iehovæ* dicis; *Et apparuit Verbum Iehovæ*. Per *Verbum Iehovæ* igitur Chaldæi nullum alium, niſi ipſum *Iehovam ſolum* exprimunt; non verò *viſionem ſeu revelationem propheticam*. Nam ſermo Propheticus *fit* ad Prophetas & *non revelatur*; uti ex loco à te ſupra citato Gen. 18. 1: ſatis manifeſtè liquet. Hinc video te neſcire quid ſit Propheta & *Verbi Iehovæ* revelatio. Aut quid ſit *ſermo propheticus* & *ſermonis prophetici actus*.

IRENOPOLITA.

Cap. 12. verſ. 17. *Et immiſit Verbum Domini Pharaoni plagas*. Ita in maledictionibus contra populum immorigerum Deut. 28: ſæpius Targum Jonathan habet, *Verbum Domini percutiet vos*, verſ. 22. 27. &c. ubi pro vi Dei ultrice rectiſſimè ſumitur vel pro ſupplicio, quod anteà Deus in verbo ſuo comminatus fuerat: Vide Exod. 32. 35.

RITTANGELIUS.

Tangam breviter. Textus Hebræus; *Et plagis affecit*, (Quis? Textus Hebræus) *Iehova:* Chaldæus, *Verbum Iehovæ.* Interpres noſter hunc Hebræorum Jehovam, quem Chaldæi *Verbum Iehovæ* vocant, dicit eſſe vim ultricem vel ſupplicium. Abſit hoc.

IRENOPOLITA.

Cap. 15. verſ. 1: *Verbum meum Clypeus pro te vel tibi.* Sic & Onkelos. Protectio vel tutela tribuitur Verbo Dei, quia hujus interventu illam pollicitus erat Dominus, ut ipſemet Abrahamus huic promiſſo ſecuré inniti poſſet. Vel ſi mavis Verbum Dei, ex ſenſu Paraphraſtæ, ſignificabit actum divinæ providentiæ, quando cura, & conſervatione ſua circa aliquem verſatur; ſicuti alibi dicitur verbo ſuo *benedicere*, *punire*, *&c.*

RITTANGELIUS.

Neque hoc neque illud. Nam per *Verbum Iehovæ* Chaldæi nec ſermonem prophoricon, (cui protectionem & tutelam tribui debere nugaris,) nec actum providentiæ ſignificari volunt. Nam audi: Textus Hebræus dicit; *Ego Clypeus tibi.* (Quis eſt ille Ego? Textus Hebræus) *Iehova.* Ecce hunc *Iehovam*, per τὸ *Ego* ſignificatum, Chaldæus nominat *Verbum Iehovæ.*

IRENOPOLITA.

Verſ. 7: *Et credidit in Verbum Domini.* Ita quoque Onkelos. Similis loquendi modus extat Exod. 14. 31: *Et crediderant in nomen Verbi Domini.* Ubi ſimpliciter Onkelos reddit in Verbum Domini. Num. 14. 9: *Ita non crediderunt* in Verbum meum. Cap. 20. 12: *ut non crederetis* in Verbum. Idem & Onkelos. Deut. 1. 32. Credidiſtis *in Verbum Domini Dei veſtri.* Sic quoque Onkelos, in his omnibus minime opus eſt diſcedere â propria ſignificatione, ut ſumatur pro Verbo Dei promittente, comminante, vel aliud quid revelante, cui fides adhibetur. Nihil enim vulgatius tàm ſacris quam prophanis ſcriptoribus hac phraſi, dicto ſeu verbo alicujus credere. *Perperam autem à multis fingitur* hîc diſcrimen, quaſi aliud ſit credere Verbo, ut hoc nudum tantum aſſenſum notet; aliud verò *credere in Verbum Dei*, ac ſi fiduciam hic modus loquendi includeret. Unicus locus huic differen-

ſcientiæ evertendæ ſufficit, Pſal. 106. ubi illud, quod verſu 12. dixerat *crediderunt in verba ejus*, poſtmodum verſ. 24. repetit, *crediderunt ipſius verbis*. Certè, qui vel à limine ſalutavit Hebræorum & Chaldæorum loquendi rationes, illicò deprehendet, has phraſes indifferenter illis venire, ut aliquando ſequenti voci, ad quam fides refertur, præfigant particulam BE, in, vel LE tertii caſus.

RITTANGELIUS.

Tua cum pace; Ad arbitrium & nutum tuæ ſectæ addictorum totum te fingendo & accommodando adeò non verum loqueris, ut hoc in paragrapho ſaltem tredecim vitia te commiſiſſe oſtendamus. Primum, Quomodo habet Textus Hebræus? *Et credidit in Jebovam.* Quomodo hæc vertit Chaldæus? *Et fuit ipſi fiducia in Verbum Jehovæ:* Ecce Hebræorum *Jehovam*, in quem Abraham credidit, Chaldæus vocat *Verbum Jehovæ*, huic acquieſcendum eſt. Secundum vitium eſt, dum textus Hebræi formalia arripis, quibus nudam vocem τὸ *Memra* (*Verbum*) aſſuis & pro Jonathanis verbis vendis. Tertiò; falſum eſt, quod dicis: *Ita quoque Onkelos.* Quartò, nugaris, Num. 14. 9: Chaldæum habere; *Ita non crediderunt in Verbum meum.* Quintò, nec hic Onkelos ſic habet, ut tu ipſi affingis, ſed longè aliud, nempe, *Quouſque non credent in Verbum meum.* Sic & Jonathan habet. Sextò, cap. 20. verſ. 12. dicis, *ut non crederetis in verbum*, cum Chaldæus habeat, *Eò quod non credidiſtis in Verbum meum.* Septimò, dum Deut. 1. 32: *dicis*, *credidiſtis in Verbum Domini Dei veſtri.* Chaldæus verò contrarium habet, nempe, *Vos non credidiſtis in Verbum Jehovæ Deum veſtrum.* Octavò, falſum quoque eſt, quòd dicis, *Sic quoque Onkelos.* Cum Onkeloſi cum Jonathanis concordet paraphraſis, & non cum tua verſione. Nonò, Hic arrigat benevolus Lector aures; dicit enim noſter interpres, à propria ſignificatione non eſſe diſcedendum. Sed audi; Quid dicit textus Hebræus: *Et credidit* (ſcilicet Abraham) *in Jebovam*, Chaldæus *in Verbum Jehovæ credidit*; Interpres noſter *in literarum mortuam credidit vivus Abrahamus*, quod quidem tunc temporis nondum in rerum natura fuit, vult igitur Hebræorum *Jehovam*, quem Chaldæi per *verbum Jehovæ* exprimunt, ſignificare literam ſcriptam. Decimò, noli diſputare de phraſibus, cum legere admodum non ſcias, nam *credere* & *non credere* contraria ſibi ſunt. Undecimò: Non dicam juxta te, nihil vulgatius tàm ſacris, quàm prophanis ſcriptoribus hac phraſi, *dicto ſeu verbo alicujus credere*, ſed hanc tam ſacrorum Hebraicorum quàm omnium prophanorum ſcriptorum, phraſin, idem ſigni-

ſicare, quod Chaldæorum phraſis, *credere in Verbum Iehovæ* (per *Memra Jehovæ* expreſſa) nec unico apice ex omnium Paraphraſtarum ſcriptis probare poteris. Duodecimò, nugaris, Unicum hunc locum Pſal. 106. verſ. 12: huic differentiæ à te poſitæ, evertendæ ſufficere. Nam & hic locus contra te facit. Primò verſum hunc non rectè, prout citandus fuiſſet, citas, cum Chaldæus & Textus Hebræus habeant, *in Verbum ejus*, in ſingulari, & non in plurali; ſicuti tu habes; nempè *in verba ejus*. Decimo tertio: Falſum eſt hunc locum agere de ſermone prophorico. Sed ſecundum Chaldæum, & omnes in ſcripturam commentatores Hebræos, de ipſo Jehova. Sequentem verò verſum 24. agere de verbo ore prolato vel ſcripto, nullus negat. Ideoque in priori 12 verſu Chaldæus habet *Memrah* (*Verbum*) per quod Chaldæi ipſum Jehovam exprimunt; In poſteriori vero habet *Pithganeah* (Sermonem ore prolatum, vel propheticum, vel ſcriptum, ſemper & ubique in omnibus paraphraſtarum ſcriptis propriè notans.)

IRENOPOLITA.

Cap. 16. verſ. 13: *Et confeſſa Domino verbum ejus eſſe, quod locutus fuerat*. Propria ſignificatio hic retinenda eſt.

RITTANGELIUS.

Textus Hebræus. *Et invocavit nomen*, (cujus nomen invocavit? Textus hebræus) *Iehovæ loquentis ad eam.* Chaldæus, hunc *Jehovam* cum ipſa Hagahra loquentem *Verbum Jehovæ* nominans, dicit; *Et laudavit Jehovam, cujus verbum loquutum erat cum ea:* Hinc cadit tua ſententia de propria ſignificatione retinenda. Cæterùm, quàm tua verſio à Jonathanis paraphraſi diſcrepet, ex ipſa collatione textus Chaldæi apparebit.

IRENOPOLITA.

Cap. 15. verſ. 5: *Et ſumam fulcimentum panis, & ſtabilite cor veſtrum, atque confitemini nomini verbi Domini.* Sunt verba Abrahami invitantis tres angelos ad refectionem, eoſque adhortantis ad benedictionem nominis divini antè cibi ſumptionem: Ubi non intelligit aliud nomen quàm ſibi in verbo, ad ipſum facto, revelatum. Quo ſenſu & alibi verbo Dei tribuitur nomen: uti infra, cap. 21. 33: *Et crediderunt in nomen Domini Dei mundi &c.* Ut tantum deſcribatur, quale nomen fuerit, quod celebraverunt, vel in quod crediderint, non ab ingenio hominis confictum,

vel

vel temerè uſurpatum, qualia erant falſorum Deorum nomina, ſed tale, quo ſe ipſum in verbo ſuo Deus manifeſtaverat.

RITTANGELIUS.

Sagitta, ut jam dictum eſt; dum contra duram mittitur materiam, in mittentem revertitur, & vulnerat vulnerantem. Nam primò; Falſum eſt, Abrahamum adhortatum eſſe tres angelos ad benedictionem antè cibi ſumptionem. Eſt enim hoc contra mores, conſuetudinem & canones omnium Hebræorum: Quibus ſolemne eſt, ut antè cibi ſumptionem Paterfamilias benedicat; ſublato verò cibo, benedictionis honor hoſpitum primario concedatur. Secundò. Hic pes pauliſper figendus. Nam audi, quid dicit Chaldæus? *Confitemini.* (cui eſt confitendum?) *Nomini*, (cujus nomini? *Verbi Jehovæ.* Sic verſ. 33. cap. 21: Textus Hebræus. *Et plantavit* (ſcilicet Abraham: Quid plantavit?) *arboretum*: (ubi?) *In Beerſchabath*: (Et quid?) *& invocavit ibi*, (Quem invocavit?) *nomen*; (cujus nomen,) *Jehovæ*, (Quis eſt ille Jehova?) *Deus mundi.* Audiamus jam Chaldæum. *Et plantavit* (Abraham) *arboretum in Beerſchabah, & præparavit in eo victum & potum* (cui?) *tranſeuntibus & revertentibus* (viatoribus ſcilicet:) (Et quid tandem?) *Et exclamavit coram eis ibidem, confitemini & credite*, (in quem?) *in nomen*, (in cujus nomen?) *Verbi Jehovæ.* (Quodnam eſt illud *Verbum Jehovæ?*) *Verbum Iehovæ eſt Deus mundi:* Si jam hæc tuis cum nugis comparaveris, vapulabo. Sed quæſo, inpoſterum, ne ita cito, ad ſcribendum proſilias, ne levi inſania duci videaris.

IRENOPOLITA.

Cap. 19. verſ. 24: *Et Verbum Domini dimiſit pluvias benevolentiæ: & ignem à facie Verbi Domini è cœlo.* Non ineptè Verbum Domini hic accipietur pro efficace juſſu Dei, cujus interventu fuit excitatus imber benedictionis, ut hoc pacto ad reſipiſcentiam alliceret Sodomitas; Sed cum nihil proficeret, ſulphurem & ignem dimiſit ex iræ & maledictionis ſuæ theſauro. Hac ratione in ſecundo membro concinne hæc, *à facie Verbi Domini* referentur ad indignationem atque excandeſcentiam Dei (quam Deo tributam Chaldæi ſæpè exprimunt per *Verbum Domini.* Vide Deut. 4. 23: Oſeæ 5. 12: &c. ſicuti antitheſis manifeſta exigit. Ut ſenſus ſit: cum anteà non poſſet Dominus largà ſuâ benedictione illos ad ſaniorem mentem reducere, convertit clementiam ſuam in iram, à quâ profectum fuit hoc ſupplicium. Quis verò adeò infrunitæ mentis erit, ut dicat Dominum, cu-

 jus

ſus in primo membro ſit mentio, per verbum ſeu filium ſuum hanc Vindictam executum eſſe? Hinc non obſcurè emergit ſenſus illius emphaticæ repetitionis, vel auxeſeos in hebræo, Pluit *Dominus à Domino*, hoc eſt, à juſtiſſima ſua ira vel ultione: ut vox Domini repetita non ipſius perſonam ſignificet, ſed ejus ſeveritatem longanimitati vel ἀνοχῇ oppoſitam. Neque hoc inſolens eſt ſcriptoribus ſacris, attributis vel affectibus divinis tribuere nomen Dei.

RITTANGELIUS.

O! omnibus inaudita res ſeculis. Proh dolor! Quid abſurdi piis hic ingeritur auribus? *Iram, excandeſcentiam, maledictionis theſaurum, indignationem &c.* eſſe ipſum ſummè & unicè ſolum bonum Jehovam? Ubi locorum in ſacra ſcriptura, aut in omnibus Chaldæorum, vel Hebræorum ſcriptis legiſti, quod attributa & affectus hominibus mortalibus propria, propriè ſummo attribuerint *Iehovæ*? vel ubi legiſti, quòd attributis vel affectibus divinis tribuerint nomen Jehovæ? aut quod Chaldæi per *Memra d' Adonay* (*Verbum Iehovæ*,) per quod ipſum ſummum Jehovam ſolum exprimunt, *indignationem, excandeſcentiam, maledictionis theſaurum, iram, ſeveritatem, ultionem*, vel alios affectus expreſſerint? Vel quòd Deus ſummam ſuam bonitatem & Clementiam converterit in iram? Si bona fide agere volueris, oſtende vel unico apice, & facile ſupercilium illud tuum retundetur. Et quid tandem loca Deut. 4. 23: & Oſeæ. 5. 12. contra te ipſum citas, & non adducis horum formalia, nam in poſteriori, ut ſupra fol. 27. Videbis *Ca-aſcha* (*ſicuti tinea*) & hic & folio 27. legiſti pro *ira*. Pudeat te facti, ubi Oſeæ. 5. 12. habetur *Ira*?

IRENOPOLITA.

Cap. 20. verſ. 3: *Et venit Verbum à Domino ad Abimelechum*. Ubi de revelatione in ſomniis facta ſermonem eſſe, nullus nemo ſinit dubitare; maximè vero verſ. 6. ubi Jonathan reddit: *Et dixit ad illum ſermo Domini in ſomnio*. Hoc modo ſumitur etiam pro Oraculo divino & ſuggeſtione propheticæ in ſomnio vel viſione oblatæ. Vide Num. 12: 6: Quia verbum in Viſione ad illos fit. Sic cap. 23. 16. *Et venit verbum à facie Domini ad Bilhamum*, ubi idem Onkelos. Ita quoque Deut. 34. 6: *Apparuit Abrahamo in viſione Verbi ſui &c. Apparuit et* (Moſi) *in verbo ſuo*. Nihil autem manifeſtius eſt, quàm in his locis agi de revelatione prophetica.

RIT-

RITTANGELIUS.

Nihil manifeſtius eſt, quàm in his locis agi de revelatione in ſomnio vel Viſione facta. *Exceptis* illis locis, quæ non agunt de tali revelatione, nempe Deut. 36. 6: de Abrahamo & Moſe mortuo &c. de quibus infra loco ſuo. Cætera verò loca de ſupradicta revelatione quidem prophetica agunt, ſed quòd hoc per & *Memra Jehovæ* (*Verbum Iehovæ*) fiat, falſum eſt. Nam Textus Hebræus dicit: *Et venit* (Quis?) *Elohim vel Deus*, (Ad quem? Textus Hebræus) *Ad Abimelechum*; (Quando vel quomodo? Textus Hebræus;) *in ſomnio noctu*. Chaldæus hunc Hebræorum *Elohim* vel *Deum* nominat *Verbum Iehovæ*, dum dicit: *Verbum Iehovæ venit ad Abimelechum in ſomnio noctu*. Ecce quomodo hic tam diſtinctè *Elohim vel Deus*, qui revelatur *in ſomnio noctu*, & quem Chaldæi *Verbum Iehovæ* nominant, ab ipſa Viſione vel ſomnio prophetico diſtinguatur. Sic de cæteris locis. Niſi velis dicere, *Elohim* vel Deum ſignificare ſomnium vel Viſionem propheticam. Nugæ.

IRENOPOLITA.

Verſ. 18: *Et valde conſtrinxerat Verbum Domini facies omnium cardinum vulvarum &c.* Id eſt, ultio Dei verbo ſignificata.

RITTANGELIUS.

Hem! mirum Chaldæum! Audiat benevolus Lector Textum Hebræum, qui ita ſonat: *Quia claudendo clauſerat*. Chaldæus itidem ad verbum. Noſter interpres verò, *valdè conſtrinxerat*. Egregiè hunc locum vertit. Sed tranſeant iſta. Ad rem ipſam. Quæramus quiſnam ſit ille qui clauſerat &c? (Textus Hebræus) *Iehova*. Chaldæus, *Verbum Jehovæ*, noſter interpres, *Ultio divina Verbo ſcripto ſignificata*. Hæccine eſt genuina Dictionis *Jehovæ* interpretatio. Textus Hebræus dicit *Iehovam* (quem, ut toties diximus, Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt) *clauſiſſe* &c. Tu dicis *ultionem*. Si vel unico apice monſtraveris Hebræorum *Jehovam*, vel Chaldæorum *Verbum Jehovæ* ſignificare ultionem in verbo ſcripto ſignificatam, actum erit de me. Etiamſi omnia illorum ſcripta perſcrutatus fueris, certò tamen comperies, illos nunquam de ſummo Deo impiè ſenſiſſe, quod tu tamen illis admodum impiè & ſecurè affingis.

Digitized by Google

IRENOPOLITA.

Cap. 21. verſ. 20: *Et fuit Verbum Domini in auxilium puero.* Eadem loquendi formula, ubi de Verbo Dei narratur, quod alicui auxilium præbuerit, occurrit infra, verſ. 22: & cap. 26. 28: 28. 20: 29. 12: 39. 23: 48. 21: Exod. 18. 19: Num. 23. 21: Deut. 2. 7: 31. 8. 23: ubique etiam Onkelos hanc phraſin retinet. Intelligitur autem hic providentia, cura & protectio Dei, quam antea per verbum ſuum pollicitus erat, & quâ circa hunc vel illum verſatus eſt. Vide alia huc pertinentia ſupra.

RITTANGELIUS.

Paucis hic iterum tantum opus eſt. Nam ubi Textus Hebræus habet, Et fuit *Jehova* vel *Deus cum puero*, Chaldæus, hunc *Jehovam* vel *Deum* per *Verbum Jehovæ* exprimens, dicit; *Et fuit Verbum Iehovæ cum*, *vel in auxilium*, *puero*, & non: *& fuit providentia, cura & protectio cum*, *vel in auxilium*, *puero*. Aut fortè putas Chaldæos nullum aliud habuiſſe vocabulum, quo providentiam, curam & protectionem exprimere potuiſſent? Falleris. Nam audi! *Et fuit in auxilium puero*, (Quis? Textus Hebræus,) *Jehova* vel *Deus*. Chaldæi *Verbum Iehovæ*; Tu verò, *providentia, cura & protectio fuit in auxilium puero.* Sic de cæteris omnibus locis.

IRENOPOLITA.

Verſ. 23. *Et jam jura mihi in vel per Verbum Domini.* Idem quoque Onkelos. Ubi Ethnici hi Abimelech & Picholne per ſomnium quidem cogitarunt de alia perſona præter illum Deum, qui ſe in verbo vel in ſomnio revelaverat Abimelecho. Niſi velimus hos exiſtimare, nocturnam hanc manifeſtationem à filio Dei profectam eſſe. Sed ubi quæſo vola aut veſtigium hujus rei in hiſtoria? Sic quoque infra cap. 24. 3: in adjuratione Abrahami, ubi Jonathan. *Adjuro te in nomine Verbi Domini*, *cujus thronus eſt in cœlis excelſis*. Onkelos autem habet *Adjuro te in Verbo Domini*. Nihil aliud volunt quam Abrahamum uſurpatione nominis Dei, qui ſe antea ei revelaverat in verbo prophetico, ſervum ſuum obſtrinxiſſe, ut hic idem ſit *Adjuro te in nomine verbi*, *vel per Verbum Domini.* Non quaſi per verbum aliquod Dei ſcriptum fecerit hanc adjurationem (ſicuti poſtmodum Judaica invexit ſuperſtitio, hodieque uſitatum eſt, ut per libros ſacros vel per legem Moſis Judæi concipiant ſua juramenta, de quo

quo Majmon: in Hilchot ſchebuoth cap. 12.) ſed per illud verbum, ſeu oraculum, quo ſe Deus manifeſtaverat.

RITTANGELIUS.

Primò. Quid inde ſive ad te, ſive contra me, quomodo Ethnici illi hæc verba intellexerint? Nam eorum nos ſententiam non imus examinatum; ſed Chaldæorum. Dein certum eſt, Abimelechum & Picholem, dum volunt Abrahamum jurare ſibi debere per *Jehovam*, non voluiſſe ut juraret per *verbum revelatum*, ſed per *Jehovam* ipſum, quem Chaldæi dicunt *Verbum Jehovæ*. Præterea: Quæ de Judaica ſuperſtitione in juramentis præſtandis diſſeris, non ex Majmonide, quem tu nunquam vidiſti, legiſti, ſed ex Buxtorfii majori Lexico in radice *Schabuh* deſcripſiſti; & nec ejus ſatis percepiſti mentem. Non enim Buxtorfius de ſolenni Judæorum juramento, ut tu falsò dicis, loquitur; ſed de vulgi conſuetis juramentorum abuſibus. Sed nondum erroris finis eſt. Neutiquam enim Hebræis per legem ſcriptam jurare integrum eſt, ut benè conſtat iis, quibus cum illis intercedit familiaritas.

IRENOPOLITA.

Verſ. 33: *Et crediderunt in nomen Verbi Domini.* Huic perſimilem locum vid. Exod. 14.31: hic alia loca ubi credere quis dicitur in nomen Verbi Dei, vel in Verbum Domini, conſule ſupra ad Gen. 15.7.

RITTANGELIUS.

Non veritatem & pacem, ſed rixas & odium quæris, aliàs materiam hanc, ſuperius jàm ſatis fusè pertractatam, & loca toties citata non de novo repeteres. Ad hæc omnia ſupra cap. 15. 7. reſponſum eſt.

IRENOPOLITA.

Cap. 22. verſ. 1: *Et illicò Verbum Domini tentavit Abrahamum*, metonymicè, ſcilicet Deus per verbum vel oraculum ſuum, quod mox deſcribitur. Niſi potiùs hic intelligere velimus ſapientiſſimum Dei conſilium, quo explorare fidem & conſtantiam Abrahami voluit.

RIT-

Digitized by Google

RITTANGELIUS.

Multa moves, pauca promoves. Quid dicit Textus Hebræus: *Et tentavit Abrahamum.* (Quis? Textus Hebræus:) *Deus;* Chaldæus, *Verbum Dei tentavit Abrahamum:* non conſilium vel oraculum, ut tu nugaris. Ad cognatos es ablegandus. Quid dicunt Germanica noſtra Biblia? GOTT verſuchte Abraham: Jam quantum hic monſtri naſceretur, ſi quis vocem GOTT redderet per conſilium vel oraculum. Fumos vendis.

IRENOPOLITA.

Verſ. 17: *Dixit: cum Verbo meo juravi.* Ita quoque Onkelos, hoc eſt, *mecum;* Vel uti Hebræus legit Bi. ut ſignificetur firmiſſimum decretum, quod DEUS apud ſe ipſum ſtatuit. Huc refer uberioris explicationis cauſa, quæ ſupra dicta ſunt ad cap. 9. 12:

RITTANGELIUS.

Veritas exilium quidem patitur, ſed in totum ſupprimi non poteſt, pellucidum eſt enim omne mendacium. Textus Hebræus: *Apud me juravi:* Chaldæus; *Apud Verbum meum juravi.* Jam audi: Quis eſt ille, qui ſe apud ſe ipſum juraſſe dicit? Textus Heb. *Jehova.* Chaldæus hunc Hebræorum Jehovam nominat *Verbum Jehovæ:* Germani, GOTT / Galli, *Eternel:* Ergo dum *Jehova* dicit, *apud me ipſum juravi*, hoc Chaldæi exprimunt per *Verbum meum juravi*, adeoque per *Be Memri* (*per verbum meum*) indigitant ipſum incomprehenſibilem *Jehovam.* Ita res ſe habet. Ad cætera ſupra reſponſum eſt cap. 9. 12:

IRENOPOLITA.

Verſ. 18: *Quia obediviſti verbo meo.* Idem etiam Onkelos, Hoc eſt juſſui meo de mactando filio obtemperaſti.

RITTANGELIUS.

Hæreticorum animoſitas & inſcitia flagitioſa ſemper eſt inquieta, etiamſi eadem ubique Chorda oberret. Textus Hebræus: *Eo quod obediviſti voci meæ* (cujus voci? Et quis eſt qui hæc loquitur? Textus Hebræus) *Jehova.* Chaldæus hunc *Iehovam* nominat *verbum Jehovæ.* Interpres noſter *Juſſum de mactando*

filio:

filio: Ergò non Deus ipſe, cujus nomen eſt *Jehova*, & quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt, ſed illud *juſſum de mactando filio dixit ad Abrahamum. Quia obedivisti juſſui meo?* Et hoc, calx ſine arena. *Juſſus dixit Abrahamo.*

IRENOPOLITA.

Cap. 24. verſ. 1: *Et Verbum Domini benedixit Abrahamo omni genere benedictionis.* Sic quoque infra cap. 31. 9: *Et benedixit Dominus nomine Verbi ſui poſt mortem matris ejus.* Ita etiam Num. 23. 8: *Quid ego maledico? Nam Verbum Domini benedicit illis:* Deut. 24. 19: *Benedicet nobis Verbum Domini Dei veſtri in omnibus operibus manuum veſtrarum.* Hic benedictio facta Abrahamo, Iſaaco, & promiſſa populo tribuitur verbo Domini, non tantum quia interventu illius Deus eam pollicitus erat, ſed etiam quia huic conjuncta eſt ἐνέργεια quædam apparens in Dei beneficiis. Atque hoc ſenſu latè extendunt Chaldæi hanc dictionem, ut per hoc *Verbum* intelligant, vim illam in Deo, qua cuncta moderatur atque exequitur, ſive illa in bonum ſive in damnum hominis cedant.

RITTANGELIUS.

Ne nimis accuratam cum noſtro Antagoniſta inſtituamus rationem, breviter reſpondemus. Quid dicit Textus Hebræus? *Et Jehova benedixit Abrahamo in omni.* Chaldæus, *Et Verbum Jehovæ benedixit Abrahamo omni genere benedictionis.* Vides quod neminem alium Chaldæi per *Verbum Jehovæ* indigitent, quàm ipſum incomprehenſibilem *Jehovam.* Tu ſudabis oſtendere hunc incomprehenſibilem *Jehovam* eſſe vim aliquam creatam.

IRENOPOLITA.

Cap. 26. verſ. 5: *Quia obedivit Abraham Verbo meo & obſervavit cuſtodiam Verbi mei.* Ita etiam Onkelos. Mandatum hic intelligi de relinquendo patrio ſolo & offerendo filio, nemo facile inficias ibit.

RITTANGELIUS.

Ad hæc jam ſuperius cap. 22. verſ. 15. reſponſum eſt.

IRENOPOLITA.

Cap. 27. verſ. 28. *Et dabit tibi Verbum Domini de rore bono:*

Uti ſuprà benedictio refertur ad verbum; ita hîc largitio roris. Vide annotat. ad cap. 24. 1:

RITTANGELIUS.

Et hic nugas vendis, nam Chaldæus habet; *Et dabit tibi Verbum Jehovæ de bonitate rorum deſcendentium de cælis, &c.* Ad cætera ſuperius cap. 24. 1: (ubi de omni genere benedictionis & benedicente ſimul actum eſt) reſponſum eſt. Superflua hæc ſunt. Parvus libellus, multis & quidem maximis ſcatet mendaciis. Si quilibet verſus ſemel tantùm citatus fuiſſet, unica charta ſuffeciſſet. Miror tamen quod tam diverſam faciat orationem, cum largitio roris hoc in loco pars ſit ſuperioris ſui totius. Vid. cap. 42. 1:

IRENOPOLITA.

Verſ. 31: *Et impedivit Verbum Domini ab illo feram mundam.* Divinâ ſcilicet providentiâ factum fuit, ut Eſau non poſſet edulium tempeſtivè parare ex capta fera:

RITTANGELIUS.

Divina quidem providentia hoc factum eſſe concedo. Chaldæos vero hanc per τὸ *Memra Iehovæ (Verbum Iehovæ)* indigitare voluiſſe falſum eſt. Cum illi neminem alium, quàm ipſum ſummum *Iehovam* per *Memra Iehovæ (Verbum Iehovæ,)* ut ſæpiſſimè inculcavimus, exprimant. Alias vel unico in loco, ubi in ſacra ſcriptura de divina providentia agitur; Chaldæi ipſum genuinum vocabulum τὸ *providentia* per *Verbum Iehovæ* expreſſiſſent, quod factum nullibi eſt.

IRENOPOLITA.

Cap. 31: verſ. 24: *Et venit Angelus cum Verbo à facie Domini ad Labanum.* Onkelos reddit: *& venit Verbum à Domino,* hoc de revelatione facta Labano in ſomnis accipiendum eſſe hiſtoria manifeſtô arguit.

RITTANGELIUS.

Non adeò craſſæ putabam te eſſe ruſticitatis; quam tu quidem ſolam pro induſtria habes. Neſcio, quam tibi autoritatem ſcelere errorum tuorum acquirere conaris. Ubi tu unquam in

ſacris

Digitized by Google

ſacris authoribus legiſti Deum ſe alicui revelaſſe in ſomno? In ſomnio ſcripſiſſe debuiſſes. Quis de tuis larvis nocturnis & nocturnis portentis in ſomno factis non rideat. Ad cætera ſupra reſponſum eſt cap. 11. verſ. 8:

IRENOPOLITA.

Verſ. 50: *Vide: Verbum Domini teſtis ſit inter me & te.* Idem quoque Onkelos. Hoc ſi de Angelo ex mente Jonathanis, apparente Labano ſumatur; tum propriè is potuit teſtari de hoc fœdere: aliàs poteſt intelligi de ipſomet Deo, qui ſe per verbum noctu revelaverat.

RITTANGELIUS.

Interpres noſter ex falſa præſumptione vult Jonathanem hic loqui de Angelo, cum hoc falſum ſit. Nam ubi Textus Hebræus de Angelis creatis loquitur; ibi Chaldæi habent vocem *Malacha* (quæ propriè *nuncium*, *Angelum* vel *legatum* ſignificat) Unde *Mallechut*, *legationem* ſignificat, & quidem etiam *propheticam*. Et Prophetæ Angeli dicuntur. Per *Verbum Jehovæ* verò indigitant ipſum *Jehovam* ſemper. Jam audi, Textus Hebræus: *Vide Deus*, (non Angelus aut legatus) *teſtis eſt inter me & te.* Chaldæus. *Vide Verbum Jehovæ teſtis eſt, inter me & te.* Nulla hic mentio fit angeli. Cur non inſpexiſti Germanicam vel Latinam quamvis verſionem?

IRENOPOLITA.

Cap. 41. 1: *Et facta eſt ſub finem duodecim annorum recordatio Joſephi coram Verbo Domini.* Hoc eſt decreto Dei, quo ſtatuerat tum illum è carcere liberare.

RITTANGELIUS.

Tu tibi imaginaris illum eſſe inſanum, qui tecum inſano non inſanit. Ubi tu legiſti in Textu Hebræo, Chaldæis, vel in omnibus, quotquot ſunt, aut unquam fuerunt, in univerſo terrarum orbe verſionibus, recordationem Joſephi factam eſſe ſub finem duodecim annorum? Sub finem *duorum*, non *duodecim annorum.* Vide quòd nullus ſit locus in hoc tuo futili ſcripto, ubi non ex tuis ipſius ſcriptis & verbis tela ſumam, quibus contra te pugnem. Præterea quis eſt hic ſenſus, *facta eſt recordatio Joſephi coram decreto?* Scis ne tu, quid ſit decretum, vel ipſe

 Deus?

Deus? Quis unquam ex inſanis non dicam prophanis ſcriptoribus tale quid ſomniavit? Coram *Verbo Jehovæ*, (per quod Chaldæi ipſum *Jehovam* indigitant,) *facta eſt recordatio Joſephi*, non coram decreto, &c.

IRENOPOLITA.

Cap. 46 verſ. 4: *Ego ſum, qui cum Verbo meo deſcendam tecum in Ægyptum &c. Et Verbum meum aſcendere te faciet.* Curam & protectionem ſuam antea illi per Verbum promiſſam dicit perpetuum fore ejus comitem.

RITTANGELIUS.

Nunquam hoc vel omnium minimâ calamiſtratione, non dicam apice oſtendes, etiamſi non ſolum totam ſcripturam & Joannes Chaldaicas paraphraſes, imò etiam omnium (quotquot omnibus ſeculis fuerunt) Hebræorum Commentatorum & prophanorum Scriptorum ſcripta perconctatus fueris, eos per τὸ *Jehova*, (quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt) intelligere voluiſſe *Curam & protectionem per Verbum ſcriptum &c. promiſſam*. Nam hîc arrige aures; *Et Ego aſcendere faciam te etiam aſcendendo* habet Textus Hebræus. Chaldæus verò; *Et verbum meum aſcendere faciet te &c.* Jam? Quis eſt ille *Ego qui aſcendere faciet &c.* quem Chaldæus per *Verbum meum* expreſſit? Summus ille & incomprehenſibilis Jehova; non cura, non protectio in verbo ſcripto ſignificata. Conſidera quæſo quis ſit *Jehova*, & quid ſit *cura*, & ita noli amplius de Deo impiè loqui.

IRENOPOLITA.

Cap. 48. verſ. 9: *Et dixit Joſeph ad patrem ſuum, filios dedit mihi Verbum Domini.* Reſpicit forſan ad ſomnium, Gen. 37. 9: Vel dicit Verbum Domini dediſſe filios, quia hoc cauſa fuerit benedictionis hujus; Vide & ſupra, ad cap. 24. 1:

RITTANGELIUS.

Textus Hebræus dicit in præcedente verſu octavo, Iſrael vidiſſe filios Joſephi filii ſui, & quæſiviſſe, quinam ſint. Cui Joſeph ſequente hoc verſu nono hiſce reſpondit; *Filii mei ſunt hi, quos dedit mihi Deus hic &c.* Hæc Chaldæus ita explicuit; *filii mei ſunt hi, quos dedit mihi Verbum Jehovæ &c.* Noſter interpres: *Filios dedit mihi Verbum Domini.* Vide quàm ſua à Textu He-

Hebræo & Chaldaica diſcrepet paraphraſi. Nunc applica! Quis dedit tibi filios mi Joſephe? Textus Hebræus. *Deus dedit mihi filios.* Chaldæus hunc Hebræorum *Deum* vocans *Verbum Jehovæ* dicit; *Verbum Jehovæ dedit mihi filios.* Noſter interpres, *vis quædam per literam vel mortuum verbum ſignificata dedit mihi filios vivos.*

IRENOPOLITA.

Cap. 50. verſ. 19: *Sed Verbum Domini cogitavit illud in bonum.* Quia Dominus, pro ſapiente & benigna ſua providentia, hic per verbum ſignificata, in bonum direxit eventum.

RITTANGELIUS.

Quis cogitavit illud in bonum? Textus Hebræus; *Deus cogitavit illud in bonum.* Chaldæus hunc Hebræorum *Deum* nominat *Verbum Jehovæ.* Interpres noſter Irenopolitanus dicit, *Providentia cogitavit illud in bonum.* Hem! non ſolum egregium interpretem, ſed & mirum etiam revelatorem agit noſter Irenopolita. Si unico apice mihi oſtenderis, *Deum* in ſacris ſcripturis & *Verbum Iehovæ* apud Chaldæos, notare providentiam, vapulabo. Id eſt, Nunquam.

Digitized by Google

DICTA EXOD.

IRENOPOLITA.

CAp. 12. verſ. 23: *Et tranſiit verbum Domini oſtium.* Hoc eſt, angelus Domini, ne Iſraelitis noxam inferret.

RITTANGELIUS.

Hic iterum nugas vendis. Textus Hebræi vel cujusvis verſionis ſunt hæc verba, quibus tu nudam voculam τὸ *Memra* (*verbum*) adjeciſti, & pro Jonathanis vendis. Hæc verò quæ ſequuntur ſunt Jonathanis formalia; nempe, *Et proteget Verbum Domini oſtium, neque dimittet angelum perditorem intrare in domos veſtras ad percutiendum.* Tu ne es peritiſſimus ille & omnium doctiſſimus Magiſter in Iſraele, & quod magis, in linguis Orientalibus verſatiſſimus, & nondum ſcis, quomodo angelus vaſtator ille apud Targumiſtas vocetur? Cur non inſpexiſti Jonathanem? *Mallacha Chabala* vocatur apud Targumiſtas *Angelus perditor vel vaſtator*, non *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) Audi & applica. Textus Hebræus. *Et tranſibit*, (non tranſiit.) Quis? Textus Hebræus, *Jehova tranſibit.* Chaldæus hunc Hebræorum *Jehovam* nominitat *Verbum Jehovæ.* Interpres noſter Irene oriundus vocat Hebræorum Jehovam Angelum Vaſtatorem, vel perditionis. O blaſphemum & impudens os! Ubi Jehova ſignificat Angelum perditionis malum? Sed adhuc audi & aliud edoceberis. *Et non dabit vel permittet venire*, (Quis?) *Jehova non permittet venire*: Chaldæus *Verbum Iehovæ non permittet venire*.. (Quem? Textus Hebræus:) *Hamaſchith* id eſt *perditorem non permittet*.: Chaldæus hunc perditorem nominat *Mallach Hachabala* (*Angelum perditorem*) *non permittet venire in domos veſtras ad percutiendum.* Ecce Chaldæus & Textus Hebræus diſtinctis nominibus & ipſum ſumme bonum Jehovam & Angelum perditionis malum expreſſit, ut te blaſphemum oſtenderet.

IRENOPOLITA.

Verſ. 29: *Et Verbum Domini trucidavit omnem primogenitum:*

Vide-

Videlicet Angelus Vaſtator, qui juſſu Dei huic negotio præfectus erat. Confer infra cum cap. 13. 15: Ubi Jonathan dicit, Dominus interfecit &c. omiſſa verbi mentione.

RITTANGELIUS.

Tu hic ex parallelis locis contra te ipſum, Proh dolor! tela cudis. Nam cap. 12. verſ. 29: impiè nugaris *Verbum* Jehovæ ſignificare Angelum malum perditionis: Et cap. 13. verſ. 15: vis eundem angelum eſſe ipſum Jehovam. Si hoc dixeris, illud tacere debes, ne contraria ſibi eadem in re, dixiſſe videaris.

IRENOPOLITA.

Cap. 13. verſ. 5: *Quam* (*terram*) *juravit in Verbo ſuo cum patribus tuis.* Quia hoc promiſſum de terræ Canaan poſſeſſione Deus antea per verbum ſuum fecerat. Ita quoque Targum Hieroſ. Deut. 26. 3:

RITTANGELIUS.

Ad hæc ſupra cap. 22. verſ. 17: ſatis fuſe reſponſum eſt. Vide ibi.

IRENOPOLITA.

Verſ. 15: *Et factum eſt, cum induraſſet Verbum Domini cor Pharaonis.* Quia contra crebras admonitiones & miracula, miniſterio Moſis & Aharonis facta, magis animum obfirmavit.

RITTANGELIUS.

Textus Hebræus dicit. *Jehova induravit.* Chaldæus hunc *Jehovam* vocans *Verbum Jehovæ* dicit; *Verbum Iehovæ induravit.* Noſter interpres Irenopolitanus vult Textum Hebræum per *Iehovam* (quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt,) ſignificari velle *Crebras admonitiones & miracula miniſterio Moſis & Aharonis facta.* Sed citra rationem. Nam quis hic exiſteret ſenſus. *Crebræ admonitiones & miracula miniſterio Moſis & Aharonis facta ſedent in ſolio excelſo & elevato, exaudiunt preces noſtras, vivificant, morte afficiunt, remittunt peccata &c.* Pudeat te tui commentarii.

IRE-

Digitized by Google

IRENOPOLITA.

Verſ. 17: *Ut transgrederentur decretum Verbi Domini.* Idem loquendi modus occurrit Num. 14. 31: *Transgreſſi eſtis decretum Verbi Domini* : Vide & Num. 22. 18: 24. 13: *Ad transgrediendum decretum Verbi Domini.* Ubi idem habet Onkelos, quia decretum Domini revelatum in verbo ejus violaverant. In primo autem loco agitur de termino Liberationis ex captivitate Ægyptiaca decreto à Deo, & ſignificato Abrahamo, Gen. 15. quod Ephraëmitæ illud anticipaverint triginta annis. In ſequentibus verò ſermo de verbi vel mandati divini violatione.

RITTANGELIUS.

Quid hic novi? *Transgreſſi eſtis decretum verbi Domini* Num. 14. 13: *Ad transgrediendum decretum verbi Domini* Num. 22. 18. & 24. 13: ſignificat, *quia decretum Domini revelatum in verbo ejus violaverant?* Hæc; *transgreſſi eſtis*, ſunt illa ſola quibus tuus commentarius rectè accommodari poteſt, non verò ſequentia, nempe *Verbi Iehovæ.* Nam per *Verbum Iehovæ* Chaldæus exprimit ipſum *Iehovam*, cujus decretum violaverant. Benè enim ſequitur: *Transgreſſi eſtis* (Quid?) *decretum*, (cujus decretum?) *Verbi Iehovæ decretum*: Ex mente verò Irenopolitæ: *Transgreſſi eſtis* (Quid?) *decretum* (cujus decretum?) *decretum decreti vel verbi ſcripti.* Oedipo hic opus eſt. Quid amplius? Irenopolita vult hæc Exod. 13. 17: ab ipſo citata verba agere de termino liberationis ex Ægypto: quod falſum eſſe patet ex ſola textus inſpectione; dicitur enim *transgredi* non *egredi.* Sed adhuc eſt quod ſub examen revocandum venit, nempè verſionis vitium. Nam Exod. 13. 17: Chaldæus habet; *Et quia transgreſſi ſunt decretum verbi Iehovæ &c.* Hæc noſter Irenopolita vertit; *ut transgrederentur decretum verbi Domini.* Nimis accuratè hunc locum vertit.

IRENOPOLITA.

Eodem. 17. verſu: *Quod venturum eſſet ad illos Verbum Domini per manum prophetæ Hezechielis in valle Doura.* Reſpicit Jonathan ad cap. 37. Hezech. & putat ibi narrari de ſuſcitatione Ephraimitarum, qui ante præfixum terminum exiverant Ægypto, & à Philiſtæis trucidati fuerant. Cujus traditionis mentio fit quoque à Rabbi Eliezer in ſuis Pirke, & in Talmude.

RIT-

Digitized by Google

Summè unus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

יחיד הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו בק
בקרוב אל בנה בנה בנה
בנה ביתך בקרוב:

Validus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

כביר הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה בנה
בנה ביתך בקרוב:

Doctus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

למוד הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה בנה
בנה ביתך בקרוב:

Rex (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

מלך הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Formidandus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

נורא הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Celſiſſimus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

סגיב הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו ב
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Fortis [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

עזוז הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Redemptor [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

פודה חוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה בנה
בנה ביתך בקרוב:

Juſtus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

צדיק הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Sanctus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi:

קדוש הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Misericors [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.	רחום הוא יבנה ביתו בקרוב במהרה בימינו בקרוב אל בנה בנה בנה בנה ביתך בקרוב:
Sufficientiſſimus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus, [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.	שדי הוא יבנה ביתו בקרוב במהרה בימינו ב בקרוב. אל בנה בנה בנה בנה ביתך בקרוב:
Potens (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.	תקיף הוא יבנה ביתו בקרוב במהרה בימינו בקרוב אל בנה בנה בנה בנה ביתך בקרוב:

Nulla præterea precum eſt mutatio ſecundâ nocte Paſchatis. Omnes enim Ceremoniæ, cantiones & preces primâ nocte peractæ, peraguntur etiam in ſecunda: Præter ſubſequentem cantionem, quæ, ut ſupra dictum eſt, loco ejus, quæ à capite (Ky lo Naeh Ky lo Jaeh) incipit, canitur.

Itaque Cœna neceſſariò ante mediam noctem ſolemniter, cum prædictis hiſce Ceremoniis, precibus & canticis, abſoluta, comedentium cœtus ſic dimittitur, ut nihil amplius cibi aut bellariorum aut ſimiles ſecundarum menſarum delitias, quæ ad comeſſationes pertinent, illis comedere aut quicquam bibere permiſſum ſit: non enim in more habent poſt ſacram hanc cœnam indulgere comeſſationibus & potationibus; imò ne minimum quidem guſtant. In aliis feſtis ſolemnibus, imò etiam Sabbatho, ſolenne ipſis etiam eſt inebriari: præſertim in diebus Purim, de quibus vide Eſth. 9: 16. 17. 18. Ita ut etiam exiſtiment, niſi quis in illo feſto, ita inebrietur, ut etiam alterum non poſſit

 videre

videre aut noſſe, illum non rite feſtum celebraſſe, eique ſpem non eſſe participationis futurorum in terra benedicta gaudiorum feſtalium. Dolendum eſt, Chriſtianos noſtros feſtis ſuis Judæos in comeſſationibus & compotationibus ita imitari, adeoque nec diei ſacro-ſanctæ cœnæ parcere, quod tamen Judæi faciunt, cùm tamen iſta Judæorum cœna umbra ſaltem Chriſtianorum ſacro-ſanctæ cœnæ fuerit.

Finis ceremoniarum & rituum Paſchalium.

DE REDEMPTIONE PRIMOGENITORUM.

Primitus convivium apparatur magnificum, ad quod propinquorum amicorumque optimi invitantur. Omnibus igitur jam paratis cùm invitati convenerunt, convivæ ordine collocantur, doctiores Rabbini ſenioreſque primo; Sacerdos verò, cui infans offerendus & à quo redimendus eſt, ſupremo loco: deinde gutturnium cum aquâ & maluvium una cum mantili affertur; unde ſe ſeriatim lavant. Tum Pater-familias panem ambabus ſumptum manibus agitat benedictione ſic pronunciata:

Benedictus ſis tu, Domine Deus noſter, Rex ſeculi producens panem de terra.

בא״י אמ״ה המוציא לחם מן הארץ:

His dictis Pater-familias menſâ ſurgit atque filiolum ſuum primogenitum ad Sacerdotem defert ſic inquiens:

Hic filius meus eſt primogenitus, qui eſt apertio vulvæ matris ſuæ, & (Deus) Sanctus (benedictus ſit ille) præcepit redimere eum, ſicuti ſcriptura dicit: Num. 18: 16. *Et redimendos ejus à filio unius menſis redimes, in æſtimatione argenti quinque ſiclorum, juxta ſiclum ſanctitatis, viginti gera conficit:* Et dicitur quoque

זה בני בכורי הוא פטר רחם לאמו והקדוש ברוך הוא צוה לפדותו שנאמר ופדויו מבן חדש תפדה בערכך כסף חמשת שקלים בשקל הקדש

Exod.

Digitized by Google

Exod. 13: 1. 2. *Sanctifica mihi omnem primogenitum, apertionem omnis matricis inter filios Iſrael, in homine & jumento; meus eſt ille.*

עשרים גרה הוא ונאמר
קדש לי כל בכור פטר
כל רחם בבני ישראל
באדם ובבהמה לי הוא:

POST hæc Sacerdos matrem infantis interrogat dicens; forte abortum paſſa es? Hoc ſi negaverit: Parens infantem primogenitum apud Sacerdotem una cum pecunia redemptionis, aliiſque vaſculis argenteis vel aureis, aut aliis ejusmodi affabre formatis rebus in memoriam relinquit, Sacerdoſque patrem infantis ulterius interrogat dicens.

Quid mihi nunc vis dare? filiolumne tuum, tuum primogenitum nempe, qui eſt apertio vulvæ matris ſuæ, aut vis eum redimere quinque ſiclis, prout obligatus es juxta legem?

מאי בעית טפי ליתן
לי בנך בכורך שהוא פטר
רחם לאמו או בעית ל
לפדותו בעד חמש סלעים
כדמחויבת מדאורייתא:

Ad hæc Pater Sacerdoti reſpondet:

Volo redimere filium meum; Et ecce, accipe tibi argentum redemptionis, quod juxta legem dare obligatus ſum:

חפץ אני לפדות את
בני והילך דמי פדיום כ
כדמחוייבתי מדאורייתא:

Deinde Sacerdos argentum redemptionis cum vaſculis prædictis accipit, redditque Patri infantem: Parens verò infantem tenens & agitans dicit:

Benedictus ſis tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis & mandavit nobis redemptionem filii [primogeniti].

בא״י אמ״ה אשר
קדשנו במצותיו וצונו על
פדיום הבן:

 Bene-

Benedictus ſis tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, qui vivificavit nos, & ſuperſtites fecit nos, & attingere fecit nos præſens tempus hoc.

בא״י אמ״ה שהחיינו וקימנו והגיענו לזמן הזה:

Sacerdos verò ambabus manibus calicem agitando benedicit.

Benedictus ſis tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, creans fructum vitis.

בא״י אמ״ה בורא פרי הגפן:

Deinde Sacerdos bibit & Patri-familias eundem tradit; qui poſtquam biberit, Seniori eum porrigit, atque ita ſinguli ſeriatim ex porrecto ſibi calice bibunt, deinde comedunt & bibunt lætanter.

תם ונשלם סדר הגדה של פסח
כל צבאי מרום תנו לעליון שבח.

Errata Typographica ſic Corrigenda.

Pag.	Col.	Lin.	
6.	a.	6.	Eleaſaro *lege* Eleazaro
	b.	20.	היין *lege* חיין
			חימים *lege* הימים
		27.	שראל *lege* ישראל
17.	b.	21.	כם *lege* בם
23.	b.	20.	חמשפילי *lege* המשפילי
27.	a.	37.	& propter benignitatem, *lege* & propter vitam, benignitatem,
37.	b.	17.	סבכנו *lege* סבבוני
		24.	וזמרת *lege* חמרתי
39.	b.	11.	הורו *lege* הודו
54.	b.	11.	יאח *lege* יאה
		17.	״' *deleatur.*
56.	b.	9.	יור a *lege* יודע
58.	b.	16.	אתר *lege* אחר
59.	b.	5.	
		16.	

סדר הגדה
של פסח

LIBER RITUUM PASCHALIUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO. AC. POTENTISSIMO.

PRINCIPI.

AC.

DOMINO.

D. FRIDERICO.

GUILIELMO.

MARCHIONI. BRANDENBURGICO. S. R. I. ARCHI-CAMERARIO. ET. ELECTORI. BORUSSIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ. MONTIUM. STETINI. POMERANORUM. CASSUBIORUM. VANDALORUM. CARNOVIÆ. ET. CROSNÆ. IN. SILESIA. DUCI. BURG-GRAVIO. NORINBERGENSI. PRINCIPI. RUGIÆ. COMITI. MARCÆ. ET. RAVENSBERGI. RAVENSTENI. DOMINO.

Domino meo Clementiſſimo.

Salutem & Pacem a Deo mandante Salutes Jahacob.	שלום וישועה מאת י״י מצוה ישועות יעקב

 S E-

SERENISSIME
AC
POTENTISSIME
PRINCEPS
ELECTOR,
CLEMENTISSIME
DOMINE.

HUMILLIMI animi mei exigit gratiſſimus affectus, *Ut omnem vitam, Famam, Labores & defatigationes meas*, humillimâ devotione ad celſiſſimum Solium Tuum afferam, & plantis pedum divi Parentis Tui (qui vitâ æternâ in fælicitate illâ beatiſſimâ nunc fruitur) ſubjiciam. *Vitam;* quia jam demum poſt tot errores ac maximos peregrinationum mea-

ב נחת ·רוח
ובנעימרן אני
מתודה שאני
חייב להביא לפני כסאך
רם·ונשא את חיי ושמי
השנ׳ וגם כל עמלי וטרחי
ולהניחם תחת כפות
האדון אביך אשר באושר
בהצלחה המאושרת ב
חי לעולמי עד: את חיי
כי אחרי כמה וכמה
מקראות הרפתקאות,
ותלאות

Digitized by Google

mearum caſus, ſub auguſtiſſimâ Tuâ Tutelâ, vivere incipio. *Famam;* quia Beatiſſimi Electoris, (cujus memoria glorioſiſſima ſit & erit quamdiu erunt homines) beneficio & Clementiâ huic Urbi & Academiæ, per me (abſit arrogantia dicto) & mihi ex illis, lux aliqua conciliari videbatur. *Labores & defatigationes;* quia *Vitam* & *Famam* Sereniſſimæ Celſitudinis Tuæ gratioſæ benignitatiacceptam fero. Quid vero? eandem *Vitam, Famam, Labores & defatigationes* Sereniſſimæ Celſitudini Tuæ retribuo, Paternarum ut Regionum, ita virtutum meritiſſimo Hæredi. Et ut gratitudinis meæ ſymbolum licet exiguum valdè, attamen verum, & ad majora ſemper oppignora-

ותלאות רבות וגדולות ; וטרדים המטריחים אותי בכל מגורי עתה החילותי לחיות: וגם את שמי הטוב כי בחסד ובטוב עלה במחשבתו להוסיף אור לעיר ולמתיבתא הזאת וגם לי על ידם תהלה להתפאר יהי זכרו מפואר עד בלי אדם על הארץ: ועם כל עמלי וטרחי כי חיי ושמי הטוב הכל ממנו ואחרי שהכל מהדרת צפירת הוד כבוד מעלתו על כן נאה שהכל ישוב אליך באשר אתה פלטרוניו ומדינתו יורש אחזתו וכל מדותיו הנחמדות תחת לבושך· מתכנסים ; וכדי שאתן אות ומופת אמתי ערבי בכורי מעשי אשר בהר

ratum conteſter; Has laborum meorum *primitias Regiomontanas* Sereniſſimæ Celſitudini Tuæ ſubjectiſſimè offerre auſus ſum: Spe certisſima fretus, Sereniſſimam Tuam Celſitudinem, non diſpari ratione, ac Summo olim Deo, præ cæteris omnibus donis, Sacrificiis, Holocauſtis & pacificis *oblatio primogenitorum* filiorum Iſraël accepta fuit, hoc quoque *mearum Primitiarum* Sacrificium gratioſiſſimo vultu reſpecturam.

בהר המלך נדפסו מנחה
על מזבחך הנעלה הבאתי
וכאם מעט הכמות היא
יהיה על כל פנים מופת
אמת שאני בזאת מתודה
כי לגדולים מאלה אני
מחויב ובטחתי שבחסדך
הגדולה תקבל בכורי מעשי
כאשר גם אל עליון ב
בבכורי בני ישראל בחר
מכל זבחיהם שלמיהם
ועולותם.

J. S. Rittangelius.

A D

AD
LECTOREM.

Cum viderem, quod quidam Sapientum noſtrorum hujus libri memoriam injecerint, nec non periodos aliquot ex eo, in libris ſuis allegaverint, ut ignem errorum, qui hortum Dei invaſit, & præſtantiſſima Ligna Libani, omneſque Cedros ejus validiſſimas corripuit, extinguerent; Et Liber hic etiam ad manus, meas perveniret, & ſpecioſam ejus formam, pulcherrimumque ejus genium viderem; induxi animum meum, à capite ad calcem illum transferre, ut nobis poſteriſque noſtris prodeſſet; Præcipuè verò in rebus fundamenta fidei noſtræ tangentibus; id quod & ego feci: Tranſtuli igitur eum de verbo ad verbum, & ſecutus ſum ſplen-

אחרי שראיתי כי קצת מחכמינו הזכירו הספר הזה גם קצת ממאמריו הביאו בחבוריהם כדי לכבות אש השגיות אשר נפלה בגן אלהים ובעצי לבנון ובכל ארזיו האדירים מתלקחת וכבוא הספר הזה לידי ראיתי יפת תואר ויפת מראהו ואמרתי בלבי להעתיקו מראשו עד סופו כדי להועיל לנו ולבנינו אחרינו בפרט בענינים הנוגעים בשרשי דתנו כאשר גם עשיתי והעתקתיו מלה במלה ונמשכתי אחרי צחות לשון הקדוש ועינך

ſplendorem Linguæ Sanctæ, atque inde oculi tui optimè videbunt, eum tibi, Lector, in multis locis difficilem futurum; eò quòd lingua Latina non ſemper ſe ita offerebat, ſicuti volui juxta ſplendorem Eloquentiæ, & Elegantiæ Sermoniſque nitorem. Tu verò Lector Prudens, accipe quæſo hoc meum munus, quod tibi bono animo & benevolo affectu offertur; licet enim exiguum quantitate ſit, eximium tamen qualitate erit, in oculis omnis Sapientis corde: Et ſi fronte ſerenâ illud ſuſceperis, incitabis me ad plurium adhuc & celebriorum ſub manu meâ & in Theſauris Bibliothecæ meæ reconditorum librorum tranſlationem.

עליך תחזנה מישרים
שבכמה מקומות קשה
ההבנה הוא מפני שלא
עלה לשון לאטין כאשר
רציתי לפי צחות המליצה
וזיו וזהר החלצה ואתה
קורא משכיל קח נא את
מנחתי אשר הובאה לך
אף על פי שמעט הכמות
הוא על כל פנים רב
האיכות יהיה בעיני כל
חכם לב ובאם בסבר
פנים יפה תקבלהו תוסיף
עלי להוסיף עליך עוד
כמה חבורים מאד נכבדים
שהם תחת ידי ובאוצרות
הספריה שלי כמוסים
להעתיקם.

Dum

DUm jam ipſa nox ante Diem profeſtum Paſchatos, quæ eſt 13. Menſis Niſſan (Martii noſtri) ingreditur, Paterfamilias accipit paropſidem & pennitergium (vulgò **Federwiſch**) cereumque accendens dicit:

Benedictus tu, Domine Deus noſter, Rex Seculi, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis & mandavit nobis fermenti expurgationem.

ברוך אתה יי' אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על ביעור חמץ:

Factâ benedictione omnes angulos ædium, ſi quoſcunque hominum pedes tetigiſſe ſuſpicatus fuit, expurgare incipit, voce prorſus, dum hoc agit, ad ſacrum ſilentium compoſitâ; quo peracto ſic fari incipit:

Omne fermentum quod in meâ poteſtate eſt, quod non vidi, & quod non removi (expurgavi) irritum (annihilatum) ſit, id eſt (pro remoto vel expurgato habebitur) inſtar pulveris terræ.

כל חמירא וחמיעא דאיכא ברשותי די לא חמיתיה ודלא ביערתיה לי בטל ולהוי כעפרא דארעא:

Poſtea in ſcrinio quiſquiliis iſtis per eam noctem reconditis, vel in loco quodam aëreo, quò ne mures pertingere poſſint, ſuſpenſis, ſequenti mane paraſceves, quæ eſt decima quarta Menſis Niſſan, horâ quintâ poſt Solis ortum, fermento illo ſeu quiſquiliis receptis, ſacrum quendam, huic uſui peculiarem, ſtruit ignem, & comburit his additis.

Omne fermentum quod eſt in meâ poteſtate, quodque vidi & quod non vidi, quod

כל חמירא דאיכא ברשותי דחזיתיה ודלא

Digitized by Google

removi & quod non removi, irritum (annihilatum) ſit & inſtar pulveris terræ.

חזיתיה דחמיתיה ודלא
חמיתיה דביערתיה ודלא
ביערתיה לי בטל ולהוי
כעפרא דארעא:

Huc uſque de fermenti expurgatione.

Veſpera jam Paſchatos, Dies eſt 14. Niſſan, id eſt Martii, dum in Synagoga Veſpertinæ preces peraguntur; domeſtici interim, ob partam eâ nocte ex Ægyptiacâ ſervitute libertatem, quaſi ſancto quodam gaudio agitati, ſplendidam inſtruunt menſam, requiſitis & electis ad hanc ſacram Cœnam certis neceſſario cibis. Apponitur præterea paropſis, oblongo Linteolo ſtrata, cui ſuperimponitur armus ovillus fumatus, ovum toſtum, herbæ quædam amaræ (intellige Naſturtium, aut Apium, vel in ejus defectu Petroſelinum, Raphanum majorem, aut ſimile quid) & tres denique placentæ azymæ, quarum inferior tribus characteribus inſignita, Iſraelitas; media duobus, Levitas; ſuperior uno charactere ſignata, Sacerdotes repræſentat; ad indigitandum omnibus eſſe præceptum, ut ſacro hoc feſto comedant panem azymorum: quæ omnia poſtmodum reliqua prædicti Linteoli parte obteguntur. Peractis in Synagoga precibus, quilibet domum ſuam repetit, & mox ubi, ipsâ jam nocte ingreſſâ, ad menſam paratam ventum eſt, eluuntur pocula, cumque precibus & certis ſolemnitatibus ſingulis, etiam minimis infantibus, infunduntur quaterna; ex quibus omnibus quilibet ad minimum dimidii ovi quantitatem bibere tenetur, ſiniſtro quotiescunque bibit innixus brachio. Quæ conſuetudo apud ipſos in tanto habetur honore & pretio, ut qui toto illo ſacræ Cœnæ tempore ita recubuerit, eum vulgò credant ſanctiſſimum eſſe, adeoque maxime revereantur. Poculum denique unum pro Eliahu Propheta funditur, cui ebibendo certus quidam Conviva deſtinatur.

Notandum, quod has noſtras regiones inhabitantes Judæi ex juglandibus, pomis & melle, & aliis colorem horum referentibus, Orientales vero & qui in Italia, ex dactylis & ficubus arefactis, vel uvis paſſis & ſimilibus, maſſam conficiunt, & variis condimentis condiunt, ſumuntque apium, eoque in maſſam

vino

Digitized by Google

vino vel aqua ita dilutam, ut fiat aliquo modo fluxilis, intincto, præmiſſa benedictione Pater-familias eam primus quaſi deguſtat, eandemque Benedictionem cæteris propria voce repetentibus conſimiliter comedendam porrigit. Quo ipſo actu liberis, quid hoc ipſum ſignificet, interrogantibus reſpondet: Hæc quam ex rebus flavis conflatam cernitis maſſam, ſignificat limum, quem in Ægypto patres noſtri olim difficili labore pedum ſuorum calcaverunt; Apium vero quod vidiſtis nos illi maſſæ intingere, ſtramentum denotat, quod Patres noſtros undiquaque ex omni terra hinc & inde oportuit conquirere, ut eo limum conſolidarent.

Hiſce omnibus paratis aſſident menſæ, & unicuique infunditur poculum ſuum: quo elevato Pater-familias ſequentia verba quaſi cantillando profatur:

Benedictus ſis tu, Domine DEUS noſter, creans fructum Vitis.	ברוך אתה יי׳ אלהינו מלך העולם בורא פרי הגפן:
Benedictus Tu, Domine Deus noſter, Rex Seculi, qui elegit nos præ omni Populo, & evexit nos præ omni Lingua, & ſanctificavit nos præceptis ſuis, & dediſti nobis, Domine Deus noſter, cum dilectione feſta (annua) in gaudium, feſtivitates & tempora in lætitiam, diem feſti azymorum hunc, tempus liberationis noſtræ, convocationem ſanctam, memoriam exitus Ægypti: quoniam nos elegiſti, & nos ſanctificaſti præ omnibus populis, Feſta (annua) ſanctitatis tuæ cum gaudio & lætitia hæreditare nos feciſti: Benedictus tu, Domine ſanctificans Iſrael & tempora.	ברוך אתה יי׳ אלהינו מלך העולם אשר בחר בנו מכל עם ורוממנו מכל לשון וקדשנו במצותיו ותתן לנו יי׳ אלהינו באהבה מועדים לשמחה חגים וזמנים לששון את יום חג המצות הזה זמן חרותינו מקרא קודש זכר ליציאת מצרים כי בנו בחרת ואותנו קדשת מכל העמים מועדי קדשך בשמחה ובששון הנחלתנו: ברוך אתה יי׳ מקדש ישראל והזמנים:
Benedictus tu, Domine Deus noſter, Rex ſeculi, qui vivificavit nos, & ſuperſtites fecit	ברוך אתה יי׳ אלהינו מלך העולם שהחיינו וקיימנו

Digitized by Google

nos, & attingere fecit nos præſens tempus hoc.	והגיענו לזמן הזה׃

Poſt hæc quilibet ex calice ſuo bibit, eumque in menſam reponit.

Deinde adfertur pelvis cum mantili, & Pater-familias lavat manus, ac ſequentem pronuntiat benedictionem:

Benedictus ſis tu, Domine Deus noſter, Rex Seculi, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis lotionem manuum.	ברוך אתה יי׳ אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו וצונו על נטילת ידים׃

Finita Benedictione ſumit apium, vel in illius defectu petroſelinum, intingitque in aquam ſalſam vel acetum. Hac Benedictione facta comedit, tali modo & cæteris diſtribuens, eandem Benedictionem repetentibus:

Benedictus ſis tu, Domine Deus noſter, creans fructum terræ.	ברוך אתה יי׳ אלהינו מלך העולם בורא פרי האדמה׃

Porrò linteolo paulatim elevato, mediam, quam Levitas antehàc deſignare diximus, promens placentam, in duas frangit partes, quarum unam ſub mappa recondit, ut ſit panis recordationis, in memoriam nimirum, quod Parentes ipſorum maſſam farinaceam linteis involutam ex Ægypto extruſi exportarunt, hæcque ad finem cœnæ ſervatur, & loco agni paſchalis omnium ultimò comeditur: Alteram verò partem inter duas adhuc integras reponens placentas, præſenti uſui reſervat. Sumens inſuper armum ovillum fumatum ovumque toſtum, ex paropſide in menſam deponit, & ſolam azymis certo, ut ſupra diximus, ordine repletam paropſidem ambabus manibus elevat, clara voce dicens:

Hic (eſt) panis afflictionis, quem comederunt patres noſtri in terra Ægypti: omnis eſuriens accedat & edat, quivis opus habens paſchate, accedat, & paſchatizet. Præſenti anno hic; anno vero futuro in ter-	הא לחמא דעניא די אכלו אבהתנא בארעא דמצרים כל דכפין יתי ויכול כל דצריך יתי ויפסח השתא הכא לשנה הבאה בארעא

in terra Iſrael: Anno Præſenti ſervi (ſumus;) anno vero futuro filii libertatis (erimus.)

דישראל השתא עבדין לשנה הבאה בני חורין:

Hoc dicto armum ovillum fumatum & ovum toſtum in paropſidem reponit, & ſecundâ vice pocula infunduntur, additis iis, quæ ſequuntur.

Quid diſcrepat nox hæc ab omnibus (aliis) noctibus? Quod in (reliquis) omnibus noctibus fermentatum ſimul ac non fermentatum edamus panem; hac verò nocte omnino non fermentatum. Quod item in omnibus noctibus reliquas (omnes ſine diſcrimine) comedamus herbas, hac vero nocte non niſi amaras. Quod in omnibus noctibus non intingamus nec unicâ quidem vice, hac vero nocte duabus vicibus. Quod in omnibus noctibus (pro lubitu) ſive ſedentes ſive accumbentes; hac vero nocte omnes ſolum accumbentes comedamus.

מה נשתנה הלילה הזה מכל הלילות שבכל הלילות אנו אוכלין חמץ ומצה הלילה הזה כלו מצה שבכל הלילות אנו אוכלין שאר ירקות הלילה הזה כלו מרור שבכל הלילות אין אנו מטבילין אפילו פעם אחת הלילה הזה שתי פעמים שבכל הלילות אנו אוכלין בין יושבים ובין מסבין הלילה הזה כלנו מסבין:

Servi fuimus Pharaonis in Ægypto, & eduxit nos Dominus Deus noſter inde manu forti & brachio extenſo: Si enim (Deus) Sanctus, benedictus ſit ille, non eduxiſſet patres noſtros ex Ægypto, adhuc & nos & filii noſtri, & filii filiorum noſtrorum mancipia eſſemus Pharaonis in Ægypto. Etſi enim omnes ſumus ſapientes, omnes prudentes, omnes Legis periti, præceptum tamen nobis eſt, ut enarremus (poſteris noſtris) egreſſum Ægypti. Quicunque enim

עבדים היינו לפרעה במצרים ויוציאנו יי׳ אלהינו משם ביד חזקה ובזרוע נטויה ואלו לא הוציא הקדוש ברוך הוא את אבותינו ממצרים הרי אנו ובנינו ובני בנינו משעבדים היינו לפרעה במצרים ואפילו כלנו חכמים כלנו נבונים כלנו יודעים את התורה מצוה עלינו לספר ביציאת מצרים . וכל המרבה

Digitized by Google

ſedulò enarraverit exitum Ægypti, is laude dignus merito habebitur.

לספר ביציאת מצרים הרי זה משובח:

Exemplum (habemus) de Rabbi Elcaſaro, & Rabbi Joſua, & Rabbi Eleaſaro filio Aſar-jah, & Rabbi Akiba, & Rabbi Tarphon, qui accumbentes in (Civitate) Bene Berak narrabant de exitu Ægypti totâ illâ nocte, donec venerunt diſcipuli eorum & dixerunt illis: Magiſtri noſtri, appropinquavit tempus ad legendum שמע (id eſt orationem) matutinam:

מעשה ברבי אליעזר ורבי יהושע ורבי אלעזר בן עזריה ורבי עקיבא ורבי טרפון שהיו מסבים בבני ברק והיו מספרים ביציאת מצרים כל אותו הלילה עד שבאו תלמידיהם ואמרו להם רבותינו הגיע זמן קריאת שמע של שחרית:

Dixit Rabbi Eleazarus filius Azariah: Ecce ego jam ferè ſeptuageſimum ago annum, & nunquam dignus habitus ſum ſcire, quam ob cauſam enarrandus ſit exitus ex Ægypto noctu, donec de illo concionatus eſt filius Somæ, ſicuti dicitur *Deut. c.* 16. ℣. 3. *Propterea recorderis diem exitus tui de terra Ægypti omnibus diebus vitæ tuæ*: Per *dies vitæ tuæ*, dies; per *omnes* vero *dies vitæ tuæ*, etiam noctes intelliguntur. Sapientes verò dicunt: per *dies vitæ tuæ*, intelligi ſeculum hoc præſens; per *omnes* verò *dies vitæ tuæ*, dies Meſſiæ.

אמר רבי אלעזר בן עזריה הרי אני כבן שבעים שנה ולא זכיתי שתאמר יציאת מצרים בלילות עד שדרשה בן זומא שנאמר למען תזכור את יום צאתך מארץ מצרים כל ימי חייך ימי חייך הימים כל ימי חייך הלילות וחכמים אומרים ימי חייך העולם הזה כל ימי חייך להביא לימות המשיח:

Benedictus LOCUS, [a.] qui benedictus eſt; Benedictus qui dedit legem populo ſuo Iſraeli (benedictus ſit ille.) Reſpectu (enim) quatuor filiorum (hominum) locuta eſt

ברוך המקום ברוך הוא ברוך שנתן תורה לעמו ישראל ברוך הוא כנגד ארבעה בנים דברה

Lex,

Lex; (Id eſt, quatuor filios hominum reſpicit lex:) Quorum unus ſapiens; alter impius: unus ſimplex, alter vero plane interrogare neſciens (eſt.)

תורה אחד חכם ואחד רשע ואחד תם ואחד שאינו יודע לשאול:

[a] Per LOCUM Hebræis intelligitur DEUS; propterea quod, uti & Sacra Novi Teſtamenti Scriptura loquitur, *Act.* 17. *v.* 28. Omnes in eo vivámus, moveamur, & ſimus.

Sapiens quid dicit? Quænam illa ſunt teſtimonia, ſtatuta & judicia, quæ præcepit Dominus Deus noſter vobis? Tum tu quoque dicas ipſi, juxta conſtitutiones Paſchatos: Non dimittunt (cœtum comedentium) poſt eſum (agni) Paſchalis cum bellariis. (Hoc eſt, non ſinunt cœtum comedentium poſt eſum agni paſchalis, comedere ſecundarum menſarum delitias.)

חכם מה הוא אומר מה העדות והחקים והמשפטים אשר צוה יי' אלהינו אתכם: ואף אתה אמור לו בהלכות הפסח אין מפטירין אחר הפסח אפיקומן:

Impius quid dicit? Quis (eſt) hic cultus veſter?) *Exod. c.* 12. *v.* 26. VESTER (dicit) & non SUUS (cultus:) & quoniam ſe ipſum excludit à communione, abnegat fundamentum: Tunc tu quoque hebeta ipſi dentes & dic ipſi: *propterea fecit MIHI hoc DEUS in egreſſu MEO ex Ægypto: Exod. c.* 13. *v.* 8. MIHI (fecit hoc Deus) & non IPSI: & quamvis fuiſſet etiam ibi, non tamen redemptus fuiſſet.

רשע מה הוא אומר מה העבודה הזאת לכם לכם ולא לו ולפי שהוציא את עצמו מן הכלל כפר בעיקר אף אתה הקהה את שניו ואמור לו בעבור זה עשה יי' לי בצאתי ממצרים לי ולא לו ואלו היה שם לא היה נגאל:

Simplex quid dicit? *Quid hoc* (ſibi vult?) *Exod. c.* 13. *v.* 14. *Et dicas ipſi, Manu for-*

תם מה הוא אומר מה זאת ואמרת אליו בחוזק

ti edu-

Si eduxit nos Deus ex Ægypto è domo ſervorum.

כי הוציאנו יי׳ ממצרים מבית עבדים:

Et ille qui neſcit interrogare, ei aperias, quemadmodum ſcriptura dicit *Exod. c.* 13. *v.* 8. *Et annuntiabis filio tuo in die illo dicendo: propterea fecit mihi hoc Deus, in egreſſu meo ex Ægypto.*

אשר אינו יודע לשאול אתה פתח לו שנאמר והגדת לבנך ביום ההוא לאמר בעבור זה עשה יי׳ לי בצאתי ממצרים:

Poteritne (hoc fieri) ab initio menſis? (Non;) Scriptura (enim) ait, IN DIE ILLO: (Ergò) Si IN DIE ILLO, poſſum (dicere) dum adhuc dies (eſt?) Non: Scriptura enim addit PROPTEREA: Quod (Propterea;) in nullum alium ſenſum dixit, niſi de ea hora, qua panis non fermentatus & herbæ amaræ propoſitæ fuerint tibi.

יכול מראש חודש תלמוד לומר ביום ההוא אי ביום ההוא יכול מבעוד יום תלמוד לומר בעבור זה בעבור זה לא אמרתי אלא בשעה שמצה ומרור מנחים לפניך:

Primò parentes noſtri cultores fuerunt cultus alieni, nunc vero. fecit nos appropinquare (a) LOCUS ad cultum ſuum, ſicuti ſcriptura dicit: *Joſua. c. 24. v. 2. Et dixit Joſua ad omnem populum; Sic dixit Dominus Deus Iſraelis, trans-fluvium habitarunt patres veſtri à ſeculo Terachi patris Abrahami & patris Nachori, & coluerunt Deos alienos.*

מתחילה עובדי עבודה זרה היו אבותינו ועכשיו קרבנו המקום לעבודתו שנאמר ויאמר יהושע אל כל העם כה אמר יי׳ אלהי ישראל בעבר הנהר ישבו אבותיכם מעולם תרח אבי אברהם ואבי נחור ויעבדו אלהים אחרים:

(a) LOCUS, ut ſupra dictum eſt, DEUM ſignificat, ſi majuſculis literis ſcriptum inveniatur, quod ſemel hic dixiſſe ſufficit.

Et accepi patrem veſtrum Abrahamum trans-fluvium, &

ואקח את אביכם את אברהם מעבר הנהר ואולך

Digitized by Google

Duxi eum in tota terra Cenaan, & multiplicavi ſemen ejus, & dedi ipſi Iſaacum, & Iſaaco dedi Jacobum & Eſavum, Eſavo dedi montem Seir ad hæreditandum eum; Jacob vero & filii ejus deſcenderunt in Ægyptum. Ibid. v. 3. & 4.

אותו בכל ארץ כנען וארבה
את זרעו ואתן לו את יצחק
ואתן ליצחק את יעקב ואת
עשו ואתן לעשו את הר
שעיר לרשת אותו ויעקב
ובניו ירדו מצרים:

Benedictus cuſtodiens (ſeu ſervans) fidem ſuam Iſraeli (benedictus ſit ille) Quoniam Deus Sanctus (benedictus ſit ille) ſupputavit finem ad faciendum, quemadmodum dixit Abrahamo patri noſtro in fœdere dimidiatarum partium, dicente Scriptura. *Gen. c.* 15. *v.* 13. 14. *Et dixit Abrahamo; certo ſcias, quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra, quæ non eſt illorum, & ſervire facient eos, & affligent eos per quadringentos annos; & gentem etiam, quæ eos in ſervitutem rediget, judicabo Ego: & poſtea ſic egredientur cum facultatibus magnis.*

ברוך שומר הבטחתו
לישראל ברוך הוא שהקדוש
ברוך הוא חשב את הקץ
לעשות כמו שאמר
לאברהם אבינו בברית בין
הבתרים שנאמר ויאמר
לאברהם ידוע תדע כי גר
יהיה זרעך בארץ לא להם
ועבדום וענו אותם ארבע
מאות שנה וגם את הגוי
אשר יעבודו דן אנכי
ואחרי כן יצאו ברכוש גדול:

Et illa ipſa (fides ſcilicet eſt,) quæ ſtetit patribus noſtris & nobis, quia non unus tantum inſurrexit contra nos ad conſumendum nos; Verum in qualibet generatione & generatione inſurgunt contra nos ad conſumendum nos; Et (tamen) Deus ſanctus (benedictus ſit ille) liberator noſter è manibus eorum (eſt.)

והיא שעמדה לאבותינו
ולנו שלא אחד בלבד
עמד עלינו לכלותינו אלא
שבכל דור ודור עומדים
עלינו לכלותינו והקדוש
ברוך הוא מצילנו מידם:

Egredere & diſce, quid quæſierit Laban Aramæus

צא ולמד מה בקש לבן
הארמי לעשות ליעקב

facere Jacobo patri noſtro? Pharao enim non niſi ſuper maſculos decrevit; Laban vero quæſivit omnes exſtirpare, ſicuti ſcriptura dicit: Aramæus perdens patrem meum: Et deſcendit in Ægyptum; & peregrinatus eſt ibi cum paucis viris, & factus eſt ibi in gentem magnam, fortem, & multam: Deut. 26. v. 5.

אותו שפרעה לא גזר אלא על הזכרים ולבן בקש לעקור את הכל שנאמר ארמי אובד אבי וירד מצרימה ויגר שם במתי מעט ויהי שם לגוי גדול עצום ורב:

Et deſcendit in Ægyptum: coactus, juxta verbum illud divinum: *Gen. c. 15. v. 13. & 14.*

וירד מצרימה אנוס על פי הדיבור:

Et peregrinatus eſt ibi: docet, quod non deſcenderit ad manendum, ſed ad peregrinandum ibi: Sicuti ſcriptura dicit: *Gen. cap. 47. verſ. 4. Et dixerunt ad Pharaonem: ad peregrinandum in terra venimus: quia non eſt paſcuum pecori, quod eſt ſervis tuis; quoniam gravis (eſt) hæc fames in terra Cenaan: Et nunc habitent, quæſo, ſervi tui in terra Goſen.*

ויגר שם מלמד שלא להשתקע אלא לגור שם שנאמר ויאמרו אל פרעה לגור בארץ באנו כי אין מרעה לצאן אשר לעבדיך כי כבד הרעב בארץ כנען ועתה ישבו נא עבדיך בארץ גשן:

Cum paucis viris: quemadmodum ſcriptura dicit. *Deut. cap. 10. v. 22. Cum 70. animabus deſcenderunt patres tui in Ægyptum, & nunc poſuit te Dominus Deus tuus tanquam ſtellas cœli in multitudinem.*

במתי מעט כמו שנאמר בשבעים נפש ירדו אבותיך מצרימה ועתה שמך יי אלהיך ככבי השמים לרוב:

Et

Et factus eſt ibi in gentem magnam: docet, quod fuerit ibi populus Iſraeliticus inventus magnus.

ויהי שם לגוי גדול מלמד שהיו ישראל מצויינין שם גדול:

Et fortem: ſicuti ſcriptura dicit; *Exod. c. 1. v. 7. Et Filii Iſrael fructificarunt, & ſe in morem reptilium produxerunt, & multiplicati ſunt, & roborati ſunt in valde valde, & repleta eſt terra eis.*

ועצום שנאמר ובני ישראל פרו וישרצו וירבו ויעצמו במאד מאד ותמלא הארץ אותם:

Et multam: ſicuti dicitur *Ezech. c. 16. verſ. 7. Decem millia veluti germen agri dedi te, & multiplicata es, & magnificata es, & ingreſſa es in ornamento ornamentorum, ubera intumuerunt, & pilus tuus germinavit, & tu nuda & retecta.*

ורב כמו שנאמר רבבה כצמח השדה נתתיך ותרבי ותגדלי ותבואי בעדי עדיים שדים נכונו ושערך צמח ואת ערום ועריה:

Et malefecerunt nobis Ægyptii: ſicuti dicitur *Exod. cap. 1. verſ. 10. Agedum ſapientiam intendemus (ingenii nervos intendemus) in illum, ne forte multiplicetur, & ſit cum evenerit bellum, & addatur etiam ipſe ſuper inimicis noſtris, & pugnet contra nos, & aſcendat de terra.*

וירעו אותנו המצרים כמו שנאמר הבה נתחכמה לו פן ירבה והיה כי תקראנה מלחמה ונוסף גם הוא על שונאינו ונלחם בנו ועלה מן הארץ:

Et afflixerunt nos: ſicuti dicitur *Exod. cap. 1. verſ. 11. Ut affligerent eum oneribus ſuis, & ædificavit (Iſrael) urbes armamentariorum Pharaoni Pithomum & Rahamſeſum.*

ויענונו כמו שנאמר למען ענותו בסבלותם ויבן ערי מסכנות לפרעה את פתום ואת רעמסס:

Et impoſuerunt nobis ſervitutem duram: ſicuti ſcriptura dicit, *Exod. cap. 1. verſ. 13. Et ſervire fecerunt (coëgerunt ſervire) Ægyptii filios Iſrael per ſævitiam.*

ויתנו עלינו עבודה קשה כמו שנאמר ויעבודו מצרים את בני ישראל בפרך:

Et clamavimus ad Dominum, Deum patrum noſtrorum, & audivit Deus vocem noſtram, & vidit afflictionem noſtram, & ærumnas noſtras, & oppreſſionem noſtram.

ונצעק אל יי אלהי א אבותינו וישמע יי את קולנו וירא את ענינו ואת עמלינו ואת לחצינו:

Et clamavimus ad Dominum, Deum patrum noſtrorum: ſicuti dicitur, *Exod. cap. 2. verſ. 23. Et fuit poſt multos iſtos dies, & mortuus eſt Rex Ægypti, & ſuſpirarunt filii Iſrael de ſervitute & vociferati ſunt, & aſcendit clamor eorum ad Deum de ſervitute.*

ונצעק אל יי אלהי אב אבותינו כמו שנאמר ויהי בימים הרבים ההם וימת מלך מצרים ויאנחו בני ישראל מן העבודה ויזעקו ותעל שועתם אל האלהים מן העבודה:

Et audivit Deus vocem noſtram: quemadmodum dicitur, *Exod. c. 2. verſ. 24. Et audivit Deus clamorem (lamentabilem) eorum, & recordatus eſt Deus fœderis ſui cum Abrahamo, cum Iſaaco & cum Jacobo.*

וישמע יי את קולנו כמו שנאמר וישמע אלהים את נאקתם ויזכור את בריתו את אברהם את יצחק ואת יעקב:

Et vidit afflictionem noſtram: Hoc eſt; diſperſionem per omnem viam terræ.

וירא את ענינו זו פרי פרישות דרך ארץ כמו

quem-

שנאמר וירא אלהים את
בני ישראל וידע אלהים:

quemadmodum dicitur *Exod. c. 2. verſ 25. Et vidit Deus filios Iſrael & cognovit Deus.*

ואת עמלינו אלו הבנים
כמו שנאמר על הבן הילוד
היאורה תשליכהו וכל
הבת תחיון:

Et ærumnas noſtras: Hæ ſunt filii; ſicuti dicitur *Exod. cap. 1. verſ. 22. Omnem filium, qui naſcetur, in fluvium projicietis, & omnem filiam relinquetis vivam.*

ואת לחצנו זו הדחק
כמו שנאמר וגם ראיתי
את הלחץ אשר מצרים
לוחצים אותם:

Et oppreſſiones noſtras; Hæ ſunt anguſtiæ, quemadmodum ſcriptura dicit *Exod. cap 3. verſ. 9. Et etiam vidi oppreſſionem, quâ Ægyptii opprimunt eos.*

ויוציאנו יי׳ ממצרים ב
ביד חזקה ובזרוע נטויה
ובמורא גדול ובאותות
ובמופתים:

Et eduxit nos Deus ex Ægypto manu forti, & brachio extenſo, & timore magno, & ſignis, & portentis.

ויוציאנו יי׳ ממצרים לא
על ידי מלאך ולא על
ידי שרף ולא על ידי
השליח אלא הקדוש ברוך
הוא בכבודו ובעצמו ש
שנאמר ועברתי בארץ מ
מצרים בלילה הזה
והכיתי כל בכור בארץ מ
מצרים מאדם ועד בה

Et eduxit nos Deus ex Ægypto: Non per manus Angeli, nec per manus Seraphini, nec per manus Legati; Sed *Deus*, (Benedictus ſit ille) gloriâ ſuâ & ILLE IPSE, quemadmodum ſcriptura dicit *Exod. cap. 12. verſ. 12.* Et tranſibo per terram Ægypti in hac nocte, & percutiam omnem primogenitum in terra Ægypti ab homine, & uſque ad jumentum, & in

omnes Deos Ægyptiorum faciam judicia, EGO Tetragrammaton:

בהמה ובכל אלהי מצרים
אעשה שפטים אני יי׳:

Et tranſibo per terram Ægypti: *EGO & non Angelus.*

ועברתי בארץ מצרים
אני ולא מלאך:

Et percutiam omnem primogenitum: *EGO & non Seraphinus:*

והכיתי כל בכור אני
ולא שרף:

Et in omnes Deos Ægyptiorum faciam Judicia: *EGO & non Legatus.*

ובכל אלהי מצרים א
אעשה שפטים אני ולא
השליח:

EGO TETRAGRAMMATON: *EGO IPSE & non alius.*

אני יי׳ אני הוא ולא
אחר:

Manu forti: Hæc eſt peſtis, ſicuti dicitur *Exod. cap.* 9: *verſ.* 3. *Ecce manus Domini futura eſt in pecus tuum, quod erit in agro, in equos, aſinos & camelos, in armentum & gregem, peſte gravi valde.*

ביד חזקה זו דבר כמו
שנאמר הנה יד יי׳ הויה
במקנך אשר בשדה בס
בסוסים בחמורים בגמלים
בבקר ובצאן דבר כבד
מאד:

Et brachio extenſo: Intellige gladium; quemadmodum Scriptura dicit. 1. *Par.* 21. *verſ.* 16. *Et gladius ejus evaginatus in manu ejus, extenſus ſupra Jeruſalem.*

ובזרוע נטויה זו החרב
כמו שנאמר וחרבו שלופה
בידו נטויה על ירושלים:

Et timore magno: Intellige revelationem Deita-

ובמורא גדול זו גילוי
שכינה כמו שנאמר או

tis,

tis, quemadmodum Scriptura dicit; *Deut. cap. 4. verſ. 34. Aut num tentaverit Deus (ullus) venire & accipere ſibi gentem è medio gentis, tentationibus, ſignis & portentis, belloque & manu forti, & brachio extenſo, & timoribus magnis, ſicut omne, quod fecit vobis Dominus Deus veſter in Ægypto ad oculos tuos.*

הנסה אלהים לבוא לקחת לו גוי מקרב גוי במסות באותות ובמופתים ובמלחמה וביד חזקה ובזרוע נטויה ובמוראים גדולים בכל אשר עשה לכם יי׳ אלהיכם במצרים לעיניך:

Et ſignis: Hæc ſunt baculus, quemadmodum dicitur *Exod. cap. 4. verſ. 17. Et baculum hunc accipies in manum tuam, quo facies ſigna:*

ובאותות זו המטה כמו שנאמר ואת המטה הזה תקח בידך אשר תעשה בו את האותות:

Et Portentis: Hæc ſunt Sanguis, quemadmodum Scriptura dicit: *Joel cap. 3. verſ. 3. Et dabo portenta in cælo & in terra ſanguinem, & ignem & aſcenſionem fumi.*

ובמופתים זו הדם כמו שנאמר ונתתי מופתים בשמים ובארץ דם ואש ותמרות עשן:

Alius ſenſus: Manu forti duo; & brachio extenſo duo: Timore magno duo; & ſignis duo: & portentis duo; *miracula fecit*: Et hæc ſunt decem iſti ictus, quos adduxit *Deus*, ſanctus (benedictus ſit ille) ſupra Ægyptios in Ægypto, & hi ſunt: SANGUIS, RANÆ, PEDICULI, INSECTORUM MIXTURA, PESTIS, ULCERA, GRANDO, LOCUSTÆ, TENEBRÆ, PERCUSSIO PRIMOGENITORUM.

דבר אחר ביד חזקה שתים ובזרוע נטויה שתים ובמורא גדול שתים ובמופתים שתים אלו עשר מכות שהביא הקדוש ברוך הוא על המצרים במצרים אלו הן דם צפרדע כנים ערוב דבר שחין ברד ארבה חשך מכות בכורות:

Cum hucuſque pervenerunt, ut decem plagarum Ægyptiis inflictarum mentionem faciant: unuſquiſque poculo ſuo ſibi propius

Digitized by Google

pius appoſito ;. plagas illas decem ſeriatim recenſet: & dum ſingulas appellitat, digitorum minimo in calicem intincto, toties in menſa deſtillat.

Rabbi Jehuda ſignificavit eas (hiſce tribus) vocabulis technicis, DEZACH, HADASCH, BEACHABH, (ſumendo enim ſingularum decem plagarum initiales literas, confecit tres dictiones; cujus rei exemplum eſto in latinis hoc: ſumatur ex dictione primæ plagæ Sanguis S. ex ſecunda Ranæ R. ex tertia Pediculi P. ex quarta Inſectorum mixtura I. quæ quatuor, per combinationem conſtituere poſſunt SPIR. vel PRIS vel SIRP vel RISP &c. quod in eum tantum finem fit, ut eo melius ſibi hiſce literis decem plagas in memoriam revocent.)

רבי יהודה היה נותן
בהם סמנים דצ״ך עד״ש
באח״ב:

Rabbi Joſe Galilæus dicit: unde (diſcimus) quod tu dicis: Ægyptios in Ægypto percuſſos eſſe decem ictibus, in mari verò percuſſos eſſe quinquaginta ictibus?

רבי יוסי הגלילי אומר
מנין אתה אומר שלקו ה
המצרים במצרים עשר
מכות ועל הים לקו חמ
חמשים מכות:

(Inde diſcimus:) in Ægypto quid dicit Scriptura? *Et dixerunt Magi ad Pharaonem: digitus Dei eſt hoc, Exod. cap. 8. verſ.* 15: In mari verò quid dicit Scriptura? *Exod: cap. 14. v. 31: Et vidit Iſrael manum magnam, quâ operatus eſt Deus in Ægyptios: & timuerunt (populus) DEUM, & crediderunt in DEUM & in Moſeh ſervum ejus.* Quot jam percuſſi ſunt ictibus cum unum tantummodo digitum in Ægypto ſentirent? decem: dicam ergo nunc; in Ægypto percuſſi erant decem ictibus & unus modo erat digitus: Et jam cum in mari totam quinque digitis conſtantem ma-

במצרים מה הוא אומר
ויאמרו החרטמים אל פר
פרעה אצבע אלהים הוא
ועל הים מה הוא אומר
וירא ישראל את היד הג
הגדולה אשר עשה יי׳ במ
במצרים וייראו העם את
יי׳ ויאמינו ביי׳ ובמשה ע
עבדו כמה לקו באצבע
עשר מכות אומר מעתה

מעתה

במצרים לקו עשר מכות ועל הים לקו חמישים מכות:

[illegible] perti fuerint, ſequitur [illegible] quinquaginta ictibus in mari fuiſſe percuſſos:

רבי אליעזר אומר מנין שכל מכה ומכה שהביא הקדוש ברוך הוא אל המצרים במצרים היתה של ארבע מכות שנאמר ישלח בם חרון אפו עברה וזעם וצרה משלחת מלאכי רעים עברה אחת וזעם שתים וצרה שלש משלחת מלאכי רעים ארבע אמור מעתה במצרים לקו ארבעים מכות ועל הים לקו מאתים מכות:

Rabbi Elieſer dicit; Unde (diſcimus) quod quilibet ictus, quem adduxit (Deus) Sanctus (benedictus ſit ille) ſuper Ægyptios in Ægypto, fuerit ex quatuor ictibus, de quibus Scriptura dicit. *Pſal.* 78. *verſ.* 49. *Miſit in eos furorem iræ ſuæ, indignationem, & excandeſcentiam, anguſtiam, & immiſſionem Angelorum malorum*: Indignatio unus (eſt ictus;) Excandeſcentia ſecundus; Anguſtia tertius; Immiſſio Angelorum malorum quartus. Nunc ergo dic; Si in Ægypto percuſſi ſunt quadraginta ictibus (uno digito,) ſequitur eos in mari, (ubi totam manum ſenſerunt,) ducentis percuſſos fuiſſe ictibus.

רבי עקיבא אומר מנין שכל מכה ומכה שהביא הקדוש ברוך הוא על המצרים במצרים היתה של חמש מכות שנאמר ישלח בם חרון אפו עברה וזעם וצרה משלחת מלאכי רעים אפו אחת עברה שתים וזעם שלש וצרה ארבע משלחת מלאכי רעים חמש אמור

Rabbi Akiba dicit; Unde (diſcimus) quod quilibet ictus, quem adduxit (Deus) Sanctus (benedictus ſit ille) ſuper Ægyptios in Ægypto, fuerit ex quinque ictibus, de quibus Scriptura dicit. *Pſalm.* 78. *verſ.* 49. *Et miſit in eos furorem iræ ſuæ, indignationem & excandeſcentiam, anguſtiam, immiſſionem Angelorum malorum*: Ira ejus unus (eſt ictus;) Indignatio ſecundus; Excandeſcentia tertius; Anguſtia quartus; Immiſſio Angelorum malorum quintus; Nunc ergo dic; Si in Ægypto percuſſi ſunt quinquaginta ictibus (uno digito;)

Digitized by Google

מעתה במצרים לקו סו
חמשים מכות ועל הים לקו
חמשים ומאתים מכות :

ſequitur eos in mari, (ubi totam quinque digitis conſtantem manum experti ſunt;) ducentis & quinquaginta percuſſos fuiſſe ictibus.

כמה מעלות טובות למקום עלינו

אלו הוציאנו ממצרים ולא
עשה בהם שפטים דיינו
אלו עשה בהם שפטים ולא
עשה באלהיהם דיינו
אלו עשה באלהיהם ולא
הרג בכוריהם דיינו
אלו הרג בכוריהם ולא
נתן לנו את ממונם דיינו
אלו נתן לנו את ממונם ולא
קרע לנו את הים דיינו
אלו קרע לנו את הים ולא
העבירנו בתוכו בחרבה דיינו
אלו העבירנו בתוכו בחרבה ולא
שקע צרינו בתוכו דיינו
אלו שקע צרינו בתוכו ולא
ספק צרכינו במדבר ארבעים שנה דיינו
אלו ספק צרכינו במדבר ארבעים שנה ולא
האכילנו את המן דיינו

אלו	האכילנו את המן	ולא
	נתן לנו את השבת	דיינו
אלו	נתן לנו את השבת	ולא
	קרבנו לפני הר סיני	דיינו
אלו	קרבנו לפני הר סיני	ולא
	נתן לנו את התורה	דיינו
אלו	נתן לנו את התורה	ולא
	הכניסנו לארץ ישראל	דיינו
אלו	הכניסנו לארץ ישראל	ולא
	בנה לנו את בית הבחירה	דיינו

QUàm multas dignitates (immunitates) bonas contulit nobis LOCUS. (Scilicet Deus.)

Si enim eduxiſſet nos ex Ægypto,
Et non feciſſet de eis judicia, ſufficeret nobis:
Si feciſſet de eis Judicia,
Et non feciſſet de Diis eorum, ſufficeret nobis:
Si feciſſet de Diis eorum,
Et non occidiſſet primogenita eorum, ſufficeret nobis:
Si occidiſſet primogenita eorum,
Et non dediſſet nobis divitias ipſorum, ſufficeret nobis:
Si dediſſet nobis divitias ipſorum,
Et non diviſiſſet nobis mare, ſufficeret nobis:
Si diviſiſſet nobis mare,
Et non traduxiſſet nos per medium ejus in arida, ſufficeret nobis:
Si traduxiſſet nos per medium ejus in arida,
Et non ſubmerſiſſet affligentes nos in medio ejus, ſufficeret nobis:
Si ſubmerſiſſet affligentes nos in medio ejus,
Et non procuraſſet nobis neceſſaria ad ſufficientiam noſtram, quadraginta annis in deſerto, ſufficeret nobis:
Si neceſſaria nobis procuraſſet ad ſufficientiam noſtram, quadraginta annis in deſerto,

Et non feciſſet nos comedere Manna, ſufficeret nobis:
Si feciſſet nos comedere Manna,
Et non dediſſet nobis Sabbathum, ſufficeret nobis:
Si dediſſet nobis Sabbathum,
Et non feciſſet nos accedere ad montem Sinai, ſufficeret nobis:
Si feciſſet nos accedere ad montem Sinai,
Et non dediſſet nobis Legem, ſufficeret nobis:
Si dediſſet nobis Legem,
Et non congregaſſet nos in terra Iſrael, ſufficeret nobis:
Si nos congregaſſet in terra Iſrael,
Et non ædificaſſet nobis domum electionis, ſufficeret nobis:

Ita poſt unum (beneficium) multiplicavit, (& multiplicia hæc ſua beneficia rurſus) duplicando duplicavit LOCUS (id eſt Deus) nobis, educens nos ex Ægypto, & faciens de eis judicia, & etiam de Diis eorum, & occidens primogenita ipſorum, & dans nobis divitias eorum: & dividens nobis mare, & traducens nos per medium ejus in arida: et ſubmergens affligentes nos in medio ejus. Et neceſſaria nobis procurans ad ſufficientiam quadraginta annis in deſerto, & commedere nos faciens MANNA: Et dans (inſtituens) nobis Sabbathum; Et accedere nos faciens ad montem Sinai, & dans nobis Legem; Et congregans nos in terra Iſraël, & ædificans nobis domum electionis, ut redderemus nobis (ibi DEUM) propitium ſuper omnes iniquitates noſtras.

על אחת כמה וכמה טובה ומכפלת למקום עלינו שהוציאנו ממצרים ועשה בהם שפטים ועשה באלהיהם והרג בכוריהם ונתן לנו את ממונם וקרע לנו את הים והעבירנו בתוכו בחרבה ושקע צרינו בתוכו וספק צרכינו במדבר ארבעים שנה והאכילנו את המן ונתן לנו את השבת וקרבנו לפני הר סיני ונתן לנו את התורה והכניסנו לארץ ישראל ובנה לנו את בית הבחירה לכפר על כל עונותינו:

Rabban Gamaliel dicit: Quicunque non dixerit tria hæc verba in Paſchate; non dimit-

רבן גמליאל אומר כל שלא אומר שלשה דבר

tetur

דברים אלו בפסח לא יצא ידי חובתו ואלו הן פסח מצה ומרור:

cetur è manibus debitorum ſuorum: Et hæc ſunt; PASCHA, PANIS AZYMUS & HERBÆ AMARÆ.

Qui enim Verba hæc non habuerit in ore; ea nec habebit in mente, & per conſequens Paſcha non ritè ſeu ſanctè celebrabit.

פסח שהיו אבותינו אוכלים בזמן שבית המקדש קיים על שום מה על שום שפסח הקדוש ברוך הוא על בתי אבותינו במצרים שנאמר ואמרתם זבח פסח הוא ליי׳ אשר פסח על בתי בני ישראל במצרים בנגפו את מצרים ואת בתינו הציל ויקוד העם וישתחוו:

PASCHA, quod ederunt patres noſtri in tempore, quo domus ſanctuarii ſtetit, quâ de cauſa? hac de cauſa; Quia tranſiliit (Deus) Sanctus (benedictus ſit ille) ædes parentum noſtrorum in Ægypto, ſicuti dicitur, *Exod. cap. 12. verſ. 27. Victima Paſchatos hæc Deo, qui tranſiliit domos filiorum Iſraël in Ægypto cum cæderet Ægyptios; & domos noſtras eripuit: & inclinavit populus verticem & incurvaverunt ſe.*

Hic placentam azymam è paropſide ſumptam accumbentibus oſtendens dicit:

מצה זו שאנו אוכלים על שום מה על שום שלא הספיק בצקת של אבותינו להחמיץ עד שנגלה עליהם מלך מלכי המלכים הקדוש ברוך הוא וגאלם שנאמר ויאפו את הבצק אשר הוציאו ממצרים עגות מצות כי לא חמץ כי גורשו ממצרים ולא יכלו להתמהמה וגם צדה לא עשו להם:

AZYMUS hic PANIS, quem nos edimus: quâ de cauſa? quia non ſufficiebat tempus, ut maſſa parentum noſtrorum fermentaretur, donec revelatus eſt ſuper illos Rex Regum Regum, (Deus) Sanctus (benedictus ſit ille) & liberavit eos, ſicuti Scriptura dicit; *Exod. cap. 12. verſ. 39. Et coxerunt ex maſſa illa, quam eduxerant ex Ægypto, placentas azymas, quia non erat fermentata: expulſi enim erant ex Ægypto, & non potuerunt cunctari, etiam viaticum non comparaverant ſibi.*

Digitized by Google

Quo dicto eandem placentam in patinam reponit, Raphanumque majorem inde deſumptum, accumbentibus monſtrans, ait:

HERBÆ AMARÆ HÆ, quas nos edimus; qua de cauſa? eam ob cauſam, quod amaritudine affecerunt Ægyptii vitam parentum noſtrorum in Ægypto: ſicut dicitur *Exod. cap.* 1. *verſ.* 14. *Et amaritudine affecerunt vitam eorum ſervitute dura, in luto, in lateribus, & in omni ſervitute agri, quam ſervierunt eis per ſævitiam.*

מרור זה שאנו אוכלים על שום מה על שום שמררו המצרים את חיי אבותינו במצרים שנאמר וימררו את חייהם בעבודה קשה בחומר ובלבנים ובכל עבודה בשדה את כל עבודתם אשר עבדו בהם בפרך׃

His dictis Raphanum in patinam reponens, pergit:

In omni generatione & generatione quivis tenetur ſe ipſum conſiderare, ac ſi ipſe exiviſſet ex Ægypto, quemadmodum Scriptura dicit: *Exod. cap.* 13. *verſ.* 8. *Et annuntiabis filio tuo in die iſto dicendo: propterea fecit mihi DEUS in egreſſu meo ex Ægypto:*

בכל דור ודור חייב אדם לראות את עצמו כאלו הוא יצא ממצרים שנאמר והגדת לבנך ביום ההוא לאמר בעבור זה עשה יי׳ לי בצאתי ממצרים׃

Non tantùm parentes noſtros redemit (Deus) Sanctus (benedictus ſit ille;) ſed etiam nos redemit cum eis, quemadmodum Scriptura dicit: *Deut. cap.* 6. *verſ.* 23. *Et nos eduxit inde, ut deduceret nos ad dandum nobis terram, quam juravit patribus noſtris.*

לא את אבותינו גאל הקדוש ברוך הוא בלבד אלא אף אותנו גאל עמהם שנאמר ואתנו הוציא משם למען הביא אותנו לתת לנו את הארץ אשר נשבע לאבותינו׃

Cum hucuſque pervenerunt, quilibet ſuum recipit poculum, manibuſque tam diu tenet, donec Pater-familias abſolutis ſequentibus hymnis, ſubſequentem pronunciavit benedictionem.

Pro-

Propterea nos obligati ſumus ad laudandum, celebrandum, laudibus efferendum, glorificandum, exaltandum, decorandum, benedicendum, extollendum, & victorem eum prædicandum, qui fecit patribus noſtris & nobis omnia ſigna hæc: Eduxit nos è ſervitute in libertatem, è mœrore ad gaudium, è luctu ad diem feſtum, è caligine ad lucem magnam, & è mancipatu in redemptionem: & dicemus coram eo canticum novum, Hallelu-jah:

לפיכך אנחנו חייבים
להודות להלל לשבח לפאר
לרומם להדר לברך לעלה
ולקלס למי שעשה לאבותינו
ולנו את כל הניסים האלו
הוציאנו מעבדות לחירות
מיגון לשמחה מאבל ליום
טוב ומאפלה לאור גדול
ומשעבוד לגאולה ונאמר
לפניו שירה חדשה הל
הללויה:

Hallelu-jah, Laudate ſervi Domini, laudate nomen Domini: Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & uſque in ſeculum: A Solis ortu uſque ad occaſum ejus, laudatum eſt nomen Domini: Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, ſuper cœlos gloria ejus. Quis ſicut Dominus Deus noſter, exaltans ſe ad habitandum, humilians (vero) ſe ad videndum in cœlis & in terra? Erigens de pulvere tenuem, de ſterquilinio elevabit egenum: Ad ſedere faciendum cum magnificis, cum magnificis populi ſui: Sedere faciens ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem: Hallelu-jah:

הללויה הללו עבדי יי'
הללו את שם יי' יהי
שם יי' מבורך מעתה ועד
עולם ממזרח שמש עד מ
מבואו מהלל שם יי' ר
רם על כל גוים יי' על
השמים כבודו מי כיי' א
אלהינו המגביהי לשבת
המשפילי לראות בשמים
ובארץ מקימי מעפר דל
מאשפות ירים אביון לה
להושיבי עם נדיבים עם
נדיבי עמו מושיבי עקרת
הבית אם הבנים שמחה הללויה:

In

Digitized by Google

In egrediendo Iſrael ex Ægypto, domus Jahacob de populo barbaro: Fuit Jehuda in ſanctitatem ejus, Iſrael Dominia ejus: Mare vidit & fugit, Jarden circuivit retrorſum: Montes exilierunt ſicuti arietes, colles ſicuti filii gregis: Quid tibi mare quod fugiſti, & Jarden circuiſti retrorſum? Montes ſaltaſtis ſicuti arietes, colles ſicuti filii gregis? A facie Domini contremuit terra; à facie Dei Jahacob: Convertens petram in ſtagnum aquarum, ſilicem in fontes aquarum.

בצאת ישראל ממצרים
בית יעקב מעם לועז ה
היתה יהודה לקדשו יש
ישראל ממשלותיו הים ר
ראה וינוס הירדן תסוב
לאחור ההרים רקדו כא
כאלים גבעות כבני צאן
מה לך הים כי תנוס ה
הירדן תסוב לאחור ההר
ההרים תרקדו כאלים ג
גבעות כבני צאן מלפני
אדון חולי ארץ מלפני
אלהי יעקב ההופכי הצור
אגם מים חלמיש למעינו
מים:

Hic elevando pocula, altiori modulamine, Pater-familias ſequentes has duas, calicem agitando, dicit benedictiones; & bibunt ſinguli, ac in menſam pocula reponunt.

Benedictus ſis tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, qui redemit nos, & redemit etiam patres noſtros ex Ægypto, & attingere fecit nos noctem hanc ad comedendum in ea panem azymorum, & herbas amaras. Sic Domine, Deus noſter, & Deus patrum noſtrorum, pertingere facias nos ad Solemnitates, & annua feſta alia obventura nobis in pace, gaudentes in ædificatione civitatis tuæ, & lætantes in cultu tuo; Et edamus ibi de ſacrificiis & victimis paſchalibus, quorum ſanguis porrigetur ad parietem altaris tui in beneplacitum; Et hanc laudabimus te Cantico no-

בא"י אמ"ה אשר גאלנו
וגאל את אבותינו ממ
ממצרים. הגיענו הלילה
הזה לאכול בו מצה ו
ומרור כן יי אלהינו ואל
ואלהי אבותינו הגיענו למ
למועדים ולרגלים אחרים
הבאים לקראתנו לשלום
שמחים בבנין עירך וששון
בעבודתך ונאכל שם מן
הזבחים ומן הפסחים אשר
יגיע דמם על קיר מזבחך
לר

Digitized by Google

vo propter redemptionem noſtram, & propter redemptionem animarum noſtrarum: Benedictus (ſis) tu, Domine, (qui) redemiſti Iſraëlem.

לרצון ונודה לך שיר חדש על גאולתנו ועל פדות נפשנו ברוך אתה יי׳ גאל ישראל:

Benedictus (ſis) tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, creans fructum vitis.

בא״י אמ״ה בורא פרי הגפן:

Poſt hæc ſecunda vice adfertur pelvis cum mantili, & ſinguli ordine lavant manus, dicentes:

Benedictus (ſis) tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis lotionem manuum.

בא״י אמ״ה אשר קדשנו במצותיו וצונו על נטילת ידים:

Deinde Pater-familias ſub linteolo poſitam priorem, quam Sacerdotes deſignare diximus, promens placentam; ſimul & mediam Levitas deſignantem; illaſque ſequente hac benedictione agitat, dicens:

Benedictus (ſis) tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, qui producit panem de terrâ.

בא״י אמ״ה המוציא לחם מן הארץ:

Factâ benedictione, de ſuperiori fruſtulum defringit, non autem comedit, donec ſuper mediam placentam, peculiarem hanc ſubſequentem pronunciaverit benedictionem:

Benedictus (ſis) tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis comeſtionem panis azymi:

בא״י אמ״ה אשר קדשנו במצותיו וצונו על אכילת מצה:

Poſtea defringit utrique placentæ fruſtulum, alterumque alteri imponit, eaque conjunctim edit, atque eâdem ratione reliquis etiam diſtribuit; qui dicta utraque benedictione, ea abſumunt. Hinc aliquid amararum herbarum ſumit, quæ, ut dictum, ſtramen, quo limum olim conſolidarunt, denotat: idque

que in maſſam; ex ficubus, dactylis, uvis paſſis &c: confectam, lutumque denotantem, intingit: & poſt hanc benedictionem comedit, cæteriſque diſtribuit, qui id, dictâ benedictione, comedunt, dicentes:

Benedictus (ſis) tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, qui ſanctificavit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis comeſtionem herbarum amararum.	בא"י אמ"ה אשר קדשנו במצותיו וצונו על אכילת מרור:

Deinde tertiam, quæ (ut ſupra dictum eſt) Iſraëlitas denotat, promens placentam, frangit de ea fruſtulum: illudque, herbis amaris vel raphano majore involutum, comedit; hiſce, abſque omni benedictione, additis:

Sic fecit Hillel in tempore, quo domus ſanctuarii ſtetit: involvit pani azymo herbas amaras, & ſic unà comedit, ad confirmandum, quod dicitur *Num. 9. verſ. 11. Cum panibus azymis & herbis amaris comedant illud.*	כן עשה הלל בזמן שבית המקדש קיים היה כורך מצה ומרור ביחד לקיים מה שנאמר על מצות ומרורים יאכלוהו:

Abſoluta hucuſque hujus ſacræ Cœnæ oratione, incipiunt cœnare; hac tamen Patris-familias additâ admonitione; comedant ita, ut poſtea recordationis panem adhuc avidè & devotè recipere queant: Itaque Cœnâ neceſſariò ante mediam noctem ſolemniter abſolutâ, media recordationis, ſub mappa recondita, placenta â Patre-familias promitur, diſtribuitur & comeditur. Deinde tertium ordine, quod idem primum eſt gratiârum actionis poculum, ſingulis infunditur: Et Pater-familias ipſe gratias agere tenetur; petitâ primùm ab accumbentibus veniâ. Quod ſi Sacerdos præſto ſit, ipſi præ omnibus hunc honorem defert, deinde Doctoribus, poſtea Rabbinis vel Magiſtris, tandem reliquis: & dicit:

Cum licentiâ Dn. Sacerdotis, Doctoriſque noſtri ſummi, Magiſtrorum noſtrorum, & præſentis Sodalitatis meæ, benedicamus Deo noſtro, quod de (bonis) ſuis comedimus, & de bonitate ejus vivimus:	ברשות הכהן מורינו הרב רבנים רבותי נברך אלהינו שאכלנו משלו ובטובו חיינו:

Cum

Cui accumbentes uno ore reſpondent:

Benedictus Deus noſter, quod de (bonis) ſuis comedimus, & de bonitate ejus vivimus.

ברוך אלהינו שאכלנו משלו ובטובו חיינו:

His dictis Pater-familias gratias agens dicit:

Benedictus ſit ille, & benedictum nomen ejus. Benedictus ſis tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, alens totum mundum bonitate, benignitate, gratia & miſericordia ſua: Dans panem omni carni, quoniam in ſeculum gratia ejus. Et per bonitatem ejus nihil unquam defecit nobis, neque defuturum eſt nobis alimentum in ſeculorum ſecula, propter nomen ejus ſanctum: quoniam ille paſcens & alens omnia, & benefaciens omnibus, & parans alimentum omnibus creaturis ſuis, quas creavit: Benedictus ſis tu, Domine, altor omnium:

ברוך הוא ברוך שמו בא״י אמ״ה הזן את העולם כלו בטובו בחן בחסד וברחמים הוא נותן לחם לכל בשר כי לעולם חסדו ובטובו הגדול תמיד לא חסר לנו ואל יחסר לנו מזון לעולם ועד בעבור שמו הגדול כי הוא זן ומפרנס לכל ומטיב לכל ומכין מזון לכל בריותיו אשר ברא בא״י הזן את הכל:

Laudabimus te, Domine, Deus noſter, quod hæreditare feciſti parentes noſtros terram deſiderabilem, bonam & latam, & quod eduxiſti nos de terrâ Ægypti, & liberaſti nos de domo ſervitutis, & propter fœdus tuum, quod ſigillaſti in carne noſtrâ, & propter legem tuam, quam edocuiſti nos, & propter ſtatuta tua, quæ notificaſti nobis, & propter benignitatem & gratiam, quibus benignum te nobis præbuiſti,

נודה לך יי׳ אלהינו על שהנחלת לאבותינו ארץ חמדה טובה ורחבה ועל שהוצאתנו מארץ מצרים ופדיתנו מבית עבדים ועל בריתך שחתמת בבשרנו ועל תורתך שלמדתנו ועל חקיך שהודעתנו ועל חיים חן וחסד שחוננתנו ועל

אכילת מזון שאתה זן
ומפרנס אותנו תמיד בכל
יום ובכל עת ובכל שעה:

buiſti, propterque eſum cibi, quo tu nos alis & paſcis jugiter, omni die, quovis tempore, & qualibet hora.

ועל הכל יי׳ אלהינו אנו
מודים לך ומברכים אותך
יתברך שמך בפה כל חי
תמיד לעולם ועד ככתוב
ואכלת ושבעת וברכת
את יי׳ אלהיך על הארץ
הטובה אשר נתן לך
ברוך אתה יי׳ על הארץ
ועל המזון:

Et propter hæc omnia, Domine Deus noſter, laudamus te & benedicimus tibi; Benedictum ſit nomen tuum in ore omnis viventis jugiter & in ſempiterna ſecula, ſicuti ſcriptum eſt *Deut. cap.* 8. *verſ.* 10. *Et comedes, & ſaturaberis, & benedices Domino Deo tuo, propter terram bonam, quam dedit tibi.* Benedictus ſis tu, Domine, propter terram & propter alimentum.

רחם יי׳ אלהינו על
ישראל עמך ועל ירושלים
עירך ועל ציון משכן כבודך
ועל מלכות בית דוד
משיחך ועל הבית הגדול
והקדוש שנקרא שמך עליו
אלהינו אבינו מלכנו רענו
זנינו פרנסנו וכלכלנו
והרויחנו והרוח לנו יי׳
אלהינו מהרה מכל
צרתינו ונא אל תצריכנו
יי׳ אלהינו לא לידי מתנת
בשר ודם ולא לידי
הלואתם כי אם לידך
המלאה הפתוחה והקדושה
והרחבה שלא נבוש ולא נכלם לעולם ועד:

Miſerere, Domine, Deus noſter, Iſraelis populi tui, & Jeruſalem civitatis tuæ, & Zion habitaculi gloriæ tuæ, & regni domus Davidis uncti tui, & Domus iſtius magnæ & ſanctiſſimæ, in qua nomen tuum invocatum erat: Deus noſter, Pater noſter, Rex noſter, Paſtor noſter, Altor noſter, Nutritor noſter, Suſtentator noſter & dilatator noſter, dilata nos, Domine, Deus noſter, cito in omnibus anguſtiis noſtris, & ne facias nos, quæſo, egere, Domine, Deus noſter, opera & ope carnis & ſanguinis, neque mutuatione eorum, ſed ſolum manu tua plena, aperta, ſancta, & lata; ne forte confundamur & erubeſcamus in ſempiterna ſecula:

Deus

Deus noſter, & Deus patrum noſtrorum, aſcendat & veniat, accedat, videatur & accepretur, & exaudiatur, & viſitetur, & cogitetur memoria noſtra, & viſitatio noſtra, & memoria parentum noſtrorum, & memoria uncti filii Davidis, ſervi tui, & memoria Jeruſalem, civitatis ſanctitatis tuæ, & memoria omnis populi tui Domus Iſraëlis coram te in evaſionem, in bonum, in beneficentiam, in gratiam, in miſericordiam, ad pacem in die feſti azymorum hoc; recordare noſtri, Domine, Deus noſter, in ipſo, in (noſtri) bonum, & viſita nos in ipſo ad benedictionem, & ſalva nos in eo ad vitas. Et in VERBO SALUTIS & miſericordiæ parce, propitius eſto & miſerere noſtri: Et ſalva nos, quoniam ad te oculi noſtri, quia tu es Rex gratioſus & miſericors.

אלהינו ואלהי אבותינו
יעלה ויבוא יגיע יראה
וירצה וישמע ויפקד ויזכר
זכרוננו ופקדוננו וזכרון
אבותינו וזכרון משיח בן
דוד עבדך וזכרון ירושלים
עיר קדשך וזכרון כל עמך
בית ישראל לפניך לפ
לפליטה לטובה לחן לח
ולחסד ולרחמים לחיים
ולשלום ביום חג המצות
הזה זכרנו יי' אלהינו בו
לטובה ופקדנו בו לבר
לברכה והושיענו בו לחי
לחיים ובדבר ישועה ור
ורחמים חוס וחננו ורחם
עלינו והושיענו כי אליך ע
עינינו כי אל מלך חנון ורחום אתה:

Et ædifica Jeruſalem; civitatem Sanctitatis tuæ cito in diebus noſtris, Bedictus ſis tu, Domine, ædificans miſerationibus ſuis Jeruſalem; Amen.

ובנה ירושלים עיר ה
הקדוש במהרה בימינו ב
ברוך אתה יי' בונה ברח
ברחמיו ירושלים אמן:

Benedictus ſis tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi; Deus fortiſſime, Pater noſter, Creator noſter, Redemptor noſter, Sanctus noſter, Formator noſter, Sanctus noſter, Sanctus Jahacob, Paſtor noſter, Paſtor Iſraëlis; Rex be-

באי' אמ'ה האל הא
אבינו מלכינו אדירנו בור
בוראנו גואלנו יוצרנו קד
קדושנו קדוש יעקב רוענו
רועה ישראל המלך הט

nigne,

Digitized by Google

nigne, benefaciens omnibus: Fortiſſime Deus, qui ſingulis diebus benefecit, benefacit, (&) benefaciet nobis, Ipſe retribuit nobis, ipſe (eſt) retribuens, & ipſe retribuet nobis in æternum in beneficentiam, gratiam, miſericordiam, dilatationem, evaſionem, proſperitatem, benedictionem & ſalutem; in ſolatium, ſuſtentationem & alimentationem: Et miſericordia, vitis, pace, omnique bono, & ſingulis bonis egere non faciat nos.

הטוב והמטיב לכל אל
שבכל יום ויום הוא ה
הטיב מטיב יטיב לנו ה
הוא גמלנו הוא גומלנו
הוא יגמול בעדנו לעד
לחן לחסד ולרחמים ולר
ולרוח הצלה והצלחה ב
ברכה וישועה נחמה פ
פרנסה וכלכלה ורחמים
וחיים ושלום וכל טוב
ומכל טוב לא יחסרנו:

Miſericors, ille regnabit ſuper nos in ſempiterna ſecula.

הרחמן הוא ימלוך ע
עלינו לעולם ועד:

Miſericors, ille ſit benedictus in cœlis & in terrâ.

הרחמן הוא יתברך ב
בשמים ובארץ:

Miſericors, ille ſit celebratus in generationem & generationem, & glorificatus inter nos in ſeculorum ſecula, & decoratus inter nos in ſecula & ſeculorum ſecula.

הרחמן הוא ישתבח ל
לדור דורים ויתפאר בנו
לנצח נצחים ויתהדר בנו
לעד ולעולמי עולמים:

Miſericors, ille paſcat nos in honore.

הרחמן הוא יפרנסנו ב
בכבוד:

Miſericors, ille frangat jugum colli noſtri, & educat nos in altum, ad terram noſtram.

הרחמן הוא ישבור ע
עולינו מעל צוארנו והוא
יוליכנו קוממיות לארצנו:

Miſe-

Digitized by Google

הרחמן הוא ישלח לנו ברכה מרובה בבית הזה ועל שלחן זה שאכלנו עליו:

Miſericors, ille copioſè mittat nobis benedictionem in domum hanc, & ſuper menſam hanc, ſuper qua comedimus.

הרחמן הוא ישלח לנו את אליהו הנביא זכור לטוב ויברך אותנו כל אחד ואחד ממנו בשמו:

Miſericors, ille mittat nobis Eliahu Prophetam, (bonæ memoriæ) & benedicat unicuique ex nobis in nomine ſuo.

הרחמן הוא יברך את אבא מורי בעל הבית הזה ואת אמי מורתי בעלת הבית הזה אותם ואת ביתם ואת זרעם ואת כל אשר להם כמו שנתברכו אבותינו אברהם יצחק ויעקב בכל מכל כל כן יברך אותנו כולנו יחד בברכה שלמה ונאמר אמן:

Miſericors, ille benedicat Domino, patri meo, Patrifamilias hujus domus, & Dominæ, Matri meæ, Matri-familias hujus domus, illis, & domui eorum, & ſemini eorum, & omnibus illorum (bonis.) Sicuti benedictionem conſecuti ſunt patres noſtri Abraham, Itzchak, & Jahacob in omni, ex omni, & omni; ſic benedicat omnibus nobis unà, benedictione perfecta; & dicemus Amen.

במרום ילמדו עליו ועלינו זכות שתהא למשמרת שלום ונשא ברכה מאת יי וצדקה מאלהי ישענו ונמצא חן ושכל טוב בעיני אלהים ואדם:

In excelſis docebunt ſuper eum & ſuper nos meritum, ut ſit in cuſtodiam pacis; & ſumamus benedictionem à Domino, & juſtitiam â Deo ſalutis noſtræ, & inveniamus benignitatem & intellectum bonum, in oculis Dei atque hominum.

Miſe

Miſericors, ille faciat hæréditare nos diem (iſtum,) qui totus bonus (eſt:) | הרחמן הוא ינחילנו ליום שכולו טוב:

- Miſericors, ille dignetur nos diebus uncti (Meſſiæ) & vitis venturi ſeculi: | הרחמן הוא יזכנו לימות המשיח ולחיי העולם הבא:

Turris ſalutum Rex ejus; & faciens gratiam uncto ſuo, (Meſſiæ) Davidi & ſemini ejus uſque in ſeculum: | מגדול ישועות מלכו ועושה חסד למשיחו לדוד ולזרעו עד עולם:

Faciens pacem in excelſis ſuis, ipſe faciat pacem ſuper nos & ſuper omnem Iſraël; & dicite Amen. | עושה שלום במרומיו הוא יעשה שלום עלינו ועל כל ישראל ואמרו אמן:

Ad hæc accumbentes reſpondent Amen. Et ſubſequentes hos tres verſus muſſitantes pronunciant:

Timete Dominum ſancti ejus, quoniam nullus defectus eſt timentibus eum: | יראו את יי קדושיו כי אין מחסור ליראיו:

Abnegantes depauperati ſunt & eſurierunt, quærentes autem Dominum, non deficient omni bono: | כפירים רשו ורעבו ודורשי יי לא יחסרו כל טוב:

Laudate Dominum quoniam bonus (eſt,) quoniam in ſeculum miſericordia ejus. | הודו ליי כי טוב כי לעולם חסדו:

His dictis Pater-familias, calicem agitando, hanc benedictionem profatur:

Benedictus ſis tu Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, creans fructum vitis. | בא"י אמ"ה בורא פרי הגפן:

Et

Et bibunt ſinguli tandem quartum, adeoque ultimum infunditur poculum, atque deſtinatus eſt certus quiſpiam qui fores ex inproviſo, & feſtinanter ac magno impetu patentiſſime pandit, ita ut præſentes, rei præſertim hujus ignari, admodum terreantur (id quod ipſe expertus ſum, etiamſi actui iſti antea aliquoties interfuerim.) Maximé verò liberi ipſorum attoniti redduntur, quibus, quid hoc ſignificet, interrogantibus, parentes respondent; Meſſiam in feſto Paſchatos venturum, & Jeroſolymas, aſino vectum, ingreſſurum. Quapropter & Veteres iſtam figuram huc poſuerunt, ubi fores aperiendæ ſunt, ut liberi interrogarent, quid illa ſibi velint? Porta Urbis picta Jeroſolymas repræſentat; aſino inſidens Meſſias eſt, Jeroſolymas ingrediens, ſicuti Scriptura dicit: Zachar *cap.* 9. *verſ* 9. *Verum tu filia Zion, gaude valdè, & tu filia Jeruſalem jubila. Ecce Rex tuus venit tibi, pauper, juſtus & auxiliator, equitans ſuper aſinam & ſuper pullum aſinæ.* Meſſiam Elias cum tuba inſequitur, viam Domini præparaturus, ſicuti Scriptura dicit: *Malach. cap.* 3. *verſ.* 5. *&* 6. *Ecce ego mittens vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & terribilis, & convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad parentes eorum, ne forte veniam & percutiam terram anathemate.* Caſtellum in monte à tergo Eliæ, Emmaunta denotat. Figura hæc, ad exemplar vetuſtiſſimum, expreſſa & ſculpta eſt, quamvis ſubtilius potuiſſet formari. Adeòque mirum eſt Judæos etiamnum fateri, Meſſiam ad feſtum Paſchatos venturum, & Jeroſolymas aſino inſidentem, ingreſſurum; quod à Jeſu noſtro Nazareno factum ſcimus.



Apertis itaque foribus hos duos ſequentes verſus, uno ore & altiſſima voce exclamant:

Effunde furorem tuum ſuper gentes, quæ te non noverunt; & ſuper Regna, quæ nomen tuum non invocarunt: Quoniam comederunt Jahacobum, & habitacula ejus deſolarunt.

שפוך חמתך על הגוים אשר לא ידעוך ועל ה
הממלכות אשר בשמך לא
קראו: כי אכל את יעקב
ואת נוהו השמו:

Ad hæc junctim voce altiori clamitantes, quaſi reſpondentes dicunt:

Effunde ſuper eos indignationem tuam, & furor iræ tuæ apprehendat eos; proſequaris in ira & eradices eos ſub cœlis, Domine.

שפוך עליהם זעמך וחרון
אפך ישיגם תרדוף באף
ותשמידם מתחת שמים יי׳:

Sequentes haſce preculas poſtea ſedatiores recitant & communi more abſolvunt.

Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam: propter gratiam tuam, & veritatem tuam. Quare dicant inter gentes, ubi quæſo nunc Deus eorum? Et Deus noſter in cœlis, omnia, quæ voluit, fecit: ſimulachra eorũ aurum & argentũ, opera manuum hominum: os eſt illis & non loquuntur, oculi (ſunt) illis & non videbunt: aures (ſunt) illis & non audient, nares (ſunt) illis & non odorabunt: manus (ſunt) illis & non palpabunt; pedes (ſunt) illis & non ambulabunt, non meditabuntur in gutture ſuo: Sicuti illi, ſunt facientes ea, omnis confidens in eis: Iſraël fide in Domino, auxilium eorum, & clypeus eorum ipſe (eſt:) Domus Aharon confidite in Domino, auxilium eorum, &

לא לנו יי׳ לא לנו כי
לשמך תן כבוד: על חס
חסדך ועל אמתך למה
יאמרו בגוים איה נא
אלהיהם: ואלהינו בשמים
כל אשר חפץ עשה: ע
עצביהם כסף וזהב מעשה
ידי אדם: פה להם ולא
ידברו עינים להם ולא
יראו: אזנים להם ולא
ישמעו אף להם ולא ג
יריחון: ידיהם ולא מ
ימישון רגליהם ולא ג
יהלכו לא יהגו בגרונם
כמוהם יהיו עושיהם כל
אשר בוטח בהם: ישראל

בטח

בטח ביי׳ עזרם ומגינם הוא: בית אהרן בטחו ביי׳ עזרם ומגינם הוא: יראי יי׳ בטחו ביי׳ עזרם ומגינם הוא:

clypeus eorum ipſe (eſt:) Timentes Dominum confidite in Domino, auxilium eorum, & clypeus eorum ipſe (eſt.)

יי׳ זכרנו יברך יברך את בית ישראל יברך את בית אהרן: יברך יראי יי׳ הקטנים עם הגדולים: יוסף יי׳ עליכם ועל בניכם: ברוכים אתם ליי׳ עושה שמים וארץ: השמים שמים ליי׳ והארץ נתן לבני אדם: לא המתים יהללו יה ולא כל יורדי דומה: ואנחנו נברך יה מעתה ועד עולם הללויה:

DOMINUS memor fuit noſtri; benedicat; benedicat Domui Iſraël, benedicat Domui Aharon: benedicat Timentibus Dominum, puſillis cum magnis: adjiciat Dominus ſuper vos, ſuper vos & ſuper filios veſtros: benedicti vos Domino, facienti cœlos & terram: cœli cœlorum Domino, & terram dedit filiis hominum; non mortui laudabunt Jah, nec omnes deſcendentes in ſilentium: Et nos benedicemus Jah, ex nunc & usque in ſeculum, Hallelu-Jah.

אהבתי כי ישמע יי׳ את קולי תחנוני: כי הטה אזנו לי ובימי אקרא: אפפוני חבלי מות ומצרי שאול מצאוני: צרה ויגון אמצא ובשם יי׳ אקרא: אנא יי׳ מלטה נפשי חנון יי׳ וצדיק ואלהינו מרחם: שומר פתאים יי׳ דלותי ולי יהושיע: שובי נפשי למנוחיכי כי יי׳ גמל עליכי: כי הצלת נפשי

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem meam, deprecationes meas: Quia inclinavit aurem ſuam mihi, & in diebus meis invocabo: Circumdederunt me funes mortis, & anguſtiæ foveæ invenerunt me: Anguſtiam & moleſtiam inveniam, & in nomine Domini invocabo: Quæſo Domine; erue animam meam: Gratioſus Dominus & juſtus, & Deus noſter clemens: Cuſtodiens ſimplices Dominus, attenuatus ſum & ſalvabit me: Revertere anima mea ad requiem tuam, quia Dominus retribuit ſuper te; Quia eripu-

iſti animam meam à morte, oculum meum à lachrima, pedem meum ab impulſu: Ambulabo ad facies Domini in terris viventium: Credidi quia loquar, ego afflictus ſum valde: Ego dixi in feſtinatione mea; omnis homo mendax:

ממות את עיני מדמעה
את רגלי מדחי: אתהלך
לפני יי׳ בארצות החיים:
האמנתי כי אדבר אני ע
עניתי מאד: אני אמרתי
בחפזי כל אדם כוזב:

Quid retribuam Domino, omnibus retributionibus ejus ſuper me? Calicem ſalutum elevabo & in nomine Domini invocabo: Vota mea Domino reddam, coram omni populo ejus: Pretioſa in oculis Domini mors piorum ſuorum: Obſecro Domine, quoniam ego ſervus tuus, ego ſervus tuus, filius ancillæ tuæ; ſolviſti vincula mea: Tibi ſacrificabo ſacrificium confeſſionis, & in nomine Domini invocabo: Vota mea Domino ſolvam, coram omni populo ejus. In atriis domus Domini, in medio tui Jeruſalem: Hallelu-Jah.

מה אשיב ליי׳ כל הג
הגמולוהי עלי: כוס ישועות
אשא ובשם יי׳ אקרא:
נדרי ליי׳ אשלם נגדה
נא לכל עמו: יקר בעיני
יי׳ המותה לחסידיו אנא
יי׳ כי אני עבדך אני עבד
עבדך בן אמתך פתחת
למוסרי: לך אזבח זבח ת
תודה ובשם יי׳ אקרא:
נדרי ליי׳ אשלם נגדה
נא לכל עמו: בחצרות
בית יי׳ בתוככי ירושלים הללויה:

Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi: Quoniam confirmata eſt ſuper nos gratia ejus, & veritas Domini manet in æternum, Hallelu-Jah.

הללו את יי׳ כל גוים
שבחוהו כל האמים: כי
גבר עלינו חסדו ואמת יי׳
לעולם הללויה:

Hos quatuor ſubſequentes verſus Pater-familias ſingularis ſuaviſſimique modulaminis tractu præcinit, cui accumbentes eodem modo ad quemlibet verſum ordine reſpondent:

Con-

Digitized by Google

Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum gratia ejus:

Dicat nunc Iſraël; Quoniam in ſeculum gratia ejus:

Dicat nunc domus Aharon; Quoniam in ſeculum gratia ejus

Dicant nunc timentes Dominum; Quoniam in ſeculum gratia ejus.

De anguſtia invocavi Jah, reſpondit mihi in latitudine Jah: Dominus mihi, non timebo, quid faciat mihi homo: Dominus mihi inter auxiliatores meos, & ego videbo in odio habentibus me: Bonum (eſt) confidere in Domino, præ ſperare in homine: Bonum (eſt) fidere in Domino, præ confidere in principibus: Omnes gentes circumdederunt me, in nomine Domini quoniam ſuccidam eas: Circumdederunt me; in nomine Domini quoniam ſuccidam eas: Circumdederunt me ſicut apes, extinctæ ſunt ſicut ignis ſpinarum; in nomine Domini quoniam ſuccidam eas: Impellendo impuliſti me ad cadendum, & Dominus adjuvit me: Fortitudo mea & pſalmus meus Jah; & fuit mihi in ſalutem: Vox exultationis & ſalutis in tentoriis juſtorum: Dextra Domini faciens virtutem, dextra Domini excelſa, dextra Domini fa-

הודו ליי׳ כי טוב: כי לעולם חסדו:

יאמר נא ישראל: כי לעולם חסדו:

יאמרו נא בית אהרן כי לעולם חסדו:

יאמרו נא יראי יי׳ כי לעולם חסדו:

מן המצר קראתי יה ענני במרחב יה: יי׳ לי לא אירא מה יעשה לי אדם: יי׳ לי בעזרי או ואני אראה בשונאי: טוב לחסות ביי׳ מבטוח באדם: טוב לחסות ביי׳ מבטוח בנדיבים: כל גוים סב סבבוני בשם יי׳ כי אמ אמילם: סבוני גם סבב סבבוני בשם יי׳ כי אמ אמילם: סבוני כדבורים דעכו כאש קוצים בשם יי׳ כי אמילם: דחה דח דחיתני לנפול ויי׳ עזרני: עזי וזמרת יה ויהי לי לישועה: קול רנה וי וישועה באהלי צדיקים

ciens virtutem : Non moriar ſed vivam, & narrabo opera Jah: Corripiendo corripuit me Jah, & morti non tradidit me: Aperite mihi portas juſtitiæ, ingrediar eas, confitebor Jah: Hæc porta Domini, juſti ingredientur eam:	ימין יי׳ עושה חיל: ימין יי׳ רוממה ימין יי׳ עושה חיל: לא אמות כי טא אחיה ואספר מעשה יה: יסור יסרני יה ולמות לא נתנני: פתחו לי שערי

צדק אבא בם אודה יה: זה השער ליי׳ צדיקים יבואו בו:

Hos quatuor verſiculos abſque modulamine repetunt; Ideoque initium horum repetii:

Confitebor tibi, quoniam exaudiſti me, & fuiſti mihi in ſalutem:	אודך כי עניתני ותהי לי לישועה:
Confitebor tibi &c.	אודך כי וכו׳:
Lapidem reprobraverunt ædificantes, fuit in caput anguli.	אבן מאסו הבונים הי׳ היתה לראש פנה:
Lapidem &c.	אבן מאסו וכו׳:
A Domino fuit iſtud ; id ipſum mirabile in oculis noſtris.	מאת יי׳ היתה זאת היא נפלאת בעינינו:
A Domino &c.	מאת יי׳ וכו׳:
Hunc diem fecit Dominus, exultemus & lætemur in eo:	זה היום עשה יי׳ נגילה ונשמחה בו:
Hunc diem &c.	זה היום וכו׳:

Hæ quatuor lineæ ſimiliter ſuaviſſimo modulaminis tractu à Patre-familias præcinuntur; cui quoque ab accumbentibus ad quemlibet ordine reſpondetur:

Quæſo Domine ſalva nunc:	אנא יי׳ הושיעה נא
Quæſo Domine ſalva nunc:	אנא יי׳ הושיעה נא
Quæſo Domine proſperare fac nunc:	אנא יי׳ הצליחה נא
Quæſo Domine proſperare fac nunc:	אנא יי׳ הצליחה נא

Hi

Digitized by Google

Hi quatuor verſiculi, itidem abſque modulatione repetuntur; Idcoque, ut ſuprà, initium horum repetii:

Benedictus veniens in nomine Domini, benediximus vobis de domo Domini:
Benedictus &c.

ברוך הבא בשם יי׳ ברכנוכם מבית יי׳:
ברוך הבא וכו׳:

Deus Dominus, & illuxit nobis, ligate agnum (feſtalem) implicationibus uſque ad cornua altaris:
Deus Dominus &c.

אל יי׳ ויאר לנו אסרו חג בעבותים עד קרנות המזבח:
אל יי׳ ויאר וכו׳:

Deus meus tu, & confitebor tibi, Deus meus, exaltabo te:
Deus meus tu &c.

אלי אתה ואודך אלהי ארוממך:
אלי אתה וכו׳:

Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in ſeculum gratia ejus.
Confitemini &c.

הודו ליי׳ כי טוב כי לעולם חסדו:
הודו וכו׳:

Laudent te, Domine, Deus noſter, ſuper omnia opera tua, & pii tui, juſti, facientes voluntatem tuam, & omnis populus tuus Domus Iſrael cum cantione confitebuntur, & benedicent, & celebrabunt, & decorabunt, & exaltabunt, & ſanctificabunt, & regnare facient nomen tuum, Rex noſter, quoniam tibi confiteri bonum, & nomini tuo decet pſallere, a ſeculo & uſque in ſeculum, tu Deus.

יהללוך יי׳ אלהינו על כל מעשיך וחסידיך צדיקים עושי רצונך וכל עמך בית ישראל ברנה יודו ויברכו וישבחו ויפארו וירוממו ויעריצו ויקדישו וימליכו את שמך מלכינו כי לך טוב להודות ולשמך נאה לזמר מעולם ועד עולם אתה אל:

Confitemini Domino; quoniam bonus: quoniam in ſeculum gratia ejus.

הודו ליי׳ כי טוב:
כי לעולם חסדו:

Con

Confitemini Deo Deorum: quoniam in ſeculum gratia ejus.
Confitemini Domino Dominorum: quoniam in ſeculum gratia ejus.
Facienti mirabilia magna ſolus: quoniam in ſeculum gratia ejus.
Facienti cœlos in intellectu: quoniam in ſeculum gratia ejus.
Expandenti terram ſuper aquas: quoniam in ſeculum gratia ejus.
Facienti luminaria magna: quoniam in ſeculum gratia ejus.
Solem ad dominium in die: quoniam in ſeculum gratia ejus.
Lunam & ſtellas ad dominium in nocte; quoniam in ſeculum gratia ejus.
Percutienti Ægyptum cum primogenitis eorum: quoniam in ſeculum gratia ejus.
Et educenti Iſraël de medio eorum: quoniam in ſeculum gratia ejus.
In manu forti & in brachio extenſo: quoniam in ſeculum gratia ejus.
Scindenti mare algoſum in diviſiones: quoniam in ſeculum gratia ejus.
Et tranſire fecit Iſraël per medium ejus: quoniam in ſeculum gratia ejus.
Et excuſſit Paroh & virtutem ejus in mare algoſum: quoniam in ſeculum gratia ejus.
Deducenti populum ſuum in

הודו לאלהי האלהים:
כי לעולם חסדו:
הודו לאדוני האדונים
כי לעולם חסדו:
העושה נפלאות גדולות
לבדו: כי לעולם חסדו:
לעושה השמים בתבונה:
כי לעולם חסדו:
לרוקע הארץ על המים:
כי לעולם חסדו:
לעושה אורים גדולים:
כי לעולם חסדו:
את השמש לממשלת ביום:
כי לעולם חסדו:
את הירח וכוכבים
לממשלת בלילה:
כי לעולם חסדו:
למכה מצרים בבכוריהם:
כי לעולם חסדו:
ויוצא ישראל מתוכם:
כי לעולם חסדו:
ביד חזקה ובזרוע נטויה:
כי לעולם חסדו:
לגוזר ים סוף לגזרים:
כי לעולם חסדו:
והעביר ישראל בתוכו:
כי לעולם חסדו:
וניער פרעה וחילו בים סוף:
כי לעולם חסדו:
למוליך עמו במדבר:

deſe-

deſerto: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Percutienti Reges magnos: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Et occidit Reges magnificos: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Sichon Regem Æmoreorum: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Et Og Regem Baſan: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Et dedit terram eorum in hæreditatem: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Hæreditatem Iſraël, ſervo ſuo: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Qui in humilitate noſtrâ memor fuit noſtri: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Et redemit nos ab anguſtiatoribus noſtris: quoniam in ſeculum gratia ejus:

Dans panem omni carni: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Confitemini Deo cœlorum: quoniam in ſeculum gratia ejus.

Cantate juſti in Domino, rectos decet collaudatio:

Anima omnis viventis benedicet nomini tuo, Domine, Deus noſter, & ſpiritus omnis carnis glorificabit & exaltabit memoriam tuam, Rex noſter, jugiter, a ſeculo & usque in ſeculum, tu es Deus: Et præter te non eſt nobis Rex,

כי לעולם חסדו:
למכה מלכים גדולים:
כי לעולם חסדו:
ויהרג מלכים אדירים:
כי לעולם חסדו:
לסיחון מלך האמורי:
כי לעולם חסדו:
ולעוג מלך הבשן:
כי לעולם חסדו
ונתן ארצם לנחלה:
כי לעולם חסדו:
נחלה לישראל עבדו:
כי לעולם חסדו:
שבשפלנו זכר לנו:
כי לעולם חסדו:
ויפרקנו מצרינו:
כי לעולם חסדו:
נותן לחם לכל בשר:
כי לעולם חסדו:
הודו לאל השמים:
כי לעולם חסדו:
רננו צדיקים ביי׳
לישרים נאוה תהלה:

נשמת כל חי תברך
את שמך יי׳ אלהינו ורוח
כל בשר תפאר ותרומם
זכרך מלכנו תמיד מן
העולם ועד העולם אתה

Digitized by Google

Redemptor & Salvator, Redimens & Eripiens, Paſcens & Miſerans in omni tempore anguſtiæ & tribulationis, Deus priorum & poſteriorum; Deus omnium creaturarum, Deus omnium generationum; Laudatus omnibus celebrationibus. Gubernans ſeculum ſuum in miſericordia: Et ecce Deus non dormitabit neque dormiet evigilare faciens dormientes, & excitans dormitantes, & loqui faciens mutos, & liberans incarceratos & fulciens cadentes, & erigens incurvatos, tibi ſoli nos confitentes: Si (enim) os noſtrum plenum eſſet canticis, ſicuti mare, & lingua noſtra canticis inſtar examinis fluctuum ejus, & labia noſtra laudibus ſicuti latitudines firmamenti, & oculi noſtri ſicuti ſol & luna, & manus noſtræ, expanſæ ſicuti aquilæ cœlorum, & pedes noſtri leves ſicuti cervi, non (ſumus) nos ſufficientes laudare te, Domine, Deus noſter, & Deus patrum noſtrorum, & benedicere nomini tuo pro unica è millies millies millies millibus & decem myriadibus bonitatum, quas feciſti cum patribus noſtris & nobiſcum: Ex Ægypto redemiſti nos, Domine, Deus noſter, & è domo ſervitutis liberaſti nos, in fame cibaſti nos, & a gladio eripuiſti nos, & a peſte liberaſti nos, & à multis malis & fidelibus morbis extraxiſti nos, hucusque auxilio fuerunt nobis miſerationes tuæ & miſericordiæ tuæ non dereliquerunt nos,

אל ומבלעדיך אין לנו מ
מלך גואל ומושיע פודה
ומציל ומפרנס ומרחם ב
בכל עת צרה וצוקה
אין לנו מלך אלא אתה
אלהי הראשונים והאח
והאחרונים אלוה כל
בריות אדון כל תולדות
המהלל בכל התשבחות
המנהג עולמו בחסד ובר
ובריותיו ברחמים ויי׳ הנה
לא ינום ולא יישן המ
המעורר ישנים והמקיץ נ
נרדמים והמשיח אלמים
והמתיר אסורים והסומך
נופלים והזוקף כפופים
לך לבדך אנחנו מודים
ואלו פינו מלא שירה כ
כים ולשוננו רנה כהמון
גליו ושפתותינו שבח כמ
כמרחבי רקיע ועינינו מ
כשמש וירח וידינו פרושות
כנשרי שמים ורגלינו קלות
כאילות אין אנו מספקים
להודות לך יי׳ אלהינו
ואלהי אבותינו ולברך את
שמך על אחת מאלף אלף
אלפי אלפים רבי רבבות

Domi-

Domine, Deus noſter, & ne deſeras nos Domine, Deus noſter in æternum: Propterea membra quæ in nobis diviſiſti & ſpiritus atque anima, quam ſpiraſti in nares noſtras, & linguam, quam poſuiſti in ore noſtro; illa confitebuntur & benedicent & laudabunt, decorabunt, laudibus celebrabunt, & exaltabunt, ſanctificabunt, & regnare facient nomen tuum, Rex noſter: Quia omne os tibi confitebitur, & omnis lingua tibi jurabit, & omne genu ſe flectet tibi, & omnis erectio coram facie tua inclinabit ſe, & omnia corda timebunt te, & omne viſcus & renes pſallent nomini tuo juxta verbum, quod ſcriptum eſt; *Omnia oſſa mea dicent; Domine quis eſt ſicut tu? Eripiens pauperem à forti vi præ illo, pauperem & egenum à prædone ejus;* Quis ſimilis eſt tibi? aut quis æſtimabit te? Magne, Deus fortis & formidabilis, Deus ſumme, poſſidens cœlos & terram; laudabimus te & celebrabimus & decorabimus & benedicemus nomini ſanctitatis tuæ, juxta dictum Davidis: *Benedic anima mea Domino, & omnia viſcera mea nomini ſanctitatis ejus.*

פעמים הטובות שעשית
עם אבותינו ועמנו ממצרים
גאלתנו יי׳ אלהינו ומבית
עבדים פדיתנו ברעב זנתנו
ובשבע כלכלתנו מחרב
הצלתנו ומדבר מלטתנו ם
ומחלים רעים ונאמנים
דליתנו עד הנה עזרונו ר
רחמיך ולא עזבונו חסדיך
יי׳ אלהינו ואל תטשנו יי׳
אלהינו לנצח על כן אברים
שפלגת בנו ורוח ונשמה
שנפחת באפינו ולשון אשר
שמת בפינו הן הם יודו
ויברכו וישבחו ויפארו ויר
וירוממו ויעריצו ויקדישו
וימליכו את שמך מלכנו
כי כל פה לך יודה וכל
לשון לך תשבע וכל ברך
לך תכרע וכל קומה לפניך
תשתחוה וכל הלבבות ייראוך וכל קרב וכליות
יזמרו לשמך כדבר שכתוב כל עצמותי תאמרנה יי
מי כמוך מציל עני מחזק ממנו ועני ואביון מגוזלו מי
ידמה לך ומי ישוה לך ומי יערך לך האל הגדול
הגבור והנורא אל עליון קונה שמים וארץ נה

נהללך ונשבחך ונפארך ונברך את שם קדשך כאמור לדוד ברכי נפשי את יי' וכל קרבי את שם קדשו:

האל בתעצמות עזך הגדול בכבוד שמך הגבור לנצח והנורא בנוראותיך המלך היושב על כסא רם ונשא שוכן עד מרום וקדוש שמו וכתוב רננו צדיקים ביי' לישרים נאוה תהלה:

Deus fortis in viribus fortitudinis tuæ; magnus in gloria nominis tui, fortis in æternum; & formidandus in formidabilitatibus tuis: Rex ſedens in ſolio excelſo & elevato, habitator æternitatis, excelſum & ſanctum nomen ejus; & ſcriptum eſt: *Cantate juſti in Domino, rectos decet collaudatio.*

בפי ישרים תתהלל ובדברי צדיקים תתברך ובלשון חסידים תתרומם ובקרב קדושים תתקדש ובמקהלות רבבות עמך בית ישראל ברנה יתפאר שמך מלכנו בכל דור ודור שכן חובת כל היצורים לפניך יי' אלהינו ואלהי אבותינו להודות להלל לשבח לפאר לרומם להדר לברך לעלה ולקלס על כל דברי שירות ותשבחות דוד בן ישי עבדך משיחך:

In ore juſtorum laudaberis, & in ſermonibus juſtorum benediceris, & in lingua piorum exaltaberis, & in medio ſanctorum ſanctificaberis, & in congregatione myriadum populi tui domus Iſraelis cum cantione decorabitur nomen tuum, Rex noſter in omni generatione & generatione, quod ita debitum omnium creatorum eſt, coram te Domine, Deus noſter, & Deus patrum noſtrorum confiteri, laudare, celebrare, glorificare, exaltare, decorare, benedicere, extollere, & glorioſum proclamare, ſuper omnia verba cantionum & celebrationum David, filii Iſai, ſervi tui, uncti tui;

ישתבח שמך לעד מלכנו האל המלך הגדול והקדוש

Celebretur nomen tuum in æternum Rex noſter, Deus fortis, Rex magne & ſancte

in cœ-

Digitized by Google

בשמים ובארץ כי לך
נאה יי אלהינו ואלהי בא
אבותינו שיר ושבחה הלל
וזמרה עוז וממשלה נצח
גדולה גבורה תהלה
ותפארת קדשה ומלכות
ברכות והודאות מעתה
ועד עולם: ברוך אתה
יי אל מלך גדול בתש
בתשבחות אל ההודאות
אדון הנפלאות הבוחר ב
בשירי זמרה מלך אל חי העולמים:

In coelis & in terra, quoniam te decet, Domine, Deus noſter, & Deus patrum noſtrorum canticum & celebratio, laus & pſalmus, robur & imperium, triumphus, magnificentia & fortitudo, laus & pulchritudo, ſanctitas & regnum, benedictiones & confeſſiones ex nunc & uſque in ſeculum: Benedictus ſis tu, Domine, Deus fortis, Rex magne in celebrationibus, Deus confeſſionum, Domine mirabilium, eligens in canticis celebrationum; Rex, Deus vivens in ſecula.

ויהי בחצי הלילה

אז רוב נסים הפלאת ב לילה
בראש אשמורת זה ה לילה
גר צדק נצחת כנחלק לו לילה

ויהי בחצי הלילה

דנת מלך גרר בחלום ה לילה
הפחדת ארמי באמש לילה
וישראל ישר לאל ויוכל לו לילה

ויהי בחצי הלילה

זרע בכורי פתרוס מחצת בחצי ה לילה

חילם לא מצאו בקומם ב לילה

סיסרא נגיד חרושת סלית בכוכבי לילה

ויהי בחצי הלילה

יעץ מחרף לנופף אווי הובשת פגרין ב לילה

כרע בל ומצבו באישון לילה

לאיש חמודות נגלה רז חזות לילה

ויהי בחצי הלילה

משתכר בכלי קודש נהרג בו ב לילה

נושע מבור אריות פותר בעתותי לילה

שנאה נטר אגגי וכתב ספרים ב לילה

ויהי בחצי הלילה

עוררת נצחך עליו בנדד שנת לילה

פורה תדרוך לשומר מה ס לילה

צרח כשומר ושח אתא בוקר וגם לילה

ויהי

ויהי בחצי הלילה

קרב יום אשר הוא יום ולא · לילה
רם הודע כי לך יום אף לך · לילה
שומרים הפקד לעירך כל היום וכל · ח · לילה
קעיר שאור יום חשכת · לילה

ויהי בחצי הלילה

Et fuit in media nocte.

TUnc multitudinem ſignorum mirificaſti noctu;
In capite (principio) cuſtodiæ illius noctis.
Peregrinum juſtitiæ (Abrahamum *Gen.* 14: 15.) vincere feciſti,
dum divideret ſibi noctem.

Et fuit in media nocte.

Judicaſti regem Gerar (Abimelech *Gen.* 20: 6.) in ſomnio noctis.
Pavere feciſti Aramæum (Laban *Gen.* 31: 24.) in heſterna nocte.
Et Iſrael luctatus eſt cum Deo, (*Gen.* 32: 24.) & prævaluit illi noctu.

Et fuit in media nocte.

Semen primogenitorum (*Exod.* 12: 29.) Ægypti vulneraſti media nocte,
Vires ſuas non invenerunt, dum ſurgerent illi noctu.
Siſra, Principem Charuſcheth (*Jud.* 5: 20.) proſtraſti ſtellis noctis.

Cong

Digitized by Google

Et fuit in media nocte.

Conſuluit blaſphemus (Senacherib *Eſai.* 37: 36.) ad elevandum manus ſupra deſiderabilem (civitatem Jeruſalem) pudefieri feciſti cadavera ejus noctu,

Subjectum feciſti eum & exercitum ejus tenebris noctis,

Viro deſideriorum (Danieli, *Dan.* 7: 2.) revelatum eſt myſterium viſionis noctis.

Et fuit in media nocte.

Inebrians ſe vaſis ſanctitatis (Balthaſarus; *Dan.* 5: 30.) occiſus eſt noctu.

Salvatus eſt è fovea leonum (Daniel, *Dan.* 6: 23.) interpres temporibus noctis.

Odium ſervavit Agagæus & ſcripſit literas noctu.

Et fuit in media nocte.

Excitaſti victoriam tuam ſuper eum in agitatione ſomni (*Eſt.* 6: 1.) noctu.

Torcular calcabis cuſtodis quærentis, quæ ſit hora noctis.

Clamantis cuſtodis inſtar & dicentis: (*Eſai.* 21: 11. 12.) venitne mane redemptionis & tranſiit hujus captivitatis nox?

Et fuit in media nocte.

Accedere fac diem, qui nec dies eſt nec nox.

Excelſe notum fac quod tuus ſit dies (*Pſal.* 74: 16.) & tua ſit nox.

Cuſtodes conſtitue Civitati tuæ tota die & nocte.

Illuminabis ſicuti lucem diei (*Pſal.* 18: 29.) tenebras noctis.

Et fuit in media nocte.

ואמרתם

ואמרתם זבח פסח

אומץ גבורותיך הפלאת ב פסח:
בראש כל מועדות נשאת פסח;
גלית לאזרחי חצות ליל פסח:

ואמרתם זבח פסח:

דלתיו דפקת כחום היום ב פסח:
הסעיד נוצצים עגות מצות ב פסח:
ואל הבקר רץ זכר לשור ערך פסח:

ואמרתם זבח פסח:

זועמו סדומים ולוהטו באש פסח:
חלץ לוט מהם ומצות אפה בקץ פסח:
טאטאת אדמת מוף ונוף בעברך ב פסח:

ואמרתם זבח פסח:

יה ראש כל און מחצת בליל שמור פסח:
כביר על בן בכור פסחת בדם פסח:
לבלתי תת משחית לבא בפתחי ב פסח:

ואמרתם זבח פסח:

מסגרת סגרה בעתותי פסח:
נשמדה מדין בצליל שעורי עומר פסח:
שורפו משמני פול ולוד ביקד יקוד פסח:

ואמרתם

Digitized by Google

ואמרתם זבח פסח

עד היום בנוב לעמוד עד גערת עונת פסח
פסד כתבורת לקעקע צול ב׳ פסח
צפה הצפית ערוך השלחן ב פסח:

ואמרתם זבח פסח:

קהל כנסה הדסה צום לשלש ב פסח:
ראש מבית רשע מחצת בעץ חמשים ב׳ פסח:
שתי אלה רגע תביא לעוצית ב פסח:
תעוז ידך ותרום ימינך כליל התקדש חג פסח

Et dicetis ſacrificium Paſchatos.
Robur fortitudinis tuæ mirificaſti in Paſchate.
In verticem omnium feſtivitatum extuliſti Paſcha.
Apparuiſti indigenæ (*Gen.* 15: 13. 14.) circa mediam noctem Paſchatos.

Et dicetis ſacrificium Paſchatos.
Oſtium ejus pulſaſti dum incaleſceret dies Paſchatos.
Convivium fecit ſcintillantibus (*Gen.* 18: 8.) placentis azymis in Paſchate.
Et ad bovile cucurrit (*Gen.* 18: 7.) memoriam bovis repræſentantis Paſcha.

Et dicetis ſacrificium Paſchatos.
Abominabiles fuerunt Sodomitæ Deo (*Gen.* 19: 24. 25.) & combuſti ſunt igne in Paſchate.
Eduxit Lothum (*Gen.* 19: 3. 16.) ex eis & azymos coxit in fine Paſchatos.

[illegible]

Evertiſti terram Muph & Nubh (terram nempe Memphis; Metropolim Ægypti *Exod.* 12: 29.) in tranſire tuo in Paſchate.

Et dicetis ſacrificium Paſchatos.

Deus caput omnis vis (omnium primogenitorum, ſicuti dicitur *Gen.* 49: 3.) vulneraſti in nocte cuſtodiæ Paſchatos.

Validiſſime ſuper primogenitum tuum tranſiliiſti (*Exod.* 12: 13.) in ſanguine Paſchatos.

Nequaquam dare perdenti (*Exod.* 12: 13.) intrare januas meas in Paſchate.

Et dicetis ſacrificium Paſchatos.

Claudendo clauſa erat (Jericho, *Joſ.* 6: 1.) in temporibus Paſchatos.

Diſperdita eſt Madian in coquendo hordea Omer Paſchatos.

Cremati ſunt principes Pul & Lud flammantibus titionibus tempore Paſchatos.

Et dicetis ſacrificium Paſchatos.

Adhuc hodie in Muph ſtandum erat Senacheribo uſque appropinquaret tempus Paſchatos.

Fruſtum manus ſcripſit ſtigmatizando eradicare Babel in Paſchate.

(Balthaſar præceperat) Candelabrum erigere menſamque parare in feſto Paſchatos.

Et dicetis ſacrificium Paſchatos.

Cœtum congregavit Hadaſah ad triplicandum jejunium in Paſchate.

Caput de domo impii vulneraſti in ligno quinquaginta cubitorum in Paſchate.

Duo iſta momenta adduces ſuper UZ in Paſchate.

Fortificetur manus tua & exaltetur dextra tua ſicuti noctu ſanctificari feſtum Paſchatos.

Hæc Cantio ſecundum ſubjectam Melodiam canitur.

Digitized by Google


Kylo Naeh Kylo Jaeh Adir Bamlucha
ba- chur kahalacha gedudaf Jome- ru lo,
lecha V- lecha lecha Ky- lecha
lecha af lecha lecha Adonay hamamlacha.

Quo-

Quoniam ipſi decorum (eſt,) quoniam ipſum decet, magnificum (eſſe) in regno, electum jure meritiſſimo; turmæ ejus dicent ipſi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi: tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
אדיר במלוכה בחור כה
כהלכה גדודיו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה:

Quoniam ipſi decorum (eſt,) quoniam ipſum decet vexillatum (caſtrorum acie ornatum) eſſe in regno, glorioſum jure meritiſſimo, fortes ejus dicent ipſi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi; tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
דגול במלוכה הדור כ
כהלכה ותיקיו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה:

Quoniam ipſi decorum (eſt,) quoniam ipſum decet, caſtum (eſſe) in regno, validum jure meritiſſimo; principatus ejus dicent ipſi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
זכאי במלוכה חסין כה
כהלכה טפסריו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה:

Quoniam ipſi decorum (eſt,) quoniam ipſum decet, ſummè unum (eſſe) in regno, magnificum jure meritiſſimo, diſcentes ejus dicent ipſi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
יחיד במלוכה כביר כה
כהלכה למודיו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה:

Quoniam ipſi decorum (eſt,) quoniam ipſum decet Regem (eſſe) in regno, formidandum jure meritiſſimo; circum circa ipſum (qui ſunt) dicent ipſi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
מלך במלוכה נורא כה
כהלכה סביביו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה:

Digitized by Google

Quoniam ipſi decorum (eſt,) quoniam ipſum decet manſuetum (eſſe) in regno, redemptorem jure meritiſſimo, exercitus ejus dicent ipſi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
עניו במלוכה פודה כ
הלכה צבאיו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה:

Quoniam ipſi decorum (eſt,) quoniam ipſum decet, ſanctum (eſſe) in regno, miſericordem jure meritiſſimo, Angeli ejus dicent ipſi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
קדוש במלוכה רחום כ
כהלכה שנאניו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה:

Quoniam ipſi decorum (eſt,) quoniam ipſum decet, potentem (eſſe) in regno, ſublevantem jure meritiſſimo, perfecti ejus dicent ipſi, tibi & tibi, tibi quoniam tibi, tibi etiam tibi, tibi Domine competit Regnum.

כי לו נאה כי לו יאה
תקיף במלוכה תומך כ
כהלכה תמימיו יאמרו לו
לך ולך לך כי לך לך אף
לך לך יי׳ הממלכה:

Hic omnes altiſſimâ voce clamant:

Anno futuro in Jeruſalem.

לשנה הבאה בירושלים:

Poſthæc Pater-familias ſingulari modulamine, calici benedicit:

Benedictus (ſis) tu Domine, Deus noſter, Rex ſæculi, creans fructum vitis.

בא״י אמ״ה יי׳ בורא
פרי הגפן:

Facta benedictione, quilibet ex ſuo poculo bibit, porroque hæc pronunciat:

Digitized by Google

Benedictus (ſis) tu, Domine, Deus noſter, Rex ſeculi, ſuper vite, & ſuper fructu vitis, & ſuper terra deſiderabili, bona & lata, quòd voluiſti & hæreditare feciſti parentes noſtros ad comedendum de fructu ejus: & ad ſaturandum de bonitate ejus: miſerere, Domine, Deus noſter, noſtri, & Iſraël populi tui, & Hieruſalem civitatis tuæ, & Sanctuarii tui, & Altaris tui: & ædifica Hieruſalem civitatem ſanctitatis tuæ citò in diebus noſtris, & aſcendere fac nos in medium ejus, & lætifica nos in ædificatione ejus, & recordare noſtri in bono in die feſti azymorum hoc: quoniam, tu, Domine, bonus es & benefaciens omnibus, & confitebimur tibi ſuper terra & ſuper vite: Benedictus (ſis) tu, Domine, ſuper vite, & ſuper fructu vitis.

בא"י אמ"ה על הגפן ו
ועל פרי הגפן ועל [illegible]
הארץ חמדה טובה [illegible]
ורחבה שרצית והנחלת
לאבותינו לאכול מפריה
ולשבוע מטובה רחם יי'
אלהינו עלינו ועל ישראל
עמך ועל ירושלים עירך
ועל מקדשך ועל מזבחך
ובנה ירושלים עיר הקדש
הקדש במהרה בימינו
והעלנו לתוכה ושמחנו ב
בבנינה וזכרנו לטובה ב
ביום חג המצות הזה כי אתה יי' טוב ומטיב
לכל ונודה לך על הארץ ועל הגפן; בא"י על הגפן
ועל פרי הגפן;

His dictis quilibet poculum ſuum in menſam reponit: deinde ſequentia hæc duo canunt cantica:

Unum (eſt &) quis ſcit? unum (illud) ego ſcio, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra:

אחד מי יודע אחד אני
יודע אחד אלהינו שבשמים
שבשמים ובארץ:

Duo (ſunt) & quis ſcit? duo illa ego ſcio, duæ ſunt tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

שנים מי יודע שנים
אני יודע שני לוחות הב
הבריתֿ אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Tria

Tria (ſunt &) quis ſcit? tria (illa) ego ſcio, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra:

שלשה מי יודע שלשה
אני יודע שלשה אבות
שני לוחות הברית אחד
אלהינו שבשמים ובארץ:

Quatuor ſunt & quis ſcit? quatuor (illa) ego ſcio, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

ארבע מי יודע ארבע
אני יודע ארבע אמהות
שלשה אבות שני לוחות
הברית אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Quinque (ſunt &) quis ſcit? quinque (illa) ego ſcio, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriachæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra..

חמשה מי יודע חמ
חמשה אני יודע חמשה
חומשי תורה ארבע אמ
אמהות שלשה אבות
שני לוחות הברית אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Sex (ſunt &) quis ſcit; Sex (illa) ego ſcio, ſex ordines (partes) Miſchnæ, (ſtudii Talmudici) quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

ששה מי יודע ששה
אני יודע ששה סדרי מש
משנה חמשה חומשי תו
תורה ארבע אמהות ש
שלשה אבות שני לוחות
הברית אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Septem (ſunt &) quis ſcit? ſeptem (illa) ego ſcio, ſeptem dies Sabbathi, ſex ordines

שבעה מי יודע שבעה
אני יודע שבעה ימי שב

Miſchnæ,

Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

שבתא ששה סדרי מש
משנה חמשה חומשי ת
תורה ארבע אמהות ש
שלשה אבות שני לוחות הברית אחד אלהינו שב
שבשמים ובארץ:

Octo (ſunt &) quis ſcit? octo (illa) ego ſcio; octo (ſunt) dies circumciſionis, ſeptem dies Sabbathi, ſex ordines Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

שמנה מי יודע שמנה
אני יודע שמנה ימי המ
המילה שבעה ימי שבתא
ששה סדרי משנה חמ
חמשה חומשי תורה אר
ארבע אמהות. שלשה אבות שני לוחות הברית
אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Novem (ſunt &) quis ſcit? novem (illa) ego ſcio; novem (ſunt) menſes partus, octo dies circumciſionis, ſeptem dies Sabbathi, ſex ordines Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

תשעה מי יודע תשעה
אני יודע תשעה ירחי ל
לידה שמנה ימי המילה
שבעה ימי שבתא ששה
סדרי משנה חמשה חו
חומשי תורה ארבע אמהות שלשה אבות שני לחות
הברית אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Decem (ſunt &c) quis ſcit? decem (illa) ego ſcio; decem ſunt præcepta, novem menſes partus, octo dies circumciſionis, ſeptem dies Sabbathi, ſex ordines Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus (eſt) Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

עשרה מי יודע עשרה
אני יודע עשרה דבריא
תשעה ירחי לידה שמנה
ימי המילה שבעה ימי ש
שבתא ששה סדרי משנה
חמשה חומשי תורה אר
ארבע אמהות שלשה אבות שני לוחות הברית
אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Undecim (ſunt &c) quis ſcit? undecim (illa) ego ſcio; undecim ſunt ſtellæ [in ſomnio Joſephi,] decem præcepta, novem menſes partus, octo dies circumciſionis, ſeptem dies Sabbathi, ſex ordines Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus [eſt] Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

אחד עשר מי יודע אחד
עשר אני יודע אחד עשר
כוכביא עשרה דבריא
תשעה ירחי לידה שמנה
ימי המילה שבעה ימי ש
שבתא ששה סדרי משנה
חמשה חומשי תורה ארבע אמהות שלשה אבות שני
לוחות הברית אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Duodecim [ſunt &] quis ſcit? duodecim (illa) ego ſcio; duodecim [ſunt] tribus, undecim ſtellæ [in ſomnio Joſephi,] decem præcepta, novem menſes partus, octo dies circumciſionis, ſeptem dies Sab-

שנים עשר מי יודע
שנים עשר אני יודע שנ
שנים עשר שבטיא אחד
עשר כוכביא עשרה דבר

bathi ;

דבריא תשעה ירחי לידה שמנה יומי המילה שבעה יומי שבתא. ששה סדרי משנה חמשה חומשי תורה ארבע אמהות שלשה אבות שני לוחות הברית אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

bathi, ſex ordines Miſchnæ, quinque quintupſicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus [eſt] Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

שלשה עשר מי יודע שלשה עשר אני יודע שלשה עשר מדות שנים עשר שבטיא אחד עשר כוכביא עשרה דבריא תשעה ירחי לידה שמנה יומי המילה שבעה יומי שבתא ששה סדרי משנה חמשה חומשי תורה ארבע אמהות. שלשה אבות שני לוחות הברית אחד אלהינו שבשמים ובארץ:

Tredecim [ſunt &] quis ſcit? tredecim illa ego ſcio; tredecim [ſunt] proprietates, duodecim tribus, undecim ſtellæ [in ſomnio Joſephi,] decem præcepta, novem menſes partus, octo dies circumciſionis, ſeptem dies Sabbathi, ſex ordines Miſchnæ, quinque quintuplicati libri legis, quatuor Matriarchæ, tres Patriarchæ, duæ tabulæ fœderis, unus [eſt] Deus noſter, qui in cœlis & in terra.

חד גדיא חד גדיא דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא חד גדיא:

Unum hœdulum, unum hœdulum, quem emit pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

Et venit catus; & comedit hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.	ואתא שונרא ואכלה לגדיא דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא חד גדיא:
Et venit canis & momordit catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.	ואתא כלבא ונשך לשונרא דאכלה לגדיא דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא חד גדיא:
Et venit baculus & percuſſit canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.	ואתא חוטרא והכה לכלבא דנשך לשונרא דאכלה לגדיא דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא חד גדיא:
Et venit ignis, & combuſſit baculum, qui percuſſerat canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum,	ואתא נורא ושרף לחוטרא דהכה לכלבא דנשך לשונרא דאכלה לגדיא דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא:
Et venerunt aquæ & extinxerunt ignem, qui combuſſerat baculum, qui percuſſerat canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis,	ואתא מיא וכבה לנורא דשרף לחוטרא דהכה לכלבא דנשך

לשונרא דאכלה לגדיא
דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא חד גדיא:

unum hœdulum, unum hœdulum.

ואתא תורא ושתא למיא
דכבה לנורא דשרף לחו
לחוטרא דהכה לכלבא
דנשך לשונרא דאכלה ל
לגדיא דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא חד גדיא:

Et venit bos, & ebibit aquas, quæ extinxerant ignem, qui combuſſerat baculum, qui percuſſerat canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

ואתא השוחט ושחט ל
לתורא דשתא למיא דכבה
לנורא דשרף לחוטרא
דהכה לכלבא דנשך לש
לשונרא דאכלה לגדיא
דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא חד גדיא:

Et venit lanius, & mactavit bovem, qui ebiberat aquas, quæ extinxerant ignem, qui combuſſerat baculum, qui percuſſerat canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

ואתא מלאך המות ושח
ושחט לשוחט דשחט לת
לתורא דשתא למיא דכב
דכבה לנורא דשרף לח
לחוטרא דהכה לכלבא
דנשך לשונרא דאכלה לגדיא דזבין אבא בתרי זוזי
חד גדיא חד גדיא:

Et venit Angelus mortis, & mactavit lanium, qui mactaverat bovem, qui ebiberat aquas, quæ extinxerant ignem, qui combuſſerat baculum, qui percuſſerat canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

Digitized by Google

ואתא הקב'ה ושחט למלאך המות דשחט לשוחט דשחט לתורא דשתא למיא דכבה לנורא דשרף לחוטרא דהכה לכלבא דנשך לשונרא דאכלה לגדיא דזבין אבא בתרי זוזי חד גדיא חד גדיא:

• Et venit Deus ſanctus, benedictus (ſit) ille, & mactavit Angelum mortis, qui mactaverat lanium, qui mactaverat bovem, qui ebiberat aquas, quæ extinxerant ignem, qui combuſſerat baculum, qui percuſſerat canem, qui momorderat catum, qui comederat hœdulum, quem emerat pater duobus ſolidis, unum hœdulum, unum hœdulum.

• Cantio hæc ſecundis feriis Paſchalibus, loco ejus, quæ à capite, Ky lo Naeh, Ky lo Jaeh, incipit, canitur:



Adir hu iſ ne beto be-ka-rub bim hero bejo menu bekaruf



El bene bene bene be- ne bet cha be ka- ruf.

Ma-

Magnificus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, cito in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

אדיר הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Electus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, cito in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

בחור הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Magnus (qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

גדול הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Vexillatus (id eſt caſtrorum acie ornatus qui eſt) ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

דגול הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Glorioſus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus;

הדור הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו

[Ah]

בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

[Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

ותיק הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Pientiſſimus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

זך הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Purus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

חסיד הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה
בנה בנה ביתך בקרוב:

Benignus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi citò in diebus noſtris ocyus; [Ah] ædifica, ædifica, ædifica, ædifica, domum tuam brevi.

טהור הוא יבנה ביתו
בקרוב במהרה בימינו
בקרוב אל בנה בנה בנה
בנה ביתך בקרוב:

Caſtus [qui eſt] ille ædificabit domum ſuam brevi, citò in diebus noſtris ocyus; (Ah) ædifica, ædifica, ædifica, ædifica domum tuam brevi.

RITTANGELIUS.

Vah! quantum hic monſtri naſcitur. *Pirke*, cujus generis & numeri? Cujus ſtatus, abſoluti vel regiminis? Legiſti tu unquam *Pirke* in fine orationis? ferulam mereris. Vah & iterum Vah! parturiunt montes & naſcitur ridiculus mus. Ubi unquam ab Hebræis & quidem omnium imperitioribus vetulis & mulierculis audiviſti *Rabbi Eliezer in ſuis Pirke*. Pudeat te! Sed rudiora adhuc benevolus lector deprehendet ſi Jonathanis inſpexerit formalia quæ ita ſonant. *Hæc ſunt illa oſſa arida, quæ adduxit Verbum Jehovæ per manus Ezechielis Prophetæ in valle Doura*. Vides; *Quæ adduxit Verbum Jehovæ* habet Chaldæus: Non, *Quod venturum eſſet ad illos Verbum Jehovæ*, ut tu nugaris: Certè virum in linguis Orientalibus verſatiſſimum tale quid commiſiſſe nemini prudentiori perſuaſiſſes.

IRENOPOLITA.

Cap. 14. verſ. 25: *Quia Verbum Domini perfecit pro illis bella in Ægypto*. Idem & Targum Hieroſ. Auxilium enim Domini pro illis pugnabat.

RITTANGELIUS.

Hic ſenſus pius quidem & verus videtur; Sed hoc in loco malè applicatus. Non enim Chaldæus per ܡ *Memra* (*verbum*) vult intelligi *auxilium*: Aliàs ubi propriè de *Auxilio* agitur, Chaldæus id, per *Memra* (*Verbum*) expreſſiſſet, cum tamen hoc, nullo in loco, totius ſacræ ſcripturæ factum ſit. Sed illum Hebræorum *Jehovam*, pro Iſraele pugnantem, & à quo illis *auxilium* hoc proveniebat, per *Verbum* reddidit. Audiamus Paraphraſten; Inimico enim non eſt credendum. Paraphraſtes Jonathan: *Quia Verbum Iehovæ, illud eſt quod pugnat pro illis bella contra Ægyptios*. Textus Hebræus: *Quia Iehova pugnans pro illis contra Ægyptios*. Vides; Hebræorum *Iehovam pro illis pugnantem* Chaldæus nominat *Verbum Iehovæ*: Sed adhuc recipe has hallucinationes. Chaldæus habet *pugnat bella* in præſenti. Tu hoc præſens vertiſti in præteritum, nempè *perfecit bella*. Dein Chaldæus habet *contra Ægyptios*, Tu *in Ægypto*: *Natio* tibi *Regia* viſa eſt. Cum hoc *Ægyptii* dixerint in ſubmerſione maris algoſi, qui poſtmodum Ægyptum nunquam viderunt amplius. Pergit noſter tam egregius interpres; *Idem & Targum Hieroſol.* Cæcis tu, vel vitulinis oculis aſpexiſti Hieroſolymitanum Paraphraſten.

phraſten. Falſiſſimum eſt enim, cum ita, ſicuti tu vertiſti, habere.

IRENOPOLITA.

Cap. 15. verſ. 1: *Ipſe in Verbo ſuo liberavit ab illo:* Ubi liberationem ex ſervitute Ægyptiaca dicit factam eſſe per verbum Dei, quia illam promiſerat Dominus in verbo ſuo. Vide Gen. 15.

RITTANGELIUS.

Tu dicis *liberabit ab illo:* Chaldæus verò habet contrarium nempe *vindictam ſumet ab illo.* Fracta jam navi, de mercibus non eſt diſputandum.

IRENOPOLITA.

Verſ. 8. *Et cum verbo coram te tranſiverunt aquæ:* Onkelos habet; *cum verbo oris tui*, id eſt juſſu.

RITTANGELIUS.

Et hic Jonathan habet contrarium: Hoc eſt, non *tranſiverunt aquæ*; Sed *ut cumuli ſteterunt aquæ.* Certe virum in linguis Orientalibus verſatiſſimum hoc commiſiſſe nemini prudentiori perſvaſiſſes. Sed & Textus Hebræus ſic habet ſicut Jonathan. Fruſtra igitur de non ſubſiſtentibus ſententiam fers. Falſum enim non ſubſiſtit.

IRENOPOLITA.

Cap. 16. verſ. 3. *Quis dabit per Verbum Domini in Ægypto?* Ubi in Heb. *manu Domini.* Queritatur populus quod in deſerto penuria carnis laboret, quam large antea ſuppeditaverat Dei providentia in Ægypto.

RITTANGELIUS.

Ter hic noſter interpres in ſua tranſlatione impingit. Nam; Primo pro *utinam* habet *Quis dabit*, quæ ſunt verba Textus Hebræi vel cujuſvis verſionis. Secundò, *mortui eſſemus* omiſit. Tertio: *In terra Ægypti* vertit *in Ægypto.* Sic enim ſonant Jonathanis verba formalia: *Utinam mortui eſſemus per Verbum Iehovæ in terra Ægypti.*

IRE-

Digitized by Google

IRENOPOLITA.

Cap. 17. verſ. 1: *Moverunt caſtra ſua ſecundum Verbum Domini*, hoc eſt præſcriptum vel mandatum ejus. Idem & Onkelos, Ita & verſ. 13. *Secundum os Verbi Domini*. In Hebr. *Secundum os Domini*, quod uterque Paraphraſtes reddit, *juxta Verbum Domini*. Vide Num. 3. 16: *Præcepit vobis Moſes ſecundum os ſermonis Domini*, & verſ. 51: Utrobique Onkelos habet. *Secundum Verbum Domini*. Sic & Num. 4. 27. 37. 41. 45. & 49: Cap. 9. 8: *Iudicavit illos* ſecundum verbum ſanctum, & verſ. 18: bis: verſ. 20. & 23. ter Num. 10. 13: & 13. 4: 33. 2: 38. & 36. 5: In quibus omnibus pro juſſu divino vel Verbo Dei propriè dicto ſumi nulla ratio ſinit dubitare.

RITTANGELIUS.

Erras & alios in errorem trahere ſatagis. Hæc dicit Chaldæus: *Et profecti ſunt omnis cœtus filiorum Iſrael de deſerto Sin ad profectiones ſuas, juxta Verbum Iehovæ & caſtrametati ſunt in Rephidim.* Hæc aliter ſonant quam tua verſio. Ad cætera ſupra reſponſum eſt, Chaldæos per τὸ *Memra d' Adonai* (*Verbum Iehovæ*) nullibi ſignificari velle decretum. Dein in tuam propriam perniciem citas verſum 16-tum capitis tertii Numerorum, *Præcepit vobis Moſes ſecundum os ſermonis Domini*. Nihil enim horum neque in Textu Hebræo, multò minus in omnibus Chaldæis extat. Sed Textus Hebræus habet; *Et numeravit illos Moſes &c.* Sic & Chaldæi. Vah! quam belle hunc locum vertit *præcepit* pro *numeravit*, & *vobis* perſonam ſecundam, pro *illos* tertia perſona. *Numeravit illos Moſes &c.* habet Textus Hebræus, & Utrique Chaldæi, non *præcepit vobis Moſes*. Corrige igitur.

IRENOPOLITA.

Verſ. 15: *Exſtruxit Moſes altare, & vocavit nomen ejus Verbum Domini vexillum &c.* Quia ope verbi ſui miracula inter illos patravit; Sicuti Targum Jonathan & Onkelos rationem ejus appellationis addunt. Vide ſupra cap. 13. 8:

RITTANGELIUS.

Ignoſce, non ſic, ſed hæc habet Chaldæus: nempe, *Et ædificavit Moſes altare & invocavit nomen ejus, Verbum Iehovæ, hoc eſt miraculum meum.* Ubi tunc erat Lex vel verbum ſcriptum? Vel

Digitized by Google

Vel putas Moſen illico deſcripſiſſe ſermones Dei (cum venia Ore prolatos) & per illam ſcripturam, literam mortuam patraſſe miracula? ſed quoniam ad Chaldæorum rationes provocas, ſcias Chaldæos velle; Moſen non altare ſic nominitaſſe, ſed eum, qui fecerat ipſis prodigia ſuper eo invocaſſe, & miracula ibi facta commemoraſſe & pro iis Deum laudaſſe. Nam, *Va-ikra* non ſolum ſignificat *vocare*, vel *nominare*, ſed etiam *laudare*, *celebrare* & *invocare*.

IRENOPOLITA.

Verſ. 17: *Et dixit: juravit Verbum Domini per Thronum majeſtatis ſuæ; quod per Verbum ſuum bellum eſſet geſturus.* Decreto Dei, tanquam perſonæ, tribuit juramentum, quod per verbum vel per juſtam ſuam vindictam bello deleturus eſſet Amalekitas.

RITTANGELIUS.

Cum licentia mi Antagoniſta Chaldæus habet. *Et dixit quia juravit Verbum Iehovæ.* Hæ particulæ conjunctivæ, rationales, diſtinctivæ &c. interpretatu difficiles valdè videntur noſtro interpreti, cùm plerumque eas omittere ſoleat. Bis hoc in verſu *Verbi Iehovæ* fit mentio. Primum, Antagoniſta vult notare *decretum*? Secundum verò *vindictam*. Quis tibi hoc indicavit unum & idem incommutabile, invariabile, & inapprehenſibile ſignificare diverſa & contraria? Ubi hoc monſtrabis *Iehovam* inapprehenſibilem notare *decretum* vel *vindictam*? vel ſi *vindictam*, non *decretum*. Et ſi *decretum* non *vindictam*. An neſcis quid ſit *decretum*, vel quid ſit *vindicta*: & quis ſit ille omnium ſummè bonus *Iehova*? Chaldæus nec *decretum*, nec *vindictam*, ſed ipſum *Iehovam* exprimit per *Verbum Iehovæ*. Pergit noſter interpres; *Decreto tanquam perſonæ tribuitur juramentum.* Sed quis hic exiſteret ſenſus. *Decretum juravit per majeſtatis ſuæ thronum*? Vel ut antè dictum eſt, *Decretum* vel *vindicta ſedet in ſolio excelſo & elevato. Decretum* vel *vindicta exaudit orationes noſtras.* Idem *Decretum* vel *vindicta remittit peccata*? Hem mirum interpretem.

IRENOPOLITA.

Cap. 23. 21: *Cave tibi ab illo & obedi voci ejus &c. non condonabit peccata veſtra: quia in nomine Verbi mei, ſermo ejus.* Ubi de Angelo agitur, quem populo Judaico ita præfecerat, ut omnia nomine Dei eſſet inter illum acturus & dicturus.

RIT-

Digitized by Google

RITTANGELIUS.

Cave tibi ab illo (à quo?) *ab Angelo: Et obedi* (cui?) *verbo ejus*. Cujus verbo obediendum eſt? *Angeli*. Ecce quam diſtinguit *Angelum* à *Verbo*: Quare? *quoniam non dimittet debita veſtra*. Dein notari velim Chaldæum non habere *& obedi voci ejus*, nam hæc ſunt verba Textùs Hebræi quæ Antagoniſta hic pro Jonathanis vendit, *ſed obedi loquelæ ejus*. Tertiò hæc Chaldæi verba, *quia in nomine meo Verbum ejus*, Irenopolita vertit; *quia in nomine Verbi mei ſermo ejus*. Quod longe aliud eſt.

IRENOPOLITA.

Cap. 25. verſ. 22: *Et præparabo Verbum meum tibi illic*. Quia in illo loco Deus reſponſa & oracula ſua daturus eſſet. Vide ſimilem phraſin cap. 22. 42. 43: cap. 30. 36: ubi idem reddit Onkelos.

RITTANGELIUS.

Verſio hujus loci tolerabilis eſt. Sed quid dicit Textus Hebræus, *Ego Jehova conveniam te ibi*, non *Ego Oraculum vel reſponſum conveniam te*. Hunc *Jehovam*, quod toties inculcavimus, Chaldæus *Verbum Jehovæ* nominat.

IRENOPOLITA.

Cap. 26. verſ. 28: *Et precatus eſt ibi in nomine Verbi Dei*. Sive iſtius Dei qui ſe Moſi revelaverat in Verbo ſuo.

RITTANGELIUS.

Varia noſter Irenopolita malæ ſuæ cauſæ quærit refugia, quæ inter non exiguum eſt, præpoſtera locorum citatio. Nam hic verſus, in hoc, ab eo citato loco, mei exemplaris non extat.

IRENOPOLITA.

Cap. 32. verſ. 35: *Et percuſſit Verbum Domini propter vitulum*. Hoc eſt ultio Dei ex ira ejus profecta. Vide ſupra Gen. 12. 17.

RITTANGELIUS.

Cum venia mi Irenopolita, hic iterum nugaris, nihil enim horum habet Jonathan, ſed hæc ſunt ejus formalia; *Et perdidit Verbum Iehovæ populum, propter quod incurvaſſent ſe coram vitulo quem fecerat Aharon.* Ad reliqua dicimus, Deus non eſt ultio; nec ira afficitur. Sed nec ſcriptura ſacra, vel Chaldæi, aut ullus unquam Hebræorum ſcriptorum tam impiè de ſummè bono Deo ſenſerunt: Aliàs vel unico in loco, ubi de ira vel ultione agitur, illi hæç attributa, per & *Memra* (*Verbum*) expreſſiſſent. Examinanti autem omnia ſcripturæ, de ira & ultione agentia, loca, omniumque Chaldæorum ſcripta, nullum ex omnibus inveniet. Scriptura caute, & per condeſcentiam loquitur, atque quaſi vim ſibi facit, dum dicit *ira Dei*, *furor Dei &c*.

IRENOPOLITA.

Cap. 33. 9: *Et locutum eſt Verbum Domini cum Moſe.* Ita quoque Levit. 1. 1: Ita ſæpius Verbum Dei dicitur cum aliquo locutum eſſe. Vide Targum Hieroſ. *Dixit Verbum ad Moſen. &c.* cap. 13. 18: cap. 14. 15: Ubi optime pro divino Oraculo vel prophetica revelatione ſumitur. Sic etiam Deut. 30: *Verbum Domini Dei veſtri loquens nobiſcum:* videlicet in legiſlatione. Ita quoque Hieroſ. Deut. 32. 48: & 34. 4: cap. 31. 2: & 32. 49: Idem Irenopolita. verſu 12. capitis 33-tii: *Tu locutus es in verbo tuo,* ſcilicet mihi revelato.

RITTANGELIUS.

Sciat benevolus Lector, In illis locis ubi Chaldæi habent, *Verbum Domini locutum eſt ad Moſen,* Textum Hebræum habere, *Iehova locutus eſt ad Moſen vel cum Moſe.* Atque Chaldæos per *Verbum Iehovæ* neminem alium quam ipſum ſummum Jehovam exprimere. Egregiè hac de re diſputant Eſſæorum ſapientes, Num vox illa, quam audivit Moſes in tentorio conventus deſuper propitiatorio, è medio Cherubinorum, fuerit res creata: Vide hac de materia Textuarios vel Eſſæos diſputantes, quænam hæc fuerit vox. Idem quid ſentiendum ſit de ſermone divino, de ſermone Angelico, de ſermone prophetico & prophetico actu. Vide Soharum & magnum illum Schandrum Textuariorum facile principem & alios.

IRE-

IRENOPOLITA.

Verſ. 19: *Invocabo nomen Verbi Domini coram te.* Vide obſervata ſupra ad cap. 26. 28: Eadem locutio recurrit cap. 34. 5: *Et invocavit Moſes nomen Verbi Domini.* Videtur autem Paraphraſtes hic maxime indicare voluiſſe Nomen Dei Tetragrammaton, quo ſe Moſi revelaverat.

RITTANGELIUS.

Nugaris quod verſ. 19: Moſes invocaverit nomen *Verbi Dei* vel *Deum.* Sed Deus ipſe nomen ſuum Jehova coram Moſe elocutus eſt. Interim hic vel invitus fateri cogeris, per Chaldæorum *Verbum Jehovæ* intelligi debere ipſum *Jehovam.*

IRENOPOLITA.

Verſ. 22: *Obtegam te Verbo meo.* Idem etiam Onkelos reddit; Ubi in Hebræo eſt, *ponam manum meam ſuper te.*

RITTANGELIUS.

Iterum hallucinaris; Textus Hebræus habet *Oblegam te vola mea*, & non; *ponam manum meam ſuper te.* Notari velim Antagoniſtam huic verſui præcox & immaturum ſuum judicium non adjeciſſe; forſan quia abſurdum eſt dicere: *lege vel litera mortua* obtegam te, quam per τὸ *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ*) vult intelligi.

DICTA LEVITICI.

IRENOPOLITA.

Cap. 5. 21: *Et mentitus fuerit mendacia contra nomen Verbi Jehovæ.* Hoc eſt contra illud nomen, quod in verbo ſuo manifeſtavit. Hebræus habet; *prævaricationem prævaricatus fuerit in Dominum.*

RITTANGELIUS.

De ejus Verſione non adeò accuratam ſubituri ſumus cum eo rationem. Sed audi; Textus Hebræus *contra Iehovam prævaricatus fuerit:* Chaldæus hunc *Jehovam* nominitat *Verbum Jehovæ,* dicens, *contra nomen Verbi Jehovæ prævaricatus* vel *mentitus.* Secundum noſtrum verò interpretem *prævaricatus eſt*, Unde quæſo tibi conſtat per *Verbum Jehovæ* indigitari *Verbum revelatum?* Ubi ratio deeſt; veritas exulat.

IRENOPOLITA.

Cap. 8. 33: *Et obſervabitis cuſtodiam Verbi Domini.* Idem extat infra Deut. 11. 1: *Obſervabitis cuſtodiam Verbi ejus.* Ubi propriè de verbo ſcripto ſive lege accipiendum eſt. Vide & Num. 9. 19. 23: *Obſervabitis cuſtodiam verbi Jehovæ.*

RITTANGELIUS.

Miſeret me tui, quod te iterum tam enormiter proſtituas. Textus Hebræus habet. *Et obſervabitis cuſtodiam, Iehovæ,* Chaldæus *Verbi Iehovæ*, non *legis* vel *Verbi ſcripti.* Nam nulla hic legis fit mentio, ſed Hebræorum *Iehovam* Chaldæus nominitat *Verbum Iehovæ.*

IRENOPOLITA.

Cap. 9. 23: *Si non habuerit delectationem Verbum Domini in ſervis.* Quia per Verbum Deus ſignificare ſolet beneplacitum vel delectationem ſuam. Simili quoque modo ibidem ſequentia poſſunt ſumi. *Recipiet Verbum Domini cum oblectatione ſacrificia Veſtra.*

RIT-

RITTANGELIUS.

Nihil horum habet Chaldæus. Sed hæc ſunt ejus verba: *Forte non habet beneplacitum Verbum Jehovæ in operibus manuum mearum.* Hic certè vel optimus inveniet campum patientiam ſuam exercendi, in lerna iſta noſtri tranſlatoris plena vitiorum exhaurienda. Primò: *Forte non habet.* (Quid?) *beneplacitum,* (Quis non habet beneplacitum?) *Verbum Iehovæ non habet beneplacitum.* Hic expreſſe. *Verbum Iehovæ* à *beneplacito* diſtinguitur, adeoque non ipſum *beneplacitum* ſignificare poteſt. Sed quam mirus, ſecundum tuam interpretationem hic evaderet ſenſus, ſi *Verbum Iehovæ* ſignificaret *beneplacitum* vel delectationem, nempe *Forte non habet delectatio vel beneplacitum in operibus manuum mearum, delectationem vel beneplacitum.* Quia tu vis *Verbum Iehovæ* ſignificare *delectationem* vel *beneplacitum.* Sed adhuc verſio tua ſub incudem revocanda eſt. Nam hæc *Forte non habet,* tu vertiſti *Si non habuerit.* Secundò, *in operibus manuum mearum,* tranſtuliſti *in ſervis.* Tertiò: *Recipiat Verbum Iehovæ,* interpretatus es *Recipiet Verbum Iehovæ.*

IRENOPOLITA.

Cap. 27. 14: *Miſerebor illorum cum Verbo meo:* Hoc eſt, *apud me ipſum.* Vel intima commiſeratione illos proſequar. Vel poteſt verti *per Verbum meum,* utpote quod index eſt hujus miſerationis.

RITTANGELIUS.

Sic perge & gratiam à me obtinebis & tandem ab omnibus rectè ſentientibus, nam dum confiteris *miſerebor cum Verbo meo,* idem eſſe, quod *miſerebor apud me ipſum,* dicis, quod alibi vel potius ubique negas, quod verò Ego, juxta veritatis præſcriptum, ubique affirmo per *Verbum* intelligi *ipſum Iehovam.* Interim benevolum lectorem monere debeo, me hunc paragraphum in Chaldæo, hoc in loco, offendere non potuiſſe. Similiter quoque proximè ſequentem verſum decimum quintum, nempe *Hæc ſunt ſtatuta &c.* ibidem vix quiſquam reperiet. Ego certè invito & irrito conatu anxiè quæſivi.

Digitized by Google

DICTA NUMEROR.

IRENOPOLITA.

CAp. 6. 27: *Et ego in Verbo meo benedicam illis*, vel *per Verbum meum*. Ut ſignificetur cauſa media hujus benedictionis. Huc etiam refer, quæ obſervata ſunt ad Gen. 24. 1:

RITTANGELIUS.

Ad hæc ſupra Geneſ. cap. 24. verſ. 1. ſatis fuſè reſponſum eſt. Vide ibi.

IRENOPOLITA.

Cap. 10. 35: *Revelatum eſt Verbum Domini*. Et verſ. 36: *Revertere Verbum Domini per miſericordiam tuam* De arca fœderis hæc intelligenda eſſe manifeſtè indicat fons Hebræus verſ. 35: *Cum proficiſceretur arca dixit Moſes*. Vocatur autem arca Verbum Domini: quia Deus ante illam reſponſa vel oracula ſua dabat, quando ſacerdos in dubiis rebus os Domini conſulebat.

RITTANGELIUS.

O inſignem nugatorem! *Revertere Verbum Domini*, id eſt, *arca Domini revertere*; & hoc iterum eſt, *Verbum Domini coram arca Domini prolatum revertere*. inſulſa eſt hæc oratio. Antecedentia lege & meliora diſces: Jonathan, *Et erat dum volebat proficiſci arca*, (non cum jam proficiſceretur arca) *erat nubes ſublata & ſtabat & non proficiſcebatur*, *uſque dum mane ille*, (ſcilicet Moſes) *ſtabat in oratione exorans & petens miſericordiam à Deo*, *& ita dicens*; *Revelare Verbum Domini* (non revelatum eſt Verbum Domini) *in fortitudine furoris tui*, *& diſpergentur inimici populi tui*, *nec erit odio habentibus eum pes ad conſiſtendum coram te*. Si per *Verbum Domini* intelligenda foret arca, quî factum, quod Chaldæus, in antecedentibus à tè, (quia tibi contraria erant) omiſſis, ipſum vocabulum *Arona* (id eſt arca) non reddiderit per τὸ *Memra* (*Verbum*?) Dicam quod res eſt: Per

Verbum

Verbum Domini non intelligitur *arca* ipſa, ſed ille, qui ſuper arca ſeſe revelabat, id eſt, *Iehova.* Et hæc ſequentia ad oculum monſtrant, quæ ſic habent, *Revelare nunc Verbum Iehovæ in fortitudine furoris tui.* Hoccine de *arca* vel *Verbo* coram arca prolato prædicari poteſt aut etiam debet? Siquidem vero id arcæ impropriè tribui debere ſtatuas: ut ergò id propriè tribuatur ei, quem arca præſentabat. Quem vero illum? Num legem? An vero eum, qui ſeſe ſuper aut coram arca revelabat? Poſtremum, ut mecum ſtatuas manifeſte veritas coget. Verſionem ejus quod concernit, notari velim noſtrum interpretem imperativum *Revelare*, vertiſſe *revelatum eſt*, per præteritum. Dein vocem conſignificativam *Kedun* (*nunc*) *perperam* omiſiſſe.

IRENOPOLITA.

Cap. 11.20: *Quia ſprevistis Verbum Domini, quia glorioſa eſt majeſtas ejus inter nos habitans.* Similiter quoque Onkelos. Propriè de lege accipi poteſt; in quam contemptus vel transgreſſio cadit.

RITTANGELIUS.

Non ſic legit Paraphraſtes, ſed noſter Irenopolitanus interpres, ſic expoſuit. Jonathanis verba hæc ſunt, quæ ſequuntur: *Quia ſprevisti Verbum Domini, cujus Divinitatis majeſtas habitat inter vos.* Quid tibi hic videtur de *Verbo* tali, quod Deus ipſe eſt, ſicuti & Joannes Evangeliſta teſtatur, & cujus divinitatis majeſtas habitavit inter Iſraël in deſerto? Nam & Johannes Evangeliſta dicit, *Vidimus gloriam vel majeſtatem ejus &c.* Cujus majeſtatem vel gloriam? *Verbi*: Quodnam eſt illud verbum? *Ipſe Deus. Et Deus erat Verbum.* Ecce *Deus* & *Verbum* unum ſunt. *Pudeat te* tui commentarii. Hoc ſententia fuit Chriſti, Apoſtolorum & omnium ſeculorum Eccleſiæ catholicæ. Dein hallucinatur dum dicit: Similiter quoque Onkelos: *Quia ſprevistis verbum Domini, cujus Divinitas habitat inter vos.* Ecce & Onkelos dicit *Divinitatem Verbi habitaſſe inter Iſraëlem.* Poteſt, jam ſi tibi fides habenda, ita intelligi, ſi vero mihi neutiquam. Nam quæ legi adſcribi poſſunt, *Majeſtas divinitatis & gloria inter populum ſuum habitans?* Niſi fortè minus impropriè loqui placuerit, cum tu tamen ita propriè intelligendum id eſſe audacter aſſeveres. Audi, lege, judica. *Quia ſprevistis Verbum ſcriptum vel legem ſeu literam mortuam cujus Divinitatis majeſtas habitat inter vos.* Quod tamen tunc temporis nondum in rerum natura fuit. Nota bene, Chaldæus habet *inter vos habitat*: hæc noſter interpres vertit *inter nos &c. Nos pro vos &c.*

Digitized by Google

IRENOPOLITA.

Cap. 14. 30: *Non aſcendetis in terram, quam juravi in vel cum Verbo meo.* Ita & Onkelos: hoc eſt, quam juravi apud me ipſum, vel in verbo meo ad patres veſtros & vos facto, pollicitus ſum. Vide & Gen. 13. 5:

RITTANGELIUS.

Tu quidem in hoc paragrapho ipſe fateris, *in vel cum Verbo meo juravi*, idem eſſe, ac *apud me ipſum juravi*: & hoc verum eſt, Nam bene ſequitur *Ego juravi apud me ipſum; Vel in Verbo meo*, (Quis eſt ille Ego?) *Iehova* (Et quid ſignificat *in Verbo meo?*) *Apud me ipſum*. Sed hoc ſtatim hic & ubique negas. Nam hic ſtatim ſubjungis, *vel in Verbo meo ad patres veſtros & vos facto pollicitus ſum &c. Si juravi in verbo meo*, idem eſt, àc *juravi apud me ipſum*; Ubi ergo hoc probabis, quod *Deum apud ſe ipſum juraſſe* ſignificet *in verbo ad patres veſtros & vos facto ſeu prolato polliceri?*

IRENOPOLITA.

Verſ, 35: *Ego Dominus decrevi in vel cum Verbo meo.* Sic etiam Onkelos. Hoc eſt, ita ſtatui apud me ipſum, vel ſignificavi in verbo meo, ſic me decreviſſe.

RITTANGELIUS.

Prius verum eſt. *decrevi in Verbo meo*, idem eſſe ac *ſtatui apud me ipſum*: Vide ſupra. Poſterius falſum eſt, Chaldæum per *Memra Jehovæ* (*Verbum Iehovæ*) ſignificari velle *Verbum ſcriptum*.

IRENOPOLITA.

Cap. 16. 11: *Quia conveniſtis contra Verbum Domini & Aharonis:* Et verſ. 26: *Quia convenerunt contra Verbum Domini*, quo videlicet juſſerat, ut principatus penes Moſen, & ſacerdotium ſemper in familia Aharonis maneret.

RITTANGELIUS.

Vix me à vehementiori animi motu continere poſſum, quod

tam protervè non dicam Chaldæos, ſed ipſam ſcripturam ſacram, mutilare non erubeſcas. Nam ubi in Textu Hebræo, ſeu in Chaldaica paraphraſi legiſti, quod te legiſſe innuis, *Quia conveniſti contra Verbum Domini & Abaronis?* Ita potius; ſi rectè mecum inſpexeris legendum erit. *Qui* (non *quia*) *conveniſtis contra Verbum Domini:* (hic interponendum, quod tu omiſiſti comma;) *Abaron vero* (non, *& Abaronis*) *quis eſt, quod vos murmurantes contra ipſum.* Ecce quam longè diſtent æra lupinis. Tu conjungis ſejungenda, ut invito lectori tuum inſtellare poſſis errorem.

IRENOPOLITA.

Cap. 20. 21: *Et mandatum acceperunt à Verbo cœli vel cœleſti,* id eſt, ab oraculo Dei: Quia cœli nomine Chaldæi & Hebræi indigitant ipſum Deum. Hinc illa trita inter eos. *Omnia propter nomen cœli,* ſive ad gloriam Dei referenda ſunt. *Semper timeat homo cœlum,* vel Deum; atque his alia genuina.

RITTANGELIUS.

Tu expreſſe vides; quod infinitè urgeo, *mandatum* diſtingui ab ipſo *Verbo*; Quod tu tamen protervè pro ipſo *Verbo Dei* obtendis: Audi! *Mandatum acceperunt*, (à quo?) *à Verbo cœli.* Et quid indigitant Hebræi & Chaldæi per cœlum? Antagoniſta dicit *ipſum Deum.* Sufficit.

IRENOPOLITA.

Verſ. 24: *Rebellaſtis contra Verbum meum.* Idem quoque Onkelos. Eadem loquendi formula reperitur in utroque Targum. Deut. 1: 43. & 9. 23: *Rebellaſtis contra Verbum Domini*; Ubi in Hebræo eſt, *contra os Domini.* Nihil autem aliud quam juſſum aut ſtatutum Dei hic intelligi poteſt. Eodem ſenſu quoque ſumitur in Targum Hieroſ. Deut. 32. 51. *Propterea quod rebellaſtis contra nomen Verbi mei.* Sic etiam ſequente. (Nempe) cap. 21. 6: *Et locuti eſtis contra Verbum Domini.*

RITTANGELIUS.

Hic iterum impingit enormiter: Primò: Chaldæus habet *Propterea quod rebellaſtis.* Secundò errat tua Excellentia, nam dicis eandem formulam loquendi in utroque Targum (Deut. 1. 43: & 9. 23:) Quod falſum eſt. Nam in his duobus locis in utroque Targum alia loquendi formula reperitur.

IRENOPOLITA.

Cap. 21. 7: *Excitavit Verbum Domini ſerpentes*; quia verbo ſuo tanquam iræ & vindictæ ſuæ inſtrumento, plagas immittit hominibus. Vide ſupra Gen. 12. 17: & Exod: 32: 35:

RITTANGELIUS.

Arrigat quæſo benevolus lector aures. Sacra ſcriptura in fonte Hebræo dicit; *Et immiſit Jehova ſerpentes*. Chald. *Et propterea concitavit Verbum Iehovæ ſerpentes*. Noſter interpres Irenopolitanus: *Iræ & vindictæ inſtrumentum immiſit ſerpentes*.

IRENOPOLITA.

Verſ. 9. & 10: *Si dixerit cor ſuum ad nomen Verbi Domini*; hoc eſt invocaverit Deum, inque illo fiduciam ſuam collocaverit, ut liberet eos ab ignitis ſerpentibus. Confer Sap. 16. 12. Vide quoque Exod. 26. 28: & cap. 33. 19: ubi Moſes dicitur *nomen Verbi Dei* invocaſſe.

RITTANGELIUS.

Et hic frugi vir eſſe videris, dum tua ſponte verum fateri cogeris. Dicis, quod *dirigere cor ad Verbum Iehovæ* ſignificet, *invocare ipſum Jehovam*. Hoc eſt: *Verbum Iehovæ*, ſignificare ipſum *Jehovam*. Quod veriſſimum eſt. Sed hoc fermè ubique impugnaſti. Quod verò dicis Exod. 26. 28: & 33. 19. Moſen invocaſſe *Deum*, vel ſecundum Chaldæum *Verbum Dei*, veritati repugnat.

IRENOPOLITA.

Verſ. 36. *Præparavit Verbum Domini vermem vel erucam*: hic verbo, tanquam providentiæ Dei miniſtro & executori, tribuuntur paſſim actiones cauſæ principalis: Uti cap. 23. 3: *Præparavit Verbum Domini ut occurreret ei*.

RITTANGELIUS.

Quid audio! Jehova ille ſummus, quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt, *providentiæ miniſter & executor eſt*. Verum auſculta paucis; ſi non minus revelatorem quam interpretem agere

gere conaris & dic. Quiſnan ergo ille, cujus Jehova miniſter à te dicitur? Si enim Jehova, quem, ut diximus, Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt, providentiæ miniſter eſt: Neceſſe eſt, ut ipſo quidam ſuperior ſit, cujus ab imperio tale providentiæ miniſterium dependeat. Facile eſt ſenſum affingere, difficile vero probare. Nec minus peccas capitis vigeſimi tertii citando verſum tertium; Ubi pro *forte occurret* in futuro; ponis *præparavit* in præterito, omiſſa vocula *forte*. Dein *in occurſum meum*, vertis *ut occurreret ei*. Sed ad rem: Textus Hebræus dicit, Bileamum iviſſe in occurſum *Iehovæ*. Chaldæus, *in occurſum Verbo Jehovæ*, non juxta noſtrum Irenopolitam *in occurſum providentiæ miniſtro & executori*. Hiſce vale.

IRENOPOLITA.

Cap. 22: 9: *Et venit Verbum à Domino.* Idem quoque verſ. 20: & cap. 23. 4: 16: Ubi de revelatione prophetica facta Bilhamo. Alia huc pertinentia vide ad Gen. 20. 3:

RITTANGELIUS.

Audi; hic locus quidem agit de revelatione prophetica, ſed ideo *Verbum* ſignificare *revelationem propheticam* nunquam monſtrabis. Apud Hebræos *revelatio prophetica* vocatur *Chaſon* vel *Machſech* aut *Marreh*, apud Chaldæus *Cheſvah* &c. nunquam vero *Memrah* (*Verbum.*) Hoc ſemel pro ſemper dictum eſto. Univerſalis enim canon eſt, cui contradicere nullus poteſt.

IRENOPOLITA.

Verſ. 19: *Perrexit Verbum Domini mecum loqui.* Ubi Verbo Dei, tanquam cauſæ mediæ tribuitur loquela. Vel poteſt de Angelo ſumi Bilhamum alloquente.

RITTANGELIUS.

Hic nudum te exhibes Antagoniſta. Nam quid hoc commentarii eſt? *Perrexit Verbum Domini mecum loqui; hic Verbo Dei tanquam cauſæ mediæ tribuitur loquela.* Atqui Textus Hebræus in quem Paraphraſtes Jonathan commentatur habet *Jehova*, & hunc *Iehovam* Jonathan appellat *Verbum Jehovæ*, non poteſt igitur intelligi *prolatum verbum*, quia id nullibi apud Paraphraſtas Chaldæos, quod toties inculcatum eſt, per *Memrah Jehovæ* reddi ſolet. Vel etiam inquis, de Angelo hoc intelligi poteſt.

Nimis

Nimirum poterit; ubi tu probaris *Jehovam*; quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt, pro Angelo creato ſumi, id eſt nunquam. Proſtat adhuc aliquid aliud, quod ſub examen vocetur, nempè illud, quod toties conteſtati ſumus, vulpecularum Scholaſticarum præteritum à futuro diſcernere neſcientium conſortiis invitos nos ingerere. Chaldæus habet *Quid addet Verbum Domini loqui ad me*, in futuro, noſter interpres hæc vertit *Perrexit Verbum Domini loqui ad me* in præterito, omiſſa voce *Quid.*

IRENOPOLITA.

Verſ. 28: *Aperuit Verbum Domini os ejus*, ſcilicet aſinæ. Hoc eſt Angelus linguam bruti animalis movens, qui juſſu Dei venerat; ſive etiam vis aliqua divina, ne à malo genio profectum hoc eſſe credatur.

RITTANGELIUS.

Hic anguis inſtar in gyros ſe vertit, ut quod, hoc in loco ipſi negotium faceſſit, evitare queat. Textus Hebræus habet, *Et aperuit Jehova os ejus*, (aſinæ ſcilicet:) Chaldæus hunc *Jehovam* nominitat *Verbum Jehovæ.* Tu per Hebræorum *Jehovam*, quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt, intelligi vis *Angelum* qui juſſu Dei venerat vel vim aliquam &c. Quis unquam Hebræorum ſcriptorum, ab ipſo tempore quo incepit eſſe gens, tale quid ſomniavit τὸ *Jehova* id eſt, creatorem omnium ſignificare Angelum vel vim aliquam creatam.

IRENOPOLITA.

Cap. 23. 19: *Non ſicut Verba filii hominis Verbum Domini eſt*. Hic non opus eſt à proprio ſignificatu recedere.

RITTANGELIUS.

Se ipſum carpit atque cavillatur noſter interpres. Dicit enim *non opus eſſe à proprio ſignificatu recedere*, cum tamen ille ipſe, contra omnem juris ordinem, receſſerit. Quia in his Jonathanis verbis turbant eum appellationes, ideòque fauſtiore ſignificationis voce utitur. Nota bene Chaldæus hic habet *Milleh* (*voces*) non *Memrah* (*Verbum.*) Hic non opus eſt à propria ſignificatione recedere, verum eſt: Nempè à propria ſignificatione verborum Jonathanis, à qua tu tamen receſſiſti. Verum a tuo ſignificatu, quam opus eſt maxime. Quia in priori parte hæc

voces filii hominis Chaldæus non per ה *Meimra* (*Verbum*) per quod ipſum Jehovam exprimere ſolet, reddidit. Sed per ה *Milleh* (vocem, loquelam proprie ſignificans.) Et ſignificat ה *Milleh*, tam apud Hebræos quam Chaldæos, *voces* per ſe ſignificativas, & per ſe nihil ſignificativas ſed conſignificativas. Poſterius vero magis, tam apud eorum Grammaticos, quam Dialecticos & Logicos &c.

IRENOPOLITA.

Verſ. 20: *Ecce benedictionem accepi ab ore Verbi ſancti.* Indicat cujus juſſu benedixerit populo, quod non proprio inſtinctu aut ſuaſu alterius id fecerit, ſed tantum divino motus mandato.

RITTANGELIUS.

Nugas & hic vendis: Non enim Chaldæus dicit *ab mandato verbi ſancti*; nec *ab ore mandati ſancti*, aut *à mandato oris ſancti*; Sed *ab ore Verbi ſancti*. Et ſi per metonymiam cauſæ inſtrumentalis pro affectu hoc ſumere placet; ita ut per *os* intelligi debeat *mandatum ore prolatum*, Eſto! Sic vera ſtabit hujus dicti ſententia: nempe, *Ecce benedictionem accepi ab ore*, id eſt, juxta te, *ab mandato & juſſu*. Sed jam quæritur, cujus *ore*, vel ſecundum te cujus *mandato & juſſu*? *verbi ſancti* vel *Iehovæ*. Vel ſi mavis *Ecce benedictionem accepi ab ore mandati ſancti*: Et hic Davum agis non Oedipum. Cur non potius à manibus vel pedibus &c. mandati?

IRENOPOLITA.

Cap. 25. 4: *Et ſuſpendes illos in ligno coram Verbo Domini*: quo ſuſpendium illorum juſſit: vel ut hoc modo placetur ira & vindicta ejus, quæ Verbo Domini denotatur.

RITTANGELIUS.

Abuteris lectoris patientia, invertendo potius genuinum Textus Chaldæi ſenſum, quam explicando: & more tuo agis, imo more omnium tuæ ſectæ addictorum, ut ſenſum non efferatis ex ſcriptura, ſed in eam inferatis. Nempè, poteſt hoc ſic vel ſic etiam reddi: Ubi non eſt quæſtio, quomodo poſſit, ſed quomodo intelligi debeat, iſto vel iſto in loco, ubi extat. Ex. gr: Hic dicitur; *Et ſuſpendes illos in ligno coram Verbo Domini*; Poſſet forſan, nullis circumſtantiis conſideratis *legem* vel *Verbum ſcriptum*, uti Antagoniſta vult, *Verbum Jehovæ*, contra Jona-

thanis

thanis mentem notare: Sed numne hoc ita; non dicam ſit, ſed eſſe poſſit, quæſtio eſt. Tuque ſudabis antequam hoc præſtiteris. Quid enim hoc dictum eſſet. *Et ſuſpendes illos coram lege vel Verbo ſcripto?* Imo de ſuſpendio illorum, qui cum Baal Pehor ſcortati fuerint nondum extabat mandatum. An forte putas illam ipſam *Iehovæ*, vel juxta Jonathanem *Verbi Jehovæ*, prolatam in eos ſententiam, Moſis digitis illicò deſcriptam, palo affixam eſſe, coramque ea ſuſpenſos hos homines fuiſſe? Noli tantopere ingenio poſt hac indulgere, ut luci tenebras affundere non verearis. Fatere potius verum, & Deo, quam debes, gloriam tribue. Hoc nempe vult Textus Hebræus & Chaldæus: *Et ſuſpendes illos coram Jehova.* Chaldæus, *Et ſuſpendes illos coram Verbo Iehovæ*, nempe, non ſcripto, quod nondum, ut antea dictum eſt, extabat; quia eo ipſo momento primum proferebatur, ſed eſſentiali *Verbo* ipſo *Jehova*. Cæterum quod Antagoniſta dicit *Verbum Iehovæ* notare *iram* & *vindictam*; extra chorum ſaltat. Nam audi: *Et ſuſpendes illos*, (coram quo? Textus Hebræus:) *coram Jehova*; Chaldæus *coram Verbo Jehovæ.* Interpres noſter *coram ira & vindicta.* O, blaſphemum impudenſque os! Quid quæſo, à mente Chaldæorum alienius, quam æquè hoc dici poteſt.

IRENOPOLITA.

Cap. 27. 16: *Conſtituet Verbum Domini, qui dominatur in corpus hominis.* Ita quoque Targum Hieroſ. quia juſſu vel decreto Dei hoc futurum erat.

RITTANGELIUS.

Tua cum venia, mi Irenopolita, liceat mihi lectorem monere, quos tu citas, ſeu Jonathanem, ſeu Targum Hieroſolymitanum nunquam vidiſſe. Ubi enim quæſo, ſive in hoc, ſive in illo, reperitur *in corpus hominis?* Sed paucis; Quater impingis. Primò Chaldæus habet *conſtituat Verbum Domini*, non *conſtituet*. Secundò, Chaldæus dicit *Verbum Domini quod dominatur*, non *qui dominatur*. Tertiò, *in ſpiraculum filii hominis*, non *in corpus hominis*. Quartò, falſum eſt, ita quoque habere Targum Hieroſolymitanum; nam & hic aliter habet; nempe, *in ſpiraculis omnis carnis*, non *in corpus hominis*; ſicuti tu habes.

DICTA

Digitized by Google

DICTA DEUTERONOMI.

IRENOPOLITA.

Cap. 1. 1: *Receſſiſtis à verbo ejus, & irritaſtis antea in Pharan Verbum Iehovæ.* Hoceſt, Spiritum ejus, ut alibi Scriptura loquitur Pſal. 106. 33. Unde etiam Targumici in locis, ubi Deo tribuitur ſpiritus, reddunt Verbum Domini. Vide ſupra.

RITTANGELIUS.

Hic noſter Irenopolitanus interpres, Civem Academiæ Bompeditanæ agere ſatagit, qui juxta illud Hebræorum proverbium, Elephantem per foramen acus traducere conati ſunt. Audiamus Paraphraſten; *Et vos receſſiſtis retrorſum à Verbo ejus, & efferbuiſtis coram eo in Pharan, propter verbum exploratorum.* Denſiſſimum profecto glaucoma oculis noſtri Regii & tam egregii interpretis objectum fuiſſe patet, dum quod videt & legit, nec videat nec videre queat. Nam primò, vocabulum *retrorſum* vel *à retrò* ſupinè prætermiſit. Secundò, dictionem *coram eo*, vertit *antea*. Tertiò, vocem *exploratorum* pluralis numeri; interpretatus eſt *Jehova*. Sed ubinam quæſo *explorator* ſignificat Ipſum ſummum *Jehovam*, in quo lexico vel autore hoc legiſti? Forte quod vocabulum hoc tibi valde familiare fuerit, qui veritatem prodendi, viam *exploratorum* abis. Quid tandem Irenopolitanus noſter interpres dicit? Vult Chaldæum hoc in loco per *Memra* (*Verbum*) ſignificari velle ſpiritum, atque eum in finem Pſalmi 106-ti 33-tium verſum, qui in Chaldaico Idiomate ad verbum ita ſonat, *Quoniam rebellarunt contra ſpiritum ſanctitatis ejus*, citat. Et hic vanus es, & fumos vendis. Numne citato in verſu invenitur *τὸ Memra (Verbum,)* de quo nos agimus, quod eo Vocabulum *ſpiritus* expreſſum ſit, ut tu nugaris? Inſpice textum & contrarium invenies.

IRENOPOLITA.

Cap. 3. 22: *Exterminavit illos Verbum Domini à facie illorum:* Quia Verbum Dei tanquam punitionis miniſter conſideratur.

Digitized by Google

RITTANGELIUS.

Nimis liberaliter hunc locum vertit noſter interpres. Chaldæus habet, *Quoniam Verbum Iehovæ Deus veſter pugnat pro vobis*, & non *Exterminavit illos Verbum Domini à facie illorum.* Dein quis quæſo ſenſus exiſteret, juxta Irenopolitani noſtri interpretis & tranſlatoris verſionem & explicationem. Textus Hebræus, *Ne timeatis illos, quoniam Iehova Deus veſter ipſe* (eſt) *qui pugnat* (pro) *vobis*, Chaldæus hunc *Hebræorum Iehovam*, nominitans *Verbum Jehovæ* dicit: *Quoniam Verbum Jehovæ Deus veſter pugnat pro vobis.* Et hîc Irenopolita noſter interpretem non minus, quam revelatorem agens dicit, Hebræorum *Jehovam*, quem Chaldæi per *Verbum Jehovæ* exprimunt, eſſe *punitionis miniſtrum.* Erue jam ſenſum ſi Vir es, *Punitionis miniſter, qui Jehova dicitur, ille eſt qui pugnat pro vobis.* Cæterum notari velim, Textum Hebræum & Chaldæum habere *pugnat* in præſenti, & non *exterminavit* in præterito. Neque Chaldæus habet *illos* in tertia perſona, ſed *vobis* in ſecunda.

IRENOPOLITA.

Cap. 4. 3: *Oculi veſtri viderunt, quod fecit Verbum Domini in Baal-Pehor.* Quia mediante verbo actiones ſuas exequitur.

RITTANGELIUS.

Sæpius diximus noſtrum interpretem ſimpliciter Textum Hebræum, vel Latinam aut Germanicam alicujus verſionem (cui unicam tantum voculam *Memra* (*Verbum*) addit, & pro Jonathanis Paraphraſi venditat) inſpexiſſe. Si enim demes τὸ *Memra* (*Verbum*) habebis Textum Hebræum, vel aliam quamvis verſionem. Jonathan vero longè aliud hic proponit, nempè; *Oculis veſtris vidiſtis, quod fecit Verbum Jehovæ in colentes idola Pehor: quoniam omnem filium hominis, qui fornicatus eſt, poſt idola Pehor excidit Dominus Deus tuus è medio tui* Fiat jam comparatio noſtri interpretis verſionis, cum Jonathanis Paraphraſi, & ſinceritas ejus apparebit. Ad hanc porrò & ſimiles valde ineptas explicationes jam toties reſponſum eſt. Nam Chaldæus Hebræorum *Jehovam* vocitat *Verbum Jehovæ.*

IRENOPOLITA.

(Verſum ſeptimum in duo diſtincta membra diviſit, Primum eſt:)

eſt.) *Cui Deus eſt propinquus*, *ad quem in nomine Verbi Jehovæ Dei lex illorum*. Privilegium populi Judaici in eo ponit, quod legem à Deo acceperit.

(Secundum membrum eſt.) Ibidem: *Quia Verbum Domini ſedet ſuper ſolio ſuo excelſo*, *atque audit preces noſtras*. Hoc eſt, majeſtas divina in verbo revelata, ne quid terreni mens humana concipiat.

RITTANGELIUS.

Nihil quicquam horum utraque ex parte in paraphraſi Chaldaica inveniri poſſe, ſole meridiano clarius eſt: Sed hæc quæ ſequuntur ſunt Jonathanis formalia verba: *Quænam gens hæc tam magna*, *cui Deus eſt propinquus*, *ſicut Verbum Jehovæ*. *Siquidem viæ* (id eſt conſuetudo) *gentium* (eſt) *accipere idolum ſuum ſuper humeros ſuos*, *& imaginantur ſibi*, *illos eſſe propinquos*, *cum tamen longinqui ſint*: *Eo quod non audiunt auribus ſuis*: *Verbum vero Jehovæ ſedet ſuper ſolio ſuo excelſo & elevato*, *& exaudit preces noſtras*, *omni tempore*, *quo oramus coram eo*, & *facit petitiones noſtras*. Hic quæso Benevolus lector ſit attentus. Primò; Hæc Jonathanis verba, *cui eſt Deus propinquus ſicut Verbum Jehovæ*, Antagoniſta vertit, *cui Deus eſt propinquus*, *ad quem in nomine Verbi Jehovæ*. Secundò committit fallaciàm compoſitionis & diviſionis, quia hic debet eſſe punctum. Ignorantia linguæ Chaldaicæ denuò & nimis ſecure ſe hic prodit, dum illa, à prioribus per punctum ſejungenda, nempe, *Siquidem viæ gentium* (ſunt) *accipere idolum ſuum &c.* quæ noſter interpres vertit, *Dei Lex illorum*, prioribus annectit, nempe, *cui eſt Deus propinquus*, *ad quem in nomine Verbi Jehovæ Dei Lex illorum*, cum hoc deberet eſſe, *cui Deus propinquus ſicut Verbum Domini*, (Nota Bene, punctum;) *Siquidem viæ gentium ſunt &c.* Tertiò, vocem *Elohen* (*Siquidem*) interpretatus eſt, *Dei*: cum non nomen ſed conjunctio cauſalis ſit. Literarum ſimilitudo decepit hominem, ignorantiamque adauxit, & quod magis eſt. Quartò: *Viæ* vel *conſuetudo eorum*, nempe gentium, vertit. *Lex illorum*. Quæ conventio Chriſto ad Belial? Chaldæus loquitur de maledicta idololatrica conſuetudine gentium circa idola ſua, & noſter interpres, vult hanc illorum *maledictam & peſſimam conſuetudinem idololatricam*, ſignificare *ſanctiſſimam legem divinam*. O ſortem! O mortem! vel ipſis hoſtibus tuis lamentabilem! Sed adhuc eſt, quod ſub examen vocetur in ſecundo membro. Nam Quintò; Vocem *Umnatel* (*& elevato* ſcilicet ſolio) interpres noſter ſupine neglexit. Chaldæus enim habet, *ſuper ſolio ſuo excelſo & elevato*; Irenopolita noſter *ſuper ſolio excelſo* tantum.

 Sextò

Sextò Chaldæus habet, *Verbum vero Domini ſedet &c.* & non *Quia Verbum Domini ſedet.* Quod tandem vult, hæc de lege divina dicta eſſe. Ubi quæſo, hoc in loco vel minimo apice legis fit mentio? certè minus orbiculares videntur eſſe oculi noſtri Irenopolitæ, imo potius ovalem illos habere figuram, aut inſtar oculorum pardi propendere. Et quis quæſo ſenſus exiſteret; *Cui Deus propinquus eſt, ſicuti lex illis propinqua eſt?* Vel juxta noſtri interpretis verſionem nempe: *Cui Deus eſt propinquus ad quem in nomine legis Jehovæ, Dei lex illorum.* Quis quæſo talem interpretem riſu non exciperet?

IRENOPOLITA.

Verſ. 20: *Vos ſumpſit Verbum Domini in ſortem ſuam.* Quia hæc electio tantum gratioſo Dei decreto facta eſt.

RITTANGELIUS.

Hic verum dicit, *gratioſo Dei decreto electionem hanc factam eſſe.* Sed hoc falſum eſt, Chaldæum per τὸ *Memra* (*Verbum*) ſignificari voluiſſe *decretum*: Aliàs vel unico in loco ſcripturæ ſacræ, ubi proprio & genuino vocabulo, *decreti divini* mentio fit, id per τὸ *Memra* (*Verbum*) factum fuiſſet. Sed audi: Tu quidem hic iterum verum dicis, ſed tua verba, non ſecundum veritatis præſcriptum vis intelligi. Nam Chaldæus *decernere* tuum, per τὸ *ſumpſit* expreſſit; *electionem* per *ſortem*, & *Iehovam*, per *Verbum Iehovæ*.

IRENOPOLITA.

Verſ. 24: *Quia Domini Dei veſtri Verbum eſt ignis conſumens.* Idem cap. 9. 3: Eadem utrobique retinet Onkelos. Intelligit autem ſeveritatem iræ & ultionis Dei, quæ momento inſtar ignis exurit & abſumit.

RITTANGELIUS.

Hic noſter Antagoniſta iterum, non ſolum egregium interpretem, ſed etiam valde mirum, contrà canonem ſcripturæ & mentem paraphraſtæ, agit revelatorem. Audi, vide, tace; Eò quod *Verbum Jehovæ* vel ſecundum Textum Hebræum, *ipſe Jehova*, in eodem contextu orationis, cum *igne* conſumente occurrit, per *Verbum Jehovæ*, vel Hebræorum *Jehovam* intelligi debere *ignem & ſeveritatem iræ & ultionis Dei.* Quare non potius τὸ *Quia*, quæ prima vox contextus eſt *iram, ſeveritatem, ultionem & ignem* ſignificat?

IRE.

Digitized by Google

IRENOPOLITA.

Verſ. 33: *Audivit populus vocem verbi Domini ex igne.* Et; verſ: 36: & cap. 5. 24: Eadem repetit hic Onkeloſus. Intelligunt vocem diſtinctam cum illo loquentem. Vide Gen. 3. 8. 10:

RITTANGELIUS.

Hunc verſum in Textu Hebræo, & in omnibus, quotquot ſunt, verſionibus de voce diſtincta agere, clarum eſt. Sed de cujus voce? Textus Hebræus, & omnes quotquot ſunt verſiones dicunt, de voce Jehovæ. Idem & Chaldæus dicit per *Verbum Jehovæ*, per quod ille Hebræorum *Jehovam*, Germanorum GOTT vel HERR / Gallorum *Eterneul*, Polonorum *Pan* vel *Bog* &c. intelligi vult. Pergit noſter interpres & dicit; *Eadem hic repetit Onkeloſus*. Iterum nugatur; Onkeloſus hæc habet quæ ſequuntur: *Num audivit populus vocem Verbi Jehovæ loquentis è medio ignis, ſicuti tu audiviſti & conſiſtet.* Jonathanis vero formalia hæc ſunt *Num poſſibile eſt, quod audivit populus vocem verbi Jehovæ Dei viventis loquentis è medio ignis, quemadmodum vos audiviſtis, & conſiſtet.* Confer jam hanc Jonathanis paraphraſin cum Onkeloſi, vel horum Paraphraſin cum tua verſione, & patebit, num eadem hic inter ſe habeant Chaldæi, & num horum paraphraſis tuæ verſioni concordet. Dein in tuam propriam perniciem citas verſum trigeſimum ſextum, qui ita ſonat; *De cœlis excelſis audire fecit vos vocem Verbi ſui, ad corripiendum Vos doctrina ſua, & ſuper terram videre fecit vos ignem ſuum magnum & ſermones ejus audiviſtis è medio ignis.* Hic verſus pleonaſticè loquitur de diſtincta voce, primo per τὸ *fecit vos audire vocem*; Ubi Chaldæus etiam habet *Kol* (propriè & genuine ſignificans *Vocem*) & non *Memra* (*Verbum*) de quo nobis hic ſermo eſt. Secundò, per τὸ *& ſermones ejus audiviſtis è medio ignis.* Ubi nec hic Chaldæus τὸ *ſermones* per *Memrah* (*Verbum*) reddidit; ſed per *Pithgama* (*ſermonem* ore prolatum vel propheticum proprie ſignificans.) Sed examinemus illa dum adhuc penitius; *De cœlis excelſis audire fecit vos*; (Quis? Textus Hebræus) *Jehova*, Chaldæus *Verbum Jehovæ*, non *vox articulata aut diſtincta audire fecit vos*, ut tu nugaris. Sed pergamus; Quid audire fecit *Jehova*, vel ſecundum Chaldæum *Verbum Jehovæ*; *Verbum Jehovæ, vel Iehova audire fecit vocem ſuam.* Ergo qui audire fecit vocem ſuam, ſecundum Chaldæum eſt *Verbum Iehovæ*, ſecundum Hebræum vero *Iehova*, & iterum ſecundum Latinos eſt *Deus*, vel *Dominus*; ſecundum Germanos eſt GOTT

vel

vel HErrn / ſecundum Hiſpanos eſt *Dio*; ſecundum Gallos *Eterneul &c.* Ita res ſe habet. Interpres vero noſter. *Vox fecit audire Vocem ſuam.* Nemini prudentiori hoc perſuaſeris τὸ *vox* idem eſſe ac Jehova, Quid magis? *Et ſermones* (diſtinctos) *ejus audiviſtis*, (Cujus ſermones? Textus Hebræus) *ſermones Iehovæ:* Chaldæus *ſermones Verbi Iehovæ*. Interpres noſter, *ſermones diſtinctos ſermonis.* Nugæ ſunt! Et cum jam ſuperius dixerit cujus vocem, nempe *Iehovæ* vel *Verbi Iehovæ*, pergit & dicit quare ſermones *Iehovæ* vel *Verbi Iehovæ* audire fecerit eos, nempe, *ad corripiendum vos doctrina ſua.* (cujus doctrina? Textus Hebræus,) *Doctrina Iehovæ;* Vel ſecundum Chaldæum *doctrina Verbi Iehovæ.* Vide quomodo *doctrinam* ſeu *legem* & *ſermonem ore prolatum*; atque *vocem diſtinctam*, ab eo, cujus *lex*, vel *doctrina*, *ſermo* atque *vox diſtincta* dicitur, nempe à *Iehova*, quem Chaldæus *Verbum Iehovæ* nominitat, ſignificanter diſtinguit. Et certè non ſine inſigni ratione, Chaldæus vocabula *Kol* (*Vox*,) & *Pithgamah* (*ſermonem*, ore prolatum propriè ſignificans,) atque *Ulphana* (*doctrina*,) denique *Oraita*, (*Lex*) ubique retinuit, ut eò diſtinctius rem ſignificatam, à *Memrah Adonai* (*Verbo Jehovæ*,) cujus lex, doctrina, vox, ſermo eſſe dicitur, diſtingueret.

IRENOPOLITA.

Cap. 5. 5: *Stabam inter Verbum Domini & vos.* Scilicet in legiſlatione. Sic etiam Onkelos. Hoc ſenſu & ſequentia ſumenda. Ibidem. *Quia timor eorum à voce Verbi Domini, quæ audita eſt è medio ignis.*

RITTANGELIUS.

Et hunc verſum noſter Irenopolita in duo diſtincta membra diviſit. Hic jam ſiſte pedem, non facilè ictum declinabis, quem ipſe minatur textus: *Ego ſtabam inter Iehovam & inter Vos in tempore iſto.* Chaldæus; *Ego ſtabam inter Verbum Iehovæ & inter vos in tempore iſto.* (Quare? Textus Hebræus) *ad annuntiandum vobis ſermonem Domini.* Chaldæus *ad dandum vobis ſermonem Domini.* Vide Chaldæus & hic *ſermonem* ore prolatum per *Pithgamah* expreſſit; & non per *Memrah Iehovæ* (*Verbum Iehovæ*,) per quod ſolum *Iehovam* vult intelligi. Verum cur omittis hæc ſequentia, quæ ſenſui lucem afferunt, nempè *ad annuntiandum vobis ſermonem Domini?* In poſteriori membro Chaldæus habet; *Quia timuiſtis à voce Verbi Iehovæ;* Interpres noſter hæc ita vertit, *Quia timor eorum à voce Verbi Domini.* Vitulinos hic habuit

oculos,

Digitized by Google

oculos; quia murem farina conſperſum pro molitore aſpexit? Duos graviſſimos, in una, & quidem breviſſima voce, commiſit errores. Nam verbum præteriti temporis, pluralis numeri, ſecundæ perſonæ, nempe, *Dechaltun* (*timuiſtis*) diviſit, ex priori particula elucubravit *nomen* ſingularis numeri, nempè *timor*; ex poſteriori vero affixa particula, *thun* (*vos*,) quæ quidem pluralis numeri eſt, ſed ſecundæ perſonæ, & hoc in verbis tantum, pro pronomine tertiæ perſonæ, *eorum* nempè aſpexit. O Egregium interpretem! *Timor eorum*, pro *timuiſtis*.

IRENOPOLITA.

Cap. 6. 21: *Et eduxit vox Verbum Jehovæ ex Ægypto manu forti.* Sic cap. 24. 18: *Et liberavit vos Verbum Domini inde*, ſcilicet ex Ægypto. Et cap. 32. 50: Quia antea patribus liberatio hæc promiſſa erat in verbo; Vel quia Targumici attributum potentiæ Dei per illud ſignificare ſolent.

RITTANGELIUS.

Error hic Typographicus occurrere videtur, quem tamen in indice errorum non deprehendo. Prætermitti non debet, quia non tantum *vox*, pro *vos*; Sed *vos*, pro *nos* ab Antagoniſta poſitum eſt. Chaldæus habet *Aphikna* (*eduxit nos*,) & non *eduxit vox*, vel *vos*.

IRENOPOLITA.

Cap. 8. 3: *Per omne quod creatum fuerit, per Verbum Domini vivit homo.* Onkelos habet: *producit Verbum à Domino.* Significatur autem vis illa Dei conſervans & ſuſtentans hominem.

RITTANGELIUS.

Iterum Paraphraſten cœcis aſpexiſti oculis. Ne vero injuriam tibi fecerimus, quod te paraphraſten nunquam vidiſſe putemus, ſubjiciamus formalia Jonathanis; nempe. *Sed per omne quod creatum eſt per Verbum Jehovæ vivit filius hominis.* Applica; *per omne quod creatum eſt*, (Per quem omnia creata ſunt?) Chaldæus, *Per Verbum Iehovæ.* Primò; priorem hujus verſus vocem *Arum* (*ſed* vel *quia*) præteriit. Secundò, præteritum in futurum mutavit. Tertiò, *filius hominis*, vertit *homo*.

Digitized by Google

IRENOPOLITA.

Cap. 11. 12: *Terra Domini Dei tui, illam quærit cum Verbo ſuo.* Ut ſcilicet in illa populo ſuo benedicat, &c.

RITTANGELIUS.

Ad verſionem ejus reſpondemus illud Talmudicum; *Lupus & canis, canis villaticus & vulpes, quamvis ſibi ſunt ſimiles, tamen ſunt heterogenea* (vel diverſi generis) Chaldæus verò habet; *Terra, quam Jehova Deus tuus quærit eam cum Verbo ſuo.* Sic Textus Hebræus; *Terra, quam Jehova Deus tuus quærit eam.*

IRENOPOLITA.

Verſ. 23: *Ejecit Verbum Domini omnes populos illos.* Quia hoc juſta Dei ultione aut potentia factum eſt.

RITTANGELIUS.

Mi Irenopolita, *Num tandem*, juxta illud Hebræorum & Chaldæorum proverbium *finem facies Verbis ventoſis:* Nam ventum & hic paſcis. Ubi Jonathan & cœteri Paraphraſtæ, vel Textus Hebræus, aut Latina, Germanica, Polonica, Italica, Hiſpanica, Gallica, Arabica, Danica, &c. verſio habet, *ejecit* in præterito? Miror hominis cæcitatem, forte uno oculo tantum videt, aut albedo & nigredo oculorum ejus permiſcentur; ita ut circuli confundantur; *Ejecit* & *ejiciet* non idem ſunt. Paraphraſtes habet *ejiciet* in futuro, & non *ejecit* in præterito.

IRENOPOLITA.

Cap. 12. 5: *In terra quam ſelegit Verbum Domini ex omnibus tribubus.* Idem quoque verſ. 11. Sequeſtratio enim vel electio loci cultui divino deſtinati, erat facta beneplacito Dei per verbum ejus ſignificato.

RITTANGELIUS.

Iterum in Paraphraſten Chaldæum injurius es. Hæc ſunt Paraphraſtæ verba. *Sed in terra, in qua placuerit Verbo Jehovæ Deo veſtro ex omnibus tribubus veſtris.* Textus Hebræus habet, *Sed ad locum quem ſelegerit Jehova Deus veſter ex omnibus tribubus veſtris.* Noſter interpres habet, *quam ſelegit Verbum Domini,* in præ-

in præterito, Chaldæus non *ſelegit* ſed *in qua placuerit* in futuro. Textus Hebræus quidem habet, idem verbum *ſeligere*; Sed etiam in futuro, nempe, *ad locum quem ſelegerit*. (Quis? Textus Hebræus) *Jehova*, Chaldæus *Verbum Jehovæ*. (Quis eſt iſte *Jehova*? Textus Hebræus) *Deus veſter*; Dic tu Chaldæe, quis eſt iſte, quem tu *Verbum Jehovæ* nominas? *Deus veſter*. Præterea notari velim noſtrum interpretem affixum *Chun* (*Veſtrum*) in voce *Schifftechun*, ſupine neglexiſſe. Chaldæus & Textus Hebræus habent *ex omnibus tribubus veſtris*, non *ex omnibus tribubus*. Dein & primam vocem verſus *Eloben* (ſed) omiſit.

IRENOPOLITA.

Cap. 18. 7: *Et ſerviet in nomine Verbi Domini Dei ſui*. Vult ut Levita ſecundum præſcriptum Verbi Dei miniſterio ſuo fungatur non pro ſuo lubitu, utque omnia faciat ad gloriam illius Dei, qui ſe in verbo ſuo revelaverat.

RITTANGELIUS.

Hic iterum fumos vendis. Nullus unquam Hebræorum ſcriptorum tale quid ſomniavit, Chaldæum, hoc in loco ideo *Verbi Jehovæ* feciſſe mentionem, quod Deus ſe in verbo ſcripto revelaverat; atque adeo *Verbum Jehovæ* ſignificare *Verbum ſcriptum*. Sed audi. Deus ſe revelavit in tempore & tali ſeculo, quo verbum ſcriptum nondum in rerum natura fuit; Cur ibi facta eſt mentio à Jonathane *Verbi Jehovæ*? Adhuc audi: multi fungebantur ſacerdotio, ante legiſlationem, quo tempore lex ſcripta non extabat, & ibi quoque fit mentio *Verbi Jehovæ*, quid ergò *Verbum Jehovæ* ibi ſignificat? Dicam quod res eſt; Textus Hebræus habet; *Et ſerviet in nomine Jehovæ Dei ſui*: Applica; *Et ſerviet in nomine*, (*in cujus nomine*? Textus Hebræus) *in nomine Iehovæ*. Chaldæus hunc Hebræorum Jehovam nominans *Verbum Iehovæ* dicit; *in nomine Verbi Iehovæ ſerviet*. Jam; Quis eſt iſte *Iehova* Hebræorum, quem Chaldæus *Verbum Iehovæ* nominitat? Textus Hebræus & Chaldæus, *Deus Levitarum*. Juxta noſtrum Irenopolitanum interpretem, *Et ſerviet in nomine* (in cujus nomine? Irenopolita) *in nomine Verbi ſcripti*; (Quodnam eſt illud *Verbum ſcriptum*? Irenopolita) *Verbum ſcriptum, litera mortua eſt Deus Levitarum*. Circulus eſt.

IRENOPOLITA.

Verſ. 19: *Quæ loquetur in nomine Verbi mei, requiram ab illo.*

Digitized by Google

Eadem quoque apud Onkeloſum. Fons Hebræus ſimpliciter habet, *loquetur in nomine meo*. Significant Paraphraſtæ Prophetam illum, non ex proprio inſtinctu, non ex inſtitutione alterius hominis, neque ex ſuggeſtione impuri ſpiritus locuturum eſſe ad populum, ſed tantum, ex Dei ipſius juſſu & revelatione, qui verba prophetiæ ſuæ inditurus erat ori ejus; quam expoſitionem utraque paraphraſis ſuppeditat ad illa verba verſ. 18: *Et ponam verba mea in ore ejus*, ubi reddit *Et indam Verba prophethiæ meæ ori ejus*.

RITTANGELIUS.

Ignoſcat Irenopolitanus noſter interpres, quod fraudem hic ejus detegam, quam commiſit tam in citandis, quam in vertendis Chaldæis, nempe quod nunquam, ut ſæpius diximus, Chaldæos legiſſe videatur, ſed textui Hebræo, vel Vatabli, vel aliorum ſacræ ſcripturæ interpretum verſioni; loco *Iehovæ* duntaxat addiderit Chaldæorum *Memra Jehovæ* (*Verbum Jehovæ,*) & ita pro Jonathanis Paraphraſi vendiderit. Siccine decet in re ſeria lectorem ludere? Notari velim quadruplicem illum in tam breviſſimo ſermone commiſiſſe errorem. Primò ut fallaciis ſuæ cauſæ patrocinium quæreret, in initio hujus verſus ſibi contraria verba omiſit, quæ ita ſonant; *Et erit vir* (ille) *qui non obedierit ſermonibus prophetiæ meæ, quos loquetur in nomine meo*: Hæc ſunt, quæ tuo commentario applicari poſſunt: Tu verò illa omittis & horum ſenſum impiè poſterioribus à te citatis verbis affingere conaris. Hæc vero ſunt illa, quæ agunt *prophetam illum non ex proprio inſtinctu, nec ex inſtitutione alterius hominis, neque ex ſuggeſtione impuri Spiritus locuturum eſſe, ſed juſſu Dei & revelatione*, & non illa, quæ tu infers. Nam Chaldæus hoc in loco, & ubicunque mentio fit in ſacra ſcriptura ſermonis prophetici vel ſermonis ore prolati, reddidit per *Pithgamah*, vel *Dibbura* vel *Millah &c.* (ſermonem propriè & genuine ore prolatum ſignificantia;) nullibi vero per *Memra d' Adonai* (*Verbum Jehovæ,*) per quod, ut ſæpius inculcatum eſt; Chaldæi ipſum *Jehovam* exprimunt. Quid audio? Chaldæos in omnibus ſuis, ſupra ſcripturam ſacram, commentariis, nullo in loco per *Memra d' Adonai* (*Verbum Iehovæ*) expreſſiſſe ſermonem propheticum? Ita eſt; in nullo loco totius ſacræ ſcripturæ, ſed ſemper per prædicta vocabula; nempè vel per *Pithgamah*, vel *Dibbura*, vel *Millah*. Sed unde hoc probas mi Rittangeli. Summa cum cura atque diligentia omnia illorum, in ſcripturam ſacram ſcripta percucurri, nullum contrarium locum invenire potui. Si tu vel unicum inveneris, vapulabo. Secundo hic iterum

Digitized by Google

rum committis fallaciam compoſitionis & diviſionis; Chaldæus enim habet *quos loquetur in nomine meo*, hic debet eſſe, quod tu omiſiſti comma vel diſtinctio. Quid ſequitur? *Verbum meum vindictam ſumet ab illo*, & non *requiram ab illo*, ſicuti tu habes. Nam hæc ſunt Textus Hebræi formalia, quæ tu pro Chaldæi venditare conaris. Et hæc eſt tertia nota, quæ adhuc ſemel ſub examen vocetur. Nam & hic aliquo modo Textum Hebræum mutilas, dum τὸ *Anochi* (EGO) ſupine neglexiſti, quod EGO, ipſum Jehovam notans, Chaldæus per *Verbum meum* expreſſit: Ut *Anochi Edroſch Me-immo*; Hoc eſt. *EGO requiram ab illo* & non ſimpliciter *requiram ab illo*. Nam ſemoto τὸ *Anochi* (EGO), quæ apud Hebræos veneranda vox vel potius nomen Dei eſt, quando Deum reſpicit;) adhuc manet verbum futuri temporis, primæ perſonæ τὸ *Edroſch* (*requiram*.) Quarta nota eſt: dum pronominis poſſeſſivi primæ perſonæ affixam particulam (nempè *Iod*) plane omittit in voce *Biſchmi* (*in nomine meo*;) & ſimpliciter vertit *in nomine*.

IRENOPOLITA.

Cap. 19. 15: *Quod peccaverit contra Verbum Domini.* Hoc eſt, contra legem ejus: ut à propria ſignificatione non ſit recedendum.

RITTANGELIUS.

Ventum paſcis & Chaldæum male vertendo & ſenſum Verborum evertendo. Nam in his verbis, quæ tu hic citas, nullam Chaldæus verbi ſcripti vel legis facit mentionem. Nec etiam quicquam horum habet textus Hebræus. Jonathanis formalia ſunt hæc, ſed cum aliqua & quidem maxima diſcrepantia: nempè *non conſiſtet teſtimonium alicujus contra* (quempiam) *virum*, *ad omnem iniquitatem & ad omne delictum abſconditum & ad omne peccatum quod peccaverit*. (Hic jam arrige aures) *Sed juxta Verbum Iehovæ vindicta ſumenda eſt de abſconditis.* Ecce Chaldæus dicit: *Iuxta Verbum Domini vindictam eſſe ſumendam de abſconditis*, quod certe longe aliud eſt, quam quod tu in tua verſione infers, nempè *quod peccaverit contra Verbum Domini*. Nunc erue ſenſum, ſi vir es, quem obtendis; invanum laborabis. Nam hic Chaldæi ſenſus eſt, iſque vel lippis obvius, nempè *Non conſiſtet teſtimonium alicujus contra quempiam* (De quo peccato?) *de abſcondito.* (Quid ergo?) *Vindicta de abſcondito ſumenda eſt*; (juxta quem? juxta legem ne? Nequaquam. Nam juxta legem omnis conſiſtit veritas in ore duorum triumve teſtium; Et hoc ipſum, de ma-

nifeſtis tantum, quod vel oculis propriis viderunt vel auribus audiverunt. At verò hic de occultis agitur, quæ judicat is, qui renes & corda ſcrutatur, hoc eſt, *Jehova*; quem Chaldæus Verbum Jehovæ nominans dicit, *juxta Verbum Iehovæ vindicta ſumenda eſt de abſconditis*, non juxta legem, literam mortuam.

IRENOPOLITA.

Cap. 21. 5: *Quia iis delectatur Verbum Domini Dei veſtri, ut ſerviant ei.* Significaverat enim Deus in verbo ſuo, ſe ex omnibus tribubus ſelegiſſe Leviticam, ut ea cultui ejus eſſet conſecrata: hoc modo metonymice Verbo Domini tribuitur delectatio vel beneplacitum: uti quoque Pſal. 68. 17: fit.

RITTANGELIUS.

Hunc locum principaliter agere de ſelectione Levitarum, falſum eſt: Sed de eo, cujus autor ignoratur, ruri clanculum occiſo. Obiter autem & tantum per accidens, in parentheſi, Levitarum fit mentio; Verbi ſcripti vero nec unico apice. Sed examinemus hæc adhuc dum penitius: Quid dicit Textus Hebræus? *Et accedent Sacerdotes filii Levi, quoniam illos elegit Jehova Deus veſter, ut ſerviant ei, & ad benedicendum in nomine Iehovæ.* Compara! Si vir es: Textus Hebræus. *Quoniam illos elegit.* (Quis elegit illos? Textus Hebræus.) *Jehova*; Chaldæus hunc *Iehovam* vocans *Verbum Iehovæ* dicit: *Quoniam Verbum Iehovæ habet beneplacitum in illis.* Interpres noſter; *verbum ſcriptum, litera mortua, lex elegit vel delectatur iis.* Et hoc vult metonymice intelligi. Sed adhuc audi; Quis eſt iſte Hebræorum *Jehova*, qui elegit illos? Textus Hebræus *Deus Veſter.* Jam dicito Chaldæe. Quis eſt iſte Hebræorum *Iehova*, quem tu *Verbum Jehovæ* nominitas? Chaldæus. *Deus veſter eſt hoc Verbum Jehovæ.* Quid amplius? *ut ſerviant ei*, (cui? Textus Hebræus) *Iehovæ.* Chaldæus, *ut ſerviant Verbo Jehovæ*: (Quid tandem?) *ad benedicendum illis in nomine* (in cujus nomine? Textus Hebræus) *Jehovæ*; Chaldæus) *Verbi Jehovæ.* Hinc cadit tua ſententia, de lege, Verbo ſcripto ſeu litera mortua.

IRENOPOLITA.

Verſ. 20: *Et dicent ad ſapientes urbis. Fecimus ſecundum decretum Verbi Domini.* Nihil hic concipi poteſt extra ſtatutum vel ſententiam legis contra filium immorigerum.

RIT-

RITTANGELIUS

Pace tua, mi Irenopolita, ſatis pro imperio & nimis liberaliter hunc locum vertiſti. Quo jure neſcio. Nam quia Jonathan forte ſic habet? Minimè. Siquidem contrarium habet Jonathan, nempe *tranſgreſſi ſumus decretum Verbi Iehovæ*; Et hæc Irenopolitanus noſter interpres vertit, *fecimus ſecundum decretum Verbi Domini.* Quid ergo? ut homo eſt, ita morem geram. Vereor enim, ne & ipſi, quod olim, accidat; qui (juxta illud Hebræorum) *eructavit & oſcitavit, ſternutavit, exſpuit & ſimul animam exhalavit.* Parum & hic ſui conſtans eſt, dum dicit, *nihil hic concipi poſſe extra ſtatutum vel ſententiam Legis contra filium immorigerum.* Sicut pecus enim loquitur, qui rationem dicti ſui neſcit. Siquidem, nec minimo apice, in his ab ipſo citatis verbis filii immorigeri mentio fit; ſed parentum tantum, qui ſuam propriam, & non filii immorigeri, tranſgreſſionem coram ſenioribus vel ſapientibus urbis confitentur. Examinemus Jonathanis verba, in quorum verſione Irenopolita ex nimia oſcitantia ceſpitavit, nempe. *Et dicent ad ſapientes Civitatis; Transgreſſi ſumus decretum Verbi Iehovæ.* Hic arrige aures; *Et dicent* (Quis? Chaldæus) *Parentes*, (Ad quem? Chaldæus,) *ad ſapientes Civitatis.* (Quid dicent? Chaldæus,) *Transgreſſi ſumus decretum*, non *fecimus ſecundum decretum*, ut tu nugaris. Sed adhuc audi: Cujus decretum transgreſſi eſtis? Chaldæus *Verbi Iehovæ.* Ecce quomodo *decretum*, vel juxta te, *ſtatutum* & *ſententiam legis*, ab eo ipſo, cujus *decretum* vel *ſtatutum*, vel *ſententia*, vel *lex* eſt, diſtinguit: nempe à *Verbo Iehovæ.* Nam *decretum* reddunt Chaldæi ubique per ejus propriam & genuinam vocem *ת Geſerah*, ſic & *ſtatutum ſententiam* & *legem*, *&c.* quodlibet per proprium & genuinum vocabulum & nullibi per *Memrah Iehovæ* (*Verbum Iehovæ.*) Quid audio! Ergo Chaldæi prædicta hæc, ut *ſtatutum*, *decretum*, *ſententiam & legem*, *&c.* nunquam, in omnibus ſuis, ſupra ſcripturam, commentariis per *Memra d' Adonai* (*Verbum Iehovæ*) reddiderunt? Sic eſt. Si vel unico in loco totius ſacræ ſcripturæ, *decretum*, *mandatum*, *ſententiam* vel *legem* per ע *Memra d' Adonai* (*Verbum Jehovæ.*) redditum oſtenderis, Palmam cedam. Hinc ergo per tales Univerſaliſſimos, ſine omni exceptione, canones cadit Photinianorum ſententia? Imo plane concidit.

IRENOPOLITA.

Cap. 26, 18; *Et Verbum Domini ſelegit vos exaltatione una.* Targum

gum autem Hieroſol. ad verſ. 17. 18: reddit *Verbum Domini regnare ſuper vos fecit*. Aptè hic intelligitur gratuitum decretum Dei, quo ſtatuerat populum Iſraeliticum ſibi in peculium ſeparare; Vel etiam Verbum, quatenus ad providentiæ divinæ media & executionem pertinet.

RITTANGELIUS.

De ejus verſione non adeo accuratam, cum eo, inſtituemus rationem. Quod vero addit, *Targum autem Hieroſol. ad verſ. 17. 18: reddit, Verbum Domini regnare ſuper vos fecit*, falſum eſt. Nam verſ. 17: habet Targum Hieroſolymitanum, *Verbum Jehovæ regnare feciſtis ſuper vos hodie, ut eſſet vobis in Deum*. Applica; *Regnare ſuper vos feciſtis bodie*, (Quem? Textus Hebræus) *Jehovam*, Chaldæus *Verbum Jehovæ*. (Quare? Textus Hebræus) *ut Iehova ille eſſet vobis in Deum*: Chaldæus *ut* (*Verbum Iehovæ*) *eſſet vobis in Deum*. Tu interim ſudabis oſtendere, *Iehovam* quem Chaldæi *Verbum Iehovæ* nominitant, quemque ut Moſes & Chaldæi hic dicunt, filii Iſrael regnare ſuper ſe fecerunt, vel condixerunt, ut eſſet ipſis in Deum, eſſe decretum gratuitum & providentiæ divinæ medium & executionem. Secundò notari velim nec verſ. 18: Targum Hieroſolymitanum ita habere.

IRENOPOLITA.

Cap. 28. 7: *Ponet Verbum Domini hoſtes veſtros contra vos inſurgentes ad malefaciendum* (*in*) *terrores coram vobis*. Hoc eſt, conſervatio & protectio Dei, quam vobis legis ſuæ cultoribus promiſit in verbo ſuo.

RITTANGELIUS.

Iterum extra chorum ſaltat; & ut aliquo modo ſenſum elicere poſſit, particulam parentheſi incluſam, quæ quidem in Jonathanis paraphraſi non extat, non neceſſariam annectit. Chaldæus ſic legit, *Ponet Verbum Iehovæ inſurgentes contra vos ad malefaciendum confractos coram vobis*. Comparemus jam hæc Jonathanis verba & Textum Hebræum cum interpretis noſtri verſione. Textus Hebræus. *Dabit Iehova hoſtes veſtros*, Chaldæus, *Ponet Verbum Iehovæ hoſtes veſtros*. Germanica verſio, der HErr vel GOtt wird deine Feinde geben. Vide *Verbum Iehovæ* apud Chaldæos, Jehovam apud Hebræos, *Dominum* vel *Deum* apud Latinos, HErr vel GOtt apud nos Germanos, ſignificare,

gnificare, notare creatorem omnium, *non protectionem* vel *conſervationem in Verbo ſcripto promiſſam.* Nam quis hic exiſteret ſenſus; *Conſervatio & protectio Dei in verbo ſcripto promiſſa ponet inimicos veſtros in terrores.* Halitus eſt. Secundò, notari velim Chaldæum non habere *terrores*, prout ipſi interpres noſter affingit, ſed *confractos.* Ex. gr. *Verbum Iebovæ ponet boſtes veſtros &c. confractos coram vobis.*

IRENOPOLITA.

Verſ. 11: *Abundare vos faciet Verbum Domini in bonum cum fructu ventris veſtri.* Eodem ſenſu, quo benedictio tribuitur Verbo Dei. Vide ad Gen. 24. 1: & Num. 6. Intelligitur enim hic vis quædam conſervans Verbo Dei conjuncta.

RITTANGELIUS.

Hic iterum hallucinaris. Chaldæus habet, *Et reſiduos* vel *ſuperſtites vos faciet*; Sic etiam Textus Hebræus & Onkelos habent, & non *abundare faciet.* Sed quis eſt ille, qui reſiduos faciet eos? Textus Hebræus *Iebova*; Chaldæus *Verbum Iebovæ*; Interpres noſter; *Vis quædam conſervans Verbo ſcripto, literæ mortuæ conjuncta abundare faciet eos.* Etiamſi clavam de manu Herculis extorſeris, nullo tamen modo demonſtrare poteris Hebræorum *Iebouam*, quem Chaldæi per *Verbum Iebovæ* exprimunt, notare *vim aliquam Verbo ſcriptö, literæ mortuæ conjunctam.*

IRENOPOLITA.

Verſ. 25: *Conſtituet vos Verbum Domini terrores coram hoſtibus veſtris.* Non abſimilem loquendi modum vide ad verſ. 7.

RITTANGELIUS.

Tua cum venia. Ad hæc jam ſupra verſ. 7. reſponſum & oſtenſum eſt, Chaldæum nec ibi, ſicuti nec hic *terrores*; ſed *confractos* habere. *Ut conſtituet vos Verbum Iebovæ confractos &c.* non *terrores.*

IRENOPOLITA.

Verſ. 27. *Percutiet vos Verbum Iebovæ ulceribus Ægypti*; & Targum. Hieroſol. Ita quoque verſ. 28. 35: *Percutiet vos Verbum Domini.*

Digitized by Google

RITTANGELIUS.

Textum Hebræum vel Latinam aliquam ſeu vernacule redditam verſionem noſter Irenopolita arripit, nuda vocula τὸ *Memrab* (*Verbum*) adjecta. Nam Chaldæus hæc habet; *Percutiet vos Verbum Iehovæ ulceribus quibus percuſſi ſunt Ægyptii*. Non *ulceribus Ægypti*; ſicuti Textus Hebræus, Latina, Germanica, Polonica & aliæ quotquot ſunt habent verſiones, ſed, ut dictum eſt, ulceribus quibus percuſſi ſunt Ægyptii extat in Paraphraſi Chaldaica.

IRENOPOLITA.

Verſ. 48: *Et ſervietis hoſtibus veſtris, quos concitavit Verbum Iehovæ contra vos.* Quia Verbum Domini punitionis quaſi executor eſt.

RITTANGELIUS.

Hic iterum futurum in præteritum mutavit. Chaldæus habet *quos concitabit Verbum Iehovæ* in futuro, & non *concitavit* in præterito. Textus Hebræus etiam habet in futuro Verbum *immittet*. Sed audi, *Et concitabit*. (Quis? Textus Hebræus) *Iehova* (Quis eſt hic Jehova? Chaldæus,) *Verbum Iehovæ*. Dic tu Irenopolita quis eſt ſumme bonus & intimè miſericors Jehova? Irenopolita: *Jehova eſt punitionis executor*. O impudens & blaſphemum os!

IRENOPOLITA.

Verſ. 49: *Concitavit Verbum Domini gentem contra Vos è longinquo.*

RITTANGELIUS.

Hic iterum hallucinatur inque priorem impingit ſcopulum: Chaldæus hic etiam habet *concitabit* in futuro, & non *concitavit*, in præterito.

IRENOPOLITA.

Verſ. 59: *Et abſcondet Verbum Domini à vobis Spiritum Sanctum, ut ſint plagæ ſuper vos.* Onkelos habet, *Et mirabiles efficiet Dominus plagas.* Ita quoque Textus Hebræus, quamquam alii

alii hic vertunt. *Et ſeparaverit Dominus &c.* Atque hoc ſenſu videtur Jonathan ſumpſiſſe, de remotione vel ſublatione gratioſæ præſentiæ Dei à populo ſuo, quia non tantum arcana ſua per Prophetas ſignificabat, ſed & omni benedictionum genere illum cumulabat. Hanc benignam populi conſervationem dicit ſublaturum eſſe Verbum Domini, tanquam iræ & punitionis inſtrumentum.

RITTANGELIUS.

Et hic iterum extra chorum ſaltas, conjunctionem cauſalem ponendo pro conditionali. Dicis enim *Verbum Domini abſcondet &c. Spiritum Sanctum, ut ſint plagæ ſuper vos*, cum Chaldæus habeat, *cum venerint plagæ ſuper vos*. Text. Hebr. habet, ipſo Antagoniſta noſtro teſte, *Et mirabiles efficiet*, vel *ſeparaverit Iehova*. Chaldæus hunc *Jehovam* per *Verbum Jehovæ* exprimit dicens, *Verbum Jehovæ abſcondet*. Noſter interpres dicit hunc Hebræorum *Iehovam*, iræ & punitionis inſtrumentum eſſe. Blaſphemia eſt.

IRENOPOLITA.

Verſ. 63: *Et fiet, quod ſicut lætatum fuerat Verbum Jehovæ ſuper vos, ad benefaciendum vobis & multiplicandum vos, ſic quoque exultabit ſuper vos Verbum Domini &c.* Lætitia hic tribuitur Verbo Dei, ne quis cogitet humanam affectionem aut mutationem in ipſum cadere Deum. Sicuti ubique hoc religioſe caviſſe videntur Paraphraſtæ, ne quid indignum divina majeſtate mens humana concipiat. Simili ratione quoque Pſalm. 68. 17: Onkelos Verbo Domini tribuit voluptatem vel delectationem.

RITTANGELIUS.

Cave, quod eſt nimium, & ſume quantum capis, non quantum velis: Atque id, quod vis facere ſæpius, fac moderate. Jam enim aliquoties diximus, quod nos ſcholaſticarum vulpecularum, conjugationes grammaticas diſcernere neſcientium, nugis implicari non amemus. Ne autem tecum iniquius agere exiſtimemur, audiamus Paraphraſten. *Et fiet, quemadmodum lætatum eſt Verbum Jehovæ ſuper vos ad benefaciendum vobis, & multiplicandum vos; Sic lætari quoque faciet Verbum Jehovæ ſuper vos peregrinas gentes, ad perdendum vos & ad conſumendum vos.* Vides Chaldæum hic habere, *Sic lætari faciet Verbum Jehovæ ſuper vos peregrinas gentes*; & non *ipſum Verbum Jehovæ exultabit*

ſuper vos &c. ut tu nugaris. Ad cætera ſuprà jam toties reſponſum eſt.

IRENOPOLITA.

Cap. 29. 1: *Vos vidiſtis omnes plagas, quas fecit Verbum Domini coram oculis Veſtris in Ægypto:* Quia Verbum Domini non tantum judicis, ſed & executoris vices obtinet in divina ultione. Vide ſimilem loquendi modum ad Gen. 12. 17:

RITTANGELIUS.

Chaldæus ſimul & Textus Hebræus habent *in terra Ægypti*, & non *in Ægypto* ſimpliciter. Ad cætera in proximo præcedente verſu jam reſponſum eſt.

IRENOPOLITA.

Verſ. 3: *Non dedit vobis Verbum Jehovæ cor ad cognoſcendum Deum.* Solet enim Deus per verbum cognitionem ſui hominibus largiri, ut metonymicè cauſæ mediæ tribuatur, quod convenit efficienti principali.

RITTANGELIUS.

Tua cum venia Chaldæus habet contrarium, nempe Deum illis dediſſe cor ad cognoſcendum. Ad reliqua ſupra reſponſum eſt; nempe Hebræorum *Jehovam* Chaldæum nominitare *Verbum Iehovæ.*

IRENOPOLITA.

Verſ. 22: *Quia Sodomam & Gomorrham & terram Zeboim convertit Verbum Jehovæ in furore & conſumptione ſua.* Verbum enim Dei ſicuti clementiæ & benedictionis, ita & ſeveritatis ac punitionis divinæ attributum paſſim ſtatuunt paraphraſtæ. Vide ſuprà aliquoties.

RITTANGELIUS.

Et hæc Calx ſine arena eſt. Chaldæus ſic habet, *interibit ſicuti everſio Sodomæ, Gomorrhæ, Adamæ & Zeboim, quæ evertit Verbum Jehovæ in ira ſua & in conſumptione ſua.* Primum vitium eſt; Chaldæus habet *interibit* non *convertit.* Secundum

eſt;

Digitized by Google

eſt, quod noſtro Irenopolitano interpreti, juxta illud Hebræorum proverbium, *Iod* (quæ litera eſt omnium minima) ampliſſima urbs viſa ſit. Nam hæc Textus Hebræi & Chaldæi verba *Adama & Zeboim*; Latina vel Germanica verſione non inſpecta, interpretatus eſt, *terram Zeboim*. Hoc eſt, vocabulum *Adama* (quod alias *terram* quoque ſignificat, & hoc in loco nomen proprium, tertiæ in ordine civitatum Sodomiticarum eſt, noſter interpres pro tota terra & regione aſpexit.

IRENOPOLITA.

Cap. 30. 3. *Et recipiet verbum ejus cum delectatione reſipiſcentiam veſtram*: tum quia verbo ſuo illam poſtulat; tum quia voluptatem & delectationem ſuam eodem ſignificare ſolet: maximè vero ne quid humani in hac voluptate Dei concipiatur.

RITTANGELIUS.

Hic torturæ exponitur & Textus Hebræus & Chaldaica paraphraſis, ſimul & noſtri Irenopolitani interpretis præconcepta opinio. Textus Hebræus ſic ſonat: *Et convertet Iehova Deus tuus captivitatem tuam & miſerebitur tui*, Chaldæus: *Et recipiet Verbum ejus cum beneplacito reſipiſcentiam veſtram & miſerebitur veſtri*. Irenopolitanus noſter interpres; *Lex vel delectatio atque voluptas recipiet, cum lege, delectatione & voluptate reſipiſcentiam veſtram*. Mera præoccupatæ mentis figmenta.

IRENOPOLITA.

Verſ. 4: *Inde congregabit vos Verbum Domini per manus Eliæ magni Sacerdotis*; *atque inde adducet vos per manus regis Meſſiæ*. Liberationem Judæorum ex ultimo hoc exilio tribuit Jonathan Verbo Dei, ſenſu eodem; quo & vindicationem ex Ægyptiaca ſervitute eidem aſſignat ſupra cap. 6. 21: Vel etiam quia Judæus hic ſomniat in hoc aliiſque vaticiniis illam eſſe promiſſam.

RITTANGELIUS.

Eandem ubique cantilenam canis. Numnè verò hæc liberatio *Verbo*, (ut tu ſemel, adeoque & ſemper, inculcas,) ſcripto; an vero *Verbo ipſi Jehovæ* à Jonathane adſcribatur vel lippis patet? Nam quomodo hæc quadrarent; *Inde congregabit vos lex vel Verbum ſcriptum, litera mortua per manus Eliæ magni ſacerdotis, atque inde reducet vos lex, litera mortua, per manus regis*

Meſſiæ? Crede mihi, hæc ſi Chaldæi ſententia fuiſſet, ipſe dilucidationis ergo, non *Memra* (*Verbum*,) per quod Chaldæus ipſum *Iehovam* exprimit, ſed vel *Oraitah*, vel *Pithgama* vel *Dibbura* vel *Millah*, quibus ille ſolis, & nullo alio, ubique per ſcripturam totam *Verbum ſcriptum* vocare ſuevit, poſuiſſet. Lectori ergò hoc firmum fixumque hæreat, Chaldæum ubique per *Verbum Jehovæ* intelligi velle Hebræorum *Jehovam*; & non *Verbum ſcriptum* ſed *ſubſtantiale*.

IRENOPOLITA.

Verſ. 5: *Adſcendere vos faciet Verbum Domini Dei in terram quam poſſiderunt patres Veſtri*; Quia reductio hæc in terram promiſſam in verbo Dei promiſſa fuerat populo ad meliorem frugem reverſo; ut ſignificetur fidelitas in præſtandis promiſſis, vel ſi mavis, potentia in exequendis.

RITTANGELIUS.

Chaldæus quidem tua cum venia, hoc in loco non habet *Verbum Domini Dei*, ſed *Verbum Jehovæ Deus Veſter.* Cui bono hæc lacuna. Compara jam hæc cum tua verſione & textu Hebræo. Textus Hebræus *Et adducet te.* (Quis? Textus Hebræus) *Iehova.* (Quis eſt iſte Jehova? Textus Hebræus) *Deus Veſter.* Chaldæus dicit; *Et adducet te*, (Quis? Chaldæus) *Verbum Iehovæ.* (Quodnam eſt hoc Verbum Jehovæ? Chaldæus) *Deus Veſter.* Audiamus nunc noſtrum interpretem. *Et adducet te.* (Quis? Irenopolita.) *Fidelitas in præſtandis promiſſis & potentia in exequendis.* (Quæ eſt iſta fidelitas &c. & potentia? Irenopolita) *fidelitas & potentia eſt Deus Veſter*, *qui aſcendere vos faciet.* Neque cœlum neque terram attingit.

IRENOPOLITA.

Verſ. 9: *Revertetur Verbum Domini exultando in bonum veſtrum.* Quomodo gaudium & exultatio Verbo Dei tribuatur: Vide ſupra cap. 28. 63.

RITTANGELIUS.

Pudet me toties interpretem noſtrum monere neglectarum in interpretando particularum, vitioſæque interpretationis. Nam Chaldæus habet, *quoniam revertetur* & non ſimpliciter *revertetur.* Dein *Exultando propter vos ad benefaciendum vobis*, & non *exultando in bonum veſtrum.*

IRE-

IRENOPOLITA.

Cap. 31. 8: *Et Verbum Domini majeſtatis ejus ducens coram te, & Verbum ejus erit in auxilium.* Hic unicus eſt locus apud Targumiſtas, ubi Schechina, Majeſtas vel Spiritus Dei cum ejus verbo jungitur; alias hæc tria, *Memra Iehovæ*, *Schechina & Iekara* Targumicis diverſa ſunt, quanquam Rabbi Majemon More Neboch. part. 1. cap. 21. ſtatuat Onkeloſum indifferenter has tres voces uſurpare, ubi ellipſin relativi alicujus Deo tribuendi vult ſupplere, uti in illo Exod. 34. 6: *Et tranſivit Dominus ſuper faciem ſuam:* Onkelos reddit; *Et tranſire fecit Dominus Schechina vel majeſtatem ſuam ante illum.* Hic autem *Majeſtas Verbi Iehovæ*, dicitur vices ducis obire ante Joſuam, quia columna iſta ὁδηγὸς, vel potius angelus, externum erat ſymbolum Majeſtatis ſeu præſentiæ Dei gratioſæ, ut non immerito hujus ducis & gubernatoris partes deferat.

RITTANGELIUS.

Denſæ hic ignorantiæ nubes benevolo Lectori obveniunt. Num vero ita habeat Chaldæus ex ſubſequentibus ejus formalibus verbis videbimus; *Et Verbum Iehovæ, cujus divinitas ducet te, & cujus Verbum in auxilium tuum, (vel tecum) erit, non derelinquet te, neque abominabitur te, ne timeas, & ne ſis anxius.* Conferatur jam utrumque & pateſcet. Primo: interpretationis vitium, dum *Schechina* vertit *Majeſtatem*, quod Chaldæi nunquam ipſum docuerunt. Secundò, ſine teſtibus hoc probare vult; citando Maimonidem, quem forte nunquam vidit, ideoque Majmonidis formalia ſtudio neglexit, ſimilans illud Hebræorum dictum, *Qui vult mentiri elongat teſtes.* Tertiò, prodigit ſuam autoritatem, ea aſſerens, quæ ſeu ignorantiæ ſeu audaciæ arguunt: Tu ne legiſti Targum & hunc locum haud ſecus quam ſemel obviam habuiſti? Inſpice tuam ipſius hanc ſcripturæ locorum ſylvam, & plus quam ſemel invenies, ubi *Schechina majeſtas vel ſpiritus Dei cum Verbo ejus jungitur.* Quarto; Malam (quod hæc contra mentem autoris interpretatus es) à Targumicis inibis gratiam, Verbis enim illorum affingis ſenſum, quem non illi intendunt; Sed tu invito labore tibi imaginaris, nempe hæc tria *Memrah Iehovæ*, *Schechina & Iekarah* Targumicis diverſa eſſe. Sed hoc falſum eſt; licet ex parte diverſa eſſe non negem.

IRENOPOLITA.

Verſ. 12: *Et trepidabant omnes illi coram Verbo Domini Dei Veſtri.* Loquitur de legis divinæ auſcultatione & obſervatione, ſumma cum animi reverentia præſtanda.

RITTANGELIUS.

Vah craſſum, eumque varium errorem! Primò, verba Textus Hebræi *coram Iehova*, Chaldæus vertit *coram Verbo Iehovæ.* Dein habet Chaldæus *coram Verbo Jehovæ Deo Veſtro*, & non *coram Verbo Iehovæ Dei Veſtri.* Noſter interpres vero Hebræorum *Iehovam*, quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimunt, vult eſſe Legis divinæ auſcultationem; Atque adeo ſequetur, ubi Textus Hebræus habet *Iehova*, ibi intelligendum eſt *legis divinæ auſcultatio & obſervantia.* Erue jam ſenſum; *Et trepidabunt omnes illi* (coram quo? Irenopolita) *coram legis divinæ auſcultatione & obſervantia*, (Quænam eſt illa legis divinæ auſcultatio & obſervantia? Irenopolita) *legis divinæ auſcultatio & obſervantia eſt Deus Veſter.* Hem egregium non minus interpretem quam revelatorem! Ita potius legendum erit, ſi recte mecum inſpexeris *trepidabunt*, (coram quo? Textus Hebræus) *coram Iehova* (Quis eſt ille Jehova? Textus Hebræus) *Deus Veſter.* Dic tu Chaldæe; Quis eſt, quem tu *Verbum Iehovæ* hic & ubique nominas? Chaldæus, Hebræorum *Iehova.* (Et quis Hebræorum *Iehova*? Chaldæus,) *Deus Veſter.*

IRENOPOLITA.

Cap. 32. 6: *Fieri ne poteſt ut nomini Verbi Iehovæ iſtud rependatis, populé ſtulte?* Quale verbum Domini intelligat paraphraſtes, mox addit: *Acceperunt legem & non evaſerunt ſapientes.* Itaque vult populum hac legis oblivione vel transgreſſione, fœdiſſimè ingratitudinis ſe reos facere apud Deum, ſicuti ultima verba hujus verſus manifeſtò evincunt.

RITTANGELIUS.

Mira hæc & intolerabilis Verborum textus ipſius & Chaldæorum mixtura. Nam verba Textus Hebræi vel cujusvis verſionis ſumit, & pro Chaldæorum vendit, aſſuta unica vocula Memrah (*Verbum.*) Ex. gr. *Populé ſtulte*, ſunt verba Textus Hebræi, vel alius cujusvis verſionis, quæ tamen ab Irenopolita introducuntur, ac ſi eſſent verba Chaldæi, cum Chaldæus ha-

beat; *popule qui fuerunt ſtulti*. Ejusdem farinæ eſt quod ſequitur; *Quale Verbum Domini intelligat Paraphraſtes*, *mox addit*. *Acceperunt legem & non evaſerunt ſapientes*. Quaſi vero, quia *Verbum Iebovæ* vel Hebræorum *Iebova* cum *lege*, in uno orationis contextu vel periodo invenitur; *Iebovam*, quem Chaldæi per *Verbum Iebovæ* exprimunt, ſignificare *legem*.

IRENOPOLITA.

Verſ. 9: *Aperuit Michael os ſuum dixitque: Quia ſors bona nominis Verbi Iebovæ populus ejus*. Reſpicit ad ſegregationem hujus populi, ex omnibus gentibus in peculium Dei, ejus verbo ſignificatum: cujus privilegii ratione nomen Dei illi impoſitum fuit, ut populus Dei vocetur.

RITTANGELIUS.

Paucis hic tantum opus eſt. Numne mi Irenopolita per *Verbum Iebovæ* hic *legem* intelligi alicui te perſvaſurum putas? ubi enim tunc litera mortua, vel verbum ſcriptum in rerum natura latebat, dum Chaldæus Michaelem hoc dixiſſe (*quia ſors bona nominis Verbi Iebovæ populus ejus*) nos docet?

IRENOPOLITA.

Verſ. 12: *Verbum Iebovæ illos ſolos habitare faciet in ipſorum terra*. Quia ab omni idololatria eam purgaturus erat, uti mox explicat Targum, Videtur autem reſpicere ad Zach. 13.2

RITTANGELIUS.

Hæc pro nobis dicis, quod ille, quem Textus Hebræus *Iebovam* nominat, dum dicit *Iebova ducet eum*, & quem Chaldæus per *Verbum Iebovæ* expreſſit, *terram Iſrael ab omni idololatria purgaturus erat*. Et concedimus gratis, forte Jonathanem reſpexiſſe ad Zach. 13.2: Nullo enim modo hæc, hoc in loco, de *lege* ſeu *Verbo ſcripto* intelligi poſſunt. Aut Chaldæus interpres nugas egit, dum ea hic *Verbo ſcripto* adſcribat, quæ Textus Hebræus ipſi *Iebovæ* adſcribit.

IRENOPOLITA.

Verſ. 23: *Dixi in vel Cum Verbo meo, quod congregaturus ſum mala*. Sic & Targum Hieroſ. Hoc eſt, ſtatui vel decrevi apud

 me

me ipſum. Eadem phraſis recurrit verſ. 26: Vide de his ad Gen 6. 5.

RITTANGELIUS.

Pace tua mi Antagoniſta non ita habet Chaldæus, ſed hæc; quæ ſequuntur ſunt ejus verba formalia: *Cum illi irent in Babyloniam, ſervierunt eorum idolis; Propterea dixi cum Verbo meo ad congregandum ſuper eos malum &c,* Hic iterum impingit, & quidem enormiter. Primo, omittit vocem conſignificativam *propterea*: Secundo, Chaldæus habet *ad congregandum malum*, non *quod congregaturus ſum mala*. Tertiò, vocem *Alehun* (*Super eos* nempe Iſraelitas) perperam omiſit. Quod tandem dicit, *Sic & Targ. Hieroſ.* Et hoc falſum eſt.

IRENOPOLITA.

Verſ. 36: *Siquidem Verbum Iehovæ ſecundum miſericordiam judex eſt populi Iſraëlis.* Sicuti ſeveritatis ita & miſericordiæ Dei attributum ſtatuitur Chaldæis Verbum Domini. Exempla ſupra paſſim ſunt obvia.

RITTANGELIUS.

Audiamus Chaldæum & textum Hebræum. Textus Hebræus; *Quoniam judicabit Iehova populum ſuum & de ſervis ſuis conſolabitur.* Chaldæus hæc ita vertit. *Quoniam judicat Verbum Iehovæ cum miſericordia ſua judicium populi ſui Iſraelis.* Applica jam: *Quoniam judicabit*, (Quis? Textus Hebræus) *Iehova.* Chaldæus Hebræorum *Iehovam*, nominans *Verbum Iehovæ* dicit; *Verbum Iehovæ judicabit.* Latini; *Deus judicabit.* Germani; GOTT vel HERR wird richten / Ecce hunc *Iehovam* quem Chaldæi *Verbum Jehovæ*; Germani GOTT vel HERR; Latini *Deum*, nominitant; noſter interpres vult eſſe *ſeveritatis* vel *miſericordiæ attributum.* Fumos & hic vendis. Hinc video te neſcire, quid ſit attributum.

IRENOPOLITA.

Verſ. 39: *Poſtquam revelatum eſt Verbum Domini ad liberandum populum ſuum.* Et mox; *Ego Verbo meo morte afficio & vivifico populum Domus Iſraelis.* De priori membro vide ad Gen. 11. 8: Secundæ partis ſenſus eſt, Deum verbo ſuo vel potentia ſua uti poſſe in populi ſalutem & perniciem.

RIT-

Digitized by Google

..ITTANGELIUS.

Hunc verſum à noſtro interprete noctu, dum ſomnus ipſi obrepſit, lectum & expoſitum eſſe conſtat, ita ut non immeritò dicere cogar, audaciæ parens, rerum ignorantia eſt, Nam hic fallacis ſuæ cauſæ ſubſidium in audacia ſua quærit. Sed in rem præſentem te deducam. Jonathan habet in priori membro hujus verſus ſic. *Cum revelabitur Verbum Iehovæ, ad liberandum populum ſuum*, in futuro; & non *poſtquam revelatum eſt Verbum Iehovæ* in præterito. Quis revelabitur? Textus Hebræus *Deus*, Chaldæus *Verbum Dei.* Interpres noſter vult hunc Hebræorum *Deum*, quem Chaldæi *Verbum Dei* vocant, eſſe *Verbum ſcriptum* In poſteriori membro Chaldæus habet; *Ego Verbo meo morte afficio, & vivifico: Ego vulneravi populum Domus Iſraelis, Ego ſano eos.* Hæc noſter interpres per contractionem vertit, nempè *Ego Verbo meo morte afficio, & vivifico populum Domus Iſraelis.* Fiat jam comparatio, Textus Hebræus. *Ego Iehova morte afficio &c.* Chaldæus, *Ego cum Verbo meo morte afficio.* Interpres noſter Irenopolitanus. *Ego litera mortua vel potentia, morte afficio*; Jehovam, literam vocans mortuam vel potentiam

IRENOPOLITA.

Verſ. 43: *Et ipſe Verbo ſuo oras terræ & populum ſuum expiabit.* Quia mediante verbo mundatio hæc futura erat.

RITTANGELIUS.

Omnes quotquot ſunt in univerſo terrarum Orbe, & quot unquam omnibus ſeculis fuerunt verſiones, habent, *Iehova ipſe terram & populum ſuum expiabit.* Chaldæus hunc *Iehovam* vocat *Verbum Iehovæ.* Interpres vero noſter nominat illum hic iterum *literam mortuam* vel *Verbum ſcriptum.*

IRENOPOLITA.

Verſ. 50: *Eduxiſti illos Verbo tuo ex Ægypto.* Vide ſupra ad cap. 6.21:

RITTANGELIUS.

Proh dolor! quoties inculcatum eſt, non libenter nobis, cum illis de ſchola homuncionibus, qui nondum primam à ſecu-

cunda perſona diſcernere norunt, rem eſſe. Nam certè craſſus eſt hic error grammaticus, qui totum textus ipſius ſenſum corrumpit. Dicit enim *eduxiſti*, quaſi Moſes ad Deum, de Deo hæc locutus fuiſſet, cum Moſes ad Deum, de ſe ipſo locutus fuerit; nempe *Eduxi illos Verbo tuo ex Ægypto*, Ad cœtera ſupra reſponſum eſt.

IRENOPOLITA.

Cap. 33. 29: *Qui ſervantur in nomine Verbi Iehovæ*. Quia conſervatio populi non proficiſcebatur à falſis nominibus, ſed à Deo Iſraelis in verbo ſuo patefacto.

RITTANGELIUS.

Miſeret me tui, quod te hic iterum, & quidem valde enormiter proſtituas atque in grammaticam impingas. Chaldæus non habet *ſervantur* in præſenti, ſed *ſalvati ſunt* in præterito. Dein longè aliud eſt *ſervari*, quam *ſalvari*. Filii enim Iſrael in hodiernum uſque diem inter nos, in hac captivitate diſperſi, per ſingularem Dei gratiam & providentiam *ſervantur*, ſed non propterea *ſalvantur*. Equidem fateor ſano forte ſenſu *ſervare* idem eſſe poſſe, quod *ſalvare*, ſed hoc in loco, id locum habere non poteſt. Denique ſcias emphaſin vocum & verborum proprietatem ſincero & perſpicuo interpreti magis eſſe attendendum, quam ſermonis nitorem & verborum elegantiam, præſertim in rebus fidei tam arduis, & vocibus πολυσήμοις. Cum & impii ſæpiſſimè & inter pios & propter pios *ſerventur*, ſed non propterea *ſalvantur*. Vides ergo mi Irenopolita, neceſſe fuiſſe ut intentionem ſacræ ſcripturæ, circa hanc vocem *Noſcha* (*ſalvatus eſt*,) melius conſideraſſes. *Salvari* enim, hoc in loco, ſignificat de ſervitute in libertatem reſtituere, ſive id ſumatur ſpiritualiter ſive corporaliter. Iſrael in Ægypto quadringentorum annorum ſpatio *ſervati ſunt*, ſed ſub duriſſima ſervitute; Donec tandem per Dei gratiam in manu Moſis & Aharonis *ſalvati*, & in libertatem vindicati ſunt. De hiſce ſalvandi modis Moſes hic loquitur, Quorum primus *corporalis*, nempè ex Ægyptiaca ſervitute, ſalvationis poſterioris *Spiritualis*, per Chriſtum Jeſum Dominum & Salvatorem noſtrum factæ, typus fuit. De quibus pulcherrimè diſſerit Rabbi Simeon filius Jochoæ in libro Splendoris.

Digitized by Google

IRENOPOLITA.

Cap. 34. 1:. *Et oſtendit ei Verbum Domini omnes tractus terræ.* Quia interventu oraculi Divini hoc factum eſt.

RITTANGELIUS.

Pudet me tui, quod & hic tuam prodas Hebraicarum & Chaldaicarum rerum inſcitiam, quam toto hoc libro venditare cupis. ubi quæſo Chaldæus habet *tractus terræ? Et oſtendit ei Verbum Domini omnes fortes terræ* habet Chaldæus;. Sed audi. *Et oſtendit ei.* (Quis? Textus Hebræus) *Iehova*; Chaldæus hunc Iehovam nominans *Verbum Iehovæ* dicit; *Et oſtendit ei Verbum Iehovæ.* Interpres noſter, *oraculum oſtendit ei.* Unde hoc probabis Hebræorum *Iehovam* ſignificare *Oraculum.* Quid oſtendit ei? Chaldæus *omnes fortes terræ*, non *tractus terræ.*

IRENOPOLITA.

Verſ. 5. *Collectus eſt ibi Moſes ſervus Domini in terra Moab per oſculum Verbi Domini.* Onkelos reddit: *Secundum Verbum Domini.* Targum Hieroſol. *Secundum os decreti Verbi Jehovæ.* Atque hic ultimus genuinus eſt ſenſus. Ex Jonathanis paraphraſi eſt orta fabella de miraculoſa animæ Moſis ſeparatione.

RITTANGELIUS.

Non poſſumus ſatis mirari, quam difficiles interpretatu ſint interpreti, voces conjunctivæ, disjunctivæ, rationales &c, cum fermè, ut ſupra diximus, ſemper eas omittat, ſicuti hoc in loco vocem *propterea* tranſiliit: Irenopolita habet *collectus eſt*; Chaldæus verò *propterea collectus eſt.* Dein poſteriorem hujus ſermonis partem, *ad oſculum Verbi Iehovæ*, perverſè contra autoris mentem interpretatus eſt, *per oſculum Verbi Domini.* Applica jam hic ultimum tuum genuinum ſenſum, & te pudebit tui commentarii.

IRENOPOLITA.

Verſ. 6: *Apparuit Abrahamo in viſione Verbi ſui &c.* Paulò poſt: *qui apparuit ei (Moſi) in vel cum Verbo ſuo &c.* Hæc de revelatone prophetica eſſe accipienda, nulla ratio ſinit dubitare.

Digitized by Google

RITTANGELIUS.

Somnias hic, hæc de revelatione prophetiæ in ſomnio vel viſione facta, eſſe accipienda. Cum hic verſus de ſepultura Moſis agat. Proximè antecedens verſus quintus de morte Moſis. Deus vero nulli unquam mortuorum corpori apparuit. Eſt enim contra canonem ſcripturæ. Vide Lucæ cap. 16: Idem ſentiendum eſt de antecedentibus verbis, quæ de Abrahamo agunt, cum hæc in re & veritate facta, & non in viſione vel ſomnio prophetico. Si tu differentias Prophetarum, quibus alter alterum excelluit, & differentias quoque illorum, per quos ſpiritus Domini locutus eſt, ſcires; multò cum meliori fructu ſacram ſcripturam legeres. Interim lege de hac materia magnum illum Schandrum, Eſſæorum principem Annanum, Joſephum, Caræos, vel textuarios. Inter Phariſæos Rabbi Simeonem filium Jochoæ in libro Soharis & Elucidationes ejuſdem, Doctiſſimum Chasdanum, Kiſchkis. &c.

IRENOPOLITA.

Verſ. 10: *Qui ſapiens erat, loquens univerſum Verbum Domini:* Sic & Targum Hieroſol. Hic proprius retinendus eſt ſenſus.

RITTANGELIUS.

Duplex hic iterum, tam verſionis, quam interpretationis committitur vitium. Hic enim ſermo ne per ſomnium quidem Paraphraſtis in mentem venit, multo minus quod tale quid in ſcriptis eorum reperiatur. Ut autem pateat, quantum commiſerit errorem, totum paraphraſtæ ſermonem formaliter ſubjungemus. *Et ſurrexit ultra Propheta in Iſrael ſicut Moſes, quia cognovit illum Verbum Iehovæ, Verbo ad Verbum.* Ne nimis accuratam cum eo inſtituamus rationem, verſionis vitium, per quatuor ſaltem exponemus membra. Primum *Arum Chakim.* (*quia cognovit*) interpres noſter vertit, *Qui ſapiens erat:* *Qui* pro *quia*; *Sapiens erat*, pro *cognovit*. Secundum vitium eſt, dum vocem *Iateb* (*illum* ſcilicet Moſen) planè omittit. Tertium eſt; quod hunc modum loquendi, *Mamlel Kullo Kabel mamlel.* (*Verbo ad Verbum*) reddiderit *loquens univerſum Verbum Domini.* quam hæc ejus verſio cum Jonathanis concordet paraphraſi non video. Quartum dum dicit: *Sic & Targum Hieroſol.* Vult dicere Hieroſolymitanum paraphraſten iiſdem reddidiſſe verbis. Veriſſimum quidem eſſe fateor Hieroſolymitanam cum Jonathanis paraphraſi

raphraſi conſentire, excepto hoc, quod Jonathanis *Arum* (*quia*) Hieroſolymitanus per *Di* (*quem*) expreſſit. Sed alterutram harum cum Irenopolitani noſtri interpretis verſione, & intentione, ſi non per omnia, ſaltem aliqua ex parte, quadrare, falſiſſimum eſt. In priori Caiapham mihi imitari videtur, qui in ſuam propriam perniciem, contra ac intendit, vaticinatus eſt. Admiror ſane, tanti in linguis Orientalibus verſatiſſimi viri ſtupendam inſcitiam & dementiam ſummè flagitioſam. Hiſce tamen in futili & injurio ſuo ſcripto gloriatur, nempè *Habebis hic quoque argumentum, in quo acumen tuum caballiſticum exercere poteris &c.* Interpretationis vitium conſiſtit in his Antagoniſtæ verbis; *Hic proprius retinendus eſt ſenſus.* De quo illud tritum dicimus. *Turpitudinem ſuam allegans non eſt audiendus.* Si enim proprius, quem tu hic innuis, retinetur ſenſus, vah! quantum hic monſtri naſceretur, nempè, *Quia cognovit illum* (ſcilicet Moſen) *Lex litera mortua, Verbum ſcriptum, Verbo ad Verbum.* Vel potius ſecundum tuam Irenopolitanam ſeu Photinianam verſionem; *Qui ſapiens erat loquens univerſam literam mortuam legis.* Quæ ſapientia? Vah! & iterum vah! Audi impium Bileamum qui dicit: *Si dederit mihi Balack plenitudinem domus ſuæ, argentum & aurum, non potero transgredi os Iehovæ Dei mei ad faciendum parvum vel magnum.* Et alibi: Et dixit Bileam ad Balack. *Ecce veni ad te, Si potero nunc loqui quicquam: Sermonem quem poſuerit Deus in os meum illum loquar.* Quænam eſt hæc ſapientia tam admiranda? Tua igitur cum venia, ſcriptura hic non loquitur de ſapientia Moſis.

IRENOPOLITA.

Verſ. 11: *Secundum omnia ſigna & prodigia, cum quibus illum miſerat Verbum Iehovæ, ut faceret in Ægypto.* Quia ablegatio hæc facta fuit, interventu mandati divini: Alia vide ſupra Exod, 13. 8.

RITTANGELIUS.

Et hic quoque duplex ab eo committitur vitium, tum translationis, tum interpretationis. Tranſlationis vitium ex ipſa collati textus inſpectione apparet. Idque ipſum duplex. Primum, ubi prior hujus verſus compoſita dicto *Lekullehun* (*ad omnia iſta*, ab eo ſimpliciter redditur *ſecundum omnia*, affixo *Hun*, *iſta* ſupine neglecto, quo tamen totus ſequens paraphraſtæ diſcurſus collimat. Secundum, ubi dictio *Periſchtah* (*ſtupendum*) incurioſè præteritur. Aut quod interpres noſter difficiliorem captu

hic

hic offenderit interpretationem, aut rem ipſam & autorem mutilare parvi æſtimarit. Utrumque levitatis argumentum eſt. Neque enim par eſt, in rebus fidei, tam arduis adeo ſecure agere; & vix crimen falſi effugit, qui pro lubitu boni autoris verba vel augere vel minuere ſuſtinet. Vitium malæ interpretationis, quod ab Irenopolita hic committitur, itidem duplex eſt. Primum quod putet paraphraſten hic ideò *Verbi Iehovæ* feciſſe mentionem, *quod ablegatio hæc mandati divini interventu facta fuerit*. Quo fundamento id probet non video. Forte reſpexit ad *τὸ Verbum* cum *τὸ miſit*, in uno & eodem orationis contextu conſtructum. Sed quam inepte hoc dictum ſit, quis non animadvertit? Quaſi verò corvum & cygnum uni aſſeri aſſidentes, duos eſſe cygnos. Vana igitur hæc tua interpretatio eſt, & meris humani commenti opinionibus innititur. Secundum vitium interpretationis eſt, dum noſter interpres nos ad Exod. 13. 8: remittit. vide ibi. His erratis omnibus omiſſis, in rem præſentem te deducam. Applica: Si vir es, quem obtinebis ſenſum. *Secundum prodigia cum quibus illum miſerunt.* (Quis? Textus Hebræus) *Iehova*. Dic tu Chaldæe quomodò voces *Iehovam* hunc? Chaldæus) *Verbum Iehovæ*. Dic tu Irenopolita. Quis eſt hic *Iehova*? Irenopolita, Hebræorum *Iehova*, quem Chaldæi per *Verbum Iehovæ* exprimere ſolent, eſt *ablegatio*. Pudeat te tui commentarii. Et hic eſt Catalogus errorum tuorum. Inpoſterum vanam gloriolam popularem nec affectes, nec more puerorum argutas ſententiolas, in clauſulis ſtruas. Hæc perlegens; tamen tetegi, ut eruditis auribus contentus, non cures, quid imperitorum tuorum aſſeclarum rumuſculi de miſerrimi tui cerebelli ingenio jactitent.

Digitized by Google

Cum abſente editore Libra Veritatis typis expreſſa ſit, vitia irrepſere plurima. Graviora ſic corrigenda.

Pag. 1. l 13. *hæreſium* lege *hæreſium.*
Pag. 2. l. 7. *diſcere docere* lege *diſcere aut docere.*
l. 29 *pediſſoſpue* lege *pediſſequoſque.*
Pag. 3. l. 7. *corverſo* lege *converſo.*
l. ult. *imitari* lege *imitati.*
Pag. 4. l. 7. *inepras* lege *ineptas.*
l. 14. *iozirah* lege *iezirah.*
l. 32. *impoſterum* lege *in poſterum.*
Pag. 5. l 27. *plaeet* lege *placet.*
l. 30. *noſtrorumpue* lege *noſtrorumque.*
Pag. 6. l. 8. *Spirttu* lege *Spiritu*
Pag. 7. l. 19. *interpert-ris* lege *interpretaris.*
l. 36. *errorum* lege *errorem.*
l. 52. *deſiaeravit* lege *deſideravit.*
Pag. 8. l. 9. *poſſodit* lege *poſſedit.*
l. 9. *antequam* lege *ante quam.*
l. 15. *nomeu ejns* lege *nomen ejus.*
l. 22. *ſinem* lege *finem.*
l. 31. *perſectus* lege *perfectus.*
l. 36. *Meſſiæ diſpoſitionis* lege *Meſſiæ & diſpoſitionis.*
Pag. 9. l. 7. *mnndum* lege *mundum.*
l. 9. *Elobim* lege *Elohim.*
l 16. *Rebba* lege *Rabba.*
l. 22. *Iudæornm* lege *Iudæorum.*
l. 24. *cœtera* lege *cætera.*
l. 28. *magni* lege *magnis.*
Pag. 11. l. 1. *inqnit* lege *inquit.*
l. 7. *perviiiſſe* lege *pervertiſſe.*
l. 10 *omniſiſſe* lege *omiſiſſe.*
Pag. 13 l. 7. *Meſſiæ* lege *Meſſia.*
l. 26 *Dominyus* lege *Dominus.*
Pag. 15. l. 9 *intellegere* lege *intelligere.*
l. 32. *addendum p.* 48.
Pag. 16. l. 4 *fece* lege *fæce.*
l. 30 *fecibus* lege *fæcibus.*
l 32. *cæcus* lege *cœcus.*
l. 33. *cæca* lege *cœca.*

Pag. 21. l. 44. *immanente, eminente,* lege *immanente ſeu emanente.*
Pag. 22. l. 24. *proſequior* lege *proſequor.*
Pag. 23. l. 11. *meſericordiæ* lege *miſericordiæ.*
Pag. 25. l. 29. *fumnum* lege *fumum.*
Pag. 27. l. 16. *ſigendus* lege *figendus.*
Pag. 28. l. 21. *reſers* lege *refers.*
Pag. 32. l. 26. *nunqum* lege *nunquam.*
Pag. 34. l. 24. *ſumno* lege *ſomno.*
l. 37. *ſummo* lege *ſomno.*
Pag. 36. l. 19. *interneciorem* lege *internecionem.*
Pag. 37. l. 21. *veros* lege *vero.*
Pag. 43. l. 11. *Iehobam* lege *Iehovam.*
Pag. 44. l. 28. *iuſtruas* lege *inſtruas.*
Pag. 49. l. 33. *literarum* lege *literam.*
Pag. 53. l. 3. 36 lege 34.
Pag. 91. l. 1. *n* lege *in.*
l. 10. *ominiſſis* lege *omiſſis.*
Pag. 92. l. 9. *prophethiæ* lege *prophetiæ.*
Pag. 94. l. 25. *dictu* lege *dic tu.*
Pag. 102. l. 10. *poſſiderunt* lege *poſſederunt.*
Pag. 111. l. 34. *dicto* lege *dictio.*

STEPHANI RITTANGELII

VERITAS RELIGIONIS CHRISTIANÆ

In Articulis

DE

TRINITATE & CHRISTO

EX

SCRIPTURA, RABBINIS, & CABBALA

probata.

PRÆFIXA EST

JOHANNIS vander WAEYEN

Limborgianæ Reſponſionis

DISCUSSIO

FRANEQUERÆ;

Apud WIBIUM BLECK,

Bibliopolam. 1699.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI S.

SIngulari humanitate Ampliſſimi in Supremo Friſiorum Dicaſterio Senatoris Digniſſimi, Spectatiſſimi, conceſſus mihi eſt uſus ingentis literarum theſauri, qui tribus voluminibus, continet literas authenticas, à Viris ſummis circa finem præcedentis, & initium hujus ſeculi ſcriptas. Quorum plurimæ ſpectant motus ab Arminio, Vorſtio, Uitenbogardo & aſſeclis, in Eccleſiis Belgicis hac inprimis annorum centuria excitatos. Cum autem hodiernos iſtius factionis promachos imprudentiſſimè fovere deprehenderem hominem, Vorſtio, eâ in parte ſimillimum, quod, alia licet via, religionis myſteria ſubvertere omni ſtudio conetur; non potui non paucis indicare quanto ſuo malo patrocinium illud tum, temporis ſuſceperint; ſi forte doceri poſſent in præſenti cautius mercari. Eum in finem exhibui literas ab illuſtribus Magnæ Britanniæ Theologis, Thoma Hollando, quin & ab ipſo Cantuarienſi Archipræſule de iſtoc argumento ſcriptas. Plures addidiſſem, niſi jam in magnam ſic ſatis molem excreviſſet hæc mea Diſceptatio. Aliàs forte id agendi dabitur occaſio. Committere autem non potui, quo minus binas adhuc, Lectori heic repræſentarem. Priores ſcripſit idem Angliæ plurimum Venerandus Primas, alteras Iſaacus Caſaubonus,

Digitized by Google

bonus, quas quare ſelegerim nemo non facile ſubodorabitur. Sic ſonant.

Doctiſſime Sibrande...... Tuum vero in cauſa Dei zelum diligentiamque ſumme collaudo, qui adeo viriliter dogmatibus hiſce Vorſtii te opponis; quæ cum nihil aliud ſapiant, niſi quod inſolens eſt & impium, ea tamen, cute quadam & integumento veritatis, miſere conatur obducere.... Prudenter & quod te dignum eſt feciſti, quod in Præfatione tua objectiones dilueris, quas in iſtarum partium Miniſtros, à quibuſdam Politiæ, quam Religionis amantioribus, nimiumque in Arminianam ſectam propendentibus, conjectas eſſe novi.... te divinæ Providentiæ commendo. E Lambetha, Octobr. 20. 1613. *Amicus Tui ſtudioſiſſimus Georg: Archiepiſcopus Cantuarienſis.*

Iſaacus Caſaubonus Sibrando Lubberto Viro venerando S. D. Hodie tuas accepi, venerande Lubberte, & ſimul quem miſiſti librum, qui etſi gratiſſimus mihi eſt, ut omnia ſemper tua: doleo tamen ex animo coactum eſſe te Bellarminianum penſum intermittere. Ignoſcat illis Deus qui opus inſtitutum coëgerint te abrumpere: Tu vero extra culpam es, qui etiam ſic de Eccleſia Domini quam optime mereris. Hæreſes enim ſunt & quidem peſtilentiſſimæ quas oppugnas; Doleo vicem Vorſtii cujus poſtrema non reſpondent primis, Pontificios ſtrenuè vexavit, nunc eoſdem recreat, & turbas has ciens, ſpe ingenti animos ipſorum replet. Utinam vir eruditus redeat tandem ad ſe, & Sociniſmi infamiam, cujus eſt dudum ſuſpectus, ſerio doleat, Odi, abominor, & toto pectore perdi-

tis-

tiſſimam, illam hæreſin deteſtor. Quid reſtabit in Theologiæ ἀκίνητον, *ſi fundamenta illa Chriſtianiſmi, de natura Dei, de Sacroſancta Trinitate, de Filio Dei convellantur. Hic jure clamant Pontificii, & traditam à principio Eccleſiæ doctrinam, merito adverſus prophanas novitates tuentur. Mihi vero Chriſtianus non eſt, non erit, qui graſſanti malo, quantum poterit, ſe non oppoſuerit. Quare magnas Tibi vir doctiſſime, pro libro tuo, & privato & publico nomine gratias ago, Deum etiam atque etiam venerans, ut Te ſervet quam diutiſſime* ἄνοσον καὶ ἀπήμαντον. Laudo conſilium tuum, qui reverendiſſimo Viro Domino Archiepiſcopo librum tuum inſcripſeris, nemo in Anglia veritatem Doctrinæ Sanctæ tecum confirmari vehementius exoptat. Potes etiam confidere optimo & εὐσεβεστάτῳ Regi opus tuum fore gratiſſimum, qui quidem maximus Princeps monitore opus non habet, ut bonæ cauſæ tuitionem ſuſcipiat. *Nos in defenſione veræ antiquitatis contra Baronii Annales dies noctesque occupamur, jam Dei gratiâ pars operis prælis ſubjecta, de qua veſtrum Theologorum erit Judicium. Ego infinitam cupiditatem meam promovendæ gloriæ Dei ſi bonis probavero, ſublimi feriam ſydera vertice. Vale vir obſervande, & ampliſſimum virum Dominum Saecma meis verbis ſalvere niſi grave eſt jubeo. Londini Eid. Auguſt.*

MIↃCXIII.

Inſcriptio.

Clariſſimo Viro D. Sibrando Lubberto S. Theologiæ Doctori & Profeſſori, amico obſervando.

Franequeram.

De ipſa hac mea Limborgianæ Reſponſionis Diſceptatione verbum non addam. Faxit Deus ut fideliter & quemadmodum Viros Dei decet fortiter certemus pro veritate ſemel tradita ſanctis, & in veritate ſanctificati præparemur ad gloriam.

Digitized by Google

JOHANNIS Vander WAEYEN

Defenſionis Limborgianæ,

DISCUSSIO.

Peropportune nihil tale quid expectanti à Bibliopola mittitur libellus Philippi à Limborch, qui inſcribitur *Defenſio contra Johannis Vander Waeyen Criminationem*; tertio enim Tractatui Clariſſimi Rittangelii jam jam in lucem mittendo commodè præfigi poterit brevis illius Defenſionis Diſcuſſio, peculiari forte ſcriptione non dignæ. Clariſſimi Burmanni nomen & cauſam libentiſſime prolixius vindicaſſem, ſed, Deo volente, dies docebit, quare alii, quantum per honorem licuit, hanc lampada tradiderim. Hinc, paucis, non tam Burmanniana, quam ea, quæ illorum occaſione, à me dicta ſequius interpretatus eſt Limborgius, ab omni liberabo crimine. Præ reliquis illud argumentum Theologicum, de rerum, jam voluntate ejus extantium, ideis in Deo, antecedenter, ut dici ſolet,

Digitized by Google

ad omne decretum, ulterius paulo excutere operæ erit pretium. Comta ſic ſatis & prolixa verborum ſerie, haud ſecus atque ſi Oratoris partes ſibi datas putaret, ſuavi lenocinio lectoris animum ſibi conciliare nititur; à rixa omni alienum ſe prædicans, ut ne nimium litigioſus Defenſor videatur.

Propoſitum, *meditationibus & exercitiis ſacris* reliquum vitæ tempus impendendi, quod & quale heic ſibi tribuit, laudabile eſt non ſolum, verum & admirandum, ea cauſa, quod *iſtuc indoles invitet. Indoles autem* quam *innatam ſibi gloriatur.* Utique *Indole innata præditum eſſe, quæ ad meditationes & exercitia ſacra excitet*, nec qualiacunque tantum, verum & ea quoque, *quibus ſinceræ pietatis ſtudium excitetur*, ſingulare procul dubio noſtri hominis privilegium eſt, quo reliquos poſt ſe relinquit, eorum quippe *indole* immane quantum meliorem à natura nactus. *Sinceræ pietatis ſtudium* non indoli qualicunque ſuæ ſed divinæ gratiæ procul omni dubio tribueret Apoſtolus.

Simili arte, præconio ſui aliorum ſubdit vituperium. Neque heic aſtus deeſt. Ita enim nonnullorum dictis utitur, ut, quem ſibi Adverſarium deſignavit, talem innuat, quales Viri eruditi vituperio dignos judicarunt: exemplo ſuo abunde palam faciens, eſſe qui acerrime pungant dum blandiuntur, & maximè commoto ſunt animo, dum placidos ſe & compoſita mente homines jactitant. Hinc iis, quos ex Vive & Eraſmo memorat, bona ipſius venia, accenſebo eum de quo Pſaltes Pſ. L. v. 22. *Blanda ſunt butyracea oris ejus, & prælium eſt cor ejus:*

ejus: molliora ſunt verba ejus oleo: at illa ſunt nudati enſes. Videat an non in ipſum quadret Eliphazi dictum. *Eligit linguam aſtutorum* Job: xv. 5. *Sed quid addit ipſi lingua fraudulenta?* pſ. cxx.3.

Animo nihilominus tranquillo legi & perlegi ea quæ animo concitato, calamoque ſic ſatis virulento, in me ſcribit Limborgius. Verum id non *indoli mihi innatæ*, ſed gratiæ Dei acceptum fero. Sive autem lenitatis quis larva indutus, ſive alius propriæ juſtitiæ, *innatæque bonæ indolis*, *qua ad ſinceræ pietatis* quoque ſtudium incitatus ſit, patronus me aculeatis verbis laceſſat, perinde eſt. Tela ſunt plumbea, non lædunt.

Theologiæ ſuæ Chriſtianæ laudes enarrans §. vi. quin ex *innata* ſibi indole loquatur non dubito. *Nominibus* autem, cum, ut ait, *plerumque pepercerit*, præ omni alio exoſum ipſi Burmanni nomen fuerit neceſſe eſt, utpote cui non pepercit tantum, verum & dentem theoninum infigere plus ſemel lubuit.

A me quoque prorſus expugnata videtur, quam tantopere laudabat *innata bona illa indoles*, utpote quæ, quantumvis *ad ſinceræ pietatis ſtudium* hominem *excitet*, cohibere tamen non potuit, quo minus, ubi nominis mei mentionem facit §. vi. ita excaleſcat, ut in fermento totus ſit. *Virulentam* vocat, quam *contra Doctiſſimum Clericum* edidi, *diſſertationem.* Clericum *Doctiſſimum* dicat, quin imo & diligentiſſimum, aut ſi quid amplius, non intercedo; at tanto ſcripta ejus pernicioſiora ſunt,

Digitized by Google

quanto ad exinanienda verba Dei, myſteriaque Chriſti indagantes & in Scripturis obſervantes indeſinenter confutandos, ridendos, imo ſannis excipiendos magis ſollerter ſunt & vafrè comparata. Hinc qui Pſalmos, quos non intelligit, Spiritui Sancto abjudicare, quin imo perverſis hominis neſcio cujus adfectibus adſcribere; qui Canticum Canticorum in prophanorum Idylliorum redigere cenſum; Pentateuchum aliquando neſcio cui non ſacrificulo Samaritano adſcribere non erubeſcit, ſerio objurgandus videbatur. Mihi quoque incumbit, id ad quod Timotheum ſuum excitat Apoſtolus. *O Timothee, depoſitum cuſtodi; fugiens profanas vocum inanitates & oppoſitiones falſo nominatæ cognitionis; quam quidam profitentes circa fidem non collinearunt*, Tim: VI. 20. 21. Et alibi *Prophanas autem ſonorum vanitates vita. Ad ulteriorem enim impietatem proficient. Et ſermo eorum ut gangræna, ſerpet: Quorum eſt Hymenæus & Philetus*. 2. Tim: II. 16. 17.

Clerici autem encomium quid de Limborgio ſentiendum ſit palam facit: inſigni nimirum in Religionis negotio languore eſſe, utpote qui blaſphemiam non unam in Verbum Dei, in amanuenſes Spiritus Sancti, in ipſam Doctrinam ſacris literis traditam impudenti laſcivie evomenti palpum obtrudere non veretur. Quod ſi *innatæ* ſibi indoli tribuerit non refragabor, modo nec præter modum iraſcatur ubi dixerim, in ipſo limine ita graviter impingere, ubi ad me ventum eſt, tepidum antagoniſtam, ut verba turpiter detorqueat.

Audi

Audi hominem §. VI. *Me ut calumniatorem, ſcotomate percuſſum & ἀναισχυντότατον traducit, quia in capite de omnipotentia Dei ſcripſi Burmannum, nuper Profeſſorem Ultrajectinum, pleraque quæ in ſua Synopſi Theologiæ habet de Omnipotentia divina, ex Spinozæ Cogitatis Metaphyſicis deſcripſiſſe.* Conferat Lector Diſſertationis meæ pag. 194. heic apud Limborgium p. 112. & videbit, ſine meorum detorſione & mutatione in pejus, dicere non potuiſſe, me ipſum *ut calumniatorem, ſcotomate percuſſum, & ἀναισχυντότατον traducere.* Hæc mea erat ex præcedentibus collectio: *adeo ut Limborgius aut miro ſcotomate percuſſus, aut, ἀναισχύντως calumnias evomuerit*; quod utique non eſt hominem *ut calumniatorem, ſcotomate percuſſum,* & *ἀναισχυντότατον traducere.* Saltem quæ disjuncte ego dixeram, adeoque eo ſenſu ut aut unum aut alterum aut tertium malum in ipſo reperiatur, ea ſibi conjunctim exprobrata non ex vero conqueritur. Accedit, cauſam meæ accuſationis pariter haud candide & ex rei veritate proponi; non enim, ut ipſe Lectori perſuaſum vellet, ſeria illa Cenſura à me prolata eſt, eo quod dixiſſet B. *pleraque quæ in ſua Synopſi habet de Omnipotentia divina, ex Spinozæ Cogitatis Metaphyſicis deſcripſiſſet,* verum potiſſimum eo quod dixerat, Burmannum *Spinozam ſine ullo judicio ſequi in iis* NB. *quibus Atheiſmi ſui venenum, ſed tectius paulo inſinuat.* Hoc reſecat non tantum verum &, pro ea qua eſt animi lenitate, in eo eſt, ut verbis meis majorem quam par eſt affricare queat acrimoniam.

An ipſe à me nonnunquam compellatus ſit, quod narrat, an vero ego ab ipſo, non memini; nec alicujus momenti eſt. Saltem, poſt editam hanc meam Diſſertationem & lectam, ipſum me compellaſſe certum eſt. Nec deſuntqui ſciant quantopere deſideraverim ut aliquam de ſcriptione mea querelam coram inſtitueret, *comitate* ipſi non ceſſiſſem.

Indignationis cauſam, exemta ipſi hariolandi moleſtia, candide expoſuiſſem, &, ſi forte occaſio detur, abſque humanitatis læſione, ultro coram latius enarrabo. *Deprehendiſſe* ſe autumat §. VI. Ipſe paucis ediſſeram Lector. Putabam hominem, qui videri vult genuinus Arminii diſcipulus, non ſine crimine ita poſſe patrocinari Critico-philoſopho omne myſterium ex Sacra Scriptura exulare impudenter non minus quam impotenter paſſim jubenti. Præterea hominem Burmanni genium perſpectum habentem, utpote cujus amicitiam blandis verbis olim ambiverat, iſtiuſmodi invectiva inſultare crabroneſque ſic ſatis Viro Clariſſimo infenſos ulterius concitare, dum Judæum dicam an Atheum ita clementer excipit, impune non debuiſſe exiſtimabam. Eccleſiæ quoque intereſſe putabam, ut ſpecimine ex uno atque altero diſceret quam bene conſulant cauſæ veritatis, qui iſtiuſmodi hominum ſcripta tantopere deperеunt. Abſque omni circuitu & candidè loquor, nullus dubito quin Eccleſiæ Anglicanæ Antiſtites & Doctores, quales magno numero ſcriptis nobis dudum innotuere, miraturi eſſent ſi unquam Arminium, Epiſcopium, Limborgium,

ta-

taceo Socinum utrumque, Crellium, Schlichtingium ſimilesque maximis encomiis ornatos in ſcenam productos unquam vidiſſent. Detrahenda larva erat, meo quidem judicio, nec pœnitet facti.

Ceteroquin nulla mihi eſt in hominem animi ægritudo, nihil humanitatis, aut eruditionis, de qua forte olim honeſte locutus fui, delibo. Ex eo autem indignationem quam dicit in ſe meam originem trahere, quod Clerici in allegando Philone fidem vindicare voluerit, nullibi *apparet*, quamquam id adſeveret §. VI. ad finem, aut apparebit unquam, quoniam verum non eſt.

Atrocem Calumniam & conſpicuam malignitatem à me ſibi adſcribi dicit §. VII. Sed loco, ubi illa mea criminatio reperiatur, non expreſſo.

En quid in theſi, ut ajunt, dixerim Lector. *Conſpicua* pag. 193. heic 110. *malignitas eſt, hominem, qui ſtatuit ex decreto Dei, eoque liberrimo, res decretas & eventus futuros eſſe tales, ut per naturam Dei alii & alii eſſe potuerint, adeo ut quicquid ſit aut fiat, unicè tale ſit ac fiat, quoniam liberè voluit Deus ut id & tale eſſet, hominem inquam, qui ita inſtituit, traducere tanquam Spinozæ* ὁμόψηφον. Id jam noſtro eſt *atrocem* ipſi *calumniam* & *conſpicuam malignitatem* in hypotheſi adſcribere. Pari & judicio & fide ea quæ de Burmanno ſcripſit, & vere & *ſine amarulentia ſcripſiſſe* jactitat §. VII. p. 8.

Collationem eorum quæ apud Burmannum cum iis quæ apud Spinozam reperiuntur inſtituat quantum velit non tamen ſe expediet.

§. VIII.

Digitized by Google

§. VIII. Nihilominus hæc noſter. *Habes hic quicquid ego de Burmanno ſcripſi*; quod, qua ratione in animum induxerit ut diceret, ne quid deterius dicam, ego quidem non percipio. *Spinozam ſine ullo judicio ſequitur in iis quoque* NB. *in quibus Atheiſmi ſui venenum, ſed tectius paulo inſinuat*, utique tua verba ſunt, quæ cum hic non reperiantur, verum certè non eſt, te *habere hic quicquid de Burmanno ſcripſiſti.*

Quæ fallacia tanto diligentius notanda fuit quanto ſæpius ea utitur Limborgius. Quin imo eadem chorda oberrat univerſa hominis invectiva. Dividit quæ ego conjunxeram & natura rei conjungi jubet. Neutiquam tam graviter accuſavi hominem, eo quod Burmanno plagium forte exprobret, aut nonnulla Spinozæ ſurrepta, *verum inprimis, quod ſequi eum* dixerit, *in iis quoque, in quibus Atheiſmi venenum, ſed tectim paulo inſinuat.* Simul ſumta injuria eſſe poſſunt, quorum nonnulla, ſingulatim conſiderata, ita gravem accuſationem non continent. Hinc, ne ea qua par eſt æquitate locutus videar, ita cauſam agit, ut, id quod in accuſatione ejus omnem amarulentiam ſuperat, omittat & leviorem tantum errorem in Burmanni rationes retuliſſe videri queat.

Callide ita declinans verum controverſiæ ſtatum, qui hic eſſe deberet, an qui Virum Doctiſſimum, toto cœlo ab omni Spinozæ, inprimis principe errore, diverſa ſentientem, Spinozæ, non verba tantum qualiacunque, verum & ea quoque *in quibus Atheiſmi ſui venenum, ſed tectius paulo inſinuat*

ſine

ſine judicio ſua facere criminatur, biſque id in Indice, tanquam rem magni momenti, memorat, non perquam atrocis calumniæ jure meritoque accuſetur.

Hoc probe notato, vîdebis hominis, lubrica via incedentis, meticuloſum inceſſum pag. 8. *Uter noſtrum calumniæ reus ſit*, decidendum putat ex collatione verborum B. cum verbis S. ut ex qua liqueat B. *cum de Omnipotentia ſcriberet*, *Spinozæ librum ante oculos habuiſſe* &c. quæ licet concederem, manet tamen, & paralleliam à Limborgio notatam & juncta de *verbis* Spinozæ, *quibus Atheiſmi venenum, ſed tectius paulo inſinuat*, *ſine judicio ſuis factis*, imo *ſine judicio ſuis factis*, non alium in finem ſcripta eſſe à Limborgio, quam ut Burmanni famam læderet, lectorique ſuſpicionem injiceret, non Spinoziſtam ſolum eſſe B. ſed valido impetu in Spinoziſmum ferri, qua parte maxime lethalis eſt & deteſtandus. Et certus ſum, eo ſi eſſet erga B. quo ego ſum animo, id eſt, æquo, idem de facto hoc ſuo judicaturum, nimirum famæ Burmanni immane eo inflictum eſſe vulnus, accedente inprimis maligna diligentia, qua bis in Indice atro carbone notatum voluit Clariſſimi Viri nomen. Ut rogare, *ubi Burmannum Spinoziſtam vocaverit*. §. IX. ſingularis audacia dicam an impudentia ſit. Integrum caput *ferme ad verbum ex Spinoza deſcripſit* Burmannus; imo *ea quibus Atheiſmi venenum ſed tectius paulo latet ſua* facit, tanto affectu atque impetu, ut *ſine judicio* id agat, noſtri hominis accuſatio eſt, & ro-

gare non veretur *ubi Burmannum Spinoziſtam dixerit?*

Dicat quis Remonſtranticæ factionis homines Pelagii multa de verbo ad verbum ſua facere: ea quidem ſignate in quibus Pelagianiſmi, licet paulo tectius, venenum latet, ita ipſis arridere, ut ſine judicio deglutiant, conſcientiam hominis mei rogo atque obteſtor, an non ægre laturus ſit, ſi is, ubinam Arminium, Epiſcopium, aut ubi Arminiſequas Pelagianos dixerit, ſciſcitari audeat? Qua non acrimonia talem exciperet gravis & modeſtus Limborgii calamus?

Non autem ita ratiocinor: *quoniam* Limborgius *dicit Burmannum pleraque* alicujus capitis, ſignate de Dei omnipotentia *ferme ex Spinoza deſcripſiſſe, eo ipſo Limborgius dicit illum eſſe Spinoziſtam.* Ubi mea illa collectio eſt, ubi iſtiuſmodi illatio?

Pagina mihi 178. heic 93. dixi illum hanc verborum Spinozæ allegationem Burmanno *crimini* vertere: Spinoziſtam eo ipſo dixiſſe, nullibi: ut falſo ſe implicet, *innata indole* tantopere veritatis ſalutaris, ſi credas homini, & veræ pietatis ſtudio deditus Limborgius.

Verum *id diſertè nego* ait §. IX p. 30. At quidnam illud eſt quod negat? Burmannum Spinoziſtam eſſe? minimè. Habeant hanc ſpeciem verba, mens ea ipſius non eſt; ſed, eo ipſo quod B. verba Spinozæ exſcripſiſſe dixerit, ſe non *dixiſſe, illum eſſe Spinoziſtam.* Accurate profecto admodum & circumſpecte. *Hæc eſt collectio* inquit Waeyenii, *qui, niſi ſtatuat, quicunque verba Spinozæ deſcripſit eſt Spinoziſta, nunquam mihi impegiſſet, Burmannum*

num à me dici Spinoziſtam. Itane? Serio teſtor, nunquam homini id calumniæ crimen intentaſſem, ſi nihil aliud quam exſcripta â Burmanno Spinozæ verba obtendiſſet. Sequiorem affectum aut ſimile quid merito dixiſſem, verum cum ea, quæ venenum Atheiſmi Spinozæ continent tam avide à Burmanno accepta dixerit, & ita acerbe & bis in Indice notato B. nomine, ex animi ſententia adhuc dum judico, cum ita immenſum ab ipſa Spinoziſmi medulla alienum eſſe B. haud ignoraverit, *aut miro ſcotomate percuſſum aut* αὐτοκαβίχεσθαι, *calumnias evomuiſſe in Virum* inclytum. Quæ mea ſententia fuit pagina mihi 194. huic 112. Quam in judicando libertatem quo tandem aut exceperit animo, aut ſcommate aut vituperio ornaverit, mihi quidem perinde eſt.

Occaſionem traducendi hominem *non quæſivi. Aliquid quod non ſcripſit* nuſquam *ipſi affinxi, nedum ut ita materiam in ipſum debacchandi mihi ſuppeditarem* §. IX. pag. 30. *Ubi vel tantillum tibi affinxi* Limborgi? Fateor falſi accuſare tuæ ætatis, profeſſionis, & propháſeos hominem, res eſt ſic ſatis dura; at quid agam cum tanta impetuoſitate verum extorqueas. Id ſaltem dicam tam diu me pro falſis hæc tua verba habiturum, quam diu non aliquid produxeris, quod, *a te non ſcriptum, tibi affictum à me* ſit. Ne verbum quidem produces unquam. Ut quam ampla tibi de indole illa tua, deque honeſtate gloriandi materia ſit reliqua, conſcientie tuæ probe examinandum committam. Paratragœdiare tu & moderationem ac mo-

 de-

deſtiam crepa, Waeyenium abjectim habe, vitupera, calumniare quantum velis. Niſi vel tantillum ſaltem tibi abeo affictum monſtraveris, quod non ſcriptum â te ſit, falſi te tenebit.

Quin imo *Spinoziſtam te dixiſſe* Burmannum, ego quidem dixi nullibi. Calumniatum te Burmannum eſſe quam atrociſſimè dicere nunquam deſinam; cum verum ſit & denuo id dicendi neceſſitatem imponat animi tui impotentia.

Verum conſtrictum ſe perplexa illa probat oratio quæ eſt §. x. p. 31. attende obſecro Lector. *Non dico, Burmannus eſt Spinoziſta, uti me Waeyenus criminatur.* Totidem verbis *te dixiſſe*, Waeyenus dicit nullibi, adeoque verum non loqueris quando dicis Waeyenum *te* illius dicti criminatum eſſe. At quænam iſthæc excuſatio eſt, cum palam ſit, re ipſa dixiſſe te & amplius, quam id, quod ſubdole a te dictum inficiaris, ſalſoque tibi a Wayenio improperatum affirmas.

Pergat ſe expedire Limborgius. Aliquid ſaltem dixit. Quid igitur? Non. *Burmannus eſt Spinoziſta*, ſed *Spinozam ſine ullo judicio ſecutus eſt*, O Burmanni væcordiam! ô ſtuporem! Non dicit tamen Spinoziſtam eſſe. Egregiè. Perge, *ſine judicio ſecutus eſt Spinozam.* Procul dubio in re levioris momenti, quam ut, quem ſine judicio Spinozam ſequutum dixerim, Spinoziſtam eſſe dixerim, ſcilicet. Verum eſt, poſſet quis ſine judicio ſequi Spinozam in rebus ita exigui ponderis, ut cenſendus non ſit Spinoziſtam dixiſſe, quem in rebus exilibus ejus ſequacem dixerat. *Saporem Alcali* deſcribat, Spi-

nozæ

Digitized by Google

noza; *etiam conſiderando Tangentes multa alia difficilius deduci quam conſiderando ordinatim applicatas*, doceat; de eligendo *Dictatore in Ariſtocratia* ſententiam dicat, inque hiſce eum quis ſine ullo judicio ſecutus dicatur, non tamen eundem ſic Spinoziſtam declaratum quiſquam perhibebit. Sed Limborgio teſte, *in capite de Omnipotentia* Dei *ſine ullo judicio* Burmannus Spinozam ſecutus eſt. Quin nec hoc tantum Burmanno imputat, verum & in iis, quibus Spinoza *Atheſmi ſui venenum*, *ſed tectius paulo inſinuat* Burmannum *ſine ullo judicio eum ſecutum eſſe* totidem verbis exerte declarat.

Quod utique meo judicio tantundem valet ac Spinoziſmi reum facere Burmannum: nec putem heic quenquam, niſi ſine ullo judicio agat, mecum diſſenſurum.

Multum autem me ita ſentientem confirmat κατήγορος, eo quod nova amarulenti in Burmannum animi tam luculenta ſpecimina exhibeat, *eo quoque* loco iiſque verbis, quibus Clariſſimo viro non ita iniquus vult videri.

Reſpicio §. x. p. 32. ubi more ſuo, narraturus qui fieri potuerit, ut eo ſe abripi paſſus ſit Burmannus, *omnia Carteſii placita perditè amare* dicit. Imo, ne exquiſitæ picrologiæ quicquam deſit, quemadmodum in ſua Doctrina Chriſtiana, addit *nugari*, B. id *docere quod omnem excutere religionem alibi oſtenſum ſit*, ſic heic loci eadem pagella, omnia *Carteſii perditè amare*, *avidè quicquid ſcripſit Spinoza approbaſſe*, *quid Spinoza animo volveret ignoraſſe*,

 cæco

cæco quodam præjudicio multa exſcripſiſſe ex Spinoza, quod ſub verbis & phraſibus Spinozæ lateret non conſideraſſe Burmannum uno halitu evomit, nec pœnitet hominem. *Hoc indicare volui*, inquit, *quando dico, Burmannum ſine ullo judicio Spinozam ſecutum, etiam in iis, in quibus Atheiſmi ſui venenum ſed tectius paulo inſinuat. Si judicium adhibuiſſet Burmannus &c.* ſic dicteriis cumulat dicteria.

Penes Lectorem ſit judicium jurene an injuria, de hujus hominis atroci in Clariſſimum piæ memoriæ Burmannum calumnia fuerim conqueſtus nec ne.

Sic igitur §. XI. Limborgius: *Waeyenus addit, tam longe a crimine abeſſe Burmannum, ut, ſi forte ad dicta Spinozæ reſpexerit, prudentiſſime potius egiſſe dici debeat, quandoquidem nihil magis Spinozæ adverſum dici poterat, quam id, quod hic Viro ſummo ex Spinoza protuliſſe vitio vertit.*

Ea autem, quibus evici prudentiſſime egiſſe Burmannum, intacta relinquit Limborgius. Huc redeunt. Burmannus allegat verba Spinozæ, quibus ea, in quibus potiſſimum ejus venenum latet, adeoque arx Spinoziſmi, ſubvertitur. Utique qui auctoris alicujus ſententiam ſuam facere, aut ei conſentanea docere vult, næ is ex eo auctore non ſeliget ſignate verba, quibus idem ille auctor propria ut ajunt vineta cædit, ſubvertitque ea quæ cæteroquin præ aliis, tanquam ſyſtematis ſui fundamentum & medullam, profitetur. Hoc autem fa-

ctum

ctum à Burmanno eſt in negotio de quo heic alter-catur Limborgius.

Et, ne quis me B. indulgentiorem quam par eſt obtendere queat, produco teſtem apprimè idoneum Clariſſ. Poiretum, qui pariter jam dudum animadvertit, iis quæ heic habet Spinoza prorſus contraria docere in Ethica; adeoque hæc eſſe cum Spinozæ Atheiſmo directe pugnantia. *Hinc operam dedit ut per præfatorem ſuum moneremur* Spinozam *ibi non ſua, aut tantum ea quæ probat, docere: multa ibi occurrere quæ tanquam falſa rejicit & a quibus longe diverſam fovet ſententiam. &c. Hæc autem non ignoravit*, ſunt mea verba p. 179 heic 94. *adeoque prudenter egit B. quando ea verba a Spinoza mutua accipit, quoniam nihil dici poterat, quo clarius ſubverteretur, id quod Spinoziſmi cardo eſt ac nucleus.* Deinde plurima huc facientia ex laudato jam Poireto Lectori exhibeo; quibus, quantumvis clare ac ſolide evincant *tam longe à crimine abeſſe Burmannum, ut, ſi forte ad dicta Spinozæ reſpexerit, prudentiſſimè potius egiſſe dici debeat; quandoquidem nihil magis Spinozæ adverſum dici poterat; quam id quod heic Viro Summo ex Spinoza protuliſſe vitio vertitur*, nihil reſpondet, imo ne γρῦ quidem noſter.

Intacta igitur ea omnia relinquens §. XI. pag. 33. ac ſi nihil ipſi heic difficultatis hæreret, ad alia deflectit.

Ceterum conſideremus paulo propius ea in quibus ego *Burmannum ſine ullo judicio Spinozam ſecutum dico.*

mu

dico. XII. *Duo ſunt à me notata, Primum quod Burmannus, nimirum* §. XI. *dicat, totam rerum naturam non eſſe niſi unum ens.*

Demonſtravi Burmannum prudenter arcem Spinoziſmi & valide ſubvertiſſe, tum quoque vel maximè, quando, nonnulla forte Spinozæ verba ſua faceret. Intactum id prætervehitur Limborgius, eaque quæ à ſe notata dicit, iterato proponit. Nimirum Burmannum *dicere totam rerum naturam non eſſe niſi unicum ens*. Spinozæ fateor effatum eſt, addo autem verba mea repetente Limborgio §. XIII. p. 33. *diverſum quid dicit Burmannus cum Spinoza iiſdem verbis uſo*, quibus unicuique extra partes poſito ſignate ei, quem forte de Burmanni hac in parte orthodoxia ſollicitum reddere potuit, abunde ſatisfactum fore nullus dubito.

Limborgius autem: *Atqui hæc plane confirmant, quod ego dico*: Probo Burmannum iiſdem verbis utentem quibus Spinoza, prorſus tamen ab ipſa contrarium ſenſiſſe & abunde declaraſſe. Ea ex quibus id demonſtravi, plane confirmare contendit Limborgius id quod ipſe dixerat.

Ut iiſdem verbis ſecutum dicat, quibus ei ſeſe contradixiſſe, ne quidem Limborgius inficias ire poterit.

Hinc unicè cauſatur, *non quæri quid Burmannus alibi ſcripſerit; ſed, utrum hoc loco Spinozam ſine ullo judicio ſecutus ſit* §. XIII. p. 33. Ac ſi ea quæ & ſcripſerit alibi, & tu ſcripſiſſe neutiquam ignoraſti, tanquam non ſcripta habere æquum ſit; non alia licet fine, quam ut accuſare poſſis. Hac lege ſi quiſ-

quiſquam tecum certaverit, iniquum dixeris. Jure ſuo optimo; inprimis ſi & iſteic loci à te ſcripta palam facere poſſes, quæ, tanquam non ſcripta, aut ſaltem loco conveniente non ſcripta, cauſaretur tuus ille adverſarius, data opera non viſa non animadverſa.

Inſpice, precor idem illud, de quo Burmanno litem intendis, Caput. Synopſeos L. 1. Cap. xxv. Sane lege, obſecro, manibuſque palpabis tuis quam recte ſentiat, ſeque ſentire eo ipſo in Capite declaret. *Sic enim res relata ad voluntatem Dei dicitur poſſe produci;* Nam ejus voluntati quis obſtitit? Rom: IX. 19. *atque ad eam res omnes factæ referentur.* Quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam ſunt & creata ſunt. *Apoc:* IV. 11. *Creatio enim nihil aliud dicit quam efficacem illam voluntatem Dei, quæ ab æterno fuit, addita tantum nova relatione ad res factas, ſive coexiſtentiam objecti; quod voluntas illa ab æterno in tempore extiturum voluit.* Adeo ut quantumvis ſcripſerit *totam rerum naturam non eſſe niſi unum ens,* non tamen idem quod Spinoza ſenſiſſe, aut, *ſine ullo judicio* id ſcripſiſſe, dici poteſt. Quin ſi vel in loco, ab eo, quem criminaris, remotiſſimo, talia quis ſcribat, ab homine, ex charitatis Chriſtianæ legibus agente, traduci tamen non debebat, haud ſecus atque ſi ita feciſſet, ea quibus ita exertè ita explicatè contradixerat.

Imo vero & in ipſis illis Burmanni verbis, quæ tu Lectori exhibes pag. 11. hæc reperiuntur: *cum omnia à decreto Dei dependeant, non ſolum rerum*

exiſtentia, ſed & univerſa earum natura & eſſentia, nec quicquam neceſſarium, imo ne poſſibile quidem ſit NB. citra Dei voluntatem. Rurſus pag. 13. *Ita ut hic omnia dependeant à ſolo Dei decreto & voluntate.* Qui hoc ſcripſit, quique hoc eo loco ſcripſit, obſecro an is aut non ſcripſiſſe aut ſaltem loco commodo non ſcripſiſſe dicetur ea, quæ extra omnem dubitationis aleam ponunt, fieri non poſſe, ut eodem quo Spinozæ ſenſu, at ſenſu quem in Poſthumis demum aperit, dixerit, *totam rerum naturam non eſſe niſi unum ens?*

Abſque aliqua imprudentia dictum hoc ſuum facere haud potuiſſe Burmannum ſi perhibere voluiſſes, an putas te peccaturum fuiſſe, ſi erga Virum Doctiſſimum ea fuiſſes juſtitia, ut addidiſſes, verba ea quidem ab eo prolata, ſed alio prorſus ſenſu accepta eſſe?

Quæ igitur tua illa eſt pietas, quæ moderatio? quæ cohibuit, quo minus adderes, quod ſi de te fabula narraretur, additum omnino voluiſſes, flagitaſſes?

Neceſſe utique non erat *omnis judicii* hac quidem in re defectum exprobrare viro certe ab judicio prorſus non deſtituto. Imo à judicio laudare potuiſſes & debuiſſes, eo quod ita prudenter caverit, ne alicubi forte eadem verba adhibituro, eandem quis mentem improperet quæ Spinozæ fuit. Scio Conſcientiam tuam hac quidem in re meis dictis patrocinari.

Ex Spinoza *quædam tranſcripſiſſe Burmannum quæ cum iis quæ alibi ſcribit, non cohæreant,*

pari-

pariter nulla ratio cogit, ut ſuſpiceris; cum, non *alibi*, quanquam id æquo judici ſufficeret, ſed hoc ipſo in Capite, imo ipſo Paragrapho à te transſcripto ea reperiantur, quibus lectis, ego ſaltem vim inferre animo deberem, ſi Burmannum, ſine ullo judicio, ſequutum Spinozam dicerem. Utinam non majorem tu heic Chriſtianæ manſuetudinis, quam Burmannus judicii defectum palam faceres! Ut Burmanno ſic jam ſatis dedolato, ego ad partes denuo vocor, dictione non moderata & miti, ſed haud parum aſperiore ac duriore eâ quâ in ipſos Chriſtianæ religionis manifeſtos hoſtes uti ſoles. Par pari non referam, ſenſu tamen omni quemadmodum non carpo, ita & de iis, quæ mihi contumelioſe inuruntur ſtigmata, monere ſaltem Limborgium licebit. *Waeyenus vero, dum Burmannum defendere conatur, ex mero contradicendi ſtudio hic ſcribit, quod non intelligit, aut ſatis maturè expendit; & dum ſe Burmanni patronum putat, cauſam ejus prodit.* Scribere me *ex mero contradicendi ſtudio* cum dicit, de animo, de abditis cordis mei judicat. *Nemo novit quid ſit in homine præter ſpiritum hominis qui in eo eſt* ait Paulus 1. Cor: 11. 11. Tribunal Dei conſcendit Limborgius, eaque judicat quorum judicium illi ſoli competit qui corda & renes ſcrutatur. Et ad illius judicium, à temere & incompetenter de animi mei propoſito lata à Limborgio ſententia, ſerio provoco. Falſam eſſe magna cum animi *mœrore* contendo, additis precibus ut condonetur homini injuria.

Probare utique nullo indicio poteſt id cujus ita audacter & abſque ulla cauſæ cognitione me condemnat.

Veritatis amor, in Virum Doctum pietas, in que tuum agendi modum juſta indignatio me ut iſta ſcriberem adegerunt, non *merum contradicendi ſtudium*. Quid mihi tecum bone Vir, aut in te precor, quod in me illud tibi contradicendi ſtudium excitaret?

Scriptum tuum adverſus Judæos ita languide Chriſtianam cauſam egit, ut, vera loquor, quam primum legerim, dolori fuerit. Exinanire quippe te crucem Chriſti, imo *arcem rei Chriſtianæ prodere* tum Socinianis tum Judæis non uno in loco deprehendi. Doctrina Chriſtiana tua eundem exprimit genium, præterquam quod in ea, ubi Epiſcopii Inſtitutiones legeris, pauciſſima reperturus ſis quæ ſingulatim Limborgio debeantur: porro ſexcenta & amplius a noſtris imo millies refutata apponit tanquam recens jam inventa, & parata. Utrique communis eſt tepor aliquis & languor, ex eo ortus, quod inſipidum reddat prorſus cibum ſpiritualem, ignorans ſcripturam & virtutem Dei. Quemadmodum vera juſtitia probe cognita, animæ inſtar eſt, cujus virtus, in omni Scripturæ parte, ubi rectè intelligitur, pellucet, verbiſque fere in omnibus, ſingulatim typis & umbris, videtur, guſtatur, palpatur â genuino Scripturæ Filio; ſic haud cognitæ veræ juſtitiæ malum ſanies eſt, quæ pervadit omnes Doctrinæ Chriſtianæ partes earumque vigorem penitus depaſcit.

Quo-

Quotieſcunque iſtiuſmodi hominum labores & ſcripta attenta mente conſidero, in ea ſententia confirmor qua ſtatuo Doctrinam de Chriſto ejuſque æterna Deitate; ut & de juſtitia, Deo glorioſa & in qua acquieſcere peccator poſſit, non alibi quam in Chriſti obedientia uſque ad mortem quærenda, clavem eſſe totius Scripturæ. *Finis legis Chriſtus* eſt cuilibet credenti. Præterea perſpicuum mihi evadit magis magiſque, omnis erroris in religionis negotio verbique exinanitione, id eſt, perverſa explicatione, fontem eſſe, non agnitam Chriſti juſtitiam. Hinc omnes Sectarii tanto propius ad Judaiſmum accedunt, id eſt, errorum officinam, quanto longius ab hujus veritatis recta perceptione & ſana fide diſcedunt. Ut millies milliesque, mihi in mentem veniant verba Pauli Rom. x. 3. 4. *Ignorantes juſtitiam Dei & ſuam quærentes ſtatuere, juſtitiæ Dei non ſubjecerant ſe.* Juſtitia Dei non recte cognita, fieri non poteſt, quin myſteria fidei evileſcant, & neſcio quæ moralis doctrina, pro vera pietate habeatur: cum aliam noſtræ μεταμορφώσεως viam ac rationem nullam agnoſcat Apoſtolus, quam qua κατοπτριζόμενοι τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ ἐν προσώπῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ tanquam per Dei Spiritum immutamur.

Neque alia, poſt ingreſſum in mundum peccatum, fingi, abſque læſa divina majeſtate, poteſt. Quicquid oggranniant qui peccatori potius adulantur, quam ut de divina gloria ſarta atque incolumi ſervanda ſolliciti ſint. Avide paſſim accipiuntur Latitudinariæ veſtræ dictata: ac ſi, medulla veritatis

peſſum data, ſanctificari jam non veritate, ſed neſcio qua imaginatione peccator poſſit.

En triſtitiæ de vobis meæ, en doloris fontem verum ac genuinum. Nec eſt quod me illius pæniteat. Præterea blanda facie moribuſque compoſitis, quibus ſe potiſſimum efferre ſolent omnes qui propriam juſtitiam erigunt, tegi ſæpe ſolet animus vera pietate diſtitutus. Et tu Limborgi, quem obteſtor, nullo ſequiore affectu concitatum, me in chartam conjeciſſe ea quibus increpatum te & correptum volui, vide an non fundamento careat illa tuæ virtutis, ſignate moderationis & comitatis gloriatio, qui tam facile te eo rapi pateris, ut, in Dei te ſolium ingerens me judices damneſque criminis, cujus præter καρδιογνώστην idoneus nemo judex eſſe poteſt.

Cogitaveris exceſſum forte amoris erga defuncti manes me aliquantulum abripuiſſe quam par eſt longius; perverſum autem, quod cordis eſt, *ſtudium* imputare, imo ſcriptionem *ex mero contradicendi ſtudio ortam* dicere, næ id eſt omnis pietatis, prudentiæ & modeſtiæ limites tranſgredi. Modo vel mica adfuiſſet illius, quam ceteroquin crepare ſoles, comitatis, in melius interpretari, quicquid heicà me peccatum dixeris, potuiſſes, debuiſſes. Inprimis cum, quæ moderata tua illa de me ſententia eſt, ſcripſerim *id quod non intelligo* aut ſatis *mature non expendi*. Vel an fieri non poterat, ut ignorarem, ut ex præcipitantia quadam peccarem, abſque tamen animi illa pravitate, quam accuſas, quando me ex *mero contradicendi ſtudio* ſcripſiſſe de carthedra pronuncias.

At

At periculum faciamus an pravi ſtudii, ignorantiæ atque inconſiderati animi me convincant quæ ſequuntur. Licet enim revera, *dum me Burmanni patronum puto cauſam ejus prodidiſſem*, nondum tamen *meri contradicendi ſtudii* convinceres. Conſcientia me hac in parte abſolvente, æquo licet animo tuam criminationem feram, ab iniqui tamen & temerarii judicii crimine te apud animum meum liberare haud poſſum.

Venio jam ad rem. Agnoſco verba mea. *Imo Limborgi, tota natura unum ens eſt: univerſitas una, unus mundus.* At pateat addam quæ ſequuntur; *Ens vero id dicit Burmannus*: dicunt omnes, ille autem [illegible] ita circumſpectè, ut ſi vel prævidere falſiſſimam illam accuſationem tuam potuiſſet, haud potuerit circumſpectius. Audi Virum Clariſſimum: *Quamvis tamen Mundus hic unicus ſit, nihilominus diverſas partes habet, ex diverſo motu ipſi indito, quo omnia varie cientur, & varia corpora efficiunt, factas & coagmentatas. Ut unus ſit ex* NB. *partium aggregatione, atque omnium inter ſe ordine & fine* NB. *à ſapientiſſimo conditore conſtituto.* Quis obſecro abeſſe longius à Spinoza potuit: ſignate in iis, in *quibus*, Limborgio accuſatore, *Atheſmi ſui venenum, ſed tectius paulo inſinuat*:

Locutus eras *de verbis* Spinozæ *in quibus Atheiſmi ſui venenum, ſed tectius paulo inſinuat*, ea *ſine omni judicio ſua* feciſſe dixeras Burmannum. Id quod ego jure fui inficiatus. Duo cum faciunt idem non eſt idem. Negavi igitur, non Burmannum hæc

ver-

verba feciſſe ſua; non, iis verbis, ſenſu Spinozæ acceptis, *tectius* licet *paulo*, Spinozæ *venenum inſinuari*, neutiquam; ſed *ſine ullo judicio* hæc verba ſua feciſſe Burmannum calumniam dixi eamque atrociſſimam. Nec dixi tantum verum & demonſtravi.

Conſtat igitur quid negaverim, nimirum Burmannum *ſine omni judicio* fuiſſe ſecutum Spinozam.

Merito me negaſſe contendo hiſce verbis p. 192 heic p. 110. *Non capio, quo pacto ab animo tuo*, Limborgium alloquor, ut Virum, ſexcenties, imo univerſo ſyſtemate, quid ni addo ſingulis verbis tum hujus ſcripti, *tum reliquorum quæ edidit, Spinozæ dogmata ſubvertentem, ita atrociter calumnieris, doctrinam ei imputans, quam averſatus eſt ut quam maximè. Quin ipſo hoc in capite* ex quo tu virus illud fuiſti expiſcatus, clamat contrarium illius quod accuſationis tuæ argumentum & ſumma eſt.

Nunc objicis, Spinozam in Cogitatis Metaphyſicis expreſſè loqui *de natura naturata*. Fateor, ſed mentem Spinozæ haud recte adſequeris, ſi putes, re, ſubſtantia, entitate, eſſentia, *naturam* naturatam a naturante differre. Verba ſunt, quibus faſcinare hominum oculos ſtuduit vaferrimus Atheus, nullibi autem tam ſerio obtentu quam Scholio Prop. XXIX. Part: I. Antea quidem in libello, quem de principiis *Carteſii more Geometrico d.monſtratis* compoſuerat Mathematice demonſtrat Mentem & Corpus eſſe *duas ſubſtantias*

tias realiter diſtinctas; in Ethica autem ad ravim uſque inculcat Subſtantiæ unitatem, imo Mathematicè demonſtrare perhibet, non *dari duas ſubſtantias* pag. 4, 5, 12, 637, 11, 12, 13. 49. 498. 466. Sic in Schol. Prop. II. Part. II. *Subſtantia cogitans & ſubſtantia extenſa una eademque eſt ſubſtantia, quæ jam ſub hoc jam ſub illo attributo comprehenditur.* Ejuſdem commatis eſt ipſius *natura naturans & natura naturata*, ens idem, una eademque tantum ſubſtantia. Hinc quam Scholio Prop. XXIX. part. I. videri volebat ſerio diſtinguere, *Naturam Naturatam* & *Naturantem*, eam denuo confundit quando unitatem ſubſtantiæ urget.

Abdita hæc Satanæ funditus perſpexit & ſubververtit Clariſſimus Poiretus in Notis ad Libr: VII. §. 5. pag. 210. *Non enim alius Spinozæ deus eſt quam Natura; eaque natura naturans, id eſt, idea aliqua & vis generalis prædicabiliter conſiderata, non autem actu exiſtens, niſi quatenus modificata eſt per res particulares, quæ ſunt natura naturata, & Deus modificatus & actu intelligens (& etiam extenſus) Spinozæ....... Naturam naturatam modo Deum eſſe negat, modo adfirmat: prout id res ejus exigunt.* Ut, ita ſedulo notata diſtinctione Naturam Naturatam inter & Naturam Naturantem, nihil lucretur Limborgius.

Hæc centies cogitaveram antequam Burmanni vindicias ſuſciperem. Ut nihil efficiat Limborgius quando objicit *naturam Naturantem* iſtic loci à Spinoza memorari. Criminatus erat. Burmannum abſque *ullo judicio* ſequi Spinozam *etiam in iis*

Digitized by Google

quibus atheiſmi ſui venenum, licet tectius paulo, inſinuat. Specimen, quo id probare conatur, hoc eſt, dicit cum Spinoza *totam naturam eſſe unum ens.* Ego oſtendo qua ratione à Burmanno judicioſe dici potuerint ea, quæ à Spinoza dicta Atheiſmi ſunt latibulum.

Et denuo dico. Ex Ethica abunde conſtat ſive *Naturatam Naturam* dixerit ſive *Naturantem*, idem ens, ſubſtantiamque prorſus eandem dixiſſe. Quod ſi ignoravit Limborgius, judicet Lector quam leviter inſtructus in hanc deſcenderit arenam. ſi noverit, quorſum id objicit, haud ſecus ac ſi me ea ratione in anguſtias redigeret?

Mundus eſt revera, etiamſi *Naturatam Naturam*, ſed præter mentem Spinozæ, & ex ignorantia Spinoziſmi, ſolam, tanquam à Natura Naturante tota ſubſtantia diſtinctam, intelligas, unus tamen mundus, una rerum univerſitas & unum *ens aggregatum*, ita ut, quod exerte adſeverat Burmannus, *diverſas partes habeat. Ut unus ſit ex partium aggregatione atque omnium inter ſe ordine ac fine NB. à ſapientiſſimo conditore conſtitutus*. P. heic 112. mihi 194. Quo nihil dici poteſt Spinozæ de mundi unitate menti magis contrarium. Utpote qui ne quidem rei extenſæ partes, nedum partium aggregationem, nedum aggregationis unitatem agnoſcit. *Si quantitatem quatenus ſubſtantia eſt, concipimus, tum, ut jam ſatis demonſtravimus, infinita unica & indiviſibilis eſt* Schol. Prop. xv. Part. I. *Ex his ſequitur, nullam ſubſtan-*

ſtantiam, & conſequenter nullam ſubſtantiam corpoream, quatenus ſubſtantia eſt, eſſe diviſibilem: Coroll. Prop. XIII. Hæc ſufficiunt, ut palpare poſſis, non ſcripſiſſe quæ non intelligam, ſed te mihi negotium faceſſere voluiſſe in negotio tibi prorſus ignoto.

Inſtat tamen. *Multum ſunt diverſa, mundum eſſe unicum, & mundum eſſe unum ens.* Pag. 34. Ac ſi ens & unum eſſe non reciprocarentur. Quicquid eſt, & unum eſt, id eatenus, quatenus unum eſt, ens quoque dicitur Philoſophis. Microcoſmus non deſinit dici *unum ens* licet ex pluribus ſit aggregatus. Quid ni & macrocoſmus? De rerum univerſitate quærenti an ſit, reſponderi utique poteſt eſſe; ens igitur eſt. Vide Picum Mirandulanum de Ente & Uno, non lubet tranſcribere quæ præceſſerunt. *Unicum eſſe & unum ens* non confundo. Contendo tamen, omne id quod *unicum* eſt, id eſt, quod exiſtit & ita exiſtit aut ex exiſtentibus conflatum eſt, ut *unicum* ſit, etiam eatenus *unum ens* eſſe, quatenus id exiſtens unicum eſt. Quicquid *verum eſt*, *ens eſt*, ait Picus, ſubſumo, univerſum hoc *verum* eſt, ergo Ens & unum eſt. Si cum puero res eſſet, ad Etymologiam provocarem. *Eſt autem Ens ab* ἐὼν ἔντος *quod Æolicum eſt* pro ὢν ὄντος Voſſius in Ætymol. *Entiam* dicit Fabius L. II. C. XIV. unde Picus colligit, priſcos à vocabulo *Entis* non abhorruiſſe Op. Tom: II. p. 945. τὸ ὂν utique de rerum univerſitate æque dicitur ac τὸ ἕν. Platonem per τὸ ἕν aliud quid intellexiſſe, ut & per unum aliquid quod Ente ſuperius

 ſit,

ſit, nihil heic ad nos. Ens præterea; à Metaphyſicis paſſim ita accipitur ut omnia complectatur, dividaturque in Subſtantiam & accidens, Picus de Ente & Uno Op. Tom: I. p. 18. Mundum *præſentem* quis non dixerit? at qua ratione *præſens* niſi *Ens* ſit, cum, ut notat Voſſius, præſens ex præ & Ens conflatum ſit. Nec quicquam profers cujus ſe non pudeat, qui vel extremis, ut ajunt, labris Philoſophica deguſtaverit. Sic §. XIV. objicis, *aggregatorum partes totidem eſſe entia*; pueriliter ſane tum quod ultro id agnoſcam, ipſeque Clariſſimi Burmanni verba allegaverim, quibus mundo unitatem tribuit, quæ *ex partium aggregatione* exſurgit; tum quod idem palam profitear, eo ipſo quod unum & unicum quid dicam, id quod *rerum univerſitatem* nuncupo, niſi forte, quod omnem ſtuporem ſuperet, putes me univerſitatem rerum ſeu entium fingere, quæ ex multis non ſit coagmentata. In minore mundo, quem utrumque tamen & unum & unicum & ens dicimus, id obtinet, ut *in ſolo eo omnia ſuo modo viſantur, quæ conſpiciuntur in univerſo:* Sunt verba Pici Mirandulæ de Rerum Prænot. L. VII. Cap. VI. ſeu Op. parte 2. p. 429.

Idem mi Philoſophe, idem prorſus & heic obtinet. Vel an Mundus tibi eſt *nonens?* Non entis autem nullæ ſunt affectiones; quas tamen mundo nemo non tribuit diverſas. Unum eſſe, bonum eſſe, finitum eſſe, dependentem eſſe de mundo paſſim prædicatur. Denuo Pici verba alia occaſione prolata mea facio. *Si eſt* Mundus, *vel Ens eſt* vel *non ens*. Dices *entia*, non *ens*. At regeret ille

ſi

ſi unum non ſit, ſcilicet aggregatum, *neque multa ſint.* Exam. Doct. Vanit. Gentil. L. 11. Cap. XI.

Ens autem paſſim memorant Philoſophi, quod *dividatur, in Subſtantiam & accidens:* idem Picus de Ente & Uno Tom: 1. p. 172. Nonnunquam *De toto Ente* diſputaſſe, Johanni Pico eſt, de *mundo materiali* diſputaſſe Tom: 11. p. 163. Macrocoſmum animal dixiſſe Platonem imo & Ariſtotelem ſunt qui tradant.

At cum heic ſe mirum in modum efferat meus ille Theologo-Philoſophus, viderique vult de mea ignorantia merito triumphum canere, quantumvis tædeat, ſequentia etiam audiamus. *Itaque ſingulæ illæ partes, ex quarum aggregatione mundus conſtat, ſunt peculiaria entia*, utique, alias Ens per ſe forent, non per accidens, non per aggregationem. Hinc recte nunquam ſatis laudatus Picus Tom: 1. p. 778. *Mundi autem pars, non etiam eſt Mundus.* Pergat. *quorum unumquodque ſuam habet eſſentiam ab aliis omnibus diſtinctam*, haud ſecus atque in acervo lapidum, in horologio, & quid ni denuo illum in ſcenam produco, in microcoſmo: recte. At cave ne verbo *diſtinctam* te ipſum ſeducas, cum pars totius, ad aliam partem relata, peculiarem ſibi habeat & retineat eſſentiam atque integritatem eſſentialem, quæ una junctæ, ſingulæ pro ſuo modulo, conferunt ad conſtituendum totum. In numeris forte res tibi erit minus perceptu difficilis, Totius ſummæ ſingulæ unitates partes ſunt: puncta lineam conſtituentia, ſingulatim ſpectata puncta ſunt,

 quæ

quæ ſimul invicem juncta, unam tamen ſeriem lineamque unam conſtituunt. Aliud eſt diſtinctam ab aliis eſſentiam habere, & diverſam ſubſtantiam eſſe, aliud loco etiam disjunctam omnique ratione ſeparatam. Singuli lapides, trabes ſingulæ ab ædificii partibus diſtinctam habent eſſentiam, in navi partes, ſi ſeorſim conſideres, diſtinctæ ſunt ſubſtantiæ, quæ tamen una conſideratæ, unam domum, navem unam, unum *ens aggregatum* conſtituunt.

Atque ita facile videbis quam parum feriat id quod porro in me vibrat telum plus quam plumbeum. *Alias ſi totus mundus non ſit niſi unum ens, ſequitur, ea quæ nunc agnoſcimus ſingularia entia & ſeparatim ab aliis ſubſiſtentias, eſſe tantum diverſos ſubſiſtendi in uno illo ente* (*nim. mundo*) *modos:* maligna non minus quam confuſa prorſus & ficulnea argumentatio.

Maligna eſt, quia invitis errorem graviſſimum imputare conſequentiis conatur. *Confuſa* eſt quoniam ſe ipſam ſubvertit: eo ipſo enim quod, licet Mundus ſit unum ens aggregatum, *tamen utrinque adhuc agnoſcamus ſingularia entia, & ſeparatim*, manente tamen Unitate aggregationis & *ab aliis ſubſiſtentia*, luce meridiana clarius eſt, nullo colore Spinoziſmi crimen conjici in nos poſſe. *Entia Singularia, & ſeparatim ab aliis ſubſiſtentia* dicere, Spinoziſmi omnem amolitur ſuſpicionem, utpote qui unam tantum atque unicam ſubſtantiam agnoſcit, atque *ens*, non ex diverſorum entium ac ſubſtantiarum collectione ſeu aggregatione, colle-

& conflatum, ſed natura & ſubſtantia *unum*, quod nos rejicimus.

Hinc, licet, ſenſu jam dicto, mundus dici poſſit unum quid eſſe, unum mundum, unam univerſitatem, *unum ens*, minime ſequitur, quantumvis id contendat Limborgius, *ea quæ nunc agnoſcimus ſingularia, entia, & ſeparatim ab aliis ſubſiſtentia, eſſe tantum diverſos ſubſiſtendi* in uno illo ente (nim: Mundo) *modos*. Haud ſecus ac ſi lapides ſinguli in acervum conjecti & aggregati deſinant eſſe ſingulares lapides, eo quod jam acervum conſtituant. Et tam remota ab omni vero Limborgii collectio eſt, ut prorſus contrarium ex iis quæ poſt Burmannum heic dixi, ſequatur quam manifeſtiſſimè. Entia enim eſſe non poſſunt eáque aggregata in cumulum, niſi diverſa ſint, ſingulaque peculiarem ſuam entitatem habeant & naturam, quo nihil Spinozæ fictionibus magis adverſum quid dici poteſt; utpote qui *ſubſtantiam dicat* unam eſſe, imo ſubſtantiam corpoream *à divina natura non eſſe removendam aut creatam ſtatuendam, & contra ad eam pertinere* Schol. p: 20. p. xv. Part: 1. Subſtantia corporea in partes dividi non poteſt juxta Spinozam, *in materia partes non diſtinguuntur*; imo juxta ipſum *inſaniunt qui ſubſtantiam extenſam ex partibus, ſive corporibus ab invicem realiter diſtinctis conflatam eſſe putant. Subſtantia extenſa prout in ſe eſt, infinita, indiviſibilis, & unica reperitur*. Epiſt. XXIX. pag. 467. nos autem innumerabilis nobis multitudinis ſubſtantias corporeas ſtatuimus, eaſque, quantum-

X vis

vis coagmentatas in unum ens aggregatum, in tamen ſingulas partes materiæ & ſubſtantias diſtinctas ab aliis.

Nec ſe ipſe, nec nos intelligit, nec Spinozæ mentem aſſequitur Limborgius, quando *ſingularia entia* fingit, *& ſeparatim ab aliis ſubſiſtentia, quæ tantum ſint diverſi ſubſiſtendi in uno illo ente modi*; certe *entia ſeparatim ab aliis ſubſiſtentia* non poſſunt, juxta Spinozam, eſſe *diverſi in uno ente ſubſiſtendi* modi; cum entia ſeparatim ab aliis ſubſiſtentia non agnoſcat penitus. Et qui agnoſceret, cum unicam tantum ſubſtantiam admittat?

Non magis ſolida eſt quæ ſequitur ratiocinatio: *ac proinde, cum Burmannus ſentiat, totam rerum naturam non eſſe niſi unicum ens*, aggregatum nimirum & ex diverſis entibus conflatum, id eſt, ea ratione, ut, qui ita concipiant & ex Spinozæ ſententia inferant, ex eaque *concludant*, *hominem*, ſc. unumquemque hominem *eſſe partem naturæ*, certe recte ratiocinetur, cum ne unus quidem homo ſit, qui non ſit pars illius, quod, ſimul ſumtum, mundum ſeu univerſum dicimus. Aliud prorſus inde ſequi Limborgi cruda & turbata imaginatio eſt. *Sequitur*, inquit ille, *hominem non eſſe ens à reliquis entibus diſtinctum*. Singulare *ens* agnoſcimus hunc hominem, illum hominem, eoſque *ſeparatim ab aliis ſubſiſtentes* præterea: ſingulos ut partes naturæ univerſæ, indeque ſequi vult, hominem non eſſe ens à reliquis entibus diſtinctum. Quis non miretur ſerio ita nugantem? Imo vero ſequitur hominem illum non eſſe ſubſtantia eundem,

modo

modo quoque non tantum ſed ſubſtantia diverſum, ut *modo* tantum differre ab aliis haud poſſit.

Homo autem hic cum *ens*, cum *ſubſtantiam ſingularem* ſignificet, ipſe enim de entibus ſingularibus heic loqueris, ut ad calcem pag. 34. videre eſt, contra quam tu adſeveras, neceſſario *ſingularem hominem ſignificat*, *non univerſitatem*, à ſingularibus abſtractam, illa enim ens rationis eſt, ut omnia univerſalia; adeoque, contra id quod ſuppoſitum fuit, non *ſingulare ens*, *non ſeparatus ab aliis ſubſiſtens*. At quanta confuſio! *cum homo hic ſignificet*, *non unum ſingularem hominem*, *ſed univerſitatem hominum*, *ſeu integrum genus humanum*. Verum ad ſingulos redis: *illi non erunt totidem ſubſtantiæ*, ſc: ſupponuntur utrimque & declarantur eſſe, non tamen erunt. Quam bella hæc eſt Oratio! At *quare non erunt entia ſingularia*, quare non ſeparatæ ab aliis ſubſiſtentiæ? dicam, quia totius naturæ, entis aggregati inſtar conceptæ, quilibet homo pars eſt.

Majora ſequuntur. *Ac proinde non exiſtit uniuscujuſque anima*, *ut diſtincta ſubſtantia*. At quid ni? de *entibus* enim *ſingularibus* cum loquamur, & *quæ ſeparatim ab aliis ſubſiſtant:* unde quæro eorum in non ſubſiſtentes, in non ſeparatim ſubſiſtentia, mira tranſmutatio? Ex dicto Burmanni à Waeyenio defenſo. At quodnam illud? Homo eſt *pars naturæ*. Rectè, ſed ſingulare tamen ens & ab aliis ſeorſim, certo ſenſu, utique ſeparatim exiſtens. Unde igitur tibi hominis, unde ſignate animæ ejus in peculiarem modum metamorphoſis? Meræ gerræ.

Serio hæc confutari non merentur, abſque indignatione ceteroquin præteriri non deberent, quæ præterea aniculæ inſtar nugatur. Ea enim admiſcet, quibus Burmanni & Waeyenii ſana, de ſuperſtite poſt hanc vitam mente, doctrina dubia redditur. Hinc perfricta fronte rogat, *Pereunte itaque illo corpore, quid tandem erit ſpiritus humanus?* Dicam, erit ſpiritus humanus, &, contra ac tu, orthodoxos inter & Anabaptiſtas medius incedens, commentus es, Doctr: Chriſt. Libr. VI. cap. X. § 3. illico beatitatis ſenſu perfuſus, aut damnationis æternæ doloriſque infernalis particeps. At tu acris & ſubdolè quæſitor, quis te ſollicitum reddidit, quis anſam dedit iſtiuſmodi quæſitionibus? *Pereunte itaque illo corpore, quid tandem erit ſpiritus humanus?* Habuiſti olim & habes hodie queis fraternitatis dextram porrigis, quos merito id roges. *An ille peculiaris cogitandi modus ſuperſtes eſt & conſervatus? an vero intereunte corpore ſimul interit, & in ens illud unum relabitur? Sane ſi modus ille cogitandi ex corporis ſtructura dependet, etiam intereunte corpore ut intereat neceſſe eſt.* Quis hæcce ſeorſim legens non putet homini cum Atheo rem eſſe, aut ſaltem, quem ſolida conſequentia, eo abſurditatis redegit, ut talia ex hypotheſi qualicunque ſua agnoſcere cogatur? At neutrum heic verum eſt. Vereor ne Lectoris diffidere judicio videar & candori, ſi iſtiuſmodi ſuſpiciones aut à Clariſſ. Burmanno aut à me ſerio amoliar. Imprudens quoque dictum, ex quo talia ſequantur, nobis alicubi excidiſſe pariter haud putem: & ſi id

con-

Digitized by Google

contigiſſet, potuiſſet Arminianus tam ſerio tantoque cum apparatu æquitatem ceteroquin & moderatum animum deprædicare ſolitus, placide indicaſſe, non imputato nobis abſurdo conſequente, quod utique nos non agnoſcere, quid? quod nos abominari, me ſignate ex profeſſo in Spinoza refutaſſe, haud potuit ignorare. Peſſimum autem factum eſt conſequentiis uti, quibus cum adverſarii theſi nulla connexio eſt, aut vis probandi id, cujus una animi intemperies accuſare innocentem ſtudet.

Vides Waeyene, hæc concluſio eſt, *quam hæc verba ſenſim in Spinoziſmum ducant*. Neutiquam Limborgi: cum nihil minus cum Spinoziſmo conciliari queat, quam ea dicta, quæ arrodis, & non minus maligne quam ignoranter torquere ſatagis.

Æque ſolida ſunt quæ ex Summa mea Theologiæ objicit §. xv. pag. 35. & 36. *Tu ipſe* inquit, *manifeſte doces mundum non eſſe unum ens, ſed ex diverſis entibus conſtare.* Nec unquam aliter docui. Unum ens non eſt, ſi per unum ens, non ens aggregatum, ſed cum Spinoza unicam ſubſtantiam intelligas. Unum tamen ens aggregatum eſſe non deſinit, licet ex diverſiſſimis conflatum ſit ſubſtantiis. Adeo ut eadem continuo fallacia laborent hominis mei ſophiſticatiunculæ. Pluribus heic mea vindicare operæ pretium non eſt, cum unum ens non alio ſenſu dixerim, quam *quo hic univerſitatem*, ſed unam non plures docet. Neque ullo colore eorum *oblitus* dici poſſum, cum utrimque adhucdum

 di-

dicam & ex rei veritate, quæ & tyronibus manife-ſta ſit. *Non animadvertiſſe me quo hæc tenderent* falſa accuſatio eſt, cum eo, quo tu mea detorque-re allaboraſti, *non tendere*, obſervata, ſæpius jam inculcata diſtinctione, limpidum ſit. Hujus dicti impudentiam ſatis ſuperque probatam dedi. Ipſe autem iniqui facti tui vadimonium deſeris, quando, ac ſi nihil tale quid commiſiſſes, proteſtari audes, *Abſit tamen ut Burmanno Spinoziſmum impin-gam.* Lacerare viri famam, factique iniqui convi-ctus, deinceps moderationem jactare ſuam pro-be doctus eſt noſter. §. XVI. Moderatè te Judæum excepiſſe, nuſquam vitio verti, quantumvis id ſubdole obtendas, ſed *frigide agere, & benigne in-terpretari ea quæ Orobius contra Religionem Chri-ſtianam liberius ſcripſerat, cum homine autem Chriſtiano, docto, omnibus doctis charo ita agere voluiſſe intemperanter*, pag. 175. heic p. 88. id eſt, quod in te carpendum putavi, & merito. *Mode-rationem* autem tibi probro à me verſam eſſe, non ſine inſigni verborum detorſione conquereris. *Mo-derationem* laudo. Sed verbis ſe talem deprædica-re, factis autem prorſus alium probare, id eſt quod in te quidem ſingulatim ex animo deteſtor. Utpote qui §. XVI. & ſequentibus totus in fermen-to es. Hinc, oblitus dicti,

Ne moveas camarinam etenim non tangere præ-ſtat, Gomarum Arminium & neſcio quos non denuo in ſcenam prodire jubes. Nimirum artis erat ita in Waeyenium debacchari, ut ſimul uni-verſæ cauſæ Remonſtranticæ aliquas ſuppetias fer-

ret,

ret, & in primo auctore vindicaret. *Arminianam* moderationem dixeram. Atqui id demum capital eſt. Verum non tam ipſum Arminium, quam factionem illius nomine vulgo notam reſpicio. Utpote quæ quam parum moderata fuerit, ſi id ageretur, multis documentis probari poſſet. Verum ubi tanta eſt animorum diviſio, quantam initio hujus ſeculi & deinceps vidit Eccleſia Belgica, neutra pars ita ſe intra juſtæ Chriſtianæ Defenſionis terminos continet, ut nunquam exorbitet. Vulgo obtinet, ut.

Iliacos intra muros peccatur & extra.

Comparatione tamen utrimque geſtorum facta, inprimis causâ de qua diſputatum eſt, probe expenſa, nihil certius eſt, quam habere noſtros, quod de Remonſtrantium fervore, turbis, atque immoderato agendi modo graviter conquerantur.

Arminium nova molitum & receptæ doctrinæ adverſa in Eccleſias introducere ſtudentem, omni modo id egiſſe, ut ne nimio impetu tanti conſilii executionem ſufflaminaret, non eſt dubitandum. Nihilominus quantocunque labore id ageret, ut moderatus, ut æquus, ut pacificus videretur, non tamen ita ſe continuo gerere potuit, quin nonnunquam & ipſe quoque modum excederet.

Fuerit Gomarus nonnullis paulo difficilior, non tamen penitus abſolvi ab omni labe Arminius debet. Verum cum ad Arminii literas provoces, velim ut eam legas, quam juxta cum aliis Virorum Illuſtrium Epiſtolis edidit Doctiſſimus Si-

mon Abbes Gabbema, ante me Illuſtrium ac Præpotentium Friſiæ Ordinum Hiſtoriographus pag. Libri 378. *At ecce verecundus ſum, primo aditu, ubi illam deterſi, vix finem facio loquacitatis.* Hiſce verbis jungo ea quæ Conſuli Amſtelodamenſi dixiſſe faſſus eſt. *D. Conſul, ſi aliquando mihi obtingat profeſſio in Academia Lugdunenſi, re ipſa palam faciam, falſum eſſe vetus proverbium, una hirundo non facit ver.* Significans ſe ſolum præſtiturum, ut ingens conſpiceretur rerum Cataſtrophe. Hinc & in Collatione cum Gomaro *magna animi confidentia egit, & miris modis in Prædeſtinationem debacchatus eſt, illam diris devovens & maledictis obruens, quæ noſtri cum mærore & magna animi ægritudine audiverunt, ut nunc pejus de eo ſentiant quam olim.* Donteclok ad Lubbertum 23. VII. Ib. CIƆIƆCIX. Nimirum Barneveldio ipſi animum addente impetuoſe ſatis egiſſe videtur. Elabente tempore duarum ſeptimanarum, quo ſcripto conſignatam utrimque exhibere ſententiam ſuam juſſi erant, graviter decumbentem Arminium D. Gomarus amice viſitavit, quod & *gratum illi erat*, ait idem Donteclok.

Stigma deinceps Clariſſimi Gomari cineribus & oſſibus inurit noſter §. eodem XVI. Sed præter malum in Clariſſ. Virum animum probat nihil quod alicujus momenti ſit. Balcanqualli quoque teſtimonium tanti non eſt, ut adverſus eundem multum valeat. Sequiori parti addictus, improbare non potuit zelum eorum qui ſerio ſe & ſolide ei opponebant.

bant. Haud parum autem facit pro Gomaro, quod Uytenbogaerd, diligenter ſatis captans omnem occaſionem, qua contaminare ejus famam poterat, nihil habuerit quod exprobraret, niſi dixiſſe aliquando Collegæ Arminio *ajunt*, *te eſſe doctiorem Junio*; at quantum crimen!

Verum ne quidem pro illius narratiunculæ veritate fidem interponere ſuam auſus Uytenbogardus, *id dictum* de Gomaro adeoque rumore quodam de eo ſparſum narrat. Accedit quod Reverendus Brandtius, amicus dum viveret mihi integerrimus, pariter præter idem hoc *dictum* nihil habuerit quod in rationes Gomari referret. Ut non appareat ea *acerbitas*, quam me imitari ita turpe ſit. Nec culpandum tantopere id eſt quod Arminius conqueritur in Declarat. Sententiæ &c. pag. 1. & poſtea Grotius quoque alicubi à Gomaro in Conſeſſu Ordinum Hollandiæ in Arminium acerbius dictum perhibet. Nimirum, Barneveldio, qua erat facundia, momentum capitum de quibus Gomarum inter & Arminium ortæ controverſiæ erant, quavis occaſione atque omni modo elevanti, atque ita Gomari cauſam blandis verbis externuanti, reſpondiſſet, *ejuſmodi eſſe opiniones in articulis controverſis inter ipſos, ut ipſe, ita ſentiens, nolit coram Deo Judice conſiſtere.* Dixerit id Gomarus, quid in eo mali, quid virulenti? non damnat alium, de ſe loquitur, imbuto accuratæ doctrinæ de Juſtificatione cognitione, quam Arminius ita prorſus alio ſenſu concipiebat, ut merito Gomarus dixerit *ſe nolle ita ſentientem coram Deo*

In-

Judice conſiſtere. Ut ut enim ſententiam Arminii lethalem forte non judicaret Arminio, ſibi tamen talem fore metuebat. Verum quid ni & aliis? gravis enim error eſt & â Papiſtarum ac Socinianorum falſo dogmato vix imo ne vix quidem diſcriminandus.

Quare & parum candide egit Arminius, quando hanc controverſiam ita prorſus diſſumulavit atque extenuavit, tanquam ſi de negotio prædeſtinationis unica eſſet diſceptatio. Haud ignorans tamen & diverſum quid à recepta Doctrina hac de re docere ſe, & Gomarum, juxta ſuam hypotheſin, inprimis de hoc articulo, debere eſſe ſollicitum. Imo, præſente Arminio; in ipſo conſeſſu Ordinum pejorem dixit Arminii de Juſtificatione Doctrinam, quam Papiſtarum. Deinceps autem & Arminius & paſſim illi, qui eum ſectantur, palam docuere; id quod in Conſeſſu ordinum diſſimulare ſtuduerat Arminius, Olden-Barneveldio ipſi validè ſuccurrente. Noverat uterque odioſum nimis fore in Juſtificationis negotio ſecus ſentire, hinc præteriri & ſuffocari hanc litem ſatius erat. At quorſum illa tergiverſatio? Inprimis quando Arminii conſcientia Gomaro accuſanti adſtipularetur. Quemadmodum & anguem in herba latere eventus nimis clare docuit.

Probe animadvertebat Arminius theſin illam ſuam de Juſtificatione, præ aliis, offendiculo futuram, manifeſtamque reddituram falſitatem illius obtentus, quo Remonſtrantes paſſim præ ſe ferebant, de Prædeſtinationis negotio unicè litigari; quod

cum

eum abſtruſum paſſim audiret; tantos non excitaturum motus videbatur. In Juſtificationis autem negotio à recepta doctrina diſcedere omnibus odioſum fo e prævidebant. Hinc, quamvis in utraque celebri illa Collatione, tam coram Suprema Curia, quam deinceps coram ipſis Ordinibus, hac quoque in parte, Arminius exertè & ſerio admodum heterodoxias accuſatus fuiſſet à Gomaro, ſedulo tamen id operam dedit, ut in ſcripta Declaratione Doctrinæ ſuæ de hoc argumento ne γρῦ quidem memoraverit; haud ſecus atque ſi illius nulla prorſus facta mentio eſſet. Doloſe profecto, cum maximi ponderis eſſe & prolixè ſatis imo primo loco motam atque agitatam de Juſtificatione à Gomaro controverſiam probe noſſet. Imo mala fide agit Arminius, quando adſeverare audet in ſua declaratione, ad gravem illam Gomari accuſationem, nihil ſe aliud in Utraque Collatione reſpondiſſe, *niſi quod tam atrocis in religione ſententiæ plane ſibi conſcius non eſſet*, cum & in priore & in poſteriore Collatione exertè de Juſtificationis negotio fuerit diſputatum, quod auritorum teſtium literis probare facile foret. Adeo ut tantum candoris defectum mirer in homine, quem à ſimplicitate & ſinceritate immodicè laudant ſectatores Arminiani. Verba enim quibus uſus eſt, ſint ſeria, ſint blanda & placida licet, doloſa ſunt & conſcientia non pura animoque non candido concepta. Nim: doctrinam de juſtificatione coram Deo, quæ fit ex fide, per fidem, aut de imputatione fidei ad juſtitiam, contentam in Harmonia confeſſionum omnium Eccleſiarum, ſe

habere pro vera &c. Cui accedit quod in collationibus cum ipſo D. Gomaro Hagæ habitis ſerio contendere auſus fuerit, conſentire ſe hac in re cum D. Gomaro. En verba auriti teſtis Feſti Hommii, ſic ille Sibrando Lubberti. *Primo loco actum fuit de juſtificatione, de quo articulo ita D. Arminius locutus fuit, ut omnibus modis conaretur perſuadere ſe non diſſentire à D. Gomaro. Pro juſtitia Chriſti omnia dicebat quæ nos dicimus, ſed cum de fide ageretur, quo loco eam haberet in negotio juſtificationis, negabat inſtrumentum poſſe dici, juſtitiam eſſe non auſus fuit aſſerere, ſed provocabat ſemper ad locum Rom.* IV. 5. *quem ſe proprie intelligere dicebat. Non dubium eſt quin fidem loco juſtitiæ habeat, etſi non ſecundum rigidum Dei judicium. Negabat juſtitiam legalem & Evangelicam in ſubſtantia convenire, &c.* cum nihil magis manifeſtum ſit, quam Proteſtantes, exceptis Socinianis, unanimi conſenſu ſtatuere, ipſam Chriſti juſtitiam noſtram fieri per fidem, ita ut fides ſit actus peccatoris, quo Chriſtum ejuſque juſtitiam amplectitur, Chriſto inſeritur, adeoque ita particeps evadit illius juſtitiæ, quæ in ipſius obedientia ad mortem unicè quærenda eſt. A qua veritate ſe diſceſſiſſe, Arminius probe noverat, adeo ut conſenſum falſiſſimè obtenderet. Unde & illi qui ipſum ſecuti ſunt, deinceps diſſenſum intrepide fuere profeſſi. Quin & directè contradicere veritati, eamque aperto Marte hoc in articulo oppugnare Limburgium ex ejus verbis apparet, Theol. Chr. Lib. VI. cap. IV. §. XL.

Quæ

Digitized by Google

Quæ Doctrina quantum olim orthodoxis diſpli-cuerit, ſuo damno expertus eſt *Claudius Alberius*. De quo in literis 19. Aprilis 1610. à Clariſſimo Domino Paræo Theologo Heidelbergenſi ad Sibrandum Lubertum Scriptis hæc lego.

Erat anno 1587. Loſannæ Claudius Alberius Philoſophus & Medicus ad vanitatem uſque ſibi argutus viſus, is novandi libidine titillatus idem dogma tueri audebat evulgato libello de fide catholica. Sed phraſibus adeo monſtroſis, quæ Authoris vanitatem facile redarguerent. Deus, inquit, perfecit ut πίστευ *illud, nempe ipſum credere Abrahami in* παθητικὴν ποιότητα *hoc eſt in patibilem qualitatem, nempe in Juſtitiam tranſiret. Quid aliud veſter* τὸ *credere fuiſſe Abrahamo Juſtitiam & fidem ſeu actum fidei acceptilatione Dei reputari pro perfecta legis Obedientia? Idem ille porro, inquit, ipſum* πίστις *fidei imputari in Juſtitiam, hoc eſt, in hanc patibilem qualitatem, perſpicuum fit hoc modo Ubi enim* πίστις *fidei patibilis qualitas ſive Juſtitia à Deo effectum eſt: tum fides eodem modo definitur, atque ipſa Juſtitia quæ placet Deo & in eaſdem partes tribuitur, nempe* ἰσοδυναμικὸν καὶ τὸ ἐγκαρπωτικὸν καὶ τὸ ἀπαθητικόν. *En monſtra! Inclytus Senatus Bernenſis ut novatorem cohiberet, non domi modo ſed & foris Theologorum exquiſivit ſententias. Etiam ad Facultatem noſtram Theologicam, & ad me miſſus tunc libellus fuit. Facultatis reſponſum in actis quæſivi ſed non reperi. Scio quod fortiter improbaverint portentoſum dogma. Author cum pertinaciter id de-*

 ſen-

habere pro vera &c. Cui accedit quod in collationibus cum ipſo D. Gomaro Hagæ habitis ſerio contendere auſus fuerit, conſentire ſe hac in re cum D. Gomaro. En verba auriti teſtis Feſti Hommii, ſic ille Sibrando Lubberti. *Primo loco actum fuit de juſtificatione, de quo articulo ita D. Arminius locutus fuit, ut omnibus modis conaretur perſuadere ſe non diſſentire à D. Gomaro. Pro juſtitia Chriſti omnia dicebat quæ nos dicimus, ſed cum de fide ageretur, quo loco eam haberet in negotio juſtificationis, negabat inſtrumentum poſſe dici, juſtitiam eſſe non auſus fuit aſſerere, ſed provocavit ſemper ad locum Rom.* IV. 5. *quem ſe proprie intelligere dicebat. Non dubium eſt quin fidem loco juſtitiæ habeat, etſi non ſecundum rigidum Dei judicium. Negabat juſtitiam legalem & Evangelicam in ſubſtantia convenire, &c.* cum nihil magis manifeſtum ſit, quam Proteſtantes, exceptis Socinianis, unanimi conſenſu ſtatuere, ipſam Chriſti juſtitiam noſtram fieri per fidem, ita ut fides ſit actus peccatoris, quo Chriſtum ejuſque juſtitiam amplectitur, Chriſto inſeritur, adeoque ita particeps evadit illius juſtitiæ, quæ in ipſius obedientia ad mortem unicè quærenda eſt. A qua veritate ſe diſceſſiſſe, Arminius probe noverat, adeo ut conſenſum falſiſſimè obtenderet. Unde & illi qui ipſum ſecuti ſunt, deinceps diſſenſum intrepide fuere profeſſi. Quin & directè contradicere veritati, eamque aperto Marte hoc in articulo oppugnare Limburgium ex ejus verbis apparet, Theol. Chr. Lib. VI. cap. IV. §. XL.

Quæ

Quæ Doctrina quantum olim orthodoxis diſplicuerit, ſuo damno expertus eſt *Claudius Alberius*. De quo in literis 19. Aprilis 1610. à Clariſſimo Domino Paræo Theologo Heidelbergenſi ad Sibrandum Lubertum Scriptis hæc lego.

Erat anno 1587. Loſannæ Claudius Alberius Philoſophus & Medicus ad vanitatem uſque ſibi argutus viſus, is novandi libidine titillatus idem dogma tueri audebat evulgato libello de fide catholica. Sed phraſibus adeo monſtroſis, quæ Authoris vanitatem facile redarguerent. Deus, inquit, perfecit ut πάθος illud, nempe ipſum credere Abrahami in παθητικὴν ποιότητα hoc eſt in patibilem qualitatem, nempe in Juſtitiam tranſiret. Quid aliud veſter ἐνὶ credere fuiſſe Abrahamo Juſtitiam & fidem ſeu actum fidei acceptilatione Dei reputari pro perfecta legis Obedientia? Idem ille porro, inquit, ipſum πάθος fidei imputari in Juſtitiam, hoc eſt, in hanc patibilem qualitatem, perſpicuum fit hoc modo Ubi enim πάθος fidei patibilis qualitas ſive Juſtitia à Deo effectum eſt: tum fides eodem modo definitur, atque ipſa Juſtitia quæ placet Deo & in eaſdem partes tribuitur, nempe [illegible] *καὶ τὸ ἐγκαρπωτικὸν καὶ τὸ ἀπαθητικόν. En monſtra! Inclytus Senatus Bernenſis ut novatorem cohiberet, non domi modo ſed & foris Theologorum exquiſivit ſententias. Etiam ad Facultatem noſtram Theologicam, & ad me miſſus tunc libellus fuit. Facultatis reſponſum in actis quæſivi ſed non reperi. Scio quod fortiter improbaverint portentoſum dogma. Author cum pertinaciter id defen-*

ſenderet, dimiſſus ad Pontificios in Galliam tranſiit, ſed cum nec iſtis portentum ſatis placeret, ab eiſdem deſertus à noſtris excluſus, paulo poſt miſeram vitam cum deſperatione clauſit. Meliora precor Anonymo veſtro.

Ovum ovo ſimilius eſſe non poteſt, quam Arminii ſententia, ei quæ huic homini recepta fuit, niſi quod ille quam hic clarius ſe exprimat, inprimis in literis ad Hippolytum à Collibus, quas exhibet in Hiſtoria Triglandius, eædem reperiuntur in epiſtolis Theologicis Epiſt. 115. Adeoque nihil præter mentem Eccleſiarum dixit Gomarus: *nolle ſe ita ſentientem coram Judice Dei conſiſtere.*

Pro Gomaro quoque facit, quod, licet duriuſcule ab eo exceptus, Arminium, brevi poſt habitum colloquium lethali morbo correptum, amiciſſime denuo viſitaverit, ut ex Donteclockii literis poſtea conſtabit.

Nec te puduit dictum errorem apertè profiteri Theol: Chriſtianæ lib. VI. cap. IV, §. XXXIX *Ex hiſce jam intelligitur quomodo fides nobis imputetur in juſtitiam, quia obedientiam noſtram, quam ex fide præſtamus, quæque imperfecta eſt, Deus gratioſe propter Chriſtum æſtimare vult, ac ſi perfecta eſſet. Veluti quemadmodum ſi creditori debitor, qui mille florenos debet & centum ſolvendo tantum eſt reliquum condonet & partem hanc gratioſe imputet in totam ſolutionem---Similiter cur non recte dicatur, juſtitiam Chriſti nobis imputari, ſed fidem, ſeu obedientiam ex fide nobis imputari in Juſtitiam propter Chriſtum.* Merum ulcus, non premen-

mendum, niſi puris inſignem copiam expreſſam velis, id quod non eſt hujus temporis. Eadem autem cum fuerit Arminii ſententia, eo jam tempore, quo in conſeſſu Ordinum uterque audiretur, quid obſecro peccavit Gomarus, licet dixerit id quod ipſi crimini vertitur. Me quod attinet, quotieſcunque occaſio daretur, idem teſtarer, quod olim Cl. Gomarus, atque etiamnum omnes Orthodoxi. Nimirum *me nolle ita ſentientem coram Dei Judicio conſiſtere.* Δικαίωμα meum, materia Juſtitiæ, id quod Deus mihi gratis imputat & largitur, Chriſti juſtitia eſt, ſeu ea juſtitia quæ in Chriſto eſt. Hæc ſola ſufficit. Hâc mihi datâ, mihi peccatori imputata, Dominus Ieſus factus mihi, non jam obedientiâ uſque ad mortem uſque tantum, verum & imputatione & largitione illius ſuæ impetratæ juſtitiæ, *Iehovah Iuſtitia mea.*

Cl. Gomari igitur conſpicuum illud crimen omni ſpecie criminis vacuum eſt. Alia ſunt Epiſcopii dicteria quando Cathechſeos doctrinam de hoc articulo, quantumvis pura, vera, certa ſit, appellare non veretur *impuram* & ἄγραφον Antw: op de Proeve van Heydanus p. 221.

Atque ita vidimus quid habeat quod potiſſimum in Cl. Gomaro culpandum cenſeat, ſive notari atro carbone debuit, ut, per viri optimè de Eccleſia meriti latus, mihi tecte vulnus infligat. Illi autem ut Balcanqualli Epiſtolæ nocere non potuere, ſic â Limborgio cum ipſo componi me prorſus non movet. Quam autem exulcerato in me ſit animo, ex iis ad quæ in Balcanqualli literis provocat, videre eſt.

Et hæc quoque mollia ſunt, lenia ſunt, hominiſque mei manſuetudini probe convenientia. At ut tam de Gomari quam de Arminii agendi modo judicium ferre poſſit lector & videre quid de virulentis Balcanqualli narratiunculis tenendum ſit, teſtem producam non minus quam Balcanquallus fide dignum; de utroque vera pronuntiantem *Collatio ergo inſtituta eſt inter ambos Profeſſores, aliis tantum audientibus. Arminius magna animi confidentia cauſam ſuam egit, & in prædeſtinationem miris modis debacchatus eſt, NB illam diris devovens & maledictis obruens, quæ noſtri cum mærore, & magna animi ægritudine audiverunt. Ut nunc pejus de eo ſentiant quam olim. D. Gomarus ſupplici libello oblato petiit, ut ſcripto ageretur, quod ipſi conceſſum fuiſſet niſi obſtitiſſet Uitenbogardus. Itaque verbis & ſermone res tranſacta eſt. Actum fuit de his tribus articulis, Juſtificatione, Prædeſtinatione & Perſeverantia ſanctorum, poſtea dimiſſi fuerunt, poſtquam ambobus injunctum fuiſſet, ut intra 14. dies ſummam eorum, quæ unaquæque pars pro ſententiæ ſuæ confirmatione attulerat, ſcripto comprehenſa exhiberet, quod ſuperiore die Martis factum eſt, abſente tamen Arminio, qui nunc graviſſime decumbit, ut nulla ſit ſpes ſalutis. D. Gomarus NB ipſum inviſit, quod gratum illi erat, Deus ut ſpero his turbis exitum brevi dabit, ad gloriam ſuam & Eccleſiæ pacem.* Sunt verba Donteclockii ad Lubbertum.

Neque id diffitetur Arminius in Epiſtola D.

Sebaſtiano Egberti data XIV. X. Anni. 1608. Epiſt. Eccleſ. &c. p. 218. a. ut videas, non ficta eſſe quæ jam ex Donteclockio audivimus. Sic ipſe Arminius. *Dicor in mea ad Ordines Oratione non ſcuto tantum ſed & NB. gladio uſus, idque immoderate. Res poſtulavit ut gladio uterer, quia ſententia dicenda fuit de dogmatis quæ ego putem errori obnoxia eſſe. Dixi, & ſerio dogma de Prædeſtinatione improbavi, quale illud apud nos obtinet; quia improbum eſſe dictat mihi conſcientia, quæ etiam jubet ne taceam ubi de illo dogmate agendum eſt. At moderationem ſervavi &c.* Præterea notandum omnino eſt, Arminium heic denuo nullam juſtificationis mentionem facere, haud ſecus ac ſi de ea actum prorſus non eſſet. Ex hiſce ſane ſi quis judicium ferre velit, næ is Gomari hac in parte cauſam deteriorem dicere haud poterit, aut Arminii moderationem & prudentiam illa qua Gomarus utebatur majorem.

Verum nec incuſare quenquam nec temere de alterius, imprimis mortui, factis, nedum animo judicare meum eſt. Quin imo fuerit licet blando ore & vultu Arminius; Gomarus autem paulo magis gravi & ſevero, quid hoc ad rem noſtram magnopere facit? Petrus, quantum ex plurimis indiciis conjicere eſt, genium, indolem, temperiem ſanguinis, dicendi modum, multaque alia quod attinet, à Johanne multum diverſus fuit. Quin imo melior hac in parte, ſæpe cedit pejori. Et notandum eſt, χρηστολογίας & εὐλογίας ab Apoſtolo in iis ſingulatim notari, *qui diſſenſiones & ſcandala præ-*

ter

ter doctrinam, quam (Romanis credentibus loquitur) *vos didiciſtis faciunt* Rom: XVI, 17. 18. *Magna pars*, ſunt verba Clariſſ. Cocceji ad illum locum §. 40. χρηστολογίας *decipientium ſunt magnificæ ſententiæ de moribus, quibus nec gentiles Poetæ & Philoſophi carent*.

At licet obductam jam Eccleſiæ cicatricem refricare nolim, cauſam tamen non video, cur iniquas accuſationes ab heroibus, qui Chriſti cauſam maſcule egerunt, non propellam, viruſque detegam eorum, qui viros optimos erroribus ſuis tantas crearunt moleſtias, inprimis importunitate adverſariorum id exigente.

Verum ab eo tempore quo receptam in Eccleſiis ex Verbo Dei veritatem in nonnullis adulterare, & à communione noſtra ſecedere in animum induxit veſtra illa Arminiana ſocietas, nullius profeſſionis hominibus, ita iniqui eſtis ac Contraremonſtrantibus. Quin imo Judæus ſit, ſit Socinianus, aut ſi quis pejor hæreticus reperiri poſſit, longè minorem adverſus illum rigorem, quam adverſus Contraremonſtrantes excercere vobis in more poſitum eſt. Omnibus omnia præterquam Contraremonſtrantibus.

Iniquius utique judicium de nobis ferri non poteſt, quam quô nos, omnibus errantibus deteriores apertè pronunciant, imo à ſpe ſalutis & communione fraterna exerte ſatis excludunt. Impudentiam iſtorum hominum vix ſatis deteſtandam in lucem protrahere omnino expedit. Syncretiſmum crepant, pacem, moderationem, qua Arrianos,

So-

Socinianos, & neſcio quos non fratres agnoſcere parati ſunt, dum nos in *errore exitiali* vivere audacter pronunciat Limborch Doctr. Chriſt. L. VII. Cap. XXI. §. XX. qui error talis ſit, ut, præter multas alias rationes, quas ſuo more, id eſt ſubdole, & ſophiſtice proponit, propter eum *Remonſtrantes integra conſcientia cum Contra-Remonſtrantibus vel congregationis vel S. ſynaxeos communionem colere haud queant* Poelenburg Diſſertat. Epiſt. pag. 16. Scire autem Lector portentoſum illum errorem ſi velis, *hæreticidium* eſt, *communis Pontificiorum ac Reformatorum error*, Limborch loco jam allegato.

At quanta calumnia! *hæreticidium*, *errorem Pontificiis & Reformatis communem eſſe*. Pura puta falſa κατηγόρου hujus accuſatio eſt. Audiatur heic magni nominis Theologus, Clariſſimus Voetius. Diſp. Sel. Parte III. pag. 804. & ſequ. IX. Quæſt. *An hæretici extremo ſupplicio per Magiſtratum afficiendi ſint*. Reſp. *Neg.* En ſententiam Theologi Reformati. Operæ autem pretium videtur, ut, quandoquidem ad contundendam immanem illam totieſque recoctam criminationem faciunt, ulterius loquentem Virum Venerandum audiamus. *Solummodo diſquiram, an ab Eccleſia noſtra doceatur hæreticidium..... Eſt ergo quæſtio non de Fide, nec etiam de Theologia, ſed tantum de hiſtoria & facto; an Reformata Eccleſia credat ac doceat hæreticidium? Remonſtrantes haud obſcure hoc illi impactum velint. Accuſationem ſuam hactenus ex duobus probare conati ſunt. Quorum prius eſt, quod noſtri negent debere*

Magiſtratum libertatem exercitii, quouſque & quantam hæretici ſibi ſecundum conſcientiam ſuam, neceſſariam eſſe dicerent, concedere. Ex hoc putant per conſequentiam ſequi Doctrinam hereticidii. Poſterius eſt ex ſupplicio Serveti, & Scriptis Calvini & Bezæ; quos alii nonnulli, apud Echardum Lutheranum cap. 23. dicuntur ſecuti. Reſp. Ad prius, quod eſt Remonſtrantium, non valere iſtam conſequentiam. Alioquin æque Lutheranis & Remonſtrantibus hæreticidium, quod alioquin exertè negant, impingi poſſet. Illi enim Magiſtratui poteſtatem coërcitionis circa idololatriam, hæreſes & ſchiſmata exertè tribuunt, & ubique in terris Lutheranorum exercitam probant. Iſti eandem poteſtatem ante hâc Magiſtratui tribuerunt, & ejuſdem circa Reformatos exercitium quam maximè probârunt: quamvis ſe & ſuos Socinianos ſtudioſè ſemper excipiant. Quæ Theologia temporum & partium eſt, non Catholica & Scripturaria. Reſp: ad poſterius 1. *Opinionem particularis Doctoris alicujus, & factum peculiare Genevenſium, non debere Eccleſiis noſtris impingi tanquam Dogma Eccleſiaſticum. Præterquam enim quod alii Doctores exertè improbent hæreticidium, e. gr. Muſculus cit. ab ipſo Echardo, & Profeſſores Leidenſes in Cenſura confeſſionis Remonſtranticæ; & Iſaacus Junius in Antapologia ad Præfat. p.* 9. 13. *Joh: Crocius in Commentar ad Tit:* 3. 10. *aliique complures alias indicandi; nuſquam in publicis Confeſſionibus (unde doctrina Eccleſiæ noſtræ cognoſcenda) hæreticidium traditur: non eſt*

ergo

ergo dogma Eccleſiaſticum, ne quidem Scholaſticum, communiori ſcilicet ſuffragio Doctorum in Scholis probatum. 2. Quod ad particulare factum Genevenſium, defenſionem ejus à Calvino (non in libro de Hæreticidio, quem nunquam edidit, quamvis ab hæreticorum defenſoribus citari ſolet) Sed in Refutatione errorum Serveti, & à Bezâ tum in Epiſtola ad Dudithium, tum in Tract. contra farraginem Bellii ſuſceptam agnoſcimus. Sed illa, NB. ſi non defendere, ſaltem in benignam partem interpretari poſſumus; ſi modo diſtinguamus hereſin in ſimplicem, & in qualificatam: ſicuti furtum diſtinguimus. Hanc voco, quæ eſt. 1. hæreſiarchæ & ſeductoris, non ſimpliciter ſeducti. 2. Pertinacis, & ſine fine, ſine modo pro viribus eam ſpargentis. 3. Cujus Objectum ſit, ex: gr: Atheiſmus, ſeu Epicureiſmus, aut Sceptico Lucianiſmus omnem cultum Numinis deridens ac tollens; aut opiniones & praxes Cyclopicæ, circa vagas libidines, uxorum communionem &c. 4. Aut quæ conjuncta ſit cum Magia aut cum craſſiſſima idololatria, e g. directa Dæmonolatria, aut cum horrenda blaſphemiâ. 5. Nullis remediis hactenus coërceri potuit, non mulctis ſcilicet pecuniariis, aut deportatione, aut exilio, ant incarceratione, aut fuſtigatione, aut linguæ blaſphemæ pertuſione aut ſtigmate. 6. Si blaſphemias, aut naturali, & civili honeſtati hominumque συμβιώσει repugnantes furores ſpargit, non ſine rebus novis adverſus Rempublicam excitandis, moliendis. 7. Et Magiſtratus judicet ſalvâ republica & pub-

lica autoritate toties & tamdiu contemta ac proculcata non poſſe ſe illum blaſphemum turbonem in vita conſervare; ſed præſtare, ut unus pereat quam unitas. Hæc & ſimilia ſi concurrant ad hæreſiarchæ aut Apoſtatici, aut relapſi turbonis qualitatem conficiendam, quamvis ego Theologus Magiſtratui nolim autor eſſe, ut miſerum & noxium hominem tollat (ſi quidem caſtigatus carceri perpetuo includi poſſet); non auſim tamen, ſi ſuſtulerit, talem Magiſtratum in conſcientia coram Deo gravare ſuper hoc facto, tanquam crudelitate & tyrannica in conſcientiam alterius uſurpatione; nec video, quomodo probari poſſit hoc juri divino & naturali repugnare.

Voetium quare præ reliquis allegaverim unuſquiſque facili negotio odorabitur. Hic enim, qui inter Reformatos ab Arminianis nimii rigoris paſſim præ aliis accuſatur cum contrarium ſentiat, quantumvis uterque ille Arminianus calumnietur, haud facile fidem ſuo mendacio facient. Imo *mendacio*, quo putidius excogitari vix poterat. *Hæreticidium eſt communis Pontificiorum & Reformatorum error.* Nulla Catecheſis, Confeſſio, Scriptum qualecunque publicum nullum eſt, quo *hæreticidium* unquam profeſſi ſunt Reformati, nullum unquam id aut in Eccleſia aut Academia privatim aut publicè docentem audivi. Ut quo colore *communis* eorum doctrina dici poſſit, haud videam. Furem cum telo etiam de die impune occidi ait Cicero, ſed vis innoxio metuenda heic ſpectatur, non furtum. Poteſt qui errat ea ſuo errori addere ſcelera, quæ

mor-

Digitized by Google

mortis ſupplicio dignum reddant. Verùm judicem qui in talem mortis pœna animadverterit hæreticidii accuſare, non vera accuſatio, ſed calumnia eſt; cum, non ſimplex error in rebus fidei, licet ſit maximi momenti, ſed alia ei accedentia inflictæ gravius prœnæ ſint demeritum. *Non proinde, ita proteſtati ſunt Theologi Genevenſes, de Serveto ſupplicium ſumtum, veluti ſectario, ſed tanquam de monſtro, ex mera impietate, horrendiſque blaſphemiis conflato, quibus totos annos triginta tum voce, tum ſcripto, cælum & terram infecerat.* Hottinger Hiſt. Eccleſ. Sec. xvi. Parte ii. Cap. xii. pag. 833. Blaſphemiarum in Deum ſpecimina hiſce inſerere horret animus. Vide Hoornbeckii Prolog. ad Confut. Socin.

Prudenter admodum Clariſſimus Voetius, digna enim verba ſunt quæ repetantur, *Hæc, & ſimilia ſi concurrant ad hæreſiarchæ aut apoſtatici aut relapſi turbonis qualitatem conficiendam, quamvis ego Theologus magiſtratui nolim auctor eſſe, ut miſerum & noxium hominem tollat, (ſiquidem caſtigatus carceri perpetuo includi poſſet); non auſim tamen, ſi ſuſtulerit, talem Magiſtratum in conſcientia coram Deo gravare ſuper hoc facto, tanquam crudelitate & tyrannica in alterius conſcientiam uſurpatione.* Jungo Eraſmum, quem tantopere depereunt noſtri Arminiani. *At æquum non eſt ut quivis error igni puniatur, niſi accedat ſeditio, aut aliud crimen quod leges capite plectant.* Epiſt. ad Georgium Ducem Saxoniæ Tom. Epiſt. Eraſmi Melanchtonis Vivis &c. pag. 1976. a. Et alibi:

bi: *eſt hæreſis quæ manifeſtam habet Blaſphemiam, NB. veluti quæ Chriſto detrahit naturam divinam.........An hic alligabimus Principi gladium? ut non liceat occidere hæreticos, certe blaſphemos....... Itaque, ut peccant, qui, ob quemvis errorem, pertrahunt homines ad ignem: ita NB. peccant qui in nullos hæreticos arbitrantur prophano Magiſtratui jus eſſe occidendi.* Eraſmo addo Melanchtonem, manſuetudinis exemplum, ſic ille in Epiſtola ad Bullingerum, reperitur in Ep. Calvini pag. 236. *Legi etiam quæ de Serveti blaſphemiis reſpondiſti, & pietatem ac judicia veſtra probo. Judico etiam Senatum Genevenſem recte feciſſe, quod hominem pertinacem, & non omiſſurum blaſphemias ſuſtulit. At NB. miratus ſum eſſe, qui ſeveritatem illam improbent.*

In recenti memoria eſt mortis ſententia ab Hollandiæ & Zeelandiæ Curia ob *crimen laſæ Majeſtatis divinæ* in profligatæ nequitiæ nebulones paucis abhinc annis lata. Niſi & illa ita iniqua ſit ut & ſummæ auctoritatis & ſpectatæ virtutis Senatores ſe communione omni ſacra cum Arminianis colenda indignos reddiderint.

Præterea ſi vera ſit accuſatio tantique momenti hoc Reformatorum crimen, quâ conſcientiâ anteceſſores veſtri toties totieſque proteſtati ſunt, de Prædeſtinatione tantum eique annexis inter nos diſſenſum eſſe? Ad raucedinem uſque primipilis veſtris id clamantibus centieſque ingeminantibus.

Qua fide L. VII. C. XXIII. §. VIII. *vos e communione* noſtra *pulſos* dicis, definitione a Synodo

Dordracena in negotio de Prædeſtinatione facta, cum, niſi falſum dicas, jam dudum antea receptus fuerit; quem nunc cauſaris, *de hæreticidio exitialis* error.

Qua fronte nunc obtendiſtis *integra conſcientia* in præſenti *Remonſtrantibus vel congregationis vel S. Synaxeos communionem colere nobiſcum non poſſe*, imo omnem pacis nobiſcum unquam obtinendæ ſpem vobis hoc *errore præciſam eſſe*, quod tuum moderatum judicium eſt Doctr. Chriſt. L. VII. C. XXII. §. XXV. cum ille error à nobis non adoptatus ſit in Synodo Dordracena, non poſt turpe illud veſtrum ſchiſma, ſed dudum *Pontificiis & Reformatis communis fuerit*, ſi verum dixeris. Aut igitur falſa criminatione nunc gravamur, aut ſubdole & animo non ſincero pacem, unionem, ſeparationis averſionem millies obtendiſtis.

Atque ita patet immane odium quo erga Reformatos & ipſi animati eſtis, &, in auxilium vocato ſplendido mendacio, aliis quantum pote inſpiraſtis. Obteſtor te Limborgii, ut vel unicum proferas eorum omnium, à quorum communione mera fraude, paucos, qui adhuc cæcutiunt tibique & tuis, adhuc forte adhærent, ad exemplum fidi olim Achatis Poelenborgii, ita abſterres, qui *illum de hæreticidio errorem* doceat aut profiteatur, nedum ut eum cum Pontificiis habeat communem Eccleſia Reformata.

Error igitur quem nemo noſtrûm docet, quem nemo de cathedra aut ſuggeſtu proponit nedum urget, ratio eſt quæ *ut congregationis & ſacræ Synaxeos communionem nobiſcum colatis*, vobis judicibus, inprimis prohibet.

Et

Digitized by Google

Et ſi ſorte hic aut ille ſingularis Doctor eam ſententiam foveret, Eccleſiæ non eſt, gregis non eſt, cui omnem communionem denegatis.

Memoratu autem digna eſt hoc in negotio praxis Remonſtrantium, quam verbis ejuſdem Voetii heic paucis narrare non pigebit. Oportet ſciat Lector, non & olim fuiſſe, aut intus etiamnum eſſe tales, quales ſe jactitant Remonſtrantes, utpote qui ſeveriſſimè animadverterunt in eos à quibus diſſentire ipſis lubuerat, *ſimul ac*, ait laudatus jam Voetius „ non tantum ſupremum, ſed & ſubordinatum, „ oppidanum ſcilicet Magiſtratum aut vicarium, „ ſibi faventem habebant. Quid Alcmariæ, Ro„ terodami, Schoonhoviæ, Goereedæ, Brielæ, „ in agro Schielandico, hic Ultrajecti, addo ego Hornæ & in pagis proxime adſitis, „ geſtum, pro„ be meminimus, nec ex publicis actis, aut Hiſto„ riis tam illuſtria Remonſtranticæ caritatis, tole„ rantiæ, moderationis, eleutherophiliæ ſpecimi„ na eradi poſſunt. Sed diſtinguenda tempora qui„ bus Remonſtrantes ſcribebant tanquam jacentes; „ ab illis temporibus quibus ſcribebant, buccina„ bant, agebant triumphantes, hic ſcilicet & alibi „ ubi brachium ſæculare ſibi manciparant.

Idem paulo poſt „ Alterum eſt, quod & doctrina „ & inſtigatione ſua, cum res ipſorum ſtarent, ma„ giſtratui auctores fuerunt, ut coactiva poteſtate u„ terentur, per Prætores, eorumque ſatellites, li„ ctores, armatos, & de novo contra aut præter mi„ litiam Fœderati Belgii conſcriptos milites, perque „ exilia, deportationes, mulctas pecuniarias, in-

„ car-

[illegible]tes, adhæc per prohibitiones & impe-
"ditiones ſcriptionum, collationum ac diſputatio-
"num, conventuum, concionum in privatis ædi-
"bus habendarum, etiam extra territorium, quin
"& extra totam provinciam ſubinde audiendarum.
"Et hæc vis ac coërcitio non exercebatur contra
"hæreticos, quales Semi-Judaizantes, Franciſ-
"co-Davidici, Monaſterio-Anabaptiſtici, Soci-
"niani, Arriani, Enthuſiaſta-Libertini &c. Sed
"contra orthodoxos fratres, quos ita ſalutabant, &
"quorum religio, etiam in doctrina quinquarticu-
"lari cum appendicibus in toto Orbe Reformato,
"& in fœderato Belgio per publicam poteſtatem
"Eccleſiaſticam recepta, per Politicam confirmata,
"ſtabilita, atque armis hactenus defenſa fuerat: &
"quam Orthodoxi per Conſcientiam Dei deſere-
"re, aut cum placitis Remonſtranto-Socinianis
"privato auſu mutare non poterant, ne leves,
"[illegible], Schiſmatici, heterodoxi, ingrati audirent.
"Quod dixi de incitatione Magiſtratuum, ex con-
"verſatione concionatorum quorundam Hagæ Co-
"mitis, Ultrajecti, Roterodami &c. quibus unum
"idem Magiſtratibus conſilium, & *variis libellis ac*
"*libris colligitur.*

Me quod attinet, teſtari heic publice non vereor, theſin, quæ ſtatuit, errores in rebus fidei vi tandem gladii puniendos atque ita, ut ajunt, à faſcibus argumentandum eſſe, mihi prorſus diſplicere.

Unum reliquum eſt quod ad hanc materiam omnino notandum videtur. Rev. D. Geerardus

Brandt in Hiſtoria ſua poſt Uytenbogardum, quin & ipſi proceres ut in Epiſt. Illuſtris Grotii ad Voſſium Ep. 225. aliiſque plurimis videre eſt, rigorem in Contra-Remonſtrantes à Magiſtratibus olim, imo ob ipſis Ordinibus ante hac exercitum, hoc obtentu defendere, ſegreges coetus ac Synaxeis Sacras diverſas omnino impediendas eſſe, eo quod, ex Remonſtrantium ſaltem, ipſorumque ſententia, ne unus quidem articulus fundamentalis eſſet, de quo partes diſſentirent. Et ſane dubium non eſt, quin, ſi non omnes, plurimi ſaltem heic non tam ſtudio partium, quam dicta jam ratione inductos egiſſe, ea, quæ facturi non fuiſſent, ſi tanti momenti error in alterutra parte notatus atque agnitus fuiſſet, qui *exitialis* merito diceretur, & prohibeat, quo minus quis conſcientia incolumi cum altera parte ſacram communionem ullam colat, nedum Synaxin celebret. Adeo ut turpiſſimè in præſenti proſtituant eos quorum olim patrocinio tantopere ſuperbiebant. Aut enim id ignorarunt, quod ita jam intrepide affirmant Arminianorum coryphæi, aut ſciverunt; ſi prius, imprudentes ſaltem; ſi poſterius injuſtè admodum egerunt, eo argumento procerum animos ſuſcitantes, ut, multiplici vi Contraremonſtrantibus illata, aut ſchiſma prævenire, aut ſaltem illius incrementum ſufflaminare allaborarent.

At quam vellem ea quoque omittere imo abominari Limborgius aliquando diſceret, quæ merito ſuſpicionem injiciunt, fore, ut, niſi vires atque occaſio deeſſet, haud lenius in diſſen-

tien-

tientes, inprimis Reformatos ipſe animadverteret, qua ii, quos pariter hac quidem in parte minime laudamus. Non video quicquam omiſiſſe, quo, ſervato manſuetudinis aliquo obtentu, mihi atque exiſtimationi qualicunque aut conatibus damnum inferre ſe poſſe credidit; ut quod pejus mihi nihil eveniat aut ſcripto meo, non tam comitati aut Chriſtianæ moderationi, quam imbecillo hominis animo acceptum referre debeam. Verum ex animo ea infirmitati humanæ condonabo, tanto libentius, quanto mihi magis gratulor optatam de rebus nonnullis differendi, quarum ulterius ſcrutinium Deo gratioſe benedicente, fructus polliceri videtur haud ſpernendos.

Unum adhuc addere jubet Limborgii ſimiliumque amarulentia, qua abrepti, admiſſis Socinianis, ab omni *congregationis & ſacræ nobiſcum communione ſuos dehortantur*. Verum id agentes, cum rei abſuriditas pelluceat, ut ſe defendant, neſcio quas ſe abdunt in latebras. *Deſinant*, ſunt verba Poelenburgii, Lib. Alleg. pag. 56. *etiam nobis exprobrare, quod Socinianos in communionem ſuſcipiendos eſſe ſtatuamus*. Verum ipſa praxis, qua in hunc uſque diem, ad *communionem & S. Synaxin*, admittere Socinianos non recuſant, abunde ſufficit ut id *ſtatuiſſe* dicamus; non enim Synodale aliquod deretum reſpicimus, quod à ſe conſtitum negare forte ex vero queant. Eo reſpiciunt ſequentia: *nunquam enim hoc noſtri (quod ſciam) publico aliquo judicio teſtatum fecerunt*. *Quod ſciam* inquit. non igitur res ipſa iſtius indo-

 lis

lis erat, ut eam decernere cum fundamentis Arminianorum ſubſiſtere non poſſit; ceteroquin enim ita cautè loqui haud erat neceſſe. Quemadmodum ſi nos iſtius tolerantiæ quis accuſaret, non diceremus *quod ſciam*, ſed ex fidei noſtræ & praxeos cognitione, id nec factum eſſe nec fieri potuiſſe intrepidè adſeveraremus.

Præterea *publicè*, illud ab ipſis *ſtatutum* eſſe merito id dicitur, quod ſingulis concionibus habitis publice declarare paſſim aſſolent. Sæpiſſimè in publicis eorum concionibus liberalitatem auditoribus commendantes, hoc argumento uſos hiſce auribus hauſi, nummos illos tum pauperum neceſſitatibus eſſe deſtinatos, tum ſuſtentationi illius miniſterii, quod ambabus ulnis in ſuam communionem ſuſcipere geſtiat omnes, qui verbum Dei unicam profiteantur fidei normam & immunes ſint ab idololatria, impietatis patrocinio, & conſcientiarum tyrannide. Quibus quin & Socinianos complectantur nemo illorum negare poterit. Quemadmodum hanc Declarationem publicam eſſe & coram omnibus millies factam pariter clariſſimè & certiſſimè conſtat.

Doloſa igitur ſunt hæc Poelenburgii dicta. *Nunquam enim hoc noſtri (quod ſciam) publico aliquo judicio apertè teſtatum fecerunt.* Niſi publicum non ſit, quod à ſingulis miniſtris publicè declaratur, & ad movendos auditorum animos ſexcenties inculcatur. *Sed, inquit, ut in re difficili nec ſatis perſpicua maximique ponderis, profeſſi ſunt ſe* [illegible]. Publicè eloqui, inculcare, [illegible]

ani-

animorum motus, Arminianis ἐπέχειν dicitur. Eodem vocabulo, iiſdemque obtentibus, quos heic ſubdit Poelenburgius, eandem cauſam antehac egit Epiſcopius in *Reſponſione ad Specimen Calumniarum* &c. pag. 40. & ſeq. Op. Tom. 11. parte altera pag. 295. a.

Nullos à Remonſtrantibus *articulos fundamentales ſtatui*, ſi quis dixerit, cum ita ægre ferat Limborgius, magnum laborem impendere debuit, ut aliquos ſaltem errores *exitiales* in iis reperiret, qui nomine Chriſtiano inſigniuntur. En luculentam eorum ſegetem. Binos Eccleſiæ Pontificiæ ſingulares repperit, unum autem nobis cum Pontificiis communem. *Imaginum, paniſque Euchariſtici cultum & hæreticidium*. O admirandam hominis lenitatem! ô moderationem! Exitiales errores tres tantum in Papatu reperit; at quanta ἔνεστιν! Precor ut legat ea quæ ipſe de Antichriſto diſſeruit, & videat an præter illos non alios quoque in Papatu errores ſit reperturus, qui *exitiales* ſint.

Verùm tibi exitiales errores tam pauci ſunt, exiguo admodum numero oportet ſint *articuli fundamentales*.

Quid ſi & ego dixerim *nullos ſtatuere*. At bona verba mi Limborgi, ne ita ſtomacheris, ut dicas *mirari te ſatis non poſſe, quorundam Theologorum impudentiam dicam an calumniam, qui nobis impingere non verentur, nullos nos ſtatuere articulos fundamentales*. Patere ut illorum hominum mentem tibi aperiam. De Theologia ſupernaturali loquuntur, id eſt, earum rerum divinarum cogni-

tione atque amore, quæ ex ſana ratione diſci nequeunt, ſed unicè ex revelatione præter ac ſupernaturali repeti debent. Illius Theologices te ullos agnoſcere articulos fundamentales, ego quidem non video. Quos tu *exitiales* dixiſti, ratione naturali facile confutantur. Sed dic ſodes, quis articulus Theologices in Scriptura tantum Revelatæ tibi fundamentalis eſt? utique ne unus quidem. Cum *exitialem errorem* non reperias, præter eos, quos, ut dixi, ipſa arguit ſana omnibus hominibus communis ratio.

Atque hæc, occaſione mihi ultro oblata, huic diſcuſſioni inſerenda putavi, ut ſciant tum noſtri homines, tum illi, in quibus omni ſtudio atque induſtria fovent averſum à Reformatis animum, quid de affectata illa & fucata anteſignani ſui, reliquorumque ductorum lenitate, manſuetudine & moderatione ſentiendum ſit.

Hiſce probe animadverſis, haud mirabitur Lector, quemadmodum in omnes Reformatos Doctores, ita ſingulatim in Burmannum implacabile in ſinu fovere odium. Minimè autem adhuc, ſi addere liceret, ea, quorum alii forte brevi memorem facient Limborgium. In me quoque ita æſtuare non habeo quod ægre feram. Reformatus ſum, id unum ſufficit, in *exitiali errore* verſor, *& indignus quocum ullam vel congregationis vel Sacræ Synaxeos communionem colat* aut Clericus aut Limborgius: ô me infelicem! Securus ſperno temerarium hominum judicium, horrendum licet aliâs anathema. Hæreticidium non pro-

ba-

bamus ſed vituperamus ſolenniter, nec ullum Reformatum novi qui aliter ſentiat. Mea facio quæ habet Crocius in Epiſt. ad Titum III. pag. 543. *Si tamen animus eſt hæreticis vim facere, vis omnis ſit in doctrinæ puritate, in docendi dexteritate, in confutandi ſolertia, in hortandi ſollicitudine, in vitæ innocentia, in precum ardore pertinaci.* Nihilominus hæreticidium Reformatorum, iſque exitialis, error eſt.

At quicquid in me dixerit, non impediet, quo minus, ubi deinceps moderationem, lenitatem, manſuetudinem præ ſe ferre auſus fuerit, apud animum meum cogitem, impudentiam in ipſo cum hypocriſi de palma certare.

Nec ægre hoc meum judicium feret Lector, ubi eodem halitu, quo Clariſſ. Burmannum modo ita indigno excepiſti, *Chriſtianam te moderationem* erga ipſum probaſſe gloriantem audiverit, §. XVI. Adeo ut & ipſius verba in benigniorem partem te interpretatum eſſe jactites. Tune Burmanni verba in benigniorem partem accepiſti? tu qui unum ipſi ſtigma juxta aliud inuſſiſti. Quid de Burmanno loquor? Erga me quoque ſe moderate geſſit, ſi credas quæ dicit pag. 38. Videtur non ſerio agere, aut ita circa ſua cæcutire, ut quas tanto numero in me ſparſit contumelias, imo calumnias evomuit, pro encomiis habendas cenſeat.

Adeo ut, ſi, quod optat ut egiſſem, ea moderatione, qua ipſe ſe contra Burmannum & me uſum fuiſſe gloriatur §. XVII. adverſus Clericum uſus fuiſſem, non ſerio increpare, non dolente imo deplorante animo,

mo, luci exponere ejus falſa dogmata & profanam criticen, ſed dicteriis onerare hominem debuiſſem. De ipſo Clerico ſi ageretur, moderationem in me ne ipſe quidem deſideraret, ſed eadem Lex Dei, quâ ad ipſum amandum obſtringor, haud patitur ut non *ſerio* corripiam: iis additis, quæ convincere idonea ſunt. Opponitur, vocabulum Aynſwortho judice, *tecto odio & adulationi*. Quæ duo vitia procul à me abeſſe volui in ea quam cum Clerico habui Diſceptatione; tum quoque quando extantiores aliquos ejus errores Lectori ob oculos poſui. Licet ex vero hominem accuſaverim, non dubito tamen, quin mallet illos floſculos non ita undique collectos & contextos. Verum ab animo impetrare haud potui ut heic ſilentio litarem. Arminii verba ex illius epiſtola ad Amſtelodamenſem Conſulem ſcripta jure & ex rei veritate mea facio, *improba eſſe* maximam partem quæ in Clerico *reprehendi*, *dictat mihi conſcientia*, *quæ etiam jubet ne taceam ubi de illis agendum eſt*. Eruditionis ſpecimina commendant Clerici ſcripta; verum eo majus eſt propagandorum errorum periculum. Monendi igitur Lectores erant, ne, venuſta ſpecie decepti, exitiales loco veritatis errores amplectantur. Limborgius è contrario in ipſos auctores eorumque famam ſævit, etiam ubi errores non repperit, niſi quos iis invitis obtrudit. Monſtra ſibi fingens ut habeat cui jure iraſci videri poſſit.

Hujus iracundiæ novum argumentum eſt, dolor ille, quem ex eo concipit, quod uno ſpecimine contentus, declinaverim iteratæ accuſationis, qua

Bur-

Burmanni famam protervè dilacerat, confutationem. Mallet etiam in ſuum dedecus dicteria ſua denuo repetita quam neglecta penitus. Hinc quærela §. §XVII. in initio & §. XVIII. *alterum à me in Burmanno notatum eſt &c quid ad hanc cenſuram meam Waeyenius? Nihil prorſus. Quin eam intactam prætermittit.* Verum non abſque ratione, tum quod alibi prolixiores parentur Burmanni vindiciæ, tum quod uno exemplo quid de fucata Limborgii ſimiliumque Remonſtrantium moderatione ſentiendum ſit, probaſſe ſufficiat.

Sed volupe ipſi videtur, ut, quam exulcerato cum ſuis erga Reformatos ſit animo, prolixius explicem. Verum notum jam dudum fuit Vatinianum iſtorum hominum adverſus nos odium; cujus cum Limborgius refricare memoriam ita voluerit impensè, ægre non feret ſi & nos non tam noſtros de eo moneamus, quam eos, qui, Arminianæ moderationis prætextu ſeducti, minus quam fas eſt averſantur amarulenta hominum conſilia & molitiones.

Me §. XVIII. & XIX. novis dicteriis proſcindit. *imperitiam* exprobrat, affectatam ignorantiam, addit & jactantiam & confidentiam immodicam, imo cauſæ propriæ turpem proditionem, uno halitu. Quibus omnibus quæſitionem ſubjicit acerbiſſimam: *an credit Lectores ſuos (ſi quos forte habiturus) fungos eſſe, ut locum quem in me tanto cum ſupercilio reprehendit, nunquam inſpecturi ſint.* Totus in fermento eſt affectatata manſuetudine & moderatione Theologus.

Sequente Paragrapho Pyrgopolinicis inſtar me provocat. *Age intendat omnes ingenii ſui vires Waeyenus.* Verum & hoc probe convenit hominis noſtri lenitati. Quid autem periculi me maneat, quod evitari haud poſſit, niſi *omnes vires intendam*, haud video. Non malum eſt quod metuam, ſed magnam mercedem expectandam habeo, ſi me heic virum præſtiterim. *Ingenue*, inquit, *fatebor, Burmannum ita circumſpecte hic locutum, ut ſi vel prævidere meam accuſationem potuiſſet, haud potuerit prudentius*, adeoque, quod magna res eſt, mea verba ſua faciet. Quid autem jam tanta cum virium intenſione præſtandum ſtipulatur meus Philippus? Dicam. Vult ut probem *longius quam par eſt à Spinoziſmo in contrarium iviſſe Burmannum*, Sed multus vereor ne malum nomen ſit Limborgius. Audiat igitur. Verum haud ullam difficultatem ſentio, minimè eam, quæ jubeat ut *omnes ingenii intendam vires*. Repetenda ſolum ſunt quæ coram oculis habuit Limborgius, adeo ut conditio à me jam ſit præſtita. *Nucleus Spinoziſmi eſt, omnia ex natura Dei emanaſſe, ut aliter ſe tota rerum univerſitas per naturam Dei habere non potuerit, quam habet in præſenti. Imo omnia eſſe Deum. Clariſſimus Burmannus è contrario, ab eo errore tam procul abeſt, tantus eſt libertatis divinæ vindex, ut ſtatuat per naturam Dei fieri potuiſſe, UT BIS TER NON FACIANT SEX.* Rogo jam, an is, qui ita inſtituit, non longe abſit, imo longius quam par eſt à Spinoza? Viderer de Lectoris ingenio nimis tenuiter

ter ſentire ſi hiſce plura adderem. Omnia ex natura Dei manare, imo ipſam Dei naturam eſſe, immenſum differt à vero, quod eſt, omnia libero divino juſſu facta atque in hunc ordinem redacta eſſe. Verum ulterius progreditur Clar. Burmannus, *longiuſque quam par eſt*, quando ait, fieri per naturam Dei potuiſſe, *ut bis ter non faciant ſex.* Adeoque jam in ære meo eſt Limborgius. Solvat quod debet, præſtet quod ultro, nemine id petente, fuit pollicitus; nimirum fateri jam tenetur, Burmannum *ita heic locutum eſſe circumſpectè.* Tanta enim in amolienda vel minima Spinoziſmi ſuſpicione uſus eſt cautela, ut in exceſſu potius peccaverit, quam ut non ſatis longe a Spinoziſmo abeſſe videri poſſit.

Vides jam Lector quam inepte Limborgius clamaverit, *omnes ingenii ſui vires intendat Waeyenius.* Tu potius jam fatere id quod ingenue faſſurum te ſolenniter promiſiſti. Imo non ad hoc tantum teneris, verum quandoquidem & præterea calumniatum te Burmannum eſſe, meque abſque ulla ratione ita atrocia a te paſſum, jam conſtat, utrique de famæ læſione ſatisfactionem debes.

Id quod §. XXI. de *Indice* & bis in eo notato Burmanno addit, inane ſubterfugium eſt, fieri enim abſque amaritudine animi non potuit, ut notaret, imo bis notaret, & eâ ratione in ipſo Indice notaret Virum Clariſſimum.

Sequente §. XXII. *atrocem criminationem* mihi tribuit, *eruditionem quæ tota in captandis & detorquendis verbis conſiſtit, ingenium vero ad res pe-*

penetrandas non aſſurgens, cujus omnia quæ ſcribit *plane extra oleas vagantur*, *ac ſi nullum inter longitudinem & latitudinem noſceret diſcrimen*, *qui ſtulta ſcribam*, *quorum abſurdiora tantum indicabit non refutabit*, *& aliquali tantum reſponſione dignabitur* : ego autem mi bone Limborgi hæc tua convitia, prorſus nulla dignabor. Quod de *longitudine & latitudine* miſcet, fateor non aſſequi quid velit.

Magna cum voluptate me jam ad nobiliſſimi argumenti diſceptationem accingerem, niſi de potiſſima Limborgiani in me odii cauſa aliquid adhuc jam dictis adjungendum arbitrarer. Hominum cauſam continuo non Dei agit. Clerici errores & prophanam Criticen ſuis coloribus depingi, non poterat non redundare in Arminianæ factionis contumeliam. Talem hominem non jam ſinu fovere, ſed juventutis ſuæ in Philoſophia ſaltem & literis inſtitutioni præficere, quin eo ſuperbire, in bonam partem interpretari non poterunt, ii quoque, qui ceteroquin iſti fraternitati haud male volunt. Severe igitur animadvertere in me voluit Limborgius, ut ita, ſi non aliqua ſaltem ratione hoc odium à ſua ſocietate propelleret, propuliſſe tamen dicteriis videri poſſit. At utinam collegam potius increpaſſet atque à putidiſſimis erroribus omni opera avocare ſatius exiſtimaſſet, quam involare in nomen, in labores illius, qui patrocinio veritatis iſtam ſuam adverſus Clericum Diſſertationem unicè devovit.

Dememiniſſe videtur hujus Collegæ ſui hypera-

ſpi-

[illegible], quam malè ſibi ante hac conſuluerint Remonſtrantes, quando peſſimæ Conradi Vorſtii cauſæ pariter patrocinari omni ſtudio atque induſtria conati ſunt. In Batavis illi & apud Britannos quemadmodum amicitias conciliare improbo labore ſatagebant, ipſo Grotio plus ſemel in Angliam miſſo; ibidem officium ſedulo [illegible] ſectæ ſuæ omnimode præſtare certus ſum. Sed, ut recte Bayllius de Vorſtii negotio *Il fit un grand tort au party Arminien.*

Quemadmodum autem Eccleſiæ noſtræ & ſingularis Academiæ Franekeranæ elogium non eſt, habuiſſe illo tempore viros, qui, detectis Vorſtii graviſſimis erroribus, peſſima conſilia irrita reddere laudabili zelo elaborarunt, ſic iiſdem dedecori haud erit, & hodie tam Belgas, quam exteros de ſtupendis Clerici cogitatis informare; eo autem majus mihi operæ illius pretium polliceor, quod à Limborgio coactus, Remonſtrantium in Reformatos incredibilem acerbitatem ſimiliter ex principiorum, Limborgii ſcriptis palam fecerim.

Anglicanæ Eccleſiæ Antiſtites quibus prenſationibus & ipſi Remonſtrantes Theologi & eorum patroni in cauſſam ſuam pertrahere olim ſtuduerint, neceſſe non eſt hic teſtimoniis evincam. Literæ ab Arminianis editæ in omnium manibus ſunt, dictique hujus mei veritatem probantia pluſima ubivis reperiuntur.

Quam autem infoeliciter illis malæ cauſæ advocatio ceſſerit, vel ex eo apparet, quod Eccleſiæ Anglicanæ Antiſtites ipſum Arminianiſmum vel [illegible] ob cauſam magis habuerint ſuſpectum & averſati ſint.

En literas Thomæ Hollandi Profeſſoris Regii in Academia Oxonienſi, viri iſtoc tempore longe celeberrimi. *Erat*, ſic de ipſo Vir quidam doctus, *alter Apollos, potens in Scripturis, adeoque cum Patribus familiaris ac ſi ipſe Pater, & cum Scholaſticis ac ſi Seraphicus Doctor, ab ejus ore tanquam ab oraculo, quævis dubia ſolvebantur, digniſſimus itaque erat qui cathedræ Doctor deſignaretur, quam poſſedit annos circiter* XX. *magno cum applauſu & approbatione, dixeram fere, admiratione.* Sic ille NN........ *Certiorem tamen te facio, dictos illos libros Vorſtii in Academia noſtra prohibitos eſſe, ut à Vicecancellario noſtro intellexi, & omnes eos, qui inveniri potuerunt, ad ipſum delatos, quinto hic Octobris igne in foro abſumtos fuiſſe. Quod ad nos attinet, ſcias etiam pervelim, me nullam Quæſtionem in Schola Theologica admiſſurum, quæ vel Vorſtianiſmum vel Arminianiſmum ſapiat......Speramus enim fracto impetu ſeditioſorum hominum & a fide orthodoxa ſe ad tempus avertentium, fore brevi ut veritas Euangelii, depulſis tenebris errorum, fulgeat indies apud vos, clarius, reſplendeat glorioſius. Cura ut valeas & ut nos ames. Etiam atque etiam vale.* Subſcriptio erat. *Tui in Chriſto ſtudioſiſſimus THOMAS HOLLANDUS.*

Addo a Cantuarienſi Archiepiſcopo manu ſua, exaratas ad Lubbertum literas.

Doctiſſime Sibrande.......Non dubito quin negotium Vorſtianum Omnipotens Deus ad felicem perducet exitum. Miſer homo in luto hæret, & dum

de potentia ac providentia Dei dubitabundus ſuas nectit argutias, has fecit Chriſtiano orbi teſtatiſſimas, pœnas pro ſuis meritis luendo debitas ...ex æde Lambethana. Febr. 24. *ſt. Vet.* 1611. *Amicus tui Amantiſſimus Georg. Cantuarienſis.*

Plures ſimilis argumenti addere poſſem, verum ad præcipui feſtino argumenti pertractationem. Aſtum Satanæ eludere ſolet divina ſapientia, novis machinis excogitatis, quibus in veritatem impetus fiat. Veritas penitius excuſſa, ea rerum ſacrarum ſtudioſis ſæpe ſuggerit, de quibus ceteroquin nunquam forte cogitaſſent. Spinozæ errores probè meditatus, deprehendi, nullam ideam, nihil poſſibile in Deo, ante omnem, liberam voluntatis diſpoſitionem, eſſe concipiendum; evitari aliàs non poſſe, quo minus omnia ex ipſa divinæ naturæ indole, liceat ita loqui, derivemus, Deo, in cauſam mere emanativam converſo; unde tandem ſequitur, univerſitatem rerum, ipſum Deum eſſe, Deumque nihil aliud, quam univerſalem quandam, ab omni particulari re, modo, attributo abſtractam ſubſtantiam, id eſt, ens rationis; realia autem, iſtius ſubſtantiæ, ita conceptæ in abſtracto inſtar unius, attributa & modos. Immane hoc idolum funditus ſubvertitur, ſi Deum conſideres, ut ſingularem ſubſtantiam, reliqua autem, quæ non Deus ipſe ſunt, ut effecta liberrimæ volitionis divinæ, adeo ut nihil earum rerum, ne quidem conceptus aut cogitatio Deo naturalis ſit & ante decretum in Deo concipienda

enda. Hunc ſcopum meum non ignorans Limborgius, animo minus exulcerato agere debuiſſet. Verum identidem antiquum obtinet paſſimque aculeatis me verbis lædere conatur.

De poſſibilitate rerum, ſic inſit §. XXII. *jam quid addendum foret.* Sed cum Waeyenio diſceptaſſe vix operæ ipſi pretium videtur. Ratio in promptu eſt, *à ſtatu quæſtionis continuo aberrat.* Acerba quidam exprobratio, at diſputatoribus non prorſus inſolita: id autem magnopere diſplicet, quod, ad rem maximi ponderis pertractandam accinctus, ilico ita leviter Orbilii perſonam induat, nulliusque momenti ſeu Typographi, ſeu ſcriptoris σφάλμα, ſi modo σφάλμα ſit, ſerio & ſic ſatis ſalsè perſtringat. *Exjudæum* appellat vir quidam doctus Rittangelium, vocabulum, abſque mutatione ex pagina, exemplari meo præfixa, in textum tranſlatum eſt, id intactum præterire Ariſtarchus haud potuit. Ac ſi in nomine genti proprio, tolerari haud poſſit connexio, ſeu compoſitio, cui prorſus analoga in pluribus aliis reperimus, *Ex-conſul*, *Ex-conſularis*, *Expatritius* ævo ſaltem Juſtinianæo uſitata *Ex-ors*, *Exoſſatus*, *Ex-peculiatus*, *Exornatus*, *Excuriæ*, *Ex-angulus*, *Ex-epebebus*, *Ex-gregorius*, *Exangulus* pariter Latina ſunt magnam partem, aureæ etiam ætatis auctoribus recepta. Operæ ſanè pretium non eſt, quiſquiliis immorari, nedum ad eas excurrere, dum ſeria nos vocant. Hinc ne *Aliqualem* ſaltem, quo puriſſimæ ſc: Latinitatis vocabulo toties utitur terſiſſimus meus antagoniſta, culpam mihi contraham, pergo.

Verum & alia ratio erat, heic ita rigidè vocabulum illud exagitandi, nimirum lepidè jam Clariſſimus piæ memoriæ *Voetius* Waeyenii *Ex-præceptor* dici poterat. Veneratus ſum viventem Voetium, mortuique memoriam gratam habeo. Neque memini unquam me Virum de me optimè meritum, ullo facto aut verbo læſiſſe. Coccejum *poſtea* me *magiſtrum delegiſſe* §. XXIV. pag. 48. pariter nec pœnitet nec pudet. Utrique dilectum fuiſſe ut multis probare poſſem, ſic & impensè mihi gratulor.

A Statu quæſtionis me continuo aberrare ne deinceps conqueratur, operæ pretium duxi momentoſiſſimum negotium, de quo heic me inter & Limborgium Diſputatio eſt, paulo altius repetere:

Augendam in fine dierum quam luculentiſſime divinarum Scripturarum intellectionem, adeoque rerum cœleſtium cognitionem, non uno vaticinio fulti, credimus. Implementum non obſcurè in verbi ſtudio, tantopere per Dei gratiam hodie vigente, indies apparet.

Remorari divinum opus præ omnibus conantur tum profani Critici, tum Philoſophi, quorum propago ſunt Theologi, Latitudinarii non ineptè dicti. Tanto omnes periculoſiores, quanto ab eruditione aut rerum aliarum cognitione magis inſtructi.

Illorum hodie facile Princeps eſt Richardus Simon, horum autem Benedictus de Spinoza. Prior in eo eſt, ut Scripturæ & authentiam & Lectionem & ſenſum omnem incertum reddat ac lubricum,

quo ita, omni fundamento, cui ſecure innitamur, deſtituti, tanquam ad ſacram anchoram nos ad Eccleſiæ Romanæ auctoritatem recipere & dictamina cogamur. Ridiculo ſane atque hinc & irrito conatu. Scriptura enim omni ad eam redacta incertitudinem, quam ei affricare non deſinit, quid fiet de Eccleſia? Unde innoteſcet ipſa, aut ſuam probabit ac vindicabit auctoritatem?

Et quid obſecro id rei eſt, quod Simoni Eccleſia dicitur? Heic miſero homini aqua hærebit: nec minus, ubi ſelectum fecerit, laborabit, ut ſciat alios, qui doceat, quid aut quando hoc aut illud ab Eccleſia dictum, creditum, receptum dici debeat nec ne. Ad Pontificem tanquam infallibile ſupra Concilia Eccleſiæ caput, quantumvis ei adulletur, utique non provocabit, niſi Gallicanæ Eccleſiæ adverſetur. Nec magis tutum ipſi in Concilio præſidium erit. Eo, quod noviſſime habuere Romanenſes, à Rege rejecto. Conciliabulum fuit imo, Eccleſia Gallicana adſtipulante ne nomine quidem concilii dignum, noviſſimeque editis a Clariſſ. Vaſſore Vargaſii literis, tot ſcelerum convictum, ut conventus Chriſtiani omnem ſpeciem amiſerit.

Simoni merito accenſeo Clericum, qui pari erga Scripturas irreverentia, excuſſo omni myſterio, eo redigere homines conatur, ut, Scripturæ arcanis exploſis, Latitudinaria Religio tandemque naturalis, imo forte nulla obtineat.

Spinoza id agit, ut omnem Dei, qui ex ſe ipſo ab æterno ſubſtiterit, mundumque, id eſt, totam rerum univerſitatem ex nihilo produxerit,

Digitized by Google

ſit, cognitionem ex mente hominis elimineț, & neſcio quod fatum introducat.

Veneramur autem ſapientiſſimam rerum curationem, qua Deus efficit, ut non tantum profectus in veritatis cognitione atque amore haud prorſus ſufflaminetur, verum tanto validius omnes nebulæ diſpellantur, quanto copioſius corruptiſſimorum hominum figmenta veritati obducuntur.

Plures jam dudum utriuſque technas & ſtrophias detexere. Et in veritatis divinæ gloriam cedunt omnia, quæ in ejus perniciem ab iſtius furfuris hominibus hocce tempore fuere excogitata. Certè profligatis vetuſtis erroribus, ubi novos excogitat humanæ mentis intemperies, veritati divinitus occaſio ſuppeditatur, novo adhibito ſcrutinio, ex inexhauſta illa penu, argumenta depromere, quibus cauſa veritatis vincat novoſque triumphos identidem reportet. Quin imo & eruere veritatem penitius, & limpidius, ac clarius concipere, validius confirmare, omnique hæſitatione eam amantes liberare, fructus, divina id volente benignitate, peſſimorum etiam moliminum eſſe ſolet.

Non hæc quidem aut illa veritatis pars per iſtos homines laborat, fateor: ſed univerſa; verum id unicè reliquum videbatur humanæ ſed corruptæ ſolertiæ & ſagacitati, ut, ſingulatim exploſos jam omnis generis errores, in unum coagmentarent, arcemque ipſam temerario aggreſſi auſu, occuparent & ſubverterent. Verum tanto fortius in timore Domini contra niti decet. Veritati nunquam deerit is qui ipſa eſt veritas.

Hujus auxilio fretus, hujus honori unicè deditus, haud ita pridem, poſt alios Viros Doctiſſimos cum prophana docente Johanne Clerico manus conſerui. Quemadmodum in Summa Theologiæ, viginti abhinc annos edita, curatè, quantum potui, Spinozæ ἀθλήματα examinavi & confutavi. Adverſus viros acquirentem palliatum illum Atheiſmum, Theologiæ operam dantes muniendi omnino videbantur, hinc illi operi inſerendam illius diſcuſſionem judicavi.

Verum novi errores aut recens excogitatus veterum fucus, requirunt, ut ſedulo circumſpiciat veritatis vindex, quid ei detegendo quam maximè inſerviat. Quod in timore Dei nemo fecerit, quin deprehenſurus ſit ita ab omni partem munitam eſſe divinam veritatem, iiſque inſtructam armis, ut omni inſultui ſuſtinendo abunde ſufficiat.

Id autem operam dare debet, quiſquis Veritatis patrocinium in ſe ſuſceperit, ut novis nodis novos adhibere cuneos non vereatur. Quo facto ſæpe contingit, ut veritatem ipſam magis politam auditoribus ſuis & lectoribus, poſt habitum conflictum, exponat quam antea. Prius ut omni diligentia adhibita pro virili à me obſervatum eſt, ſic poſterius mihi eveniſſe gratulor. De Patribus ante Concilium Nicænum, iiſque qui Auguſtinum antevertunt vulgo obſervatur, minus limate illos de Deitate Filii, hoſce de hominis impotentia &c, ad eliciendos motus atque actiones ſpirituales, inhabilitate locutos fuiſſe, quam ii, qui deinceps in Eccleſia docuerunt.

Factum igitur, ut, penitius excutiens ea quæ tum

Phi-

Philoſophi tum Theologi hactenus de Intellectione, Volitione & Potentia Dei, docuerunt, deprehenderim poſſe aliquid dici, quo radicitus evellantur errores Spinozæ, uſuſque in eo libertate prophetandi, mentem meam explicui, hiſce verbis, Theol. Cap. III. §. CXXXVI.

Magis autem hæc clara nobis & perſpicua evadent, ubi Intellectionis hujus objecta viderimus.

CXXXVI. Quæ duplici ſub differentia commodè concipimus, cujus reſpectu Naturalia dicemus nonnulla, nonnulla Libera. Naturalia dico ea, quæ Deus nulla ratione potuit non percipere atque intelligere: non quod coactè ea percipiat; nihil enim agit niſi perfectiſſimè, adeoque ſponte ſaltem & pro lubitu ſuo; ſed quod circà illa non verſetur eâ libertate, qua utitur circa res alias, quæ prorſus, ſeu ratione univerſæ eſſentiæ ſuæ, à libero Dei pendent conſilio. Hinc ea concipimus à Deo intellecta, eo ipſo quod Deus ſit, etiam antecedenter ante omne decretum voluntatis conſideratus. Sunt autem tum ipſe *Deus*, tum ſignatè in Deo ejus *Exprimibilitas*.

CXXXVII. Deus ipſe ſe non intelligere haud poteſt. Sua enim natura actus puriſſimus eſt & cogitativus, adeoque ſui plenè conſcius, per conſcientiam ſui perfectiſſimam. Quin imo hæc ſui intellectio eſt ipſe Deus, conſideratus ut ſui conſcius. Ut omni cogitationi eſſentiale eſt, ſui eſſe conſcium, ſic id inprimis de actu illo puriſſimo cogitandum eſt. Quoniam hæc ſui Intellectio Deo eſſentialis eſt, neceſſario, non ſecus atque ipſa eſſentia, Inde,

pendens eſt & Infinita, & Simplex, adeoque unica Immutabilis & Incomprehenſibilis. Huc faciunt loca 1 Sam: 11. 3. Pſ. CXLVII. 5. Joh: 1. 18. Mat. XI. 27. 1 Cor. 11. 10. 11.

CXXXVIII. Sequitur Dei *Exprimibilitas* dicam an *Adumbrabilitas*, de qua 1. videndum *quid* ſit, & 2. demonſtrandum quod ſit *objectum* divinæ Intellectionis.

CXXXIX. Cuncta quæ Deus unquam fecit, expreſſio quædam ejus ſunt atque adumbratio, ut in rebus factis, docente id Apoſtolo, appareat non δύναμις ſolum Dei ἀΐδιος, *potentia æterna*, verum & ipſa θειότης *divinitas*. Deitas autem videri non poteſt, niſi in iis quibus ſe expreſſit ipſa atque adumbravit, in ſe prorſus inviſibilis Joh: 1. 10. Porro Deus, antequam ſeſe expreſſit, idem erat, taliſque, qui & qualis expreſſus atque adumbratus eſt: quin & antequam de ſui adumbratione aliquid decrevit, talis erat, ut ſufficiens eſſet, qui hôc, quô fecit modô, & infinitis fortè aliis ſe adumbraret & exprimeret, prout placeret liberrimo ipſius arbitrio.

CXL. Hanc autem Dei Exprimibilitatem hicce loci proponendam putavi, antequam de voluntate Dei agerem, quoniam Deo eſſentialis eſt & prorſus naturalis. Ut, licet & res & rerum modi ac ſeries omnis, quibus exprimere ſe atque adumbrare voluit, omne ſuum eſſe unicè liberrimæ debeant voluntatis divinæ diſpoſitioni ſeu nutui; adeoque nihil poſſibile dici aut cogitari ante Divinæ voluntatis liberrimum decretum poſſit, Deus tamen ab æterno & ex ſua natura, aut potius ſufficientia naturali, *ſit*

&

& ſemper fuerit exprimibilis atque adumbrabilis. Quæ Exprimibilitas cum in ipsâ eſſentiæ divinæ & perfectionum omnium fundata ſit omniſufficientiâ, ita concipi debet, ut tanquam ratio, dicam an cauſa ſit, quod nulla unquam res facta ſit, aut fieri queat, qua Dei quædam perfectio aut negetur aut ulla ratione lædatur.

CXLI. Quâ re paulo attentius expensâ, ſe prodet *Decentiæ*, *Juſtitiæ* & *Sanctitatis* divinæ quaſi fons & ratio, quatenus eas deinceps cum relatione ad creaturas conſiderabimus. Licet enim & eſſentiæ rerum, & omnis bonitas, rectitudo, veritaſque in creaturis nunc conſpicua, divinæ voluntati ejuſque liberrimo tranſcribi placito debeant, non poſſum tamen ante omnem liberum voluntatis actum non concipere Deum ut perfectum, ut omnino ſufficientem; adeoque, ſecundum decentiam quandam naturalem, & ad ſui gloriam, neutiquam aliter, exprimibilem. Multa quidem de ea audacter determinare nefas ducimus, ſilere tamen prorſus, quando jam eo delati ſumus, non minus foret abſonum. Apoſtolus ubi in Epiſtola ad Hebræos, Capite ſecundo, commate decimo, provocat ad *Decentiam* Dei & ex ea arceſſit neceſſitatem conſummandi τοῦ ἀρχηγοῦ τῆς σωτηρίας διὰ παθημάτων *principis illius ſalutis per paſſiones*, dubio procul aliud quid reſpicit, quam quod univerſim ex mero voluntatis libero actu repetendum ſit, aut unicè in præſenti rerum ordine quærendum. Chriſti paſſiones, omnium operum divinorum baſis ſunt, ex iiſque omnium viarum Dei juſtificatio repetenda eſt unicè.

CXLII.

CXLII. Has autem ex Dei, peccatorem in gloriam introducentis, adeoque ſanctificantis, decentiâ ita derivat, ut iſtam Chriſti conſummationem decuiſſe Deum dixerit apertè. Hinc יה appellatur Deus, quippe in quo eſt decentia quædam, quam conſpiciendam præbuit in opere omni quod in Chriſto præſtitit, ut Capitis ſecundi §. 33.--38. videre eſt. Nihil autem Pater facit quod non ſimiliter & Filius: per ipſum *ſæcula*, id eſt, cuncta, non ſine momentorum ſucceſſione durantia, *facta* ſunt Hebr: I. 3. Propter ſe facit omnia & ad gloriam ſuam, adeoque ut prædicentur virtutes ejus. *Proverb*: XVI. 4. Pſ: XIX. I. 2. Eſt igitur in Deo quid, cui reſpondeant, quodque exprimant, & conſpiciendum præbeant res factæ. Id autem in Deo erat antequam rebus factis innoteſceret; ſeu Deus jam ante erat talis, antequam ſe talem factis probaret. Quando ſe ipſum abnegare non poſſe, mentiri, peccare non poſſe dicitur, non ſanè id eam tantum ob rationem accidit, quod Deus libere decreverit ſe ea non commiſſurum, ſed quod ipſius naturæ atque eſſentiali perfectioni prorſus repugnent: ſeu quod gloriam Dei enarrare nequeant, quin potius offuſcare apta ſint & negare, non illuſtrare virtutes Dei; adeoque exprimere Deum atque adumbrare haud poſſint.

CXLIII. Hinc eſt, quod, liberrime licet & pro mero Dei placito producta ſint omnia, adeo ut potuerint hæc non produci aut prorſus alia, certum tamen ſit, Deum, ubi hoc aut illud facere voluiſſe conſtat, nonnulla, quæ ad eam rem, ut ſit ad gloriam

Dei,

Dei, ſeu ut Deum exprimat, neceſſaria ſunt, una non facere haud potuiſſe. Exemplo rem illuſtremus. Conſtet, Deum creare voluiſſe creaturam cogitantem, dico fieri non potuiſſe, quin rectam, id eſt quæ conditorem ſuum agnoſcere atque amare apta nata foret, produceret. Ratio in promtu eſt. Non reſponderet ceteroquin Dei Exprimibilitati, non referret Deum, non foret, ut creatura rationalis, ad Deum. Idem in multarum rerum connexione rite obſervandum eſt. Potuerit Deus fœdus facere cum Adamo ut homine ſingulari, pacto tamen cum eo fœdere, tanquam cum capite, omnes ſub ſe atque in ſe complectente, fieri per Dei decentiam haud poteſt, quin Adamo peccante omnes ruant in interitum. De Ideis nobis inditis pariter tenendum, poſtquam tales nobis indere voluit Deus tanquam ſe adumbrantes, fieri non poteſt ut Deus res alias faciat quam quales reſpondent iſti Ideæ: tum quod falſum teſtaretur Deus opuſque ſuum deſtrueret, tum quod ſe non adumbraret ſed ſui adumbrationi contradicturus eſſet, adeoque ſui ſe ipſe negaturus teſtimonium. Sic inditâ nobis Ideâ corporis ut rei extenſæ, mentis ut rei cogitantis, fieri non poteſt ut Deus corpus creet non extenſum, aut mentem non cogitantem. Non quod rerum illarum Ideæ ſint, eo ſenſu, quo vulgo id aſſeri ſolet, æternæ, ſed quod Deus eo quaſi charactere ſic ſe habente & non aliter exprimere ſe voluerit.

CXLIV. Porro cum iſta exprimibilitas ipſius Dei ſit, Deuſque is ſit & talis, qui & qualis eſt,

ſecundum noſtrum concipiendi modum, antecedenter ad omnem actum conſilii aut decreti; neceſſe eſt, ut ea quoque, ſenſu jam dicto, omne decretum antecedat.

CXLV. Quando autem de Exprimibilitate Dei loquor, quod denuo monitum te velim, cave putes me concipere ullarum rerum poſſibilitatem, quæ liberæ actum voluntatis divinæ antecedat; aut eſſentias me rerum fingere, quæ ab æterno fuerint, Deique decretum anticipaverint; quæque adeo tales à Deo fuerint conceptæ, quia ante omnem divini decreti actum natura ſua fuerint tales. *Non* enim de rebus hic ago præter Deum aut extituris unquam aut poſſibilibus, ſed de ipſo Deo perfectioneque quadam Deo eſſentiali. Quin noſtra hæc de Dei Exprimibilitate cogitatio radicitus evellere illas abſurdas cogitationes apprime idonea eſt, quippe quæ omnes rerum, ut vocant, ideas, omnem poſſibilitatem derivare docet ex Dei arbitrio & liberrima voluntate. Exprimibilem quidem natura ſua dico Deum, tam infinitis autem, ſi liceat ita loqui, modis, ut non ſolum rebus quæ nunc ſunt & ut nunc ſe habent, ſed pluribus & longè aliis, ſi ita voluiſſet, ſui dare adumbrationem aliquam potuerit. *Alia* quando hic dico, non jam certarum rerum ullas in Deo ideas ſed exuperantiâm ejus, infinitam in genere innuo.

CXLVI. Certe rerum ideas prorſus æternas, & poſſibilia quædam antecedenter ad Dei decretum qui fingunt, illi res omnes negant eſſe ſolum adumbrationes Dei: etenim Divini quid, eſſentiæ

nimirum æternitatem & independentiam atque aſeitatem iis adſcribentes, ultra adumbrationis ſortem evehunt; imo verò & Deum dependentem faciunt, quippe concipientem res jam ſuâ naturâ & ideâ tales, antequam de iis quidquam ſtatuerit aut decreverit. Unius Dei ea perfectio eſt, ut ex ipſius conſideratione repeti poſſit ratio omnis proprietatis, veritatis, & perfectionis, quæ ipſi naturalis eſt. Plura hac de re vide apud Poiretum Cogitat. Ration. p. 127.

CXLVII. Quæ ut ut vera ſint, Exprimibilitatis tamen divinæ realis quædam manet & moralis ratio, ut ita loquar, perfectiſſima, Deoque convenientiſſima, qualem ſatis jam ſuperque pro modulo noſtrò explicatam dedimus.

CXLVIII. Deus enim Exprimibilis erat ut ens non ſolùm, verum etiam ut ens ſe cognoſcens atque amans, ſeu ut rectus & ſanctus eſt, eventuſque nos docuit revera ſe utraque illa ratione adumbraſſe atque expreſſiſſe, ſiquidem reperiantur creaturæ, quæ, non entia ſunt tantum, ut reliqua, verum & rectæ ſunt & ſanctæ, id eſt cogitantes convenienter iis cogitationibus quas Deus circa ſe ipſe exerit: hinc eſt quod commode Exprimibilitatem in Deo concipiamus duplicem, quarum unam Realem nuncupabo, Moralem alteram. Unam quâ ut ens eſt, alteram quâ ut rectus & ſanctus eſt, ab omni æternitate fuit exprimibilis.

CXLIX. Hanc autem ſui Exprimibilitatem, hanc ſe Exprimendi ſufficientiam noſſe Deum, & ab omni æternitate & naturaliter noſſe, ita ut ig-

Digitized by Google

norare eam nunquam potuerit, nemo ibit inficias, niſi Deum ſe ignorare aut ullam ſui perfectionem non noviſſe abſurdiſſimè finxerit.

CL. Merito iſthæc de qua agimus ſui Intellectio Scientia dici meretur & Intelligentia & Sapientia. Neque enim Deus poſt conditum decretum demum talis eſt, ut intelligens, ſciens, ſapiens dicendus ſit, ſed ſe & natura ſua, nullâque re præter ſe conceptâ, talis eſt, ut ſcientia ipſi competat atque Intelligentia & ſapientia. Sciens ſi ſit qui cauſas rerum novit; Intelligens qui rem omnem funditus quaſi penetrat & Sapiens cui rerum nexus patet & concinnitas: Deus ſane in ſe, per ſe & circa ſe talis eſt. Se enim ita novit, ut dum cauſam non agnoſcit, aſeitatis tamen ſuæ veram rationem probè perſpectam habeat. Ipſa natura & penetralia Dei 1. Cor. 11. 10 11. ita ipſi comprehenſa ſunt, ut intimam habeat illarum, id eſt, ſui perceptionem: pariter ipſi conſtat & clara eſt omnis concinnitatis & venuſtatis ſuæ ratio. Sapientia igitur non minus atque Intelligentia quam Scientia dici meretur hæc ſui, atque Exprimibilitatis ſuæ perceptio.

E re fore putavi ſi mentem paulo fuſius exprimerem. In Diſſertatione adverſus Clericum ea tantum addidi, quæ ad Burmanniani nominis defenſionem requiri videbantur. In præſenti autem preſſius de hac re cum Limborgio agendum ratus, ea quæ de illa re ante hac heic repræſentavi. Fateor aliquid me dicere quod hactenus omnibus orthodoxis receptum non eſt; ſed Anſam illis cogitationibus mihi dedere Spino-

Digitized by Google

zæ errores. Quin imo fieri non poſſe meo quidem judicio, ut funditus ſubvertatur periculoſiſſima & impia Spinozæ philoſophia niſi ita inſtituas, haud ambigo.

Nunc Limborgium audiamus. Ea autem heic ratione cum ipſo diſceptabo, ut memor ſim in re non difficili tantum me verſari, verum &, ut in Scholis nuncupant, problematica, de qua diſſentire liceat abſque ulla læſione doctrinæ hactenus ex Sacris literis in Eccleſia receptæ. Ea quæ ſignate Clariſſ. Burmannum ſpectant, hac quidem vice, aliis deinceps committo.

Dixi, inquit L. §. XXIII. *eam eſſe quarundam rerum eſſentiam in ſeſe ſpectatam, ut à Deo potuerint decerni, aliarum vero eam eſſe ad exiſtendum repugnantiam, ut à Deo decerni non potuerint, qualia ſunt contradictoria.*

Ex ſua hypotheſi rectè loquitur, verum ego cum *eſſentias*, quæ antecedenter ad decretum, *tales* ſint, non agnoſcam & in præcedentibus refutaſſe putem, hæc omnia ſimpliciter rejicio. Neque etiam ullius rei poſſibilis ideam ego quidem formare poſſum, niſi exiſtat, aut, exiterit aut, extituram noverim; aut forte ex jam extantibus imaginatione formaverim. Quemadmodum rem quoque nullam ego quidem mente mea concipere poſſum, de qua dicere auſim, Deum talem, licet voluiſſet, facere non potuiſſe. Pluribus id jam explicui in Diſſert. c. Clericum p. 186. & 187.

Nihil tamen, Limborgio ſi credas, ad hæc *reſpondet*

det Waeyenus. *Nihil ſanè, ſed ſibi ſomnia fingit.* En Lector obſecro, hæc Limborgio nihil ſunt, & reſponſionis nomine prorſus indigna. *Certe primus hic impetus meticuloſa ſophiſticatio eſt, qua, rotunde & candide loqui non auſus, omnia impedite & confuſe profert*, adde quæ ſequuntur p. 185, 186.

Verum dicam quicquid velim, *nihil respondeo. Nihil ſanè, ſed mihi ſomnia fingo quæ refellam.* Sic comiter ſc: & modeſte noſter. Aſt bone vir quid in theſi tua eſt cui ſatisfactum non ſit? Ubi ſomnia, dic precor, quænam ea ſunt, quæ finxi?

Nec eſt, quod tibi *gratuleris, argumentum quo ego ex ſententia tua Spinoziſmum elicere coner, in omnes directum Theologos eſſe* §. XXIV.

Animi ſollicitudinem modeſtè expoſui hiſce verbis, *niſi theſis*, quem ego heic veram putem, *recte intelligatur & probe teneatur, Spinoziſmum evitari difficulter poſſe.* Iterum, p. 183. *quanquam qua ratione evitent, ideas illas Deo naturales, non liberas prorſus quotquot ſtatuunt, ego quidem capere non poſſum.* Quid jam *tuam ſententiam* crepas, cum ipſe ſemel iterum, tertium indicaverim, difficultatem me in communi ſententia reperire, quam ſolvere haud poſſim. Non aliquam, quæ aut tibi ſingularis ſit, ſed quam cum aliis, non tuæ ſocietatis tantum hominibus, ſed cum orthodoxis, ſi non omnibus, pluribus ſaltem communis eſt, ſententiam, meo quidem judicio, iſtac difficultate premi, clare ſatis indicavi in Summa Theol. Cap: III.

Digitized by Google

[illegible]II. §. CXLIV. Neque etiam propoſitum mihi fuit gravare hanc ſententiam & *argumentis ex ea Spinoziſmum elicere*, quod te *ſomniare*, tuum tibi reddens dicterium, ſi dicerem, ex vero loquerer; ſed ſollicite ſignificare, niſi meam illam ſententiam amplectantur, fieri non poſſe *ut radicitus* evellant ea quæ Spinoza commentus eſt maleſana dogmata. Et quo magis ſerio & maturè omnia quæ huc ſpectant conſidero, eo magis mihi perſuadeo ſententiam meam certam eſſe, veritatemque cœleſtem hac in parte, Spinoziſtici figmenti occaſione, ulterius nobis detectam. Profectui ſtudendum indies, iiſque, quæ præceptorum opera ex ſacris eruimus non ita inhærendum eſt, ut non ulterius ire, Verbo Dei & veritatis indole nos ducentibus, audeamus.

Ut nihil agat, quando eos, quos hodierni errores eo non adegerunt, ante hac eadem, quæ nos hodie, haud ita docuiſſe teſtimoniis abſque ulla neceſſitate aut fructu probatum ivit §. XXIV. cum non tantum id ultra largiar, ſed & contendam ſerio. Novâ proficiendi anſâ mihi datâ uti auſus fui in timore Domini, nihil detrahens deceſſoribus, ſignate iis quorum diſciplinæ me olim à parentibus commendatum grata mente agnoſco.

At tamen, inquit, *quoniam hic ſe ita confidenter jactat Waeyenius, duorum.....teſtimonia adſcribam.* At ubi obſecro *ea mea jactantia* comparet?

Spinoziſmum, niſi mihi accedas, *evitari difficulter poſſe* dixi p. 182. *Spinoziſmum qua ratione evitent, ideas illas Deo naturales, non liberas pror-*

prorſus quotquot ſtatuunt, ego quidem capere non poſſum, dixi p. 183. At quænam in iis *jactantia* eſt? Indica, proba *jactantiam* eamque *confidentem* cujus me accuſas; aut patere me denuo conqueri de calumnia tua eaque atroci. Jactantia nullibi magis vituperanda eſt, quam ubi de Deo agimus ejuſque perfectionibus. Verum nec calumnia ullibi minus convenit, inprimis homini, lenitatem ſuam tantopere jactanti.

Multa ſunt præter ea, quæ, tum in Theologiæ Summa, tum in Diſſertatione c. Clericum, exhibui, quæ ad ulteriorem ſententiæ meæ probationem proferri queant. Deus utique ideas quas ſtatuunt ante omne decretum in Deo eſſe, omnes novit & ſingulas; adeoque earundam ſententia fuere naturaliter in Deo omnes & ſingulæ, ſaltem earum rerum quæ ad illarum exemplar factæ ſunt.

Unaquæque autem res ſingularis ſe ita habet, ut ejus non tantum ſit formale aliquod individuationis principium, ut cum Scholaſticis loquar, ſed ſexcentæ præterea ſi non individuantes, huic ſaltem individuo, ſingulatim convenientes circumſtantiæ; ſic hujus Petri Apoſtoli illius Johannis, idea concipi non poteſt, niſi talis ſit, ut utrumque repræſentet, eorum quoque reſpectu, quæ utrique ſingularia fuere, nec aliquando, ſed ſemper ſed in omnem æternitatem.

Idea quæ ſpeciem illam animalium repræſentet, quos homines appellamus ſeu genericam, ſeu ſpecificam dixeris, ens rationis eſt, cujus abſtractione mentis à ſingularibus conceptus formatus; adeoque

que in Deo, ut alibi jam monui, locum habere non poteſt.

Ut clarum videatur, illos, qui heic mecum diſſentiunt, antecedentes Dei decretum adeoque naturales Deo tales ſingulorum individuorum ideas ſtatuere debere. Quibus poſitis, fuerit licet Deo libertas, aliquid nutu ſuæ voluntatis producendi aut non producendi, quæ libertas contradictionis dicitur, non tamen, volens hominem producere, alium producere potuit, quam qui ideæ illi, Deo naturali, reſpondeat. Quæ idea quemadmodum individua concipi a Deo non potuit, niſi ſimul conceptis omnibus circumſtantiis, eam, liceat ita loqui, individuantibus, ita nec producta aliis veſtita comparere: illis autem cum accenſeri debeant omnia antecedentia, conſequentia, concomitantia non tantum, verum & eorum rurſus antecedentia conſequentia & concomitantia, ut ex jam dicto apparet, ſequitur neceſſario Deum, omnia à ſe facta, producta, eumque in ordinem redacta ita creaſſe & conpegiſſe prout naturali ejus ideæ convenit. Ac proinde omnia talia, quod ſæpius monui, & Spinoziſmi medulla eſt, quia Deus talis eſt, adeoque tandem, ſublata omni libertate, cauſa tantum emanativa.

Nucleus Spinoziſmi eſt, omnia ex natura Dei emanaſſe, ut aliter ſe tota rerum univerſitas, per naturam Dei habere non potuerit, quam habet in præſenti. Imo omnia eſſe Deum, dixi p. 175. En autem quam difficile ſit hunc prætervehi ſcopulum, niſi mecum ſentias. Hujus totius univerſitatis quo-

 que

que idea in Deo fuit, juxta communem ſententiam, ante omne decretum, imo ideæ in Deo omnes Deo ſunt naturales, ergo illa idea, quæ hujus univerſi erat, fuit Deo naturalis, ergo aliud condere non potuit. Ad univerſi ideam pertinet unitas imo unicitas, ergo, licet hunc forte condere aut non condere, alium tamen condere non potuit. Hinc & mirum accidit Limborgio Clariſſ. Burmannum affirmare, *potuiſſe Deum alium naturæ ordinem inſtituere nobiſque alias, illi nimirum ordini convenientes indere ideas* Doctr. Chriſt. L. II. Cap. V. §. VII.

Quid? imo ne libertas quidem contradictionis, reliqua manet in Deo. Idea enim illa totius rerum univerſitatis, includit ideam ordinis, ſucceſſionis, ortus unius ex alio, adeoque, ipſius ideæ ratione habita, apparet talem rerum univerſitatem iſtoc ordine non fieri non potuiſſe. Emanat igitur ex Deo naturaliter ita ut per naturam Dei fieri non potuerit, quin exiſteret & hæc & hoc ordine rerum univerſitas; vide quo hæc tendant.

Objectiones mihi motæ quidem ſunt nonnullæ, ſed facilis eſt eorundem ſolutio. Perfectioni certe divinæ intellectionis non repugnat mea ſententia, cum illam in eo ponam, quod Deus ſe, ens perfectiſſimum intelligat perfectiſſimè. Imo perfectioni Intellectus divini, meo quidem judicio, repugnat, ſtatuere ad eam requiri, ut natura ſua, alia cogitet quam ſe ipſum.

Voluntatem ſupponere ideas in intellectu, ut ſeligat quas velit, verum quidem eſt de ente depen-

dente,

dente, utpote cujus in facultate non tam eſt formare ideas, quam videre & contemplari a Deo ſibi impreſſas, id eſt quas ſibi in ſe repræſentare divinitus idonea facta eſt. In Deo ſeſe aliter res habet. *Concipiendum eſt*, ait Subtiliſſimus Poiretus L. III. Cap. X. LIII. *infinitum id velle ſeipſum repræſentare & ſe delectare extra ſe, ex lubitu: Et quia ſufficit ſibi, ſufficit quoque, ad realiſandum (ignoſce voci ob utilitatem ſuam) ſecundum placitum & cogitationem hancce ſuam liberam atque arbitrariam: atque ſic (Barbare nobilia dicam) ideïſſat, fingit, ſtatuit, decernit hæc & illa, tot ideas, naturas, realitates, veritates, quæ à ſe & ex ſe coram eo prius nihil erant, quæque ſunt id quod ſunt, per ejus voluntatem, & quemadmodum ipſi placuit ſtatuere & exprimere.*

Nec ante decretum, in Deo concipiens exprimibilitatem Dei, idem dico, quod illi, qui ideas rerum, quæ non ſunt ipſe Deus, Deo ab omni æternitate naturales, ſtatuunt; cum eam divinæ eſſentiæ perfectionem omni-ſufficientiam atque & exuperantiam tantum ſignificatam velim, qua Deus talis eſt, ut poſſit ſui facere copiam & veſtigium. Miror quærere Virum Doctum *an ergo Deus eſt imitabilis à verme, à ſerpente, à re extenſa &c.* cum ignorare non potuerit Apoſtoli dictum Rom: 1. 20. *Nam inviſibilia ipſius a creatione mundi rebus factis animadverſa conſpiciuntur, ejus tum æterna potentia tum divinitas.* ſic *refert* imo clamat *quælibet herba Deus.* Utique ex nihilo haud fit aliquid quod formatorem Deum, adeoque per-

Digitized by Google

fectiones ejus pro modulo ſuo non referat. *Quemadmodum vero impoſſibile eſt, vocari quicquam à Deo, quod eſſentiam non habeat, & ita eſſe Dei notam & veſtigium non præ ſe ferat.* Coccejus de Orig. Boni §. 32. Plures difficultates quæ heic moveri queunt ſolidè & accurate ſolvit modo jam laudatus Poiretus.

Burmanni veſtigiis inſiſtens Waeyenus ulterius progreditur, §. XXV. Si mea cum Clariſſimi Burmanni cogitata vel obiter contuliſſet, *veſtigiis ejus me inſiſtere* non dixiſſet, ſed nihil hoc ad rem facit, veſtigiiſque illius Viri inſiſtere, ubi ille veritatis calcat ſemitam, me non pudet. *Ulterius progredi* pariter ſtudeo indies. Malè autem hæc accipit Limborgius, *omneſque qui concipiunt* ideas rerum præter Deum, quæ decretum omne prævertant, *Spinoziſmum evitare non poſſe.* Verbum deeſt quod ſupplebo, ne hiulcus maneat ſenſus, addendum enim eſt aut ſtatuit, aut affirmat, aut tale quid. *Aliqualem* ſaltem cenſuram, ut ipſius vocabulo heic quoque utar, meretur hæc mei Ariſtarchi negligentia. Magis autem culpandum eſt, verba mea denuo minus candide ab ipſo allegari. *Spinoziſmum evitari difficulter poſſe*, & alibi: „*qua ratio*-„*ne evitent me quidem capere non poſſe*, id noſtro tantundem eſt atque „*Spinoziſmum evitare* „*non poſſe*. Quid ni verba mea abſque interpolatione aut mutilatione & in pejus detorſione producis, prout à me prolata ſunt. Verbis parentheſi incluſis poſtulas ut explicem, quid *vocibus illis, PRÆTER DEUM intelligi velim*. Dicam. Intelligo *res*

res quæ non exiſtunt aut unquam extituræ fuerunt, virtute ſuæ perfectionis. Res qualeſcunque, quæ non ſunt ipſe Deus, quarum ideas paſſim Theologi in Deo concipiunt ante omne decretum. Quantas mihi difficultates movet!

Atque ita, ſic pergit, *dum me Spinoziſmi accuſat*. En verba mea. „*Verum ſic tu non verba a* „*Spinoza mutua accipis, bone Vir, quod Burmanno crimini vertebas, ſed ſententiam ignarus* „*amplecteris ac profiteris*. Hoc jam ipſi eſt Spinoziſmi accuſare. Quæ & qualis hæc Spinoziſmi accuſatio ſit lector judicet. Dico „*ignarum amplecti ac* „*profiteri Spinoziſmum*. Innuo non advertiſſe, non habuiſſe perſpectum, verbis ſuis tantum mali continere. Rogo „*an ſtatuat, Deum alium na-* „*turæ ordinem inſtituere non potuiſſe*. Anſam interrogandi ipſius verba dederant, ſic enim L. II. C. XV. §. VII. objicit ſibi argumentum aliquod Clariſſ. Burmanni: *potuiſſet Deus alium naturæ ordinem inſtituere, & tum nobis alias ideas, iſti ordini convenientes indidiſſet:* reſpondet autem hunc in modum. *Verum Quæro, unde hoc conſtet? Non poſſunt id probare, niſi principium petendo, & aſſumendo id quod in quæſtione eſt.* Ad hæc ego pag. 189. *Vel an tu* Limborgi *ſtatuis Deum alium naturæ ordinem inſtituere non potuiſſe?* „*An* „*igitur ex naturæ Dei indole ſequitur talis rerum* „*ordo qualis eſt in præſenti? Deus igitur tandem* „*cauſa tantum emanativa erit, adeoque tota re-* „*rum univerſitas talis, quia natura Dei talis.* „*Hiſce jam ſubjungo, Verum ſic tu non verba a*

Digitized by Google

norare eam nunquam potuerit, nemo ibit inficias, niſi Deum ſe ignorare aut ullam ſui perfectionem non noviſſe abſurdiſſimè finxerit.

CL. Merito iſthæc de qua agimus ſui Intellectio Scientia dici meretur & Intelligentia & Sapientia. Neque enim Deus poſt conditum decretum demum talis eſt, ut intelligens, ſciens, ſapiens dicendus ſit, ſed ſe & natura ſua, nullâque re præter ſe conceptâ, talis eſt, ut ſcientia ipſi competat atque Intelligentia & ſapientia. Sciens ſi ſit qui cauſas rerum novit; Intelligens qui rem omnem funditus quaſi penetrat & Sapiens cui rerum nexus patet & concinnitas: Deus ſane in ſe, per ſe & circa ſe talis eſt. Se enim ita novit, ut dum cauſam non agnoſcit, aſeitatis tamen ſuæ veram rationem probè perſpectam habeat. Ipſa natura & penetralia Dei 1. Cor: 11. 10 11. ita ipſi comprehenſa ſunt, ut intimam habeat illarum, id eſt, ſui perceptionem: pariter ipſi conſtat & clara eſt omnis concinnitatis & venuſtatis ſuæ ratio. Sapientia igitur non minus atque Intelligentia quam Scientia dici meretur hæc ſui, atque Exprimibilitatis ſuæ perceptio.

E re fore putavi ſi mentem paulo fuſius exprimerem. In Diſſertatione adverſus Clericum ea tantum addidi, quæ ad Burmanniani nominis defenſionem requiri videbantur. In præſenti autem preſſius de hac re cum Limborgio agendum ratus, ea quæ de illa re ante hac heic repræſentavi. Fateor aliquid me dicere quod hactenus omnibus orthodoxis receptum non eſt; ſed Anſam illis cogitationibus mihi dedere Spino-

zæ errores. Quin imo fieri non poſſe meo quidem judicio, ut funditus ſubvertatur periculoſiſſima & impia Spinozæ philoſophia niſi ita inſtituas, haud ambigo.

Nunc Limborgium audiamus. Ea autem heic ratione cum ipſo diſceptabo, ut memor ſim in re non difficili tantum me verſari, verum &, ut in Scholis nuncupant, problematica, de qua diſſentire liceat abſque ulla læſione doctrinæ hactenus ex Sacris literis in Eccleſia receptæ. Ea quæ ſignate Clariſſ. Burmannum ſpectant, hac quidem vice, aliis deinceps committo.

Dixi, inquit L. §. XXIII. *eam eſſe quarundam rerum eſſentiam in ſeſe ſpectatam, ut à Deo potuerint decerni, aliarum vero eam eſſe ad exiſtendum repugnantiam, ut à Deo decerni non potuerint, qualia ſunt contradictoria.*

Ex ſua hypotheſi rectè loquitur, verum ego cum *eſſentias*, quæ antecedenter ad decretum, *tales* ſint, non agnoſcam & in præcedentibus refutaſſe putem, hæc omnia ſimpliciter rejicio. Neque etiam ullius rei poſſibilis ideam ego quidem formare poſſum, niſi exiſtat, aut, exiterit aut, extituram noverim; aut forte ex jam extantibus imaginatione formaverim. Quemadmodum rem quoque nullam ego quidem mente mea concipere poſſum, de qua dicere auſim, Deum talem, licet voluiſſet, facere non potuiſſe. Pluribus id jam explicui in Diſſert. c. Clericum p. 186. & 187.

Nihil tamen, Limborgio ſi credas, ad hæc *reſpon-*

Digitized by Google

det Waeyenus. *Nihil ſanè, ſed ſibi ſomnia fingit.* En Lector obſecro, hæc Limborgio nihil ſunt, & reſponſionis nomine prorſus indigna. *Certe primus hic impetus meticuloſa ſophiſticatio eſt, qua, rotunde & candide loqui non auſus, omnia impedite & confuſe profert*, adde quæ ſequuntur p. 185, 186.

Verum dicam quicquid velim, *nihil reſpondeo. Nihil ſanè, ſed mihi ſomnia fingo quæ refellam.* Sic comiter ſc: & modeſte noſter. Aſt bone vir quid in theſi tua eſt cui ſatisfactum non ſit? Ubi ſomnia, dic precor, quænam ea ſunt, quæ finxi?

Nec eſt, quod tibi *gratuleris*, *argumentum quo ego ex ſententia tua Spinoziſmum elicere coner, in omnes directum Theologos eſſe* §. XXIV.

Animi ſollicitudinem modeſtè expoſui hiſce verbis, *niſi theſis*, quem ego heic veram putem, *recte intelligatur & probè teneatur, Spinoziſmum evitari difficulter poſſe.* Iterum, p. 183. *quanquam qua ratione evitent, ideas illas Deo naturales, non liberas prorſus quotquot ſtatuunt, ego quidem capere non poſſum.* Quid jam *tuam ſententiam* crepas, cum ipſe ſemel iterum, tertium indicaverim, difficultatem me in communi ſententia reperire, quam ſolvere haud poſſim. Non aliquam, quæ aut tibi ſingularis ſit, ſed quam cum aliis, non tuæ ſocietatis tantum hominibus, ſed cum orthodoxis, ſi non omnibus, pluribus ſaltem communis eſt, ſententiam, meo quidem judicio, iſtac difficultate premi, clare ſatis indicavi in Summa Theol. Cap: III.

Digitized by Google

III. §. CXLIV. Neque etiam propoſitum mihi fuit gravare hanc ſententiam & *argumentis ex ea Spinoziſmum elicere*, quod te *ſomniare*, tuum tibi reddens dicterium, ſi dicerem, ex vero loquerer; ſed ſollicite ſignificare, niſi meam illam ſententiam amplectantur, fieri non poſſe *ut radicitus* evellant ea quæ Spinoza commentus eſt maleſana dogmata. Et quo magis ſerio & maturè omnia quæ huc ſpectant conſidero, eo magis mihi perſuadeo ſententiam meam certam eſſe, veritatemque cœleſtem hac in parte, Spinoziſtici figmenti occaſione, ulterius nobis detectam. Profectui ſtudendum indies, iiſque, quæ præceptorum opera ex ſacris eruimus non ita inhærendum eſt, ut non ulterius ire, Verbo Dei & veritatis indole nos ducentibus, audeamus.

Ut nihil agat, quando eos, quos hodierni errores eo non adegerunt, ante hac eadem, quæ nos hodie, haud ita docuiſſe teſtimoniis abſque ulla neceſſitate aut fructu probatum ivit §. XXIV. cum non tantum id ultra largiar, ſed & contendam ſerio. Novâ proficiendi anſâ mihi datâ uti auſus fui in timore Domini, nihil detrahens deceſſoribus, ſignate iis quorum diſciplinæ me olim à parentibus commendatum grata mente agnoſco.

At tamen, inquit, *quoniam hic ſe ita confidenter jactat Waeyenius, duorum.....teſtimonia adſcribam.* At ubi obſecro *ea mea jactantia* comparet?

Spinoziſmum, niſi mihi accedas, *evitari difficulter poſſe* dixi p. 182. *Spinoziſmum qua ratione evitent, ideas illas Deo naturales, non liberas*

pror-

Digitized by Google

prorſus quotquot ſtatuunt, ego quidem capere non poſſum, dixi p. 183. At quænam in iis *jactantia* eſt? Indica, proba *jactantiam* eamque *confidentem* cujus me accuſas; aut patere me denuo conqueri de calumnia tua eaque atroci. Jactantia nullibi magis vituperanda eſt, quam ubi de Deo agimus ejuſque perfectionibus. Verum nec calumnia ullibi minus convenit, inprimis homini, lenitatem ſuam tantopere jactanti.

Multa ſunt præter ea, quæ, tum in Theologiæ Summa, tum in Diſſertatione c. Clericum, exhibui, quæ ad ulteriorem ſententiæ meæ probationem proferri queant. Deus utique ideas quas ſtatuunt ante omne decretum in Deo eſſe, omnes novit & ſingulas; adeoque earundam ſententia fuere naturaliter in Deo omnes & ſingulæ, ſaltem earum rerum quæ ad illarum exemplar factæ ſunt.

Unaquæque autem res ſingularis ſe ita habet, ut ejus non tantum ſit formale aliquod individuationis principium, ut cum Scholaſticis loquar, ſed ſexcentæ præterea ſi non individuantes, huic ſaltem individuo, ſingulatim convenientes circumſtantiæ; ſic hujus Petri Apoſtoli illius Johannis, idea concipi non poteſt, niſi talis ſit, ut utrumque repræſentet, eorum quoque reſpectu, quæ utrique ſingularia fuere, nec aliquando, ſed ſemper ſed in omnem æternitatem.

Idea quæ ſpeciem illam animalium repræſentet, quos homines appellamus ſeu genericam, ſeu ſpecificam dixeris, ens rationis eſt, cujus abſtractione mentis à ſingularibus conceptus formatus; adeoque

que

Digitized by Google

que in Deo, ut alibi jam monui, locum habere non poteſt.

Ut clarum videatur, illos, qui heic mecum diſſentiunt, antecedentes Dei decretum adeoque naturales Deo tales ſingulorum individuorum ideas ſtatuere debere. Quibus poſitis, fuerit licet Deo libertas, aliquid nutu ſuæ voluntatis producendi aut non producendi, quæ libertas contradictionis dicitur, non tamen, volens hominem producere, alium producere potuit, quam qui ideæ illi, Deo naturali, reſpondeat. Quæ idea quemadmodum individua concipi a Deo non potuit, niſi ſimul conceptis omnibus circumſtantiis, eam, liceat ita loqui, individuantibus, ita nec producta aliis veſtita comparere: illis autem cum accenſeri debeant omnia antecedentia, conſequentia, concomitantia non tantum, verum & eorum rurſus antecedentia conſequentia & concomitantia, ut ex jam dicto apparet, ſequitur neceſſario Deum, omnia à ſe facta, producta, eumque in ordinem redacta ita creaſſe & conpegiſſe prout naturali ejus ideæ convenit. Ac proinde omnia talia, quod ſæpius monui, & Spinoziſmi medulla eſt, quia Deus talis eſt, adeoque tandem, ſublata omni libertate, cauſa tantum emanativa.

Nucleus Spinoziſmi eſt, omnia ex natura Dei emanaſſe, ut aliter ſe tota rerum univerſitas, per naturam Dei habere non potuerit, quam habet in præſenti. Imo omnia eſſe Deum, dixi p. 175. En autem quam difficile ſit hunc prætervehi ſcopulum, niſi mecum ſentias. Hujus totius univerſitatis quo-

M que

Digitized by Google

que idea in Deo fuit, juxta communem ſententiam, ante omne decretum, imo ideæ in Deo omnes Deo ſunt naturales, ergo illa idea, quæ hujus univerſi erat, fuit Deo naturalis, ergo aliud condere non potuit. Ad univerſi ideam pertinet unitas imo unicitas, ergo, licet hunc forte condere aut non condere, alium tamen condere non potuit. Hinc & mirum accidit Limborgio Clariſſ. Burmannum affirmare, *potuiſſe Deum alium naturæ ordinem inſtituere nobiſque alias, illi nimirum ordini convenientes indere ideas* Doctr. Chriſt. L. II. Cap. V. §. VII.

Quid? imo ne libertas quidem contradictionis, reliqua manet in Deo. Idea enim illa totius rerum univerſitatis, includit ideam ordinis, ſucceſſionis, ortus unius ex alio, adeoque, ipſius ideæ ratione habita, apparet talem rerum univerſitatem iſtoc ordine non fieri non potuiſſe. Emanat igitur ex Deo naturaliter ita ut per naturam Dei fieri non potuerit, quin exiſteret & hæc & hoc ordine rerum univerſitas; vide quo hæc tendant.

Objectiones mihi motæ quidem ſunt nonnullæ, ſed facilis eſt eorundem ſolutio. Perfectioni certe divinæ intellectionis non repugnat mea ſententia, cum illam in eo ponam, quod Deus ſe, ens perfectiſſimum intelligat perfectiſſimè. Imo perfectioni Intellectus divini, meo quidem judicio, repugnat, ſtatuere ad eam requiri, ut natura ſua, alia cogitet quam ſe ipſum.

Voluntatem ſupponere ideas in intellectu, ut ſeligat quas velit, verum quidem eſt de ente dependente,

dente, utpote cujus in facultate non tam eſt formare ideas, quam videre & contemplari a Deo ſibi impreſſas, id eſt quas ſibi in ſe repræſentare divinitus idonea facta eſt. In Deo ſeſe aliter res habet. *Concipiendum eſt*, ait Subtiliſſimus Poiretus L. III. Cap. X. LIII. *infinitum id velle ſeipſum repræſentare & ſe delectare extra ſe, ex lubitu: Et quia ſufficit ſibi, ſufficit quoque, ad realiſandum (ignoſce voci ob utilitatem ſuam) ſecundum placitum & cogitationem hancce ſuam liberam atque arbitrariam: atque ſic (Barbare nobilia dicam) idëiſſat, fingit, ſtatuit, decernit hæc & illa, tot ideas, naturas, realitates, veritates, quæ à ſe & ex ſe coram eo prius nihil erant, quæque ſunt id quod ſunt, per ejus voluntatem, & quemadmodum ipſi placuit ſtatuere & exprimere.*

Nec ante decretum, in Deo concipiens exprimibilitatem Dei, idem dico, quod illi, qui ideas rerum, quæ non ſunt ipſe Deus, Deo ab omni æternitate naturales, ſtatuunt; cum eam divinæ eſſentiæ perfectionem omni-ſufficientiam atque & exuperantiam tantum ſignificatam velim, qua Deus talis eſt, ut poſſit ſui facere copiam & veſtigium. Miror quærere Virum Doctum *an ergo Deus eſt imitabilis à verme, à ſerpente, à re extenſa &c.* cum ignorare non potuerit Apoſtoli dictum Rom: 1.20. *Nam inviſibilia ipſius a creatione mundi rebus factis animadverſa conſpiciuntur, ejus tum æterna potentia tum divinitas.* ſic *refert* imo clamat *quælibet herba Deus.* Utique ex nihilo haud fit aliquid quod formatorem Deum, adeoque per-

Digitized by Google

fectiones ejus pro modulo ſuo non referat. *Quemadmodum vero impoſſibile eſt, vocari quicquam à Deo, quod eſſentiam non habeat, & ita eſſe Dei notam & veſtigium non præ ſe ferat.* Coccejus de Orig. Boni §. 32. Plures difficultates quæ heic moveri queunt ſolidè & accurate ſolvit modo jam laudatus Poiretus.

Burmanni veſtigiis inſiſtens Waeyenus ulterius progreditur, §. XXV. Si mea cum Clariſſimi Burmanni cogitata vel obiter contuliſſet, *veſtigiis ejus me inſiſtere* non dixiſſet, ſed nihil hoc ad rem facit, veſtigiiſque illius Viri inſiſtere, ubi ille veritatis calcat ſemitam, me non pudet. *Ulterius progredi* pariter ſtudeo indies. Malè autem hæc accipit Limborgius, *omneſque qui concipiunt* ideas rerum præter Deum, quæ decretum omne prævertant, *Spinoziſmum evitare non poſſe.* Verbum deeſt quod ſupplebo, ne hiulcus maneat ſenſus, addendum enim eſt aut ſtatuit, aut affirmat, aut tale quid. *Aliqualem* ſaltem cenſuram, ut ipſius vocabulo heic quoque utar, meretur hæc mei Ariſtarchi negligentia. Magis autem culpandum eſt, verba mea denuo minus candide ab ipſo allegari. *Spinoziſmum evitari difficulter poſſe*, & alibi: „*qua ratione evitent me quidem capere non poſſe*, id noſtro tantundem eſt atque „*Spinoziſmum evitare* „*non poſſe.* Quid ni verba mea abſque interpolatione aut mutilatione & in pejus detorſione producis, prout à me prolata ſunt. Verbis parentheſi incluſis poſtulas ut explicem, quid *vocibus illis*, PRÆTER DEUM *intelligi velim.* Dicam. Intelligo

res

res quæ non exiſtunt aut unquam extituræ fuerunt, virtute ſuæ perfectionis. Res qualeſcunque, quæ non ſunt ipſe Deus, quarum ideas paſſim Theologi in Deo concipiunt ante omne decretum. Quantas mihi difficultates movet!

Atque ita, ſic pergit, *dum me Spinoziſmi accuſat*. En verba mea. „*Verum ſic tu non verba a* „*Spinoza mutua accipis, bone Vir, quod Burmanno crimini vertebas, ſed ſententiam ignarus* „*amplecteris ac profiteris*. Hoc jam ipſi eſt Spinoziſmi accuſare. Quæ & qualis hæc Spinoziſmi accuſatio ſit lector judicet. Dico „*ignarum amplecti ac* „*profiteri Spinoziſmum*. Innuo non advertiſſe, non habuiſſe perſpectum, verbis ſuis tantum mali continere. Rogo „*an ſtatuat, Deum alium na-* „*turæ ordinem inſtituere non potuiſſe*. Anſam interrogandi ipſius verba dederant, ſic enim L. II. C. XV. §. VII. objicit ſibi argumentum aliquod Clariſſ. Burmanni: *potuiſſet Deus alium naturæ ordinem inſtituere, & tum nobis alias ideas, iſti ordini convenientes indidiſſet*: reſpondet autem hunc in modum. *Verum Quæro, unde hoc conſtet? Non poſſunt id probare, niſi principium petendo, & aſſumendo id quod in quæſtione eſt.* Ad hæc ego pag. 189. *Vel an tu* Limborgi *ſtatuis Deum alium naturæ ordinem inſtituere non potuiſſe?* „*An* „*igitur ex naturæ Dei indole ſequitur talis rerum* „*ordo qualis eſt in præſenti? Deus igitur tandem* „*cauſa tantum emanativa erit, adeoque tota re-* „*rum univerſitas talis, quia natura Dei talis.* „*Hiſce jam ſubjungo, Verum ſic tu non verba a*

 Spi-

„ *Spinoza mutua accipis, bone Vir, quod Bur-*
„ *manno crimini vertebas, ſed ſententiam ignarus*
„ *amplecteris & profiteris.* Cum ignarum ſe implicaſſe dixerim, ipſius erat oſtendere, nihil tale ex iſtis verbis ejus ſequi, verum ſua deſerens invidiam & neſcio quod odium in me conflare conatur, nimirum *utrumque meum tam Ex-magiſtrum quam magiſtrum, eodem cum ipſo crimine involvi.* Ita excors illa criſis meo homini arridet, ut iterato eam inſtituat. Verum mera ineptia eſt quicquid hic de deſertione unius & tranſitione in alterius partes habet Limborgius. *Defamaſſe me magiſtrorum Doctrinam* dicit, non probat. Ulterius excolere quæ a Præceptoribus didicimus, difficultates ipſis non motas ſed nobis nunc objectas removere, ad eas removendas, pro rei exigentia, nonnulla temperare, ſi præceptores infamare ſit, culpam deprecor. Id enim mihi hac in re, quod jam memoravi unice propoſitum eſſe, ſingulæ meæ periodi palam faciunt. Limborgium autem id non vidiſſe quis miretur? utpote qui mente ita emota loquitur, ut *juvenis, adultior factus* Magiſtrum tamen adhuc diligens, & *Vir gravis*, ipſi idem eſſe videantur. Luculentiora ἀβλεψίας & ἀκρισίας hujus hominis ſpecimina ubi jam ad rem ipſam ventum erit deprehendit Lector.

Sed tandem ait §. XXVI. *argumenti robur expendamus.* Quis non manifeſtam expectet illius ſolutionem, quo ignarum & incautum ſe Spinozæ erroribus implicaſſe probaveram pag. 189. verum id intactum relinquens, neſcio qua methodo longe aliud

aliud proponit. Vellem loca, ex quibus verba mea repetit, continuo adderet, ut Lectorem non minus quam me quoque inamæno quærendi labore ut ut exiguo, levaret. Extat id quod hic ſibi objecit p. 182. *Qui concipit ideas rerum præter Deum, quæ decretum omne prævertant, is una ſtatuit, Deum non potuiſſe non agere juxta illas ideas.* Licet enim, quo unicè evaſurum te putas, ex illis, ſecundum ſententiam communius receptam, quæ & heic tua eſt, Deo liberum fuerit, has ſeligere & futuras decernere, non alias, manet tamen, non potuiſſe quicquam futurum ſtatuere, præterquam quod ideis ſibi naturalibus conveniat, ſeu juxta ideas ſibi naturales. Id quod ipſe agnoſcere coactus es poſtquam enim dixiſti, *Interim pro abſoluta ſua libertate alias potuiſſe ſibi formare rerum ideas* confeſtim difficultatem qua premeris deprehendis, teque ipſe corrigis verbis ſequentibus, *ſeu potius, ex innumerabilibus quæ in intellectu ſuo ſunt poſſibilium rerum ideis, alias ſibi exprimendas eligere, ac proinde res alias condere. Alias ſibi poſſe formare ideas,* dixerat, ſed, ſibi non conſtans, longe aliter loquitur & omnimodam libertatem Deo circa eas haud obſcure prorſus adimit. Quin imo probabo te nullam libertatem circa eas, juxta tuam hypotheſin, defendere, imo ne quidem concipere poſſe. Ideæ omnium rerum quæ ſunt aut erunt aut unquam potuerunt eſſe, ex mente tua, Deo naturales ſunt, ſi naturales, non major circa eas Deo libertas eſt, quam circa ſe & perfectiones ſuas eſſentiales, aut magis

magis aut aliter idearum quam ſui ipſius cauſa. Quod Deo naturale eſt, æternum eſt, ipſe Deus eſt, non igitur objectum libertatis quale eſſe decet, omne id quod naturaliter non ipſe eſt.

Præterea totius univerſitatis res omnes omneſque modi rerum iſtis ideis menti divinæ fuere repræſentatæ & ab æterno præſentes. Tantum autem in rerum connexione & relatione ad invicem ſitum eſt, ut res una ſine alia menti divinæ perfecte repræſentari non potuerit, niſi in omni, liceat id heic repetere circumſtantia, eam ulterius determinante & quaſi individuante, id eſt, in omni connexione & relatione ad res alias quam in præſenti habet. Ea autem eſt hujus univerſitatis concinnitas, ut ſingularum fere partium ad ſingulas ſi non immediata, mediata ſaltem aliqua relatio ſit, quâ fieri non potuit, ut, aliæ & aliter exiſtentes, non longe diverſæ futuræ fuerint; ab ſe ipſis & ab idea, qua menti divina in iſtac connexione fuere repræſentatæ.

Dices ſingularum quidem rerum in ideis quaſi repræſentamina fuiſſe in mente Dei, at non connexarum: verum ex jam notatis apparet ſingularum accuratam repræſentationem eſſe non poſſe, abſque repræſentatione omnium ſimul. Etenim relatione omni & connexione non ſimul repræſentata, ſingularum rerum repræſentationi aliquid deerit, abſque qua non ſunt hæ aut illæ res; ſed res tantum in genere, quales rerum conceptus genericos dudum confutavi. Simili uno atque altero cogitata magis perſpicua reddere conabor. Sit, inſtar hu-

hujus univerſitatis, horologium aliquod, cogitemus ſingularum illius horologii rotularum ideam fuiſſe ſeu imaginationem in artifice. Clarum eſt illum nullius illarum rotularum accuratum repræſentamen ſibi præſens habuiſſe, niſi omnes & ſingulas in illa connexione ſibi repræſentaverit. In alia enim connexione omnium & ſingularum rotularum, aliæ etiam & diverſæ debebunt eſſe ſingulæ. Mei certe accurate idea ne in mente quidem divina eſſe potuit, niſi & patris mei habuerit & avi & ſic ad primum uſque ſeu Noachum ſeu Adamum. Quod de parentibus, id & de aliis conſanguineis, quin omnibus aliis circumſtantiis verum eſt. Aliter me & non in illis circumſtantiis repræſentatô, idea illa non erit accurata idea mei; alius enim eſſem cum eo qui nunc ſum, ſi alium patrem habuiſſem aut in aliis unquam poſitus relationibus ac circumſtantiis fuiſſem quam nunc ſum aut fui.

Adeoque cum, juxta te, Deo naturales ſint omnium & ſingularum rerum ideæ, omnes & ſingulæ, ſeu ſingulatim ſeu univerſim junctæ conſideratæ tales ſunt, quales Deo naturaliter fuere cognitæ, & perſpectæ; adeoque aliæ eſſe non potuere.

Quin non aliæ tantum, verum & non plures res aut pauciores eſſe unquam aut produci a Deo, potuere, quam ipſo actu productæ ſunt. Etenim cum ad rerum ſingularum accuratam ideam, neceſſario requiratur, ut & earum cum aliis connexio & relatio in idea illa conſpicua ſit, ut jam vidimus, ſequitur e: g. nullius hominis parti-

Digitized by Google

cularem ideam fuiſſe in mente Dei, cujus non parentes & deceſſores & cognati ad unum omnes ſimul fuerint repræſentati.

Adeoque neceſſe eſt ut hæ res & non aliæ, eæque hac in concatenatione productæ fuerint. Non potuerunt aliter quam ex vero repræſentari. Ex vero autem non repræſentarentur, ſi in alia, quam habent, connexione fuiſſent repræſentatæ. Minima enim heic concepta mutatione aut diverſitate ab iis quæ revera facta ſunt, jam Deus habuiſſet ideam parentis ut mei parentis, qui rebus alium in ordinem concinnatis pater meus non fuiſſet. Adeoque nec ſecundum ideam ſibi naturalem egiſſet Deus, nec idea naturalis fuiſſet in Deo vera rei repræſentatio.

Ex communi igitur hypotheſi, hujus univerſi ea eſt neceſſitas, ut naturâ Dei neceſſario talis ſit qualis eſt, nec alia aut diverſa ab hac eſſe potuerit.

Id autem quod Deo naturale eſt ipſe Deus eſt, adeoque hujus mundi idea cum Deo identificabitur, ſaltem ex ipſius natura emanabit, effectus autem cauſæ emanantis a cauſa ſua re ipſa non differt: ut tandem rerum univerſitas futura ſit Deus ipſe. Quo admiſſo quam difficile ſit Spinoziſmum evitare nemo non videt.

Quin ne ſelectum quidem Deo reliquum fuiſſe ex jam dictis clarum videtur, adeoque omnia talia quia Deus natura talis & cauſa tantum emanativa eſt, qui non liberè operatur, non ſaltem eâ ratione, ut aliter operari potuerit, ſed ita, ut, quicquid operetur, operetur ex indole naturæ ſuæ, ut monui adverſus Cle-

ricum

Digitized by Google

ricum p. 182. Quin imo licet veriſſimum ſit, dici tamen, ſtante communi hypotheſi, meo quidem judicio non poteſt, *Deum multa decernere ac creare potuiſſe, quæ nec creavit, nec unquam creaturus eſt:* ideæ enim Deo res in nexu cum omnibus aliis ita repræſentarunt, quemadmodum jam antea notatum eſt, ut nihil earum fieri potuerit quemadmodum repræſentatum eſt, niſi factum ſit aut fiat, in illa ad reliquas res omnes relatione, in qua divinæ menti naturaliter & neceſſario fuit repræſentatum. Ut, nedum *Summa*, prorſus nulla hic *maneat decernendi ac operandi libertas*, niſi forte ſpontaneitatis.

Manifeſtæ veritatis, imo commune axioma videntur verba ſequentia: *Quæ autem Deus facere poteſt, ea ſe facere poſſe novit.* Videndum quid velint verba. *Quæ autem Deus facere poteſt.* Facere poſſe antecedenter ad decretum, in Deo ſignificat exuperantiam atque omniſufficientiam qua ſe exprimere ſuique copiam & concipere & decernere & ſiſtere idoneus eſt, non quod ideæ quædam Deo naturales ſint quarum ideatum ſiſtere poſſit; ſed quod poſſit ſui facere copiam, & in eum finem ſibi formare quas voluerit ideas, eaſque ſeu earum ideatum voluntatis nutu vocare & ſiſtere, Accuratè Poiretus L. III. Cap: XIII. §. LIX. *Noto hanc eſſe rationem & Originem potentiæ ſive poſſibilitatis rerum; ideo enim poſſibiles dicuntur, quia prius ex Dei liberrimo arbitrio quoad naturas, eſſentias, ideas, veritateſque ſuas ſtabilitæ & ordinatæ, ſi accederet Dei placitum de earum exiſtentia, eo ob*

efficaciam ejus exiſtentiam nanciſci aptæ, exiſterent. In margine hæc addit. *Quoniam aliquando in genere de poſſibili loquuntur, & ſæpe confuſe, hoc addo. Poſſibile eſt vel* anteideale; *atque ſic ex parte Dei nihil aliud eſt quam efficacia voluntatis ejus in actum deducenda quomodo volet; ex parte creaturæ vero, eſt τὸ abſolutum nihil, ne ideæ quidem. Vel poſſibile eſt* poſt-ideale, *vel* coideale (*ſic brevius loqui cogor*) *hoc eſt, quod habet ideam, quæ exiſtentia reali, extra conceptum à Deo donari poteſt, & de hoc poſſibili* loquor *in textu*, eſtque res & *veritas*; *non* jam amplius, *ut prius*, *nihil.* Ego *exprimibilitatem* dixi. Hæc prævertit omne decretum, ſed expreſſio idealis non tantum, verum & ea, quæ reali extantia rei fit, unicè decreto tribuenda eſt, eique liberrimo.

Quando igitur Limborgius memorat, *quæ Deus facere poteſt*, nimirum jam in præſenti & ſenſu compoſito, dico nulla eſſe ante decretum & merum nihil, Deo, perfecta ſui, adeoque & exprimibilitatis ſuæ conceptu, cognitione, contemplatione unice beato. Quapropter *multa*, ſi res quasdam, ideis menti divinæ repræſentatas, intelligat, *Deum potuiſſe decernere, quæ non decrevit*, prorſus non admitto. Ante decretum conſideratum concipio ut exprimibilem, non autem concipio res aut ideas quibus aut juxta quas ſit exprimibilis, tales enim ob rationes antea allatas eſſe non potuere ante decretum.

Neque tu eas fingendo, libertatem Dei prorſus illæſam relinquis, ſed tollis, cum aliquam ſaltem deter-

terminationem, admittas idearum ſaltem, quæ non ſunt ipſius Dei idea, ſed res repræſentant, quæ non ſunt ipſe Deus. *Summa* utique *decernendi ac operandi libertas non eſt*, ubi ideæ naturales ſupponuntur. Major libertas eſt, earum omnium conceptionem ac formationem Deo liberam dicere, quam ex jam conceptis, imo naturaliter ac neceſſario conceptis, ſelectum tantum admittere; qui meo judicio, hactenus communis error fuit, quem deponere, divinâ rerum curâ, Spinozæ errores permittente, docti fuimus.

Sequente §. XXVII. dicit me *repugnantia ſcribere*, *eodemque argumento quô ipſum oppugno mihi ipſi Spinoziſmum* objicere. Porro me *intricatè loqui*, *& dum novo vocabulo* Exprimibilitatis *Dei*, *accuratius quid proferre cupio*, *aut nihil diverſum ab aliis dicere*, *aut mihi repugnantia ſcribere*. Novum vocabulum finxiſſe non pudet, cum temere non egerim, ſed ut tanto accuratius mentis meæ ſententiam ſignificatam darem. De reliquis Lector judicet ubi utrumque de re ipſa differentem audiverit, quæ cum Deum ſpectet, flagitat ut ne dicteriis mihi moram injici patiar. Exhibet verba quædam mea ex Summa Theol. Cap. III. §. CXLV. *Exprimibilem quidem naturâ ſuâ dico Deum*, *tam infinitis autem*, *ſi liceat ita loqui*, *modis*, *ut*, *non ſolum rebus quæ nunc ſunt*, *& ut nunc ſe habent*, *ſed pluribus & longe aliis*, *ſi ita voluiſſet*, *ſui dare adumbrationem aliquam potuerit*. Agnoſco verba: non autem quod ex iis non bene intellectis elicit, nimirum *res illas alias*, quas produ-

 cere

cere potuiſſet ſi voluiſſet, *Deo proinde poſſibiles fuiſſe.* Non enim concipio res quaſdam, quæ,ante decretum, ut res a Deo conſiderari potuerint, ſed concipio Deum multas alias res facere potuiſſe, ſi nimirum decreto ſuo libero illarum ideas ſibi formare & exſtantiam proponere voluiſſet. Fuiſſent res aliæ quam ſunt, ſi alias concipere Deus & vocare atque ita ſiſtere voluiſſet. Id quod potuiſſe dico Deum, non quod res aut rerum ideæ aliæ naturaliter in Deo fuerint, ſed, quod, cum exprimibilitas inexhauſta ſit, ex voluntatis conſilio & nutu decernere potuerit, expreſſiones & veſtigia ſui, longè ab hiſce diverſa. Nec fruſtra ita caute locutus ſum, quando dixi, talem *natura eſse Deum*, ut *infinitis*, *ſi liceat ita loqui*, *modis fuerit exprimibilis.* Non dico fuiſſe *res alias*, imo ne quidem in Dei idea & conceptu fuiſſe dico; ſed exuperantiſſimam Dei omniſufficientiam talem eſſe, ut, ſi voluiſſet, in aliis ſe conſpiciendum & cognoſcendum exhibere potuerit. Nec quicquam ad rem facit, *non fuiſſe igitur in iis repugnantiam quandam ad exiſtendum*, cum, ut ipſæ revera merum nihil ſunt, ſic & nullæ ſint earum affectiones.

Recte quidem dicis, *hic autem nondum ullus divinæ voluntatis actus concipitur:* idem & ego monueram §. XL. & in hiſce ipſis verbis clarè exprimo, quando addo, *ſi ita voluiſſet.* Voluntatis tamen actum, licet nondum memoratum, me requirere, expertis verbis toties totieſque declaro, imo tantæ eum ſtatuo neceſſitatis, ut nihil ſine ea, imo ea non præconcepta & præadmiſſa, quicquam ſit aut

eſſe

eſſe poſſit expreſſio Dei, non in re tantum, verum in ipſa mente Dei. Hæc mea verba heic quoque haud parum ad rem facient. *Accurate ſi loqui velis, nihil propriè poſſibile eſt, niſi vi volitionis conſideratæ ſub ratione decreti. Nihil exiſtit, niſi vi volitionis conceptæ ſub ratione potentiæ* §. xcix. pag. z. 5. verſa. Ut prorſus diverſos, à meis ſaltem, conceptus formet, quando ait: *ſed Omnipotentia divina conſideratur abſtractè & in ſe, abſque ullo voluntatis actu.* Potentia Dei cum ſit *voluntas Dei conſiderata cum relatione ad objectum, ut quod jam illius vi fiat, atque ita ſit ut exiſtat:* ut dicto jam loco docui certe omnipotentia erit eadem voluntas relata ad omnia, quæ illius nutu futura ſunt, ſuoque tempore ex nihilo vocata exiſtunt, palam eſt *Omnipotentiam non eſſe conſiderandam abſtractè & in ſe, abſque ullo voluntatis actu*, ut tu affirmas. Certe omnipotentia eſt perfectio Dei à nobis conſiderata in relatione ad omnia, ſed quæ nihil ſunt prorſus, imo ne idealiter quidem ante liberam, idearum non formatarum, electionem, ſed formationem abſolute dictam. Omnipræſentia certè non eſt perfectio Dei niſi relativa, & conſiderata cum relatione ad omne ubi, ſed libera Dei voluntate ſiſtendum. Nihil eſt, fuit, aut erit, niſi vi voluntatis divinæ, atque ita Deus eſt Omnipotens. Si autem plures aut alias ideas ſibi formaſſet, & juxta eas, res facere voluiſſet, ſufficiens procul dubio fuiſſet, ad eas quoque vocandas & ſiſtendas. Adeoque Omnipotentiæ divinæ nihil ſubducimus, quando dicimus, aliis rationi-

bus

bus ſuâ exuperantiâ exprimibilem eſſe naturali ejus & ſufficientiam: licet ſtatuam nihil eſſe potentiæ, quod non ſit voluntatis objectum, in Deo enim nulla idea, præter Deum ad illius exemplar nulla res, niſi virtute voluntatis, liberrime eam concipientis, vocantis, formantis.

Atque ita verum non eſt, *haberenos Deo poſſibilia ante omniem voluntatis actum.* Quemadmodum pariter vera non ſunt ea quæ huic fundamento ulterius inædificabis. *Quod Deo poſſibile eſt, id Deus ſibi poſſibile* ſeu factibile eſſe novit: niſi capias eo ſenſu, ut Deus ea, libera voluntatis determinatione ſibi facienda conceperit & decreverit. Neque hoc diffitetur Waeyenius, inquit, pag. 53. Sed ſano ſenſu non accipis id quod non diffiteor. „*Hanc ſui* „*Exprimibilitatem*, ſunt mea verba „*hanc ſe exprimendi ſufficientiam, noſſe Deum, & ab omni* „*æternitate & naturaliter noſſe, ita ut ignorare* „*eam nunquam potuerit, nemo ibit inficias, niſi* „*Deum ſe ignorare, aut ullam ſui perfectionem* „*non noviſſe abſurdiſſime finxerit.* Ex præcedentibus autem luce meridiana jam clarius eſt, inde non ſequi, quod tu ex iis te ſolidè colligere autumas. Nimirum, *noviſſe ergo Deum ab omni æternitate, qua ratione, & quarum rerum productione ſe ipſum exprimere potuit.* Novit, ſe eo modo, quo voluerit, poſſe ſe exprimere, ſed modos ſingulares aut res qualeſcunque, quibus id fieri poſſit antecedenter ad liberam Dei, liceat ita loqui, ſui ipſius determinationem, non-novit, quia nondum formatæ

in

in mente Dei, adeoque prorſus nihil ſunt atque ita non noſcibiles.

Si hoc novit Deus, ſic porro ratiocinaris, *utique illarum rerum à ſe producibilium ideas in ſe habuit, & quidem ante ullum liberum voluntatis actum.* Quomodo id Deum noviſſe dixerim in præcedentibus jam explicavi, & ea quidem ratione, ut prorſus contrarium ei, quod tu ex eo elicis, inde ſequatur. Nimirum, non habuiſſe Deum ullius rei producibilis in ſe ideam, nedum ſibi naturalem ac neceſſariam. *Atqui*, inquis porro, *hic eſt Spinoziſmus, quem mihi omnibuſque Theologis objicit Waeyenus.* Nulli Theologo eum objicio aut exprobro, adeoque falſo me accuſas. Quæ mea de communi ſententia ſollicitudo ſit, dixi, nec pœnitet dixiſſe, ſed Spinoziſmum me aut tibi aut ulli Theologo objicere ita falſum eſt, ut mirer, dum de Deo agis & re difficili atque ardua, tam parum te officii hominis Chriſtiani eſſe memorem. Dic ubi, quibus verbis, quo loco, ita atrocem accuſationem cuiquam hac de cauſa intentaverim, dic inquam, aut patere me dolere te ita eſſe maledicum.

Objiciet forte, ſe in initio §. CXLV. *declarare, longe aliud ſe ſentire: ait enim*; „*Quando de exprimibilitate Dei loquor, quod denuo monitum te* „*velim, cave putes me concipere ullarum rerum poſſibilitatem, quæ liberæ actum voluntatis divinæ antecedat.* Imo vero hæc non tam objicio, quam explicandæ oppugnatæ veritatis gratia addo præcedentibus: & eo quidem ſucceſſu, ut prorſus evaneſ-

Digitized by Google

magis aut aliter idearum quam ſui ipſius cauſa. Quod Deo naturale eſt, æternum eſt, ipſe Deus eſt, non igitur objectum libertatis quale eſſe decet, omne id quod naturaliter non ipſe eſt.

Præterea totius univerſitatis res omnes omneſque modi rerum iſtis ideis menti divinæ fuere repræſentatæ & ab æterno præſentes. Tantum autem in rerum connexione & relatione ad invicem ſitum eſt, ut res una ſine alia menti divinæ perfecte repræſentari non potuerit, niſi in omni, liceat id heic repetere circumſtantia, eam ulterius determinante & quaſi individuante, id eſt, in omni connexione & relatione ad res alias quam in præſenti habet. Ea autem eſt hujus univerſitatis concinnitas, ut ſingularum fere partium ad ſingulas ſi non immediata, mediata ſaltem aliqua relatio ſit, quâ fieri non potuit, ut, aliæ & aliter exiſtentes, non longe diverſæ futuræ fuerint; ab ſe ipſis & ab idea, qua menti divina in iſtac connexione fuere repræſentatæ.

Dices ſingularum quidem rerum in ideis quaſi repræſentamina fuiſſe in mente Dei, at non connexarum: verum ex jam notatis apparet ſingularum accuratam repræſentationem eſſe non poſſe, abſque repræſentatione omnium ſimul. Etenim relatione omni & connexione non ſimul repræſentata, ſingularum rerum repræſentationi aliquid deerit, abſque qua non ſunt hæ aut illæ res; ſed res tantum in genere, quales rerum conceptus genericos dudum confutavi. Simili uno atque altero cogitata magis perſpicua reddere conabor. Sit, inſtar hu-

hujus univerſitatis, horologium aliquod, cogitemus ſingularum illius horologii rotularum ideam fuiſſe ſeu imaginationem in artifice. Clarum eſt illum nullius illarum rotularum accuratum repræſentamen ſibi præſens habuiſſe, niſi omnes & ſingulas in illa connexione ſibi repræſentaverit. In alia enim connexione omnium & ſingularum rotularum, aliæ etiam & diverſæ debebunt eſſe ſingulæ. Mei certe accurate idea ne in mente quidem divina eſſe potuit, niſi & patris mei habuerit & avi & ſic ad primum uſque ſeu Noachum ſeu Adamum. Quod de parentibus, id & de aliis conſanguineis, quin omnibus aliis circumſtantiis verum eſt. Aliter me & non in illis circumſtantiis repræſentatô, idea illa non erit accurata idea mei; alius enim eſſem cum eo qui nunc ſum, ſi alium patrem habuiſſem aut in aliis unquam poſitus relationibus ac circumſtantiis fuiſſem quam nunc ſum aut fui.

Adeoque cum, juxta te, Deo naturales ſint omnium & ſingularum rerum ideæ, omnes & ſingulæ, ſeu ſingulatim ſeu univerſim junctæ conſideratæ tales ſunt, quales Deo naturaliter fuere cognitæ, & perſpectæ; adeoque aliæ eſſe non potuere.

Quin non aliæ tantum, verum & non plures res aut pauciores eſſe unquam aut produci a Deo, potuere, quam ipſo actu productæ ſunt. Etenim cum ad rerum ſingularum accuratam ideam, neceſſario requiratur, ut & earum cum aliis connexio & relatio in idea illa conſpicua ſit, ut jam vidimus, ſequitur e: g. nullius hominis parti-

cularem ideam fuiſſe in mente Dei, cujus non parentes & deceſſores & cognati ad unum omnes ſimul fuerint repræſentati.

Adeoque neceſſe eſt ut hæ res & non aliæ, eæque hac in concatenatione productæ fuerint. Non potuerunt aliter quam ex vero repræſentari. Ex vero autem non repræſentarentur, ſi in alia, quam habent, connexione fuiſſent repræſentatæ. Minima enim heic concepta mutatione aut diverſitate ab iis quæ revera facta ſunt, jam Deus habuiſſet ideam parentis ut mei parentis, qui rebus alium in ordinem concinnatis pater meus non fuiſſet. Adeoque nec ſecundum ideam ſibi naturalem egiſſet Deus, nec idea naturalis fuiſſet in Deo vera rei repræſentatio.

Ex communi igitur hypotheſi, hujus univerſi ea eſt neceſſitas, ut naturâ Dei neceſſario talis ſit qualis eſt, nec alia aut diverſa ab hac eſſe potuerit.

Id autem quod Deo naturale eſt ipſe Deus eſt, adeoque hujus mundi idea cum Deo identificabitur, ſaltem ex ipſius natura emanabit, effectus autem cauſæ emanantis a cauſa ſua re ipſa non differt: ut tandem rerum univerſitas futura ſit Deus ipſe. Quo admiſſo quam difficile ſit Spinoziſmum evitare nemo non videt.

Quin ne ſelectum quidem Deo reliquum fuiſſe ex jam dictis clarum videtur, adeoque omnia talia quia Deus natura talis & cauſa tantum emanativa eſt, qui non liberè operatur, non ſaltem eâ ratione, ut aliter operari potuerit, ſed ita, ut, quicquid operetur, operetur ex indole naturæ ſuæ, ut monui adverſus Clericum

Digitized by Google

ricum p. 182. Quin imo licet veriſſimum ſit, dici tamen, ſtante communi hypotheſi, meo quidem judicio non poteſt, *Deum multa decernere ac creare potuiſſe, quæ nec creavit, nec unquam creaturus eſt:* ideæ enim Deo res in nexu cum omnibus aliis ita repræſentarunt, quemadmodum jam antea notatum eſt, ut nihil earum fieri potuerit quemadmodum repræſentatum eſt, niſi factum ſit aut fiat, in illa ad reliquas res omnes relatione, in qua divinæ menti naturaliter & neceſſario fuit repræſentatum. Ut, nedum *Summa*, prorſus nulla hic *maneat decernendi ac operandi libertas*, niſi forte ſpontaneitatis.

Manifeſtæ veritatis, imo commune axioma videntur verba ſequentia: *Quæ autem Deus facere poteſt, ea ſe facere poſſe novit.* Videndum quid velint verba. *Quæ autem Deus facere poteſt.* Facere poſſe antecedenter ad decretum, in Deo ſignificat exuperantiam atque omniſufficientiam qua ſe exprimere ſuique copiam & concipere & decernere & ſiſtere idoneus eſt, non quod ideæ quædam Deo naturales ſint quarum ideatum ſiſtere poſſit; ſed quod poſſit ſui facere copiam, & in eum finem ſibi formare quas voluerit ideas, eaſque ſeu earum ideatum voluntatis nutu vocare & ſiſtere, Accuratè Poiretus L. III. Cap: XIII. §. LIX. *Noto hanc eſſe rationem & Originem potentiæ ſive poſſibilitatis rerum, ideo enim poſſibiles dicuntur, quia prius ex Dei liberrimo arbitrio quoad naturas, eſſentias, ideas, veritateſque ſuas ſtabilitæ & ordinatæ, ſi accederet Dei placitum de earum exiſtentia, eo ob*

 effi-

efficaciam ejus exiſtentiam nanciſci aptæ, exiſterent. In margine hæc addit. *Quoniam aliquando in genere de poſſibili loquuntur, & ſæpe confuse, hoc addo. Poſſibile eſt vel* anteideale; *atque ſic ex parte Dei nihil aliud eſt quam efficacia voluntatis ejus in actum deducenda quomodo volet; ex parte creaturæ vero, eſt τὸ abſolutum nihil, ne ideæ quidem. Vel poſſibile eſt* poſt-ideale, *vel* coideale (*ſic brevius loqui cogor*) *hoc eſt, quod habet ideam, quæ exiſtentia reali, extra conceptum à Deo donari poteſt, & de hoc poſſibili* loquor *in textu*, eſtque res & *veritas*; *non* jam amplius, *ut prius, nihil.* Ego *exprimibilitatem* dixi. Hæc prævertit omne decretum, ſed expreſſio idealis non tantum, verum & ea, quæ reali extantia rei fit, unicè decreto tribuenda eſt, eique liberrimo.

Quando igitur Limborgius memorat, *quæ Deus facere poteſt*, nimirum jam in præſenti & ſenſu compoſito, dico nulla eſſe ante decretum & merum nihil, Deo, perfecta ſui, adeoque & exprimibilitatis ſuæ conceptu, cognitione, contemplatione unice beato. Quapropter *multa*, ſi res quaſdam, ideis menti divinæ repræſentatas, intelligat, *Deum potuiſſe decernere, quæ non decrevit*, prorſus non admitto. Ante decretum conſideratum concipio ut exprimibilem, non autem concipio res aut ideas quibus aut juxta quas ſit exprimibilis, tales enim ob rationes antea allatas eſſe non potuere ante decretum.

Neque tu eas fingendo, libertatem Dei prorſus illæſam relinquis, ſed tollis, cum aliquam ſaltem deter-

ter-

terminationem, admittas idearum ſaltem, quæ non ſunt ipſius Dei idea, ſed res repræſentant, quæ non ſunt ipſe Deus. *Summa* utique *decernendi ac operandi libertas non eſt*, ubi ideæ naturales ſupponuntur. Major libertas eſt, earum omnium conceptionem ac formationem Deo liberam dicere, quam ex jam conceptis, imo naturaliter ac neceſſario conceptis, ſelectum tantum admittere; qui meo judicio, hactenus communis error fuit, quem deponere, divinâ rerum curâ, Spinozæ errores permittente, docti fuimus.

Sequente §. XXVII. dicit me *repugnantia ſcribere, eodemque argumento quô ipſum oppugno mihi ipſi Spinoziſmum* objicere. Porro me *intricatè loqui*, *& dum novo vocabulo* Exprimibilitatis *Dei*, *accuratius quid proferre cupio*, *aut nihil diverſum ab aliis dicere*, *aut mihi repugnantia ſcribere*. Novum vocabulum finxiſſe non pudet, cum temere non egerim, ſed ut tanto accuratius mentis meæ ſententiam ſignificatam darem. De reliquis Lector judicet ubi utrumque de re ipſa differentem audiverit, quæ cum Deum ſpectet, flagitat ut ne dicteriis mihi moram injici patiar. Exhibet verba quædam mea ex Summa Theol. Cap. III. §. CXLV. *Exprimibilem quidem naturâ ſuâ dico Deum, tam infinitis autem, ſi liceat ita loqui, modis, ut, non ſolum rebus quæ nunc ſunt, & ut nunc ſe habent, ſed pluribus & longe aliis, ſi ita voluiſſet, ſui dare adumbrationem aliquam potuerit.* Agnoſco verba: non autem quod ex iis non bene intellectis elicit, nimirum *res illas alias*, quas produ-

 cere

cere potuiſſet ſi voluiſſet, *Deo proinde poſſibiles fuiſſe*. Non enim concipio res quaſdam, quæ, ante decretum, ut res a Deo conſiderari potuerint, ſed concipio Deum multas alias res facere potuiſſe, ſi nimirum decreto ſuo libero illarum ideas ſibi formare & extantiam proponere voluiſſet. Fuiſſent res aliæ quam ſunt, ſi alias concipere Deus & vocare atque ita ſiſtere voluiſſet. Id quod potuiſſe dico Deum, non quod res aut rerum ideæ aliæ naturaliter in Deo fuerint, ſed, quod, cum exprimibilitas inexhauſta ſit, ex voluntatis conſilio & nutu decernere potuerit, expreſſiones & veſtigia ſui, longè ab hiſce diverſa. Nec fruſtra ita caute locutus ſum, quando dixi, talem *natura eſſe Deum*, ut *infinitis*, *ſi liceat ita loqui*, *modis fuerit exprimibilis*. Non dico fuiſſe *res alias*, imo ne quidem in Dei idea & conceptu fuiſſe dico; ſed exuperantiſſimam Dei omniſufficientiam talem eſſe, ut, ſi voluiſſet, in aliis ſe conſpiciendum & cognoſcendum exhibere potuerit. Nec quicquam ad rem facit, *non fuiſſe igitur in iis repugnantiam quandam ad exiſtendum*, cum, ut ipſæ revera merum nihil ſunt, ſic & nullæ ſint earum affectiones.

Recte quidem dicis, *hic autem nondum ullus divinæ voluntatis actus concipitur:* idem & ego monueram §. XL. & in hiſce ipſis verbis clarè exprimo, quando addo, *ſi ita voluiſſet*. Voluntatis tamen actum, licet nondum memoratum, me requirere, expertis verbis toties totieſque declaro, imo tantæ eum ſtatuo neceſſitatis, ut nihil ſine ea, imo ea non præconcepta & præadmiſſa, quicquam ſit aut

eſſe

eſſe poſſit expreſſio Dei, non in re tantum, verum in ipſa mente Dei. Hæc mea verba heic quoque haud parum ad rem facient. *Accurate ſi loqui velis, nihil propriè poſſibile eſt, niſi vi volitionis conſideratæ ſub ratione decreti. Nihil exiſtit, niſi vi volitionis conceptæ ſub ratione potentiæ* §. XCIX. pag. 2. 5. verſa. Ut prorſus diverſos, à meis ſaltem, conceptus formet, quando ait: *ſed Omnipotentia divina, conſideratur abſtractè & in ſe, abſque ullo voluntatis actu.* Potentia Dei cum ſit *voluntas Dei conſiderata cum relatione ad objectum, ut quodjam illius vi fiat, atque ita ſit ut exiſtat:* ut dicto jam loco docui certe omnipotentia erit eadem voluntas relata ad omnia, quæ illius nutu futura ſunt, ſuoque tempore ex nihilo vocata exiſtunt, palam eſt *Omnipotentiam non eſſe conſiderandam abſtractè & in ſe, abſque ullo voluntatis actu*, ut tu affirmas. Certe omnipotentia eſt perfectio Dei à nobis conſiderata in relatione ad omnia, ſed quæ nihil ſunt prorſus, imo ne idealiter quidem ante liberam, idearum non formatarum, electionem, ſed formationem abſolute dictam. Omnipræſentia certè non eſt perfectio Dei niſi relativa, & conſiderata cum relatione ad omne ubi, ſed libera Dei voluntate ſiſtendum. Nihil eſt, fuit, aut erit, niſi vi voluntatis divinæ, atque ita Deus eſt Omnipotens. Si autem plures aut alias ideas ſibi formaſſet, & juxta eas, res facere voluiſſet, ſufficiens procul dubio fuiſſet, ad eas quoque vocandas & ſiſtendas. Adeoque Omnipotentiæ divinæ nihil ſubducimus, quando dicimus, aliis rationi-

bus

bus ſuâ exuperantiâ exprimibilem eſſe naturali ejus & ſufficientiam: licet ſtatuam nihil eſſe potentiæ, quod non ſit voluntatis objectum, in Deo enim nulla idea, præter Deum ad illius exemplar nulla res, niſi virtute voluntatis, liberrime eam concipientis, vocantis, formantis.

Atque ita verum non eſt, *habere nos Deo poſſibilia ante omnem voluntatis actum.* Quemadmodum pariter vera non ſunt ea quæ huic fundamento ulterius inædificabis. *Quod Deo poſſibile eſt, id Deus ſibi poſſibile* ſeu factibile eſſe novit: niſi capias eo ſenſu, ut Deus ea, libera voluntatis determinatione ſibi facienda conceperit & decreverit. Neque hoc diffitetur Waeyenius, inquit, pag. 53. Sed ſano ſenſu non accipis id quod non diffiteor. „*Hanc ſui* „*Exprimibilitatem*, ſunt mea verba „*hanc ſe ex-* „*primendi ſufficientiam, noſſe Deum, & ab omni* „*æternitate & naturaliter noſſe, ita ut ignorare* „*eam nunquam potuerit, nemo ibit inficias, niſi* „*Deum ſe ignorare, aut ullam ſui perfectionem* „*non noviſſe abſurdiſſime finxerit.* Ex præcedentibus autem luce meridiana jam clarius eſt, inde non ſequi, quod tu ex iis te ſolidè colligere autumas. Nimirum, *noviſſe ergo Deum ab omni æternitate, qua ratione, & quarum rerum productione ſe ipſum exprimere potuit.* Novit, ſe eo modo, quo voluerit, poſſe ſe exprimere, ſed modos ſingulares aut res qualeſcunque, quibus id fieri poſſit antecedenter ad liberam Dei, liceat ita loqui, ſui ipſius determinationem, non novit, quia nondum formatæ

Digitized by Google

in mente Dei, adeoque prorſus nihil ſunt atque, ita non noſcibiles.

Si hoc novit Deus, ſic porro ratiocinaris, *utique illarum rerum à ſe producibilium ideas in ſe habuit, & quidem ante ullum liberum voluntatis actum.* Quomodo id Deum noviſſe dixerim in præcedentibus jam explicavi, & ea quidem ratione, ut prorſus contrarium ei, quod tu ex eo elicis, inde ſequatur. Nimirum, non habuiſſe Deum ullius rei producibilis in ſe ideam, nedum ſibi naturalem ac neceſſariam. *Atqui*, inquis porro, *hic eſt Spinoziſmus, quem mihi omnibuſque Theologis objicit Waeyenus.* Nulli Theologo eum objicio aut exprobro, adeoque falſo me accuſas. Quæ mea de communi ſententia ſollicitudo ſit, dixi, nec pœnitet dixiſſe, ſed Spinoziſmum me aut tibi aut ulli Theologo objicere ita falſum eſt, ut mirer, dum de Deo agis & re difficili atque ardua, tam parum te officii hominis Chriſtiani eſſe memorem. Dic ubi, quibus verbis, quo loco, ita atrocem accuſationem cuiquam hac de cauſa intentaverim, dic inquam, aut patere me dolere te ita eſſe maledicum.

Objiciet forte, ſe in initio §. CXLV. *declarare, longe aliud ſe ſentire: ait enim;* „*Quando de exprimibilitate Dei loquor, quod denuo monitum te* „*velim, cave putes me concipere ullarum rerum poſſi*„*bilitatem, quæ liberæ actum voluntatis divinæ antecedat.* Imo vero hæc non tam objicio, quam explicandæ oppugnatæ veritatis gratia addo præcedentibus: & eo quidem ſucceſſu, ut prorſus evaneſ-

cat difficultas quam in mea ſententia obſervaſſe videbaris. Nec plus negotii mihi faceſſeo quod ſequitur. *Sed explicet, quomodo hoc conciliari poſſit cum ultimis ejuſdem paragraphi verbis, quibus docuit, Deo poſſibile fuiſſe, aliis rebus, quam iis quæ nunc ſunt, ſui adumbrationem aliquam dare: ac proinde alias res Deo fuiſſe poſſibiles.* Verum peto ut tu explices, quare, ubi obtendis eſſe nonnulla à me dicta, quæ cum aliis alibi dictis conciliari haud poſſint, non mea ipſa exhibeas, ſed interpolata & adulterata. *Non dico Deo poſſibile fuiſſe aliis rebus* &c. cum potentia Dei mihi ipſa voluntas ſit, adeoque ante voluntatis actum, nihil Deo poſſibile dicam. En verba mea: „*cave*
„*putes me concipere ullatum rerum poſſibilitatem,*
„*quæ liberæ actum voluntatis divinæ antecedat;*
„*aut eſſentias me rerum fingere, quæ ab æterno*
„*fuerint, Deique decretum anticipaverint; quæ-*
„*que adeo tales à Deo fuerint conceptæ, quia an-*
„*te omnem decreti actum natura ſua fuerint tales.*
„*Non enim de rebus hic ago præter Deum aut ex-*
„*tituris unquam aut poſſibilibus, ſed de ipſo Deo*
„*NB perfectioneque quadam Deo eſſentiali. Quin*
„*noſtra hæc de Dei Exprimibilitate cogitatio ra-*
„*dicitus evellere illas abſurdas cogitationes appri-*
„*mè idonea eſt, quippe quæ NB. omnes rerum,*
„*ut vocant, ideas, omnem poſſibilitatem, deriva-*
„*re docet ex Dei arbitrio & liberrima voluntate.*
Hæc dixi atque inculcavi toties, ut prorſus emota mente eſſe debuerim, ſi eodem halitu contrarium docerem, id quod tamen ſuſpicari ſe ob-

tendit

tendit Limborgius §. XXVIII. Præter ex libero decreto conceptas, *alias res, Deo poſſibiles fuiſſe*, non dico ullibi: fallit Lectorem quando ex meis hæc inferri aut ſaltem deduci poſſe præ ſe fert adverſarius. *Aliis rebus, quam iis quæ nunc ſunt*, quid? nec rebus, nec aliis rebus, niſi interveniente conſilio & decreto Dei. Adeoque nec *repugnantia* loquor, nec *idem* quod *tu*. Non repugnantia, quia contraria non ſunt, dicere, Deum *aliis rebus* ſi voluiſſet, ſe potuiſſe exprimere, & alias res præter decretas poſſibiles tamen dici nec poſſe nec debere. Nec idem quod tu, utpote qui alias res a Deo conceptas, & ideas menti Divinæ obverſantes ante omne decretum, ante omnem liberum voluntatis actum non ſtatuo. Qua in parte hactenus communem te cum plurimis forte Theologis ſententiam fovere plus ſemel jam faſſus ſum.

Verbis aliquot ex Summa mea §. CXLVI. repetitis §. XXIX. rogas, *contra quos heic diſputem*; reſponſio in ipſis verbis eſt. Res mihi eſt cum iis, „*qui ideas rerum prorſus æternas, & poſſibilia an-*„*tecedenter ad Dei decretum fingunt*. Quid clarius quid apertius dici poteſt? Non ſanè oppugno *Utopiæ incolas*, ut tu ſarcaſticè innuis. Ratio quoque id rogandi quam obtendis, nulla eſt. *Nam*, inquis, *ſi Theologos oppugnat, qui docent, quicquid ex ſe nullam habet ad exiſtendum repugnantiam, id per potentiam Dei eſſe poſſibile. &c.* Perplexè ſic & obſcurè ſatis, imo falsò affirmas, *quicquid ex ſe nullam habet ad exiſtendum repugnantiam, id per potentiam Dei eſſe poſſibile*. Nihil enim poſſibile

dici poteſt, niſi cujus ad ſuam voluntatem eam ipſe voluerit relationem, qua futurum fuit, ut nutu ejuſdem voluntatis aliquando exiſteret. At vide ne *Utopia* illa tua, hac theſi admiſſa, imo ipſum *nihil*, tibi poſſibile dicendum ſit. Nullam ſanè *ad exiſtendum repugnantiam*, aut Thomas Morus in ſua Utopia & rebus Utopicis admittet, aut tu in nihilo oſtendes. Ante decretum prorſus nihil eſt præter Deum. Nihil exiſtitentiæ, nihil eſſentiæ, ideæ nihil; nihil igitur concipi debet quod antecedenter ad decretum habeat aut non habeat peculiarem ad exiſtendum repugnantiam. Imo nihil quod citra Dei decretum fingitur non habet omnimodam ad exiſtendum repugnantiam. Repugnat utique effectum quod fingitur ſine cauſa. Imo contradictorium eſt, effectum & nec factum nec faciendum eſſe.

Me ipſe, ut cauſaris, prorſus non oppugno. Nec idem cum illis quos oppugno ulla ratione eviciſti, quantumvis id a te factum glorieris p. 55. non lubet actum agere. Vide pag. 38.

XIV.

Quin imo non capere te mentem meam palam facis, quando dicis, *Exprimibilitatis ideam cujus Deus ſcientiam habet, eandem eſſe cum idea poſſibilium.* Primo quidem *exprimibilitatis ideam* me ullibi memorare haud memini. Ideam poſſibilium quoque non dicam. Non enim datur *idea* quædam in Deo naturalis, quæ ſit omnium, quibus ſe, interveniente voluntate, exprimere potuit, communis repræſentatio; ſed ſingularium rerum unquam exiturarum liberrimè ante tempora ſecularia ideas formavit, eaſque deinceps, liceat ita loqui, cog-

cognovit, *Scientiâ* quam Scholæ *Viſionis* nuncupant. *Exprimibilitatem* autem, ut moneo ad finem §. CXL, *cum in ipſa Eſſentiæ divinæ & perfectionum omnium fundata ſit omniſufficientia*, non alia ideâ Deus ſibi repræſentat, quam quâ ipſe ab omni æternitate ſuæ Intellectioni talis obverſatur, atque ita ſufficiens, ut, interveniente libero decreto, aliarum rerum ideas, formare & ad earum *exemplar*, res in tempore vocare ac ſiſtere poſſit. Exemplo utar quo aliquid perſpicuitatis, ſi non rei, verbis ſaltem meis adfundam. Finge conſummatiſſimum horologiorum faciendorum artificem; illius certe habilitas in eo ponenda non eſt, quod has & illas habeat horologiorum ideas, quibus convenientia conficere horologia queat, ſed quod & omnis generis horologiorum formas ipſe concipere & iis ſimilia horologia fabrefacere poſſit. Sic fere Dei concipimus infinitam perfectionem, qua, non ad certas ideas, ſibi naturales, quidquam condere, ſed ideas formare & res illis convenientes vocare atque efficere erat idoneus.

Atque ita puto me hic *diſcrimen* oſtendere inter Exprimibilitatis ſuæ naturalis, & idearum liberè formatarum, cognitionem, *non verbis inanibus ludens*, quod tuum dicterium eſt, ſed verbis, pro materiæ, de qua loquimur, ratione atque indole, ſatis limpidis. *Eſſentias quæ extra Deum ſubſiſtant, aut ideas ſeparatas* quidem Theologis nullis adſcribo; ſed *independentes* tamen, quatenus non ex libero voluntatis decreto formatas, ſed Deo naturales cogitant rerum, quæ non ſint Deus

Digitized by Google

ipſe, ideas, formas, eſſentias. *Ad quarum nonnullarum* inſtar Deus *quicquid creavit*, *neceſſario formavit*; eo ſenſu, ut nihil creaverit, imo nihil creare unquam idoneus fuerit, niſi cujus ideam habuerit ſibi naturalem, adeoque neceſſariam. Selectum habuerit, juxta eos, ad quarum inſtar quicquam faceret, non tamen facere quicquam potuit, niſi cujus, ante omnem liberæ voluntatis determinationem, habuit ex naturâ ſuâ, adeoque neceſſariò ideam. *Extra Utopiam* Theologos non reperiri, qui ita ſentiant, ſi verum non ſit, tu ſaltem cum plurimis aliis in Utopia ſedem fixiſti.

Atque ita apparet, ut ut id obtendas §. xxx. *te non oſtendiſſe*, nedum ut *ſatis jam oſtenderis*, *ſummam te Deo decernendi ac operandi adſcribere libertatem*; cum ſelectum tantum concedas, ſed idearum ipſi naturalium, non item liberam ipſarum idearum formationem pro lubitu. Quæ majorem utique libertatem infert, quam tuus ille ſelectus. *Procul te a Spinoziſmo abeſſe*, nimirum intentione ſeria, credo, nec ullibi contrarium dixi; manet tamen id quod habeo pag. 189. „*Verum ſic* „*tu non verba à Spinoza mutua accipis*, *bone vir*, „*quod Burmanno crimini vertebas*, *ſed ſententiam ignarus amplecteris & profiteris*. Nota, *ſic tu*: nimirum *ſtatuis Deum alium naturæ ordinem inſtituere non potuiſſe*: quibus adde, „*An* „*igitur ex naturæ Dei indole ſequitur talis rerum* „*ordo qualis eſt in præſenti?* Inde colligo. „*Deus* „*igitur tandem cauſa tantum emanativa erit*; „*adeoque talis tota rerum univerſitas*, *quia natura*

„*Dei*

„*Dei talis*. His ita præmiſſis dico, „*te non verba* „*tantum Spinozæ* & phraſes *mutuas accipere*, „*ſed ſententiam amplecti ac profiteri*: data autem opera te & cum plena cauſæ cognitione, id non agere, exertè addo, quando dico, *ignarum* te id agere. At affectu abſis à Spinoziſmo quantum velis, *talia* tamen ſunt & quæ expreſſe profers & quæ ex iis à me ſunt recte elicita, ut te conſenſionis cum Spinoza manifeſtiſſime convincant. Hinc, proteſtatione tua audita, magis adhuc confirmor, ignarum te & imprudenter adſeverare id, quod tamen ſerio te rejicere teſtaris. Quoties tu nobis non objicis, hominis libertatem, & obedientiæ verè ſic dictæ formam prorſus tollere Reformatos, quos & Deum peccati autorem facere veſtri identidem clamitant: non tamen eo prolapſus es impudentiæ, ut ex animi ſententia ea a nobis ſtatui & doceri dicas, licet juxta mentem veſtram illæ theſes ex aliis noſtris theſibus ſequi cenſeas. Similiter & heic ſeſe res habet. Imo vero p. 190. merito notavi, „*poſt* „*Spinozam vix quemquam præfractè negaturum*, „*potuiſſe Deum aliâ machinâ, aliâ prorſus ratio-* „*ne, ſuæ exprimibilitatis exhibere ſpècimen ſi vo-* „*luiſſet*.

De eo manet inter nos controverſia; ego omnem poſſibilitatis rationem ex mera & liberrima Dei voluntate arceſſendam ſtatuo. Idem & de impoſſibilitate affirmandum putem. Ratio manifeſta in mentis noſtræ imbecillitate reperitur, qua idonea non eſt, de omnibus & ſingulis judicare an Dei perfectionibus repugnent nec ne. Simile quid

de

de rerum repugnantia manifeſtum eſt, cum ea ſit mentis noſtræ impotentia, ut omnem conciliandi modum recenſere, examinare, explodere, non ſit idonea. Hinc concedo quidem. *Quando Deus quippiam liberè decernit, ipſum non poſſe quicquam decernere, quod manifeſtam continet repugnantiam*; ſed addo hanc ſeu explicationem, ſeu limitationem, ut de repugnantia judicetur, non tam res, quam Deum ipſum reſpiciendum eſſe. Videndum enim quid Deus fecerit aut non fecerit, inde conſtat quid facere voluerit: volens autem ut quicquam ſit, non poteſt eſſe non volens ut id ſit, aut volens ut non ſit. Deo igitur omnia ex nutu faciente, ſatius eſt, ut in voluntate Dei, quando nobis conſtat, acquieſcamus, quam ut ex rerum ipſarum diſcrepantia aut convenientia judicium feramus: non enim temerè determinanda eſt diverſitas, quæ, Deo id volente, tum rerum ipſarum, tum habitudinum earundem ad invicem, mira eſſe potuiſſet, & longe alia, quam nos mente noſtra adſequimur.

Similiter ut plurimum, ſatius eſt dicere, non futurum imo fieri non poſſe quicquam, eo quod Deus voluntate ſua non decreverit, quam eo, quod divinæ perfectioni & ſanctitati naturali adverſetur; tum quod infinitæ perfectionis omnis & ſanctitatis ratio finitæ noſtræ menti non ſit perſpecta, tum quod id quod divinæ perfectioni repugnans ſupponitur, prorſus nihil ſit. Hæc profiteri non vereor, licet, penitius hanc materiam perſcrutatus, deſerere, nonnulla ante à me dicta

videri queam loc. cit. §. CXLI. libenter enim *quæ quidem retro ſunt obliviſcens ad ea quæ ſunt priora me extendo* Phil; III. 13.

Deum operari non poſſe quicquam niſi conſentaneè ſuæ perfectioni & ſanctitati naturali ex vero dicis; ſed illius potiſſima, imo forte ulla ratio ex re quadam extra aut præter Deum repetenda non eſt, quaſi quicquam ſit quod ſua natura Divinæ perfectioni repugnet. Cum ne conceptum quidem aut ideam illius iſtiuſmodi rei formare mentibus noſtris valeamus. *Quando itaque Deus*, ait paulo poſt *aliquid facit, eo declarat, ſe perfectionem ſuam hoc potius quam alio modo demonſtrare voluiſſe. Quid hic reprehendendum?* Reſpondeo periculo hæc prorſus non carere; nimirum cum ſupponas *alios modos* imo *alias res idealiter* Deo præſentes fuiſſe, antequam hoc declararet, imo antequam ſe hac ratione perfectionem declarare ſuam decreviſſet. Quæ theſis eſt, de qua diſſerimus, non ſupponenda igitur à te ſed probanda.

Quapropter aliorum illa dicta quibus mentem tuam illuſtrare hoc eodem §. XXX. conaris, tanquam nihil adverſus me facientia prætereo. De Juſtitia Dei Punitoria ſeu Vindicatrice quid ſtatuam in plus jam ſemel allegata Theol. Summa videre eſt, quemadmodum meæ contraria ipſius ſententia ficulneis plane argumentis fulta in ipſius Theol. Chriſt. L. II. Cap. XII. §. XXVII. & ſeq. reperitur.

Concluſio ex præcedentibus pag. 60. elicita hæc eſt. *Exemplis hiſce liquidò conſtat, omnes Theologos unanimiter in eo convenire, quicquid at-*

Digitized by Google

tributis divinis conſentaneum eſt, à Deo fieri poſſe; quicquid illis adverſatur, a Deo fieri non poſſe, quia Deus rectitudinem ſuam naturalem abnegare non poteſt. Reſpondeo autem, 1. litem de eo mihi tecum non eſſe, nimirum quænam communis Theologorum ſententia fuerit hactenus; verum 2. qualis eſſe debeat in præſenti; atque ita ſtatuo, occaſione errorum, ſeu potius Atheiſmi Spinozæ, continuò nunc ob oculos verſari debere Dei omnimodam libertatem, cui, meo quidem judicio, præjudicium fit, quotieſcunque ideas, res, modos rerum ante decretum poſſibiles adeoque Deo eatenus naturales agnoveris. 3. Hinc circumſpectius locuturus es ſi poſt hac dixeris, quicquid Deus attributis ſuis conſentaneum; aut potius (redundante illa cautela omiſſa, cum aliter decernere quam attributis ſuis conſentaneè, non poſſit) quicquid Deus ſe facturum decreverit, id Deum facere poſſe. 4. Quod attributis ejus adverſatur decernere cum non poſſit, facere pariter procul dubio non poteſt.

Pergis §. XXXI. *Manifeſtam in ſe continent repugnantiam omnia contradicentia, quæ terminorum repugnantiam aut manifeſtam habent, ut quando dicitur, idem poſſe ſimul eſſe & non eſſe; aut repugnantiam involvunt* &c. Quibus nihil aliud reponam, quam, me malle de multis ἐπέχειν, quam audacter adſeverare, plane ſimul conſiſtere aut exiſtere non poſſe, tum quod circa res minimas paſſim tantopere cœcutiamus, tum quod ſufficientiæ divinæ ratio captum noſtrum immenſum ſuperet. Præterea ex Dei voluntate, ubi mihi perſpecta

ſpecta eſt, potius determinationem peto, quam ex rebus ipſis, quoniam ita agens Deo non figo terminos. Hinc pro *idem non poſſe ſimul eſſe & non eſſe*, ſatius erit dicere, Deum non poſſe ſimul idem ſiſtere & non ſiſtere, Nihil hic occurrit, cui non abunde antea à me factum ſatis eſt, tam in hac Diſcuſſione, quam & in ipſa Diſſertatione contra Clericum, quæ adverſus repetitas haſce Limborgii vitilitigationes immota ſuis viribus ſubſiſtit.

Hinc nihil habens quod cogitatis meis, rem ipſam ſpectantibus, opponat: me denuo ludibrio habet, quod dixerim ubi ad Matheſin ventum eſt *diſcere* à me debere Limborgium. Quanta hæc Waeyenii arrogantia eſt! tantum Virum à ſe *diſcere* forte & aliquid poſſe imo *debere* jactantis. At ubi locus, quæ verba ſunt quibus id contenderim? Quicquam *ut diſcas* elatus animus tuus ſi patiatur, diſce verum loqui, & non affingere adverſario verba quæ nuſquam in ſcripto ejus reperiuntur. Certè ſi Collegio meo in Geographiam Sacram dudum à multis abhinc annis Studioſis aperto interfuiſſes, forte non ita te pueriliter proſtitueres, tum quoque quando ita ſuſſenus mihi illius ſcientiæ elementorum ignorantiam falsè exprobras: ac ſi 180. gradus Longitudinis forte, quod tamen neſcio, alicubi memorans, terræ regiones *ultra polos in ſpatiis imaginariis* ſomniaſſe videri debeam, dum ipſe videris ignorare quid ſit aut Longitudo aut Latitudo. Huic ſolent 90. gradus adſcribi ab Æquinoctiali ad Polum ſeu Arcticum ſeu Antarcticum, adeo ut ab

uno Polo ad alium gradus ſint 180. Longitudinem vero quod attinet, illius, Ptolomæo, Dionyſio in Periegeſi aliiſque, alia veteribus eoſque ſectantibus ratio inita fuit, recentioribus alia. Longitudinis gradus poſſunt eſſe, 180. & ultra uſque ad 360. Verum & aliud heic addit ſupinæ ignorantiæ ſpecimen, quando de Longitudine loquens, ejus nimiam protenſionem nos ultra polos avecturam nugatur: cum non Longitudo ſed Latitudo polos verſus ducat, adeoque non Longitudinis exceſſus heic metuendus foret. Mirum iter, quo, Longitudinis ſecutus lineam, eamque excedens, ſe ad polos & ultra polos vectum iri veretur magnus hic Mathematicus. Præterea, non minus ignoranter terræ extremitati jungit ſpatia imaginaria, quæ nemo terræ vicina unquam commentus eſt, ſed extra univerſum finguntur.

Æque ridicula ſequens illatio eſt, quando me Virum bonum non eſſe ex eo concludit, quod quem *Virum plurimum Venerandum* nuncupaveram, *cujus eruditionem ac virtutes ſincerè colam ac venerer*, nunc *calumniæ* reum dixerim. Verum id factum à me eſt, tum demum, cum, poſt iſtam meam teſtificationem, illius malefacti reatum tam luculenter contraxiſſet. Decocta meliore fama, nunc audiat, qualem ſe factis abundè probavit. Adeo ut in hiſce candoris mei argumentum & viri boni ſpecimen dederim, qui diſſentientem laudo, uſque dum laude ſe indignum factis ita conſpicuis demonſtravit. Et ſane *eruditio* quoque multo minoris facienda, poſtquam ita ignarum deprehendi, eorum quoque, quæ tyronibus ignota eſſe non debebant.

Nihil eſſe neceſſarium quod Deus non decrevit, laxè nimis §. XXXII. dictum erat à Limborgio, quapropter diverſi generis *neceſſaria* diſtinguit. „ *Neceſſarium dici poteſt aliquid, quod, poſito* „ *alio, neceſſarium foret, illud ſatis omne neceſſa-* „ *rium Deus non decrevit.* Utique, ex Scholarum uſu, licet enim, non exiſtente conditione, non futurum ſit id, quod, poſita demum conditione, futurum erat, neceſſarium tamen dici, ut ut ſub conditione, nihil prohibet, inprimis ubi naturalis inter conditionem & rem quæ illa conditione non poſita, futura non eſt, nexus eſt. Verum quæ heic diſſerit, nihil aliud ſunt, quam quæſita & longe petita occaſio ea dicendi, quibus me denuo & famam meam lædere poſſe autumat, Sed probo in theſi quæ profert & probavi ſemper, inde factum, ut ubi affinitatis ratione, videri potuiſſem non ſine ſucceſſu me immiſcere negotiis nihil ad *me aut munus meum ſpectantibus*, ita religioſe ab iis abſtinuerim, ut ea prorſus ignoraverim, imo ne in hunc quidem uſque diem ſciam, quo ordine, qua methodo, eligantur qui Magiſtratu funguntur.

Medioburgum reſpicio, quæ tamen urbs id merito in parte calamitatis cenſebat, importunas miniſtrorum verbi prenſationes. Nullius limen unquam calcavi, ut vel verbulum facerem de iis quæ curiæ erant, aut regiminis Politici.

Poſtea autem iſtiuſmodi negotiis me applicare debui, ſed non niſi legitimè ad ea peragenda vocatus, ut, quicquid aut Limborgius, aut alius quis

 mihi

mihi inſimulet, illæſa conſcientia & hac in parte fuerim verſatus. Sorte mea, qualiſcunque mihi obtigerit, contentus, nunquam divinæ vocationis modum exceſſi.

In iis quoque, quæ adverſus horum aut illorum errores ſcriptis editis, agere tempeſtivum judicavi, famæ quidem ſed ante omnia veritatis habui rationem; adeo ut pro viribus & animo divinâ gratiâ mihi conceſſis, gratias agere Deo audeam in Chriſto Jeſu. Ab humanis infirmitatibus immunem me non pronuncio, in omnibus tamen Dei gloria nihil habui antiquius. Sed quorſum me abripit maligna hominis incuſatio.

Unicè ea mihi, licet non directè, acerbè tamen ſatis & doloſe intentata, eo quod totius Pelagianiſmi & Arminianiſmi jugulum petiſſem, id quod aſtutè diſſimulat & intactum relinquit, haud ſecus atque ſi dictum non eſſet. Quod ut ne animadverteret Lector pulverem ſpargit & honori meo inſidiatur, ut jam videmus. Non tamen ita evades bone Vir, Epiſcopii ulcus quod tetigi, te quoque dudum infecit. Nimirum potius quam ut eventus, non futuri, niſi interveniente libera humanæ voluntatis determinatione, certitudinem agnoſcant, aut certam noſtræ voluntatis prædeterminationem, ſtatuunt fieri potuiſſe ut ipſe Chriſtus ſe *ſuſceptæ Sponſioni ſubduceret*, imo, niſi ſe ſubducere & non obedire potuerit, actum ſit de vera ratione obedientiæ. Id innui hiſce verbis. „*Neceſſarium* „*eſt, ut, Chriſto Sponſioni renunciante, id quod* „*Arminiani in Apologia* Cap. XVII. *fieri poſſe*

ſta-

„ſtatunt „ ruat univerſa conſilii gratiæ moles,
„non tamen id a Deo decretum eſt. Quid ad hæc noſter Arminianus? nihil prorſus. Sophiſticatiunculis ſuis, quibus ea, quæ de neceſſitate & contingentia dixeram pueriliter impugnat, immiſcet nonnulla quibus Lectoris animum in me concitatum iri confidebat, nimirum ut ad rem ipſam rediens, in oculos non nimis clare incurreret horrendum Arminianæ blaſphemiæ ſpecimen. Quid ni & ad illa quicquam reponis? quantas movebas tumultus, quando, unico calumniæ tuæ in Burmannum conjectæ ſpecimine notato, deliberato animo nihil addidi de reliquis. Liceat tuis verbis uti, *cum, inquam, hæc adeo jactanter & confidenter ſcribat Limborgius, cur in hoc maximi momenti articulo, non* hujus aut illius Arminiani, ſed integræ ſocietatis *patrocinium deſerit, ac turpi ſilentio cauſam quam defendendam ſuſcipit prodit*. §. XIX. p. 42.

Atque ita id quod Arminianos omnes imo omnem atque univerſum Arminianiſmum tangit diſſimulat Limborgius & in vitæ meæ rationem obliquè invehitur. Ego autem dicta igitur illa mea quæ tangere veritus eſt, denuo repono. „ *Neceſſarium eſt,*
„ ut, Chriſto Sponſioni renunciante, id quod Arminiani in Apologia Cap. XVII. *fieri poſſe ſtatuunt,*
„ ruat univerſa Conſilii gratiæ moles, non tamen
„ id à Deo decretum eſt. Qui error ita eſt abominabilis, ut non poſſit non denuo excitare juſtam ab Arminianorum hæterodoxiis averſionem, in iis, qui veritatis caſto capiuntur amore. Legat homo meus

meus ea quæ de hoc argumento ſolidiſſimè ſcripſit Coccejus in Tractatu de Fœdere §. 69. & ſequentibus, examinet, diſcutiat: polliceor ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ καὶ ζήσομεν, placidam veritatis Defenſionem; qua heic non indiget, quoniam ne tangere quidem, nedum excutere auſus fuiſti.

Hinc miſſis demuo iis, quibus famam meam per cuniculos arroſit, rem ipſam proſequar. Tanto autem majore cum voluptate, quanto ea, quæ ſequuntur, propius tangunt controverſias a Pelagianis hactenus & illorum ſobole Arminanis, poſt Jeſuitas, infeliciter recoctas. Nimirum, libertatem cauſæ dependenter agentis, cum eventus neceſſitate, quæ à Dei decreto eſt, conciliare nolentes, homini potius independentiam in operando adſcribunt, quam ut divinam de omni eventu diſpoſitionem modeſti agnoſcant.

Agnoſcere utique, niſi & hac in parte jam Socinianis apertè accedat, debet divinam, adeoque certam & falli neſciam, contingenter quoque futurorum præſcientiam. Qua admiſſa, non minus ratione Dei certi ſunt & probè perſpecti, illarum quam aliorum rerum eventus. Adeo ut heic eadem laborent difficultate quam à nobis ſolvi non poſſe perhibent. Et ſane niſi æque certo noverit & prænoverit Deus ea, quæ interveniente libera humanæ aut angelicæ voluntatis determinatione unquam facta ſunt, aut fient, omnem Deo præſcientiam abjudicare neceſſe eſt.

Verum ut videas dudum ante haſce tuas velitationes ſolidè hanc veritatem a me demonſtra-

tam

tam eſſe & pro modulo meo perſpectam, lege quæ ſcripſi in Summa Theol. Cap. III. §. CLII. & CLIII.

CXLII. Has autem ſc: *Juſtitiam & Sanctitatem* ex Dei, peccatorem in gloriam introducentis, adeoque ſanctificantis, decentiâ ita derivat Apoſtolus, ut iſtam Chriſti conſummationem decuiſſe Deum apertè dixerit. Hinc τὸ appellatur Deus, quippe in quo eſt decentia quædam, quam conſpiciendam præbuit in opere omni quod in Chriſto præſtitit, ut Capitis ſecundi §. 33. 38. videre eſt. Nihil autem Pater facit quod non ſimiliter & Filius. Per ipſum *ſecula*, id eſt, cuncta non ſine momentorum ſucceſſione durantia, *facta* ſunt Hebr: I. 9. Propter ſe facit omnia & ad gloriam ſuam, adeoque ut prædicentur virtutes ejus. Proverb: XVI. 4. Pſ. XIX. I. 2. Eſt igitur in Deo quid, cui reſpondeant, quodque exprimant, & conſpiciendum præbeant res factæ. Id autem in Deo erat, antequam rebus factis innoteſceret; ſeu Deus jam ante erat talis, antequam ſe talem factis probaret. Quando ſe ipſe abnegare non poſſe, mentiri, peccare non poſſe dicitur, non ſanè id eam tantum ob rationem accidit, quod Deus libere decreverit ſe ea non commiſſurum, ſed quod ipſi naturæ ac eſſentiali perfectioni divinæ prorſus repugnent: ſeu quod gloriam Dei enarrare nequeant, quod offuſcare apta ſint & negare, non illuſtrare virtutes Dei, adeoque exprimere Deum atque adumbrare haud poſſint.

CXLIII. Hinc eſt, quod, liberrime licet & pro mero Dei placito producta ſint omnia, adeo

Digitized by Google

ut potuerint hæc non produci aut prorſus alia; certum tamen ſit, Deum, ubi hoc aut illud facere voluiſſe conſtat, nonnulla quæ ad eam rem, ut ſit ad gloriam Dei, ſeu ut Deum exprimat, neceſſaria ſunt, una non facere haud potuiſſe. Exemplo rem illuſtremus. Conſtet, Deum creare voluiſſe creaturam cogitantem, dico fieri non potuiſſe, quin rectam, id eſt, quæ conditorem ſuum agnoſcere atque amare apta nata foret, produceret. Ratio in promtu eſt. Non reſponderet ceteroquin Dei Exprimibilitati, non referret Deum, non foret, ut creatura rationalis, ad Deum. Idem in multarum rerum connexione rite obſervandum eſt. Potuerit Deus fœdus facere cum Adamo ut homine ſingulari, pacto tamen cum eo fœdere, tanquam cum capite, omnes ſub ſe atque in ſe complectente, fieri per Dei decentiam haud poteſt, quin, Adamo peccante, omnes ruant in interitum. De Ideis nobis inditis pariter tenendum, poſtquam tales nobis indere voluit Deus tanquam ſe adumbrantes, fieri non poteſt ut Deus res alias faciat quam tales quæ reſpondeant iſti Ideæ: tum quod falſum teſtaretur Deus, opuſque ſuum deſtrueret, tum quod ſe non adumbraret, ſed ſui adumbrationi contradicturus eſſet, adeoque ſui de ſe ipſe negaturus teſtimonium. Sic, inditâ nobis Ideâ corporis, ut rei extenſæ, mentis ut rei cogitantis, fieri non poteſt ut Deus corpus creet non extenſum, aut mentem non cogitantem. Non quod rerum illarum Ideæ ſint, eo ſenſu, quo vulgo id aſſeri ſolet, æternæ, ſed quod Deus eo quaſi chara-

ctere

ctere ſic ſe habente & non aliter exprimere ſe voluerit.

Contingentiam non tollo, ſed Deo ſubjicio. Scire vis quomodo eventus neceſſitatem cum libertate noſtræ voluntatis dudum conciliarint noſtri: Kendallum audi S.T.D. Anglum, ſic ille in Tuiſſii Vita & Victoria de Scientia Media pag. 107. 108. 109. Prædeterminatio divina cum libertate humana ſatis ſuaviter congruit; nec omnino eam imminuit, etiam cum *neceſſitatem* quandam ſatis *amicam* imponit. Neceſſitas quidem omnis ab *intrinſeco*, libertati repugnat; non repugnat neceſſitas ab *extrinſeco*. Dic enim amabo, annon Cyrus *liberè* curaverit Templum Hieroſolomytanum reſtaurandum? annon & curaverit *neceſſariò?* Annon Joſiah Sacrificulorum oſſa *liberè* combuſſerit? annon combuſſerit & *neceſſariò?* Si non egerint *liberè*, non egerunt, ut decuit *homines*; ſi non egerint *neceſſario*, quidni dixeris *Prophetarum prædictiones* potuiſſe eſſe falſas, *Dei decreta* fruſtranea? Decreverat Deus, ut uterque ageret *deliberatè*; non cœco aliquo impetu, quali bruta animantia rapi ſolent, ſed conſilio, & ratione ſuâ ductus.............. Imò *id quod agitur*, *neceſſarium* eſt ex parte *Dei* decernentis, nec tamen *agitur neceſſariò* reſpectu *hominis* deliberantis. Neceſſarium eſt ut homo *agat* quoad *rem*, nec minùs neceſſarium eſt ut *liberè agat* quoad *modum*. Conſilia divina non *tollunt* humana, ſed *moderantur*. Libertatem noſtram *dirigunt*, non *deſtruunt*. Deus omnia in fines ſuos infallibiliter deflectit, ſed &

Q 2 ho-

Digitized by Google

hominibus pro ſuo modo agendi *modum* permittit. *Contingentia* quoad *naturam humanam*, non negat *neceſſitatem ex decreto divino*, neceſſitas *ex decreto divino*, non tollit libertatem *humanam*. Dic ſodes, an *neceſſitas* quæ tibi incumbit ex *ſuperiorum mandato*, tollit *animi tui libertatem?* certè nec magis adverſatur *neceſſitas ex decreto divino naturali contingentiæ*. Quæ *neceſſaria* ſunt ex *determinatione* divinâ, fiunt & *liberè* quoad *executionem* humanam. Hactenus Kendallus.

Quomodo Clariſſimus *Burmannus poſſibile agnoſcat & contingentia*, contra quam conquereris §. XXXIII. alii te docebunt, qui Burmanni defendendi Provinciam, non ſine inſigni gratiarum actione mihi facta, ſibi demandarunt. Verum heic & ipſe Limborgius mihi *gratias agit*: heu quantum mutatus ab illo! non, Benigne Lector: antiquum obtinet, lepida ironia eſt. *Interim eſt quod gratias tibi agam Waeyene, quod ſententiam, quam alii ſpecioſis verborum involucris tegere ſolent, tam apertè & rotundè ſine verborum ambagibus profitea-*
„*ris*, quod „*omnia quæ facta ſunt aut fiunt, à*
„*Deo decreta ſint, ac proinde non fieri non potue-*
„*rint*. Reformatos hanc veritatem tegere falſiſſimum eſt. Neminem pudet eam palam profiteri, niſi qui Paulo non credendum forte autumet, dicenti *Deum omnia operari ſecundum conſilium voluntatis ſuæ* Eph: 1. quod Salomo exprimit למענהו Prob: XVI. 4. *omne parat* Johovah *ad reſponſum ſuum*, ne verbis quidem aut cogitationibus hominum exceptis, utpote quæ verſu 1. & 2. exertè memora-

verat.

verat. Publice hæc & ubique omnes profitemur, nec nos movent toties jam recoctæ Arminianorum aliorumve, hac in parte cum Pelagianis facientium paratragœdiationes, quæ totidem ſunt adverſus Scripturam & Spiritum Sanctum prophani γογγυσμοί. Audiamus tamen. *Sic enim neceſſario tibi agnoſcendum eſt, omnia peccata ac ſcelera quantumvis enormia, quæ unquam contigerunt, & quæ Deus æterni ignis ſupplicio puniturus eſt, à Deo eſſe decreta, & quia à Deo decreta ſunt non fieri non potuiſſe.*

Deum peccati auctorem ſtatuere imo vel unius, nedum omnium, blaſphemum eſt. Theſis mea eſt „*omnia quæ facta ſunt aut fiunt, a Deo decreta* „*ſunt, ac proinde non fieri non potuerunt.* Rogo autem meum hominem, an quicquam ſit aut fiat, quod Deus aut ignoret eſſe, aut, antequam fieret, non præcognoſcat. Si præcognoverit, ut antehac demonſtravi, unde ipſi ea cognitio? *non certè aliunde*, niſi dependentiam Deo adſcribere non erubeſcas; *ergo ex ſe, adeoque ex ſuo decreto.* Ea autem quæ divinitus decreta ſunt, qualiacunque ſint, non poſſunt non fieri, niſi falli poſſe Decretum Dei & irritum fieri ejus propoſitum adverſus Scripturam dixeris. Et cum tantus ſit nexus, ea rerum concatenatio, fieri utique non poteſt, quin, hoc in eventu, ſcopo ſuo excidens, pariter in iis finem propoſitum non attingat, quorum cum priore eventu connexio eſt.

Quando autem ſtatuo non fieri non poſſe quæ decreta ſunt, naturam rerum non muto, aç ſi id quod

Digitized by Google

hominibus pro ſuo modo agendi *modum* permittit. *Contingentia* quoad *naturam humanam*, non negat *neceſſitatem ex decreto divino*, neceſſitas *ex decreto divino*, non tollit libertatem *humanam*. Dic ſodes, an *neceſſitas* quæ tibi incumbit ex *ſuperiorum mandato*, tollit *animi tui libertatem?* certè nec magis adverſatur *neceſſitas ex decreto divino naturali contingentiæ*. Quæ *neceſſaria* ſunt ex *determinatione* divinâ, fiunt & *liberè* quoad *executionem* humanam. Hactenus Kendallus.

Quomodo Clariſſimus *Burmannus poſſibile agnoſcat & contingentia*, contra quam conquereris §. XXXIII. alii te docebunt, qui Burmanni defendendi Provinciam, non ſine inſigni gratiarum actione mihi facta, ſibi demandarunt. Verum heic & ipſe Limborgius mihi *gratias agit:* heu quantum mutatus ab illo! non, Benigne Lector: antiquum obtinet, lepida ironia eſt. *Interim eſt quod gratias tibi agam Waeyene, quod ſententiam, quam alii ſpecioſis verborum involucris tegere ſolent, tam apertè & rotundè ſine verborum ambagibus profitearis*, quod „*omnia quæ facta ſunt aut fiunt, à Deo decreta ſint, ac proinde non fieri non potuerint*. Reformatos hanc veritatem tegere falſiſſimum eſt. Neminem pudet eam palam profiteri, niſi qui Paulo non credendum forte autumet, dicenti *Deum omnia operari ſecundum conſilium voluntatis ſuæ* Eph: 1. quod Salomo exprimit למענהו Prob:XVI.4. *omne parat* Johovah *ad reſponſum ſuum*, ne verbis quidem aut cogitationibus hominum exceptis, utpote quæ verſu 1. & 2. exertè memoraverat.

verat. Publice hæc & ubique omnes profitemur, nec nos movent toties jam recoctæ Arminianorum aliorumve, hac in parte cum Pelagianis facientium paratragœdiationes, quæ totidem ſunt adverſus Scripturam & Spiritum Sanctum prophani γογγυσμοί. Audiamus tamen. *Sic enim neceſſario tibi agnoſcendum eſt, omnia peccata ac ſcelera quantumvis enormia, quæ unquam contigerunt, & quæ Deus æterni ignis ſupplicio puniturus eſt, à Deo eſſe decreta, & quia à Deo decreta ſunt non fieri non potuiſſe.*

Deum peccati auctorem ſtatuere imo vel unius, nedum omnium, blaſphemum eſt. Theſis mea eſt „*omnia quæ facta ſunt aut fiunt, a Deo decreta* „*ſunt, ac proinde non fieri non potuerunt.* Rogo autem meum hominem, an quicquam ſit aut fiat, quod Deus aut ignoret eſſe, aut, antequam fieret, non præcognoſcat. Si præcognoverit, ut antehac demonſtravi, unde ipſi ea cognitio? *non certè aliunde*, niſi dependentiam Deo adſcribere non erubeſcas; *ergo ex ſe, adeoque ex ſuo decreto.* Ea autem quæ divinitus decreta ſunt, qualiacunque ſint, non poſſunt non fieri, niſi falli poſſe Decretum Dei & irritum fieri ejus propoſitum adverſus Scripturam dixeris. Et cum tantus ſit nexus, ea rerum concatenatio, fieri utique non poteſt, quin, hoc in eventu, ſcopo ſuo excidens, pariter in iis finem propoſitum non attingat, quorum cum priore eventu connexio eſt.

Quando autem ſtatuo non fieri non poſſe quæ decreta ſunt, naturam rerum non muto, ac ſi id quod

Digitized by Google

libere operatur deſinat libere operari: id quod ante eventum contingens erat, eo quod fieri non poſſet, niſi interveniente libera determinatione arbitrii alicujus creati, manet contingenter futurum, uſque dum factum ſit.

Peccata autem ita rerum eventibus innexa ſunt, atque, liceat ita loqui, intermixta, ut, niſi & illa præſciantur, iſtiuſmodi rerum futurarum ſeries, qualem videmus, necti non potuerit. Tanta rebus mutatio accidit, tanta in iis eſt per peccatum diverſitas, ut univerſam eventuum ſeriem cognoſcere Deus non potuerit, peccatis pariter non cognitis & præcognitis. Hæc autem præcognitio cum falli non poſſit, neceſſe eſt, ut & ipſa peccata eveniant quemadmodum eveniunt, niſi incertos fingamus Deoque incognitos omnes illos eventus, quibus immixtum peccatum eſt. Permittere igitur decrevit, cum, niſi permittat, perpetrari haud poſſint.

De peccati autem cauſa ego quidem ſollicitus non ſum. *Juxta enim illum concipiendi modum, cauſa proprie peccati nulla erit, cum omne peccatum mera ſit privatio. Ceteroquin peccare eſt illius, qui legi adſtringitur.* Enchiridii Mei Theol pag. 287. *En ſola*, Coccejus Diſp. VI. quæ eſt de Prædeſtinatione, *quæ recta & ſancta ſunt, Deus operatur in creaturis, faciens ut ea velle & facere poſſint, & velint, & operentur: Quæ vero prava ſunt*, permittit, *non otioſè profectò & ut ceſſet creaturam tenere manu* Pſ. CXXXIX. 5. Job: XII. 10. *aut ut illa independenter à Dei potenti voluntate*

ac

ac concurſu quicquam facere poſſit. Quæ permiſſio eſt imperſcrutabilis & ſancta creaturæ intelligentis gubernatio in ſua mutabilitate à rectitudine primitivæ conditionis, aut in ſuæ corruptione per peccatum contracta, qua peccandi voluntas & impetus non coercetur, & actus liber creaturæ peccaminoſus determinatur, &, in quantum ſine creatore exiſtere non poteſt, exiſtit.

Habet igitur Deus ab æterno conſilium ὡρισμένον definitum, *de iis, quæ in hominibus ad gloriam ſuam erat in tempore, efficiendo vel permittendo, operaturus.* Ab æterno enim Deo ſunt γνωστά (nota, *imo ſcita, & decreta*) omnia opera ſua Act: xv. 18. Et, quemadmodum voluit (Pſ: cxv. 3.) ita facit omnia pulchrè tempore ſuo Eccleſ: iii. 11. *Quandoquidem autem omnia fiunt ſecundum Dei conſilium, & præter ipſius conſilium nihil fit, ſive bonum ſive malum; idque conſilium eſt* ὡρισμένον *& ipſi impii* προγεγραμμένοι εἰς κρίμα (*Jud:* 4) idcirco προορισμὸς prædeſtinatio, *h. e.* præſignatio & prædefinitio *poteſt non tantum de præparatione beneficiorum, ſed & de ordinatione permiſſionis lapſus & gubernationis in peccato & præparatione judicii dici.*

Certitudinem eventus, ratione peccati, ultro & intrepide agnoſcimus, ut fruſtra, nobis quaſi invitis, ex dictis noſtris extundere hanc theſin debuiſſe videri velit. *Quo quid fœdius?* &c. Sed quæ? ſed ubi iſta fœditas? Nonne & peccata à peccatoribus patranda paſſim in vaticiniis prophetarum prædicta legimus? unica ſufficiat Chriſti Domini tur-

turpiſſima venditio, ipſô pretiô ante determinatô & prædictô. An fallere hic eventus potuit? ſi non, quid ex eventus certitudine fœdi elicis, quod doctrinæ noſtræ adhæreat, cum Deum, ab omni labe immunem, peccati nec eſſe nec poſſe eſſe auctorem ſerio contendamus.

Kendal p. 42. 43. 44. Deus Adverſariis noſtris ne ſit autor *peccatorum*, vix autor eſt *actionum*. Nobis actionum omnium autor eſt, nullius peccati. Scilicet *peccatum* ab *actione* diligenter diſtinguimus; quicquid eſt ſimplicis actionis Deo tribuimus, quicquid admixti peccati nobis. Ridet hæc omnia vir Doctiſſimus; & quia negamus *peccatum formaliter ſumptum eſſe ens poſitivum*, ſtatim Doctoraliter nobis imponit, *Nihil omnino eſſe propter* quod (ſecundum placita hæc noſtra) tot myriades miſerorum mortalium ad immortales cruciatus ſeverius damnantur; *nihil* omnino eſſe propter quod Deus tam tremendâ irâ exæſtuat; *nihil* propter quod homines triſtiſſimis pœnis adjudicantur. Verum reſpondeat vir Clariſſimus, cui certè *Mors* non eſt *ens poſitivum*, ergóne *nihil* eſt à quo naturâ tam anxiè abhorret? *nihil* quod Deus tam ſolenniter minatus eſt nobis omnibus? *nihil* quod nos tam mœſti deflemus in amicis? *nihil* quod metuimus, deprecamur, detrectamus? Novit vir Summus, *nihil* iſtud eſſe non *negativum*, ſed *privativum*. *Nihil* omnino eſſe quod *nihil* ſuum *privativum* non nimis maculet, polluat, angat, perdat. Appello *cæcos*, *ſurdos*, *mutos*, *claudos* qui omnes *pedes* ſuos habent, quibus ſatis facilè eam

iſti

in tam tritam *ſententiam*. Quinimò *nihil* eſt inter entia omnia, quæ vocamus *intelligentia*, quod *nihil hoc privativum* non nimis reum faciat cujuſcuſcunque pœnæ, & *damni* & *ſenſus*. Nonne ſatis erant nativæ iſtæ intellectus noſtri *tenebræ*, cur à Cœleſti luce æternum exulantes, ad infernales flammas merito damnaremur? Nonne Deus hominem juſto odio proſequatur, quia homo Deum debito *amore non colit?* Numquid neceſſe eſt lex divina peccatum aliquod *actuale* expectet, antequam originalis juſtitiæ *carentiam* ulciſci præſumat? Tailerus noſter (ut videtur) rem *acu* tetigit, anne & Hammondus illi hac ex parte audacius ſuffragatur? Verum audiat Dominus Doctor, ſi privatio omnis omnino *nihil* ſit, cur ægrè fert ſe *Canonicatu* ſuo indignius *deprivari?* ergóne *nihil* tantum poteſt in Heroicum illum animum, qui *nihil* non poteſt? Dicam verbulo, ſi peccatum ſit *ens poſitivum*, certè haud indignum eſt cujus authorem Deum ipſum eſſe, venerabundi agnoſcamus. Siquidem quod pueri olim cantillabamus in Scholis, *ens* & *bonum* convertuntur. Sed memini Neo-Pelagianos malle ſtatuere, quod *Deus non ſit autor omnis boni*, ut nos liberius criminentur, quaſi doceremus, *Deum eſſe autorem omnis mali*.

Tertium infelix Corollarium, quo doctrinam de prædeterminatione oneravit vir Clariſſimus, *nullum omnino eſſe peccatum; Siquidem nihil unquam factum eſt à voluntate Dei abſonum*. Norris quem Colomeſius in Bibliot. Choiſie ad cælum evehit. inter ea quæ Auguſtino objiciuntur & hoc recenſet Vind. Auguſtin. p. 143. §. x. *removeri itaque om-*

R *nem*

nem induſtriam, tollique virtutes, ſi Dei conſtitutio humanas præveniat voluntates; & ſub hoc prædeſtinationis nomine fatalem quandam induci neceſſitatem. Reſponſio eſt. Ita Semipelagianos ſentire ſcribit ad Auguſtinum Proſper.

Hæc conſideret cui *mens non læva* & videat *an nihil*, communi hac in parte Reformatorum doctrina, eſſe poſſit *fœdius*. Verum ubi denuo ad haſce mei hominis Rhetoricationes attenderis, deprehendes perplexum & præ metu confuſe, imo ſine ſenſu loquentem. Verba profert ſeſquipedalia & altum ſonantia; malum autem, de quo tantopere quæritur, non exprimit. Peccati me auctorem facere Deum, ut vulgo calumniari ſolent, non exertè dicit. Certitudo eventus ratione peccatorum eaque ex Decreto, ſi verba ejus excutias, omne id eſt quod tantopere abominatur. Quam inepte vel ex eo ſolo apparet, quod graviſſima peccata quæ commiſſa ſunt in *rupem ſalutis*, à Moſe dudum & Prophetis ita exactè prædicta legamus, ut nonnunquam hiſtorias potius quam earum prædictiones ob oculos habere videamur. Quod, abſque decreto de illis permittendis, qua ratione concipiat Limborgius, precor ut explicet. Eventus autem æque certus eſt, qui, Deo permittente, quam qui Deo valide eum præſtante, futurus prædicitur.

Nugæ ſunt quæ habet §. XXXIV. & ſequentibus, modo enim mea conferantur, videbis immota ſtare imo & intacta. Illa autem quibus jam mentem tuam explicas, lubens admitto, nec enim unquam non ex animi ſententia loquor, *unaquæque res revera eſt talis*

lis qualem Deo eam creare placuit. Hariolatione opus eſſe ut intelligantur ea quæ antea ſcripſeras & a me notata ſunt, collatio primo obtutu docebit. *Inde tamen*, inquis, *non ſequitur, eam non eſſe rerum eſſentiam, in ſe ſpectatam, ut a Deo potuerit decerni.* Fingis igitur *eſſentiam*, quæ *in ſe ſpectari* poſſit, nec tamen *decreta* ſit, ſed quæ *poſſit decerni*; quod id ipſum eſt, quod ex profeſſo à me oppugnatur. Huc ſpectant verba ſequentia: „ *Rei* „ *quam Deus facere poſſit, niſi futuram decreverit, nullus datur conceptus.* Vides rejicere me figmentum, quo *res, aut eſſentias, aut modos* rerum tibi imagineris à Deo cogitatas ante decretum, eique naturales. Atque id eſt, quo poſito, qua ratione Spinoziſmus commode evitari queat, haud video.

Subdis §. xxxv. *Tale ens à Deo non poſſe concipi ante omnem decreti actum, probandum erat.* At probavit id uberrime Clariſſimus Poiretus: ego pariter, licet ea brevitate quam operis ratio exigebat. Ordine ſi examinaſſes quæ huc facientia, Summâ Theologices complexus ſum, argumenta vidiſſes. Quin imo ubi Lector ea quæ in Diſſert. c. Clericum jam à me exhibita ſunt, paulo attentiore animo conſideraverit, non mentem meam tantum rectè aſſequetur, verum & deprehendet vim rationum à me allatarum nimiam eſſe, quam ut leviculis hominis mei exceptiunculis, & ſubterfugiolis, eludi queat. Summa enim earum mera eſt principii petitio. Imo id quod ipſe *poſſibile* dicit, à me prorſus non agnoſci ne advertit quidem, imo ita obtuſi ingenii

Digitized by Google

eſt, aut excæcatus præjudiciis, ut diſcrimen non videat inter Adamum ſc: qualemcumque & primum, ſeu *hunc Adamum*. Alioquin enim auſus non fuiſſet negare *eum non fuiſſe individuum*, nimirum eâ ratione, quâ eum fuiſſe fingit, nimirum ante Decretum. Individuum certe poſſibile eſt *hic Adam*. *Non erat*, ex tua ſententia, ante decretum, fateor; ſed erat tamen ejus idea, eaque ex tua opinione Deo naturalis. Non poteſt autem dici hujus Adami, hujus Petri idea, quæ non repræſentat hoc & illud individuum. Poterat *eſſe individuum*, rectè, at, juxta te, idea omnis poſſibilis penes Deum eſt, ante Decretum. Fuit igitur idea hujus & illius hominis: qui ſanè hic aut ille eſſe non poteſt, niſi poſito ſingulari individuationis principio, & conceptis circumſtantiis individuantibus. Fuerint autem circumſtantiæ quoque poſſibiles, non tamen eæ aliæ eſſe potuere, ab hiſce, quibus illa ſingularia jam individuantur. Atque heic ſe pandit abyſſus in qua circa libertatem & dominium Dei, meo quidem judicio, errat Limborgius.

Ita autem cœcutiens §. XXXVI. *mirari ſe dicit, me, quia non-entis nullæ ſunt affectiones, inferre*, „*non-entis nullam eſſe poſſibilitatem & im-*„*poſſibilitatem*. Inſpiciat Lector quæ in Diſſertatione c. Clericum dicta ſunt p. 185. & videbit, recte me & appoſite dixiſſe, „*non entis nullam eſſe poſſibili-*„*tatem aut impoſſibilitatem*. Id quod plane *non-ens* eſt, ita ut nihil ſit prorſus, & ne quidem eſſe ideale habeat in mente divina, ridicule poſſibile dicitur aut impoſſibile, etiam juxta tua ratiocinia, utpote, qui *res* tibi fingis, cujus aliqua ſit *eſſen-*

tia,

tia, adeo ut *in ſe ſpectari* poſſit, & talis, ut *decerni poſſit*; hæc una ſpecies, *altera* ſunt res, ſic tu porro, *quarum eſt ad exiſtendum repugnantia*, *ut à Deo decerni non potuerint.* Neutra eſt, imo nihil eſt ante decretum Dei: adeoque neutri competit poſſibilitas aut impoſſibilitas. Pergis. *De ſolo non-ente impoſſibilitas prædicari poteſt*; at tu eam prædicaſti de *re*, cujus *eſt ad exiſtendum repugnantia*, adeo ut non-ens à te tanquam res concipiatur: & *rem* dicas, idem quod in præſenti *non-ens* non tantum nuncupas, ſed quod & dicis *ens eſſe non poſſe.* Rem igitur concipis quæ nec ens ſit nec eſſe poſſit. Omnis perplexitas ex eo eſt, quod ante omnem de eo Dei volitionem quicquam in Deo fingas, quod non ſit ipſe Deus. Hinc id quod concipitur *ſolum ut poſſibile*, tibi eſt, *non-ens*, *ſed tale*. Egregiè! eſt non ens, & dum adhuc eſt, & concipitur ut *non-ens*, *TALE* dicitur. Ut, quocunque te vertas, non-enti affectiones tribuas, quod ridiculum eſt. At quale eſt illud tuum *non-ens?* reſponſionem in promtu habes, *a-le eſt*, *in quo non eſt repugnantia ad exiſtendum.* Verum hæc adhuc clarius evincunt te non-enti affectiones adſcribere, quæ entis ſunt. Non cadit utique aut repugnantia, aut non repugnantia ad exiſtendum, in id, quod omni conſederandi modo, atqui ita prorſus eſt *non-ens*, quale tibi tuum poſſibile eſt. Ego autem nihil poſſibile dico, niſi ratione habita potentiæ Dei, quæ ſola aliquid ex nihilo producere apta eſt. Potentia autem Dei ipſa voluntas eſt, conſiderata cum relatione ad aliquem effectum extra ſe.

Digitized by Google

Adeoque nihil poſſibile antecedenter ad Dei voluntatem.

Sic & nihil voco impoſſibile, niſi pariter ratione habita ad Dei voluntatem, quam, quando hoc aut illud velle & facere video, clare concipio, eodem momento non eſſe id non volentem aut facientem, aut ſiſtentem. Hoc bene percepto, via tuta ac plana panditur qua omnem impoſſibilitatis rationem accurate concipiam. Et ſane nec Deo terminos figere, nec res fictas concipere, deque earum poſſibilitate diſſerere atque impoſſibilitate mihi magis convenit, quam aliquid velle facere ex nihilo.

Hinc ego, ut ut inexhauſtam, imo infinitam prorſus concipiam Dei exuperantiſſimam ſe adumbrandi, ſufficientiam, nihil tamen tanquam poſſibile concipio, niſi id, quod decretum à Deo eſt. Potentiam enim ut & omnipotentiam Dei, abſque relatione ad voluntatem & decretum concipere, abſurda res eſt.

Sermonem confuſum, conceptus confuſos ſequi, exemplo ſuo probat Limborgius § XXXVII. Verba mea exſcribens, pro *circumſtantiis individuantibus*, habet *ſubſtantiis individuantibus*. Scriptionis meæ modum carpens, dicit, me *nihil dicere*, cui, nullo verbo interjecto, ſubdit, *dum tamen aliquali ratiocinatione hic uterus*. Unde palam eſt *nihil dicere* eodem loco ac tempore, & *aliquali* ratiocinatione uti, ſimul incedere Limborgio. Mareſius id omne dat quod volo, nimirum *univerſalium in Deo* cognitionem *non negare*

ſimul

ſimul cognitionem ſingularium. Deinde &, hodie ſi vixiſſet Mareſius eo forte jam ante nos profeciſſet, quo nos jam profectos Deo gratias agimus.

Quæ ſecundum Ludovici Vivis monitum *indicat tantum, ut ab omnibus pro ſtultis rejiciantur* §. XXXIX. ipſo judice, nihilominus minus *ſtulta futura* veretur, iis, qui *illorum naturæ declarandæ operam* aliquam *inſument*! aliudque heic, ipſo judice, inter nos diſcrimen non eſt, quam *uter noſtrum aptioribus terminis mentem ſuam expreſſerit.* Sic inter ea quæ *ſtulta* nuncupat, & ea, quæ ipſe tam ſeriò & fervidè pertractavit zeloque longe majore, quam unquam adverſus Socinianos aut Judæos uſus eſt, non aliud diſcrimen eſt, quam uter aptioribus terminis mentem ſuam expreſſerit. Λογομαχία eſt, ubi *ſtulta* dicat pars altera & altera quæ ſapiant. Lepidè admodum?

Quo magis ad incitas redactum, eo, jam plus ſemel, iniquiorem deprehendi, haud ſecus ac ſi, ſeria rerum meditatione conſumtis ſpiritibus, novos haud aliter ſibi comparandos cenſeat, quam ſi iræ in me ſuæ atque excandeſcentiæ paulo liberius indulgeat. Hinc denuo exorbitat, modumque excedit omnem, & mali in me animi illuſtria exhibet argumenta. Subtilitatem riſerat §. XXXVIII. nunc omnia *ſtulta ſunt*, quæ in meis obeliſco ſuo dignatus eſt. *Pulpam* dicit mihi non invidendam, ſcripta, qualia Rittangelii, *iteratis editionibus in vulgus mittere, & ampliſſimis præconiis ornare.* Quo dicterio in dudum defuncti cineres mingere non veretur

retur moderatus & lenis meus Arminianus. Ve- rum, cujus eruditionem atque eloquentiam He- bræam, Wagenſeilius tantis evehit laudibus, næi nocere haud poterit, quantumvis infeſtus ſit, Phi- lippi mei calamus. At quidnam illud eſt obſecro, quod iram ipſius ita concitavit in hominem, qui tot jam annos vivere deſiit, & ne minimo quidem ver- bo Arminianum unquam læſit? In hominem qui doctiſſimis dudum impensè laudatus eſt, niſi forte doleat, in apertam lucem trahi errores eorum quibus fraternitatis dextram negare non audet. Eaque produci ex Judaicis, quæ ipſe ignoravit, quan- do cum Judæis ita placide & comiter, aut, ut di- cam quod res eſt, ita languidè diſceptavit, ut, ne eos offenderet, omnem de S. S. Trinitate aut Dei- tate Chriſti illiuſque ſacrificio loquendi occaſionem ſollicitè vitaverit. *De voculis litigare*, inquit, *meum non eſt*: nec meum, niſi voculæ ſint ſub qua- rum detorſione aut neglectu turpis lateat rerum & veritatum præcipuarum rejectio, *Aliqualis* ſaltem, ut voce, nullo idoneo latinitatis auctore præeun- te, noſtro toties uſurpata, ſemel utar.

Riſit, luſit, calumniatus eſt aliquantulum, en denuo magno animo ad arma properantem. *Quan- do itaque dico*, ac ſi de iis noviſſimè egiſſet, ni- hilque eorum, quo me una cum Rittangelio contu- meliosiſſimè excepit, fuiſſet interjectum: en fron- tem hominis, ilico ſubdit, *Quando itaque* [illegible] *quarundam rerum eam ad exiſtendum eſſe re-* *nantiam, ut à Deo decerni non potuerint*. [illegible] credat, fieri poſſe, ut vibratis in Rittangelium [illegible]

liuſ-

ſuiſque tractatuum editorem acutiſſimis calumniæ telis, iis verbis confeſtim loquatur, quæ homini hoc agenti, & rem ipſam ſerio tractanti atque urgenti demum conveniant. Verum demus id malignæ indoli, &, ſusque deque habitis aculeatis verbis, cauſam ipſam ulterius diſceptemus. Dico igitur, res tales non concipi à me, imo ne ab ullo quidem homine poſſe, quod & pag. 186. abunde oſtendi. Hiſce nihil reponit noſter. Et præterea τὸ *non poſſe*, de Deo prædicare nunquam audeo, niſi quando τὸ *non poſſe* perfectionem dicit, Poiretum audiamus L. III. C. XIII. §. XIII. *Nam ſi de verbis, Deus* non poteſt, *lis intendatur*, ea non involvunt ſemper Potentiæ Dei negationem: alioqui S. Scriptura Potentiam Dei negaret, dum illis utens ait, Deum *non poſſe* ſe ipſum abnegare. Vocibus his nil aliud deſignatur, quam quod Deus imperfectioni non ſit obnoxius, nec poſſit concipi tale quid ei eſſe attribuendum quod imperfectionem includat: quo ſenſu verba *poteſt*, *poſſe*, *potentia*, negativa ſunt; nam denotant capacitatem imperfectionis non-nullius: itaque à Deo per negationem ſunt removenda, *non poteſt*, *non potentia*, &c. Quomodo non negatur vera & poſitiva Dei Potentia ſive efficacia efficiendi quæ ſtatuit, nec ei dantur limites ulli, niſi ipſa omnimoda perfectio pro limite habeatur: Sed oſtenditur, efficacem voluntatem Dei de rebus ponendis, à ſe ipſa ſtatuente non diſſentire. Tantum abeſt ut Divinam Potentiam negatione vel limite impugnem, quin contra, aſſero Deum potuiſſe omnium rerum eſſen-

Digitized by Google

tias, veritates, exiſtentias, in nihilo linquere, vel alias ſtatuere efficere de quibus nil quicquam determinare vel concipere queo: At ſcio, ſtabilitis ideis, eſſentiis, naturis atque veritatibus rerum, v. g. extenſionis ſive materiæ, corporum particularium, figurarum, &c. me non poſſe dicere, forte Deus poteſt efficere triangulum rectilineum cujus anguli tres non ſint duobus rectis æquales: forte poteſt efficere ut unum corpus (poſito quod ejus natura ſit in extenſione ſive ſpatioſitate, ut multis perſuaſum eſt) ſit totum ſimul in duobus locis; adeoque ut totum corpus humanum in extenſione multo minori quam ea eſt quæ de ejus eſſentia ſtatuitur, ſit contentum; vel ut extenſio quæ habet figuras, diſpoſitiones, motus, cæteraſque modificationes panis aut vini, eorumque particularum, ſit (illis qui ſtatuunt panis aut vini naturas eſſentiaſque in his conſiſtere) aut ſanguis, aut caro, &c. quia Deus eſt omnipotens. Quidni etiam dixeris, poſſe etiam forte ſe ipſum abnegare Deum? poſſe efficere quæ efficiens non concipiet, aut velle quæ non volet eo modo quo volet, quia ſcilicet eſt omnipotens? Peto, quid per Potentiam Dei intelligatur? An per illam, talem intelligemus voluntatis Divinæ perfectionem, qua res tales ponantur quales vult, aut vero quales ipſa non vult? Ultimum hoc abſurdum eſt. Ecquis unquam cogitavit per Potentiam Dei abſurda talia eſſe concipienda & notanda? Atqui id ipſum fit ab illis &c.

Noſter, argumentorum pondere compreſſus, evadere cupit eadem viâ, qua antea ſe ſubduxerat.

Digitized by Google

tentaverat; nimirum obtenderat noſtram diſceptationem λογομαχίαν tantum eſſe, hanc *rurſus occurrentem* nunc cauſatur §. xxxix. *quaſi*, inquit, ego *agnoſcerem rem exiſtentem, quam tamen impoſſibile ſit exiſtere?* Quis non ſeverè increpet hominem in re ſeria ita leviter nugantem, imo falſa teſtantem; per *rem enim exiſtentem* intelligis, rem à Deo jam nutu ſuæ voluntatis in tempore productam, *talem te agnoſcere: quam tamen impoſſibile ſit exiſtere*, nullibi dixi, aut cogitavi, imo ſomniavi nullibi. Antiquum obtines Limborgi, falſa profers, mihique affingis. Ideas in Deo agnoſcis ante omnem liberam voluntatis determinationem, præterea ideas Deo tribuis quibus ſimilia Deus non producere non poſſit. Haſce ex tua Hypotheſi, & res vocare poſſumus & exiſtentes dicere, ſed *idealiter* in mente Dei aut noſtræ. Harum dicis eſſe nonnullas quas tamen exiſtere, id eſt, actu extare præter, ſeu extra mentem eam concipientem; impoſſibile ſit. Ab his ſententiis tantopere diſſentio, ut aut nec te ipſe, nec me intelligas, aut conſcientiæ vim facias, quando litem noſtram in meram λογομαχίαν deſinere ſtatuis.

Poiretus forte ea non erit obſcuritate, ut, de reali controverſia prolixè agens, in λογομαχίᾳ verſari cauſaturus ſis. Sic ille L. III. Cap. X. §. XI. *Negandum* eſſe non videtur, Deum ſcire quid poſſit vel velit ſtatuere, aut ſecus; adeoque ſcientia vel conceptus præcedit ſtatutum. Sed qui hoc dicunt, præſupponunt eſſe quid diverſum à Deo quod ante Dei arbi-

Digitized by Google

arbitrium ſeu placitum, habeat veritatem & poſſibilitatem à parte ſui. quod eſt πρῶτον ψεῦδος. *Deus*, inquiunt, *ſcit quid*, &c. *quid eſt illud* quid? *Non datur nec concipitur ullum quid ante Dei placitum.* Abſurdum eſt dicere, Deum concipere vel ſcire id quod pendet ab ejus decreto priuſquam pendeat ſive pendere concipiatur, vel quaſi non penderet ab illo: noſſe id ut antecedens ejus placitum, cujus idèa eſt placiti conſequens. Præterea eod. Cap. §. XXIV. Quid de hac doctrina judicaturi ſint cæteri, neſcio. Ego certe, ſi eam mente revolvo, non ut ex curioſitate in Dei conceptus & cogitationes inquiram, ſed ex animo celebrandi ſummum ejus Dominium, & admirandi immenſam ſuper omnibus elevationem, omniumque coram eo tenuitatem, fateor mihi videri me inde habere unde impellar ad intimam & ineffabilem magnificentiſſimæ ejus Majeſtatis venerationem, liberalitatis laudem, confidentiam in eis quæ ſanxit & promiſit, omniumque præ illo deſpectum. Majeſtatem inconfuſam, ex naturæ ſuæ incomparabili excellentia ab omni re diſtinctiſſimam, ſeparatiſſimam, vere lucem inacceſſam, ſeu veritatem talem, qualis præter ipſam nulla alia eſt, pro infirmate mea ſecundum ejus placitum utcunque intueor. Laudo Bonitatis liberalitatem, quæ eo eſt commendabilior, quod nullis prorſus rebus adſtringitur, nulliſque debet vel id quod in idea ipſæ ſunt. In veritatem effatorum recumbo, quæ ſi cum is indifferens eſſet, rata voluit eſſe, cur jam ea amplexus ille, eadem mutaturus à me conciperetur?

tur? Denique deprehendo omnia in reconditiſſimis ſuis fundis & eſſentiis, Bonitate & Veritate, coram ejus Divina eſſentia non pulverem modo eſſe, ſed & abſolutum & purum nihil. Si quæ præter Deum invenio, ea in abundantia placiti mentis liberrimæ omnia invenio, extra nihil. Non eſt ergo quod extra Divinum placitum quieſcere vel quæram vel optem. Omnium optima analyſis & reſolutio eſto, non natura rei, ad quam non bene tanquam ultimò multi provocant, ſed, ſine quo nulla eſt natura, Dei placitum, quod (nemo tamen hoc abutatur ad figmenta ſua commendanda) non modo in myſteriis ſacris, ſed & in rebus naturalibus, etſi Philoſophaſtri id ſolide non capiant, imo & in illis quæ falſo tranſcendentales dictæ ſunt veritates, ultima meta eſto. Hoc enim axioma, quod primum vocant, *Quodlibet eſt, aut non eſt*, vel *Impoſſibile eſt idem eſſe & non eſſe*, in hoc reſolvitur & fundatur; Deus ex placito hoc volens, & ſtatuens, non eſt id ipſum non-volens, non-ſtatuens: non eſt negans ſuum placitum, non diſcrepans à ſe ipſo volente. Adeo ut nil ſit, ſui fundamentum & ratio, præter unum Deum, qui ex placito in omnibus unus ita viget, ut ejus placitum ſit vis omnium. Non libet plura dicere, ſed de his meminerimus in poſterum.

Item §. XXVI. XXVII. Suppono haberi ideam Dei ſummi, neceſſarii, ſufficientis, & quæ huc pertinent: hac utar tanquam medio demonſtrationis: moneo tantùm hic non eſſe quæſtionem de illa, ſive eam non eſſe quæſtionis ſubjectum; ſed

Digitized by Google

(quam ſuppono haberi) ideam mentis creatæ, intelligentis, volentis, liberæ: ſuppono & ideam extenſionis, & motus, & figuram, ſimileſque haberi, quæ omnia modò eſſentias, modò naturas, imo etiam veritates interdum nominavi, etſi veritates propriè dici poſſint ideæ ipſæ quatenus vel ſecum, vel cum aliis conferuntur, & convenientia multiplex inter ſeſe vel illas animadvertitur. De ideâ Dei, ut dixi, quæſtio non eſt. De veritatibus rerum creatarum, corporalium ſive ſpiritualium, ſi ſupponatur ideas ipſas remanere, etiam quæſtio non eſt: non enim quæritur an veritates ejuſmodi potuerint aliter eſſe dum ideæ & eſſentiæ ſubjectorum ſuorum ſupponuntur eſſe & manere: quia veritates ſunt ipſæ ideæ inter ſe collatæ; & abſurdum eſſet quærere an duo ſeorſim, & iterum duo ſeorſim, eſſent, nec tamen quatuor eſſent, hoc eſt, an unum quodque non eſſet ſeorſim duo, dum ſupponitur eſſe duo? An circulus poſſit habere diametros inæquales, hoc eſt, an figuræ, cujus omnes ſemidiametri ſunt una menſura, poſſint eſſe ſemidiametri qui collati ſint diverſæ menſuræ? An mens poſſit debite non amare Deum, ſive non pendere à Deo: hoc eſt, an res cujus natura ſtatuta eſt & ſupponitur eſſe ſumma Dei repræſentatio (hæc enim eſt mentis natura) poſſit, ad Deum relata, id debite non eſſe? Hæc ſunt impertinentia. Quæſtio eſt de ideis ipſis, aut de veritatibus cum ideis ſuis indivulſe ejuſdem ſortis conſideratis. Quæritur, An Ideæ Mentis, corporis, figurarum

ſint

ſint in ſe neceſſariæ, independentes, ut Deus neceſſario ipſas concipiat æternas & immutabiles: ita ut mentis creatæ idea, natura, veritates, non potuerint à Deo non concipi, nec potuerint aliter concipi; idem & de ideis corporis, figurarum; idem denique de utrarumque veritatibus poſtulatur. De primis, v. g. An non Deus potuit carere Mentis creatæ ideâ; vel ideâ amoris divini creaturalis; an non & corporum, & extenſionis, & figurarum ideis & relationibus, & omnibus quæ creaturas ſpectant potuit carere, ut is ſolus ſibi ſua ſolius ideâ & acquieſcentiâ eſſet omnia, ſi voluiſſet; excogitaveritque ex placito, ſine neceſſitate erga ſe, harum rerum ideas, prout ipſi libuit?

Atque hoc eſt quod confidentiſſime aſſevero: quippe qui videam evidentiſſime hoc negato, omnia quæ Dei eſſentiam concernunt, confundi, & conſequenter negari vel obſcurari: hoc autem aſſertum fundari in ipſiſſima Dei eſſentia, neque conſequenter differre ab hac propoſitione, Deus eſt; Deus eſt id quod eſt. Dico igitur. 1. Dei naturam eſſe abſolutè neceſſariam, abſolutam, ſibi ſufficientem, & potuiſſe æternum eſſe ſe ſolâ contentam, ſine ullius rei, à natura ſua diverſæ, ideâ. 2. Rerum ideas in pura & abſoluta Dei eſſentia, eſſe purum & abſolutum nihil, ſive, eas eſſentialiter, neceſſario, ex ſe, non involvi in Divina eſſentia, neque habere cum illa eandem radicem imperſcrutabilem, quæ ſine fundo & termino eſt. 3. Rerum ideas & veritates habere ſuum eſſe, ſuam realitatem

tem mutuare, ex libero Dei placito: hoc eſt, cauſa quod ſint & dentur ideæ veritateſque creaturales, ut ſic loquar, eſt Dei placitum. 4. Denique dico, Idearum & veritatum conſtitutiones & gradus, quod plus minuſve realitatis poſſideant, id ſic eſſe & dependere à Dei placito, ut aliter atque aliter ſe habere, ſi Deus voluiſſet, potuiſſent: (nempe potuiſſent non eſſe id quod ſunt, hoc eſt, potuiſſent eſſe nihil,) & factæ ſint id quod non erant, hoc eſt, ex nihilo factæ & conſtitutæ ſint reales & exiſtentes (conceptuali ſive ideali exiſtentia;) & potuiſſent aliæ quædam ſupponi alterius, majoris vel minoris perfectionis, ſi Deo placuiſſet. Quorum ſunt demonſtrationes deſumendæ.

Quæ omnia probe animadverſa, *non nugas* à me tradi, quas iſtiusmodi cum indignatione procul eſſe jure jubeas, palam fiet; aut *ſubtilitatem* in dictis aut cogitatis meis *eſſe quam nemo capiat*. Verum ſatis jam ex præcedentibus ſuperque clarum eſt quid velim. *Rem* fingere eique ab æterno locum adſcribere in mente Dei, & *ideale aliquod eſſe* tribuere ante Decretum, cui adeo tanta duntaxat libertas competat, ut ex illis ideis ſelectum faciat atque eligat, quibus res futuræ conveniant ſuo tempore & reſpondeant: heicque quærere rationem & radicem poſſibilitatis, aut impoſſibilitatis, non autem unicè in Dei liberrima conceptione formatione & diſpoſitione omnimoda periculoſus error eſt, meo quidem judicio. Atque ita intelligi facile poteſt, me rem nullam concipe-

re

re aut fingere, de qua dicere audeam, Deum eam facere non poſſe; proindeque multum differre & modo valde conſpicuo, dicere aliquid impoſſibile eſſe quia contrarium Deus decrevit, & dicere, illa res in ſe impoſſibilis eſt, ſeu fingi talis res poteſt quæ fuerit in mente Dei, aut eſſe potuerit in mente hominis quam tamen facere non potuerit, eo quod *in ſe eſſet impoſſibilis*: nihil enim agnoſco *quod in ſua natura tale ſit ut fieri poſſit*; nec cujus natura talis ſit, ut de eo judicare tuto liceat, impoſſibile eſſe, & fuiſſe, ante omnem liberam voluntatis divinæ determinationem. Nihil eſt & merum nihil, præter Deum, antecedenter ad actum liberum divinæ volitionis. Dictorum *ſubtilitatem* ride quantum velis, mihi ſolida videntur & perſpicuæ veritatis.

Adeo ut ſuperflua ſit atque iniqua petitio, quâ contendit *hoc refutandum* eſſe, cum toties jam totieſque refutatum ſit. Nimirum *quod Deus facere non poteſt*, *in ſe non eſſe impoſſibile*. Patet enim *in ſe* non eſſe ulla ratione: imo prorſus nihil eſſe; adeoque de ea quicquam prædicari poſſe; quod refutatum velle, abſurdum eſt. Id quod impoſſibile jure merito atque accurate dici poteſt, *in ſe* propriè *impoſſibile* non eſt, ſed eſt impoſſibile, quia Deus voluit aliud, quò volito, non potuit *hoc* ſiſtere, idem enim ſiſtere & non ſiſtere ſeu contrarium ſiſtere ſimul non incedunt; indeque petenda impoſſibilitatis omnis ratio eſt. Quæ cum dico an ita ineptiam, ineptiiſque meis an paſſim dicteria & convitia immiſceam, ut cum Bedda merito in

T cun-

eundem cenſum redigar a Limborgio, penes Lectorem judicium ſit. De rebus loquor, nec quicquam ipſi impingo mali, niſi quod ab ipſo perpetratum eſt, & quidem eo ipſo in ſcripto, quod adverſus me edidit; vera nomina rebus & factis imponere, ſi calumniari ſit, culpam fateor.

Poſt convitia in me denuo conjecta, ex ordine hac in ſcriptione probè obſervato, tanquam graviore febrili paroxyſmo correptus convulſiones patitur, & delirio laborat, ſed inamæno prorſus, nihil enim niſi calumnias, deriſiones & neſcio quæ non atræ loliginis præter modum effervеſcentis effecta ex homine audias; quo impetu ceſſante denuo ad rem ipſam redit, vide obſecro quæ evomat. § autem XL. procella illa compoſita halcyonium redit intervallum, quod qualicunque rei pertractioni impendit. Meo autem me gladio jugulare cupit, ſed fruſtra, Verba mea erant p. 189. & 190. „*Ubi ipſius Dei exuperantiam in-*
„*tueor, citra & ante liberam voluntatis determi-*
„*nationem, ad illam machinam faciendam quam*
„*jam fecit, affirmare haud vereor, potuiſſe Deum*
„*aliâ machinâ, aliâ prorſus ratione, ſuæ Expri-*
„*mibilitatis exhibere ſpecimen.* Hinc concludit *er-*
„*go talis machina erat poſſibilis*, quod ego pernego, cum ſolum inde ſequatur, ergo Deus naturâ ita eſt exuperante omniſufficiens, ut, videns hoc ejus ſpecimen, merito ſtatuam, Deum potuiſſe, ſi voluiſſet, aliam, & prorſus ab hac diverſam machinam, ex voluntatis arbitrio concepiſſe & faciendam decreviſſe. Machinam autem aliquam

non

non formo apud animum, neque illius ideam menti divinæ ante decretum naturalem adfingo, unde nec certam quoque aliquam, determinatam, poſſibilem dico: dico ſolum, quid de inexhauſta Dei exprimibilitate & omniſufficientia ſentiam. Machinam igitur antecedenter ad voluntatis determinationem, talem, aut talem, neutiquam agnoſco, nedum ſtatuam eam poſſibilem eſſe aut ex vero dici. Sed, intuitu hujus machinæ, illiusque cum Dei omniſufficientia, facta collatione, ſatis ſuperque convincor, Dei illam exuperantiam exhauſtam non eſſe; ſed, ſi voluiſſet alias condere, eas ſibi in mente formare & juſſu ac nutu producere potuiſſe. Alia machina heic re ipſa nihil eſt, meraque mentis fictio, eum in finem excogitata, ut mentem melius exprimam.

Si autem *talis machina poſſibilis fuit Deo, novit etiam Deus eam ſibi poſſibilem fuiſſe; quod enim tu Deo poſſibile eſſe noviſti, idem & Deus de ſe novit. Novit itaque Deus qualis machina ſibi poſſibilis ſit. Eſt ergo in intellectu divino illius machinæ idea, non quaſi futuræ, ſed tantum quaſi poſſibilis. Atqui ſic proprio tuo judicio, Spinoziſmum evitare nequis.* Faterer lubens id quod ultimo concludit, ſi de præcedentibus ſentirem uti ipſe ſibi imaginatur. Verum, 1. *machina & talis machina non fuit Deo poſſibilis*, haud enim ullius machinæ aut rei cujuſquam poſſibilitas citra Dei voluntatem concipi poteſt, 2 Nec citra decretum Deus novit eam aut illius poſſibilitatem, 3 Nec eſt, nec eſſe potuit in intellectu Dei, ullius aut rei

aut machinæ idea, niſi Deo eam ex arbitrio adeoque liberrimè ſibi concipiente. *Supponit* Limborgius *naturam poſſibilitatis independentem, quam Deus non ſtatuerit ex arbitrio & placito ſuo, ſed cujus ideam prius veram neceſſario concipiat, eò per illam determinatus, & ad cujus menſuram potentia ſeſe accommodet* Poiret l. c. L. III. C. XIII. §. XII. quæ erronea cogitatio eſt. 4 Non eſt ergo *in intellectu divino illius* aut ullius *machinæ idea,* nec ut futuræ nec ut poſſibilis. 5 Niſi enim in mente Dei libere formata ſit, poſſibilis non eſt. Quapropter immenſum abſum a Spinoziſmo, contra quàm hic ſibi imaginatur Limborgius.

Qui, ſi ad omnia probè attenderit, veritati forte paulo accedet propius, id quod facili negotio ex § ſequente XLI. colligere eſt. Clariſſimum Burmannum, dicentem, *potuiſſe Deum alium naturæ ordinem inſtituere, quando nobis alias ideas ordini iſti convenientes indidiſſet*, rogaverat Limborgius in Theol. Chriſt. L. XV. §. VII. *unde hoc conſtet?* additque ipſe, *non poſſunt id probare, niſi principium petendo, & aſſumendo id quod in quæſtione eſt*, quibus dictis ego hæc repoſui pag. „189. „*Vel an tu ſtatuis*, alium naturæ ordinem „inſtituere Deum *non potuiſſe?* Quod jure interrogo, eo quod Burmannus id poſuerat; etenim id quod neſcis unde conſtet, quod *probari non poteſt*, niſi *petitione principii*, id utique falſum putas, pergo itaque „*An igitur ex naturæ Dei indole* „*ſequitur talis rerum ordo qualis eſt in præſenti?* „*Deus igitur tandem cauſa tantum emanativa erit,*

„*rit, adeoque tota rerum univerſitas talis, quia „natura Dei talis. Verum ſic tu non verba a Spi„noza mutua accipis, bone Vir, quod Burmanno „crimini vertebas, ſed ſententiam ignarus ample„ćteris & profiteris!* addat Lector quæ ſequuntur. Hiſce non reſpondet tantum, verum manifeſte cedit & manus dat Limborgius, palam nunc agnoſcens, id quod *unde conſtaret* modo neſciebat, & probari, *abſque principii petitione* non poſſe dixerat, *imo*, ſic jam ſonant ejus verba, *ego ſtatuo non tantum potuiſſe Deum alium naturæ ordinem inſtituere, ſed ſicut hunc naturæ ordinem liberrime inſtituit, ita &, pro infinitate Sapientiæ ſuæ, alium, atque rurſus alium, pro liberrimo ſuo beneplacito inſtituere potuiſſet.* Largiris igitur id quod antea rejeceras: & quo meæ ſententiæ immotum fundamentum ponitur.

De rerum ordine prorſus contrario non fuerat quæſtio ſed de diverſo: niſi *alius*, quô vocabulô uſus erat Clariſſimus Burmannus, meo homini tantundem valeat ac contrarius.

Duo dixerat Burmannus, utrique tum quærendo tum ratiocinando ſe oppoſuerat Limborgius. Hic nunc in anguſtias redactus, unum ſe tantum negaſſe dicit, nimirum poſterius, quo dixerat B. *tum nobis alias ideas iſti ordini convenientes indidiſſet*, Quod, licet contrarium ex utriuſque dictorum collatione pateat, ut ut pro verò accipiam, nondum expediet Limborgium: Burmannus enim in ſecundo colo *alias ideas* memorat iſti ordini convenientes, non contrarias, de quibus ut reſponſionem ſuam

ſuam jam accipiam poſtliminio poſtulat Limborgius. Nimirum ea æquitate eſt, ut velit nos reſponſionem, verbis adverſarii ſui, ab ſe expreſſis, datam, accipiamus, tanquam datam, non illis, ſed aliis iſtac periodo non memoratis. Adeo ut, ſi ſequentia hominis verba legeris, deprehenſuris ſis, ſepoſito candore, ſua ipſius dicta, contra expreſſum eorum tenorem, violenter torquere ut evadat. Audi quæſo: dicit, *probari non poſſe niſi principium petendo*, at quidnam illud eſt? *talem rerum naturam Deum inſtituere potuiſſe, quæ huic quam inſtituit plane adverſa atque contraria ſit, in qua bis ter non facerent ſex &c.* Verum de priore hoc a te dictum eſſe, contextus tuus palam facit: poſtquam enim & quæſtionem illam & principii petitionem obtenderas, illius theſeos de *bis ter* &c, demum mentionem facis, cui ſoli te id reſpondiſſe perplexus nunc affirmas. Poſtquam enim dixeras *non poſſunt id probare, niſi principium petendo, & aſſumendo id quod in quæſtione eſt*; tum demum ipſe infis; *Sed præterea; quæro an ea potentia Dei eo uſque extendatur, ut facere poſſit ea quæ nunc manifeſte cognoſcimus contradictoria*. Præterea id quæris. Quo colore igitur jam obtendis illi theſi reſpondiſſe te verbis, quibus finitis, ipſe demum hac de re loqui incipis. *Præterea*, id eſt, præter ea quæ jam dicta ſunt, quæſtionim: & principii petitionis exprobratio, diſputari dicis id, cui jam dicta te unice repoſuiſſe hic contendis. Verum, cum ita confuſe agere inceperis, ut ne tua quidem intelligas, ægre nimis non feram idem tibi in meis & circa mea eveniſſe.

Poſt-

Poſtquam enim dixeras quæſtionem eſſe de ordine rerum ita huic *contrario*, ut *bis ter non facerent ſex*, aut omnes ſemidiametri in circulo non ſint æqualis longitudinis, ſubdis, dicit Waeyenus *id conſtare ex inexhauſta Dei omnipotentia* &c. Ipſa illa dicta Clariſſimi Burmanni, quæ non tantum mea non feci, ſed de quibus diſſenſum cum Viro Clariſſimo meum exertè ſignificavi, jam tandem non tantum mea erunt, ſi credas Limborgio, verum & eorum probationem inſtituo: dicit Waeyenus *id conſtare ex* &c. At quid illud eſt, quod *conſtare ex* &c. dixerim: audi Lector & mirare, *bis ter non facere ſex* &c. Miſeret me hominis ita turpiter fluctuantis & perplexi. *Tam longe a Spinozismo abeſſe Burmannum, ut forte longius quam par eſt ab eo in contrarium iverit* ajo p. 175. ſignate in eo quod dixerit *bis ter non futura eſſent ſex* &c. Adeo ut id meum non tantum non fecerim, verum modeſte rejecerim p. 176. & 189. tandemque p. 192. hic in tuo Tractatu p. 108. ita expreſsè. „*Potuiſſe Deum iſtiusmodi ſtruere rerum ordinem, ubi* bis „duo non *ſint* quatuor, *aut* triangulum non *habeat* „tres angulos, *me quidem judice non verè, minus* „*accuratè dicitur.* Et tu heic contendis me id amplecti non tantum verum & probatum ire. *Dicit Waeyenius* „*id conſtare ex inexhauſtâ Dei Omni*„*potentia* & Ego Limborgi? Verba citas & charactere, uti fieri ſolet, diverſo exprimis, ne mea eſſe dubitet Lector. Verum nec mea ſunt, nec, ſi mea eſſent, ad id probandum quod in Burmanno carpſerat, unquam prolata. In citandis verbis aut

Digitized by Google

enarranda ſententia Eraſmi, an Bedda ille tuus unquam gravius fuerit hallucinatus, quam tu heic quidem loci, multus dubito. Abſit tamen ut te cum ignorantiſſimo nebulone componam; At & mihi imputare deſinas ea quæ non admitto, nedum ut in rationes meas referas probationem ulteriorem eorum quæ nunquam affirmavi, nedum ut probanda in me ſuſceperim; aut refutanda, quæ mihi nulla ratione adverſentur. *Probari*, inquis, *id rectitudini Dei naturali repugnaturum; hoc à Waeyenio refutandum erat.* Verum non me ſed Burmannum hæc ſpectant, *adeo ut non ſit quod hiſce diutius immoremur*, inprimis cum ipſe *confirmem* id quod *a te dictum erat*: adeoque inepte eodem halitu à *Waeyenio refutandam* dicis rationem eandem, qua ego, paucis mutatis, pariter convello id, quod, meo quidem judicio, à Clariſſimo Burmanno ita ſtatui non debuiſſet. *Si hoc agnoſcit*, inquit, Limborgius, *quid me reprehendit.* Agnoſco nec *vere* nec *accurate* dici Deum potuiſſe &c: ut *bis duo* non ſint *quatuor*, nec tamen multiplicem deeſſe te carpendi & corrigendi, occaſionem, toties jam oſtendi, ut id ſciſcitari *inſciti-* inſignem prodat.

Quæ tanta eſt, ut vix noviſſe videaris quid ajas aut quid neges. *Porro*, §. XLII. *& hoc carpit*, nim: Waeyenus, at quid ille carpit? *quod dixi*, inquit, *quaſdam eſſe æternas veritates &c.* Aſt ubi id carpo, ut id rogare haud verearis; quid hic *reprehendo*? Nihil prorſus, utique verbum *reprehenſionis* heic nullum ex me proferre potuiſti, quin

quin tandem me *conſenſum fateri* dicis, quid igitur heic carpſi, quid reprehendi? Benignè excepi verba adverſarii, blandaque repetitione mea feci, ea tamen adhibita prudentia, ut in meæ ſententiæ detrimentum capi haud poſſint.

Et ut ne tibi lateat quo reſpexerim; relege paginas 191 & 192 & videbis. Quemadmodum, Deo vocante, nihil ſiſti poteſt, quod non, eo ipſo, relationem habeat ad Deum, eumque exprimat ſuo modulo; ſic inprimis in creatura rationali id ſedulo obſervandum eſt. Verum quemadmodum, præter generalem & communem omnium relationem ad Deum & ſe invicem, rationalium ſeu cogitantium ratio ſingularis eſt; relatio enim ea inſigni diverſitati ſubeſt, pro diverſitate aut ipſius creaturæ cogitantis, aut peculiarium circumſtantiarum, pro quarum diverſitate, ex conſideratione ejuſdem eſſentialis divinæ ſanctitatis & rectitudinis, diverſa debita fluunt atque officia ſic ex ipſa naturali Dei rectitudine utrumque ſequitur. Quod Adam & Evæ incumbat cura Abelis & Kaini, Abelo autem viciſſim & Kaino conveniat obedientia ergo Adamum & Evam, liquidè ex divinæ ſanctitatis rectitudine licet non niſi illatione adhibita, ſed quæ clara ſit & limpida, patet, non tamen de iis officiis, ut ut ex naturali ſanctitate profluentibus, cogitare Deo naturale fuit, naturale enim ei non fuit, ſed liberum creare Adamum & Evam & ex ipſis filios producere; quod licet libere propoſuerit, non potuit tamen non inferre obligationem ad officia jam memorata, non tan-

quam debita, virtute legis præcepti in placito, ſed tanquam debita juris, ex ipſa divina Sanctitate profluentis. Hinc quamvis Deus cum Adamo tanquam totius humani generis ſtirpe & capite fœdus pepigerit, ex ipſa tamen naturali Dei rectitudine ſequitur tam obligatio ad obſervantiam illius fœderis in genere, quam ſignate rationem habendam univerſæ poſteritatis ex uno ſanguine propagandæ. Sexcenta ſimilia enumerari poſſunt. Certe illæ veritates, quantumvis in ſenſu compoſito, uti in Scholis loquuntur, ex naturali Dei Sanctitate profluant, a Deo tamen noſci non potuêre, niſi ſcientiâ viſionis, adeoque poſt decretum conſiderata, æternæque non rectè dicuntur & Deo naturales, niſi poſitis ponendis, quæ a libera Dei conceptione formatione & vocatione penitus dependent.

Hinc colligere poteris, quantumvis forte conſentiamus, remanere diſſenſionem ſatis manifeſtam, eamque non de vocibus ut contendis p. 78. ſed de reipſa; ut, neceſſe non habeam, verbis tuis ſenſum affingere: præterquam quod profligatæ illud nequitiæ ſit atque impietatis, *quæ in hominem ſani cerebri cadere non poteſt, nimirum res eſſe ex ſe poſſibiles, etiamſi nulla ſit cauſa quæ eas producere poſſit.* Res poſſibiles concipis ante Decretum, earumque ideas Deo, non ex libera voluntatis determinatione formatas, ſed naturales, ſed neceſſarias fingis; ex quibus ſelectum quidem liberum Deo largiris, ſed qui ſupponat tamen idealem illam, liceat ita loqui rerum omnium poſſibilium extantiam, ante omnem liberum voluntatis actum,

in

Digitized by Google

in mente Dei; nihil hic tibi præterea tribuo, nedum affingo. *Res enim ex ſe poſſibiles eſſe, etiamſi nulla ſit cauſa* quæ eas producere poſſet, dic ſodes ubi tibi tribuerim, locum indica ubi in illum ſenſum detorſerim verba tua; erras Limborgi, verum ita graviter ita præfractè, ut neſciam quid candoris aut pudoris tibi reliquum eſſe poſſit. Haud nimis ſeriò in te, homine, virtutis ſpeciem fingente, reprehendere poſſum errorem ita craſſum, imo, dicam quod res eſt, portentoſum & ſplendidum mendacium. Floſculos jam ſparge, excute verboſæ tuæ atque aculeatæ facundiæ loculos, ride Waeyenium quantum velis, non tamen à palpabilis mendacii crimine abſolvet te conſcientia aut tua, aut ullius Lectoris, uſque dum probaveris me tibi affinxiſſe ſenſum, quo verba tua ſignificent *poſſibiles te res* ſtatuere, *etiamſi nulla ſit cauſa quæ eas producere poſſit. Polos* autem heic denuo aut *ſpatia imaginaria* memoraſſe, quid aliud eſt, quam puerilium errorum tuorum memoriam refricare Lectori? Confer ſis quæ de iis notavi pag. 46.

Denuo quantum ſtylo polleat, quam artificioſe & per quos cuniculos famam proximi lædere didicerit, videre eſt ad finem hujus §. XLIII. Menenii Agrippæ, Valerius Maximus eum *Valerium* vocat, non ſine manifeſto errore, ex Livio & Halicarnaſſenſi Dionyſio corrigendo, Menenii igitur, Valerii alicujus olim in Conſulatu, nunc in hac legatione collegæ exemplum me ea in parte probè ſecutum eſſe, quod plus ſemel periculoſiſſimos fluctus componere datâ occaſione non neglexerim, gloriæ duco.

Quiritium certè adverſus patres animos nunquam ſuſcitavi. Tribunitiam poteſtatem proceribus obtruſam ſuaſi nullibi, imo ne quidem creatam vidi, ſed aliunde accedens repperi & deteſtatus ſum. Documenta in promtu forent, omni exceptione majora, ſi id jam ut agerem aut flagitaret neceſſitas, aut ferrent tempora. Ut, rerum geſtarum pariter atque indolis hac ſaltem in parte meæ ignari, doloſam inſimulationem ſecurè ſuſque deque habeam. Veritas temporis nonnunquam filia. Plebem præterea Menenii, quem ἀνδρῶν ἀριστοκρατικῶν ἐπιφανέστατον nuncupat Halicarnaſſenſis Dionyſius, gregem ineptè atque ignoranter dici, ejusmodique in urbem ingreſſum fingi, qui nullo idoneo teſte firmatur, pluraque alia heic animadverti poſſent, ſi minutiis captandis Limborgio vellem adſimulari.

De rerum aut eventuum contingentia probe cum neceſſitate eventus concilianda, cum ſcribi vix quicquam poſſit quod non ſcriptum ſit ſæpius; ſatius erit alios duntaxat audire, quam ut vel tantillum addam. Præterquam quod ita appareat nil niſi obſoletas nobis nænias canere Limborgium §. XIV. His quæ ex Kendallo ſupra allegavi, pauca ex Poireto addam: ſic ille Lib. III. Cap. XIII. §. XXV. Accedo ad *tertiam* quæſtionem de contingentia & neceſſitate rerum quæ exiſtere dicuntur, de quibus dico poſſe aſſeverari, Omnes, nulla excepta, exiſtere contingenter, quatenus conſidero eas in ſe nullam habere neceſſitatem exiſtendi, imo etiam quatenus Deus eas non ex neceſſitate ſtatuit ponere atque poſuit. Sed cum animadverto, omnem, quæ eſt eritque, realitatem,

tem, non poſſe niſi à Deo poni; neceſſe eſſe determinatam Dei voluntatem non fruſtrari; Denique, cum ſit cogitatio perfectiſſima, infallibiliter omnia quæ (poſita eorum conditione ubi conditionalia ſunt) determinavit cogitare & noſſe; non poſſum non adduci eo ut concludam omnia quæ exiſtunt, neceſſario, hoc ſenſu, exiſtere: cum nulla in rebus major neceſſitas excogitari poſſit ea, quæ eſt ex cauſa efficienti efficaci & determinata effectus poſitio & ſequela. Quod ſi ex rebus ipſis nonnullæ contingenter, aliæ vero neceſſario exiſtere & fieri dicantur, ea quarundam rerum contingentia aliarum neceſſitati oppoſita nil aliud denotat ut plurimum, quam ignorantiam noſtram. Nempe cum ſciamus experientia Deum per quædam uno modo operari, v. g. per ignem calefacere, poſſimuſque id certo prædicere futurum poſito igne, nec fallimur, eapropter dicimus id fieri neceſſario; Sed cum quædam ſint per quæ Deus diverſa operatur, videlicet per cogitationem hominis, nec ille nobis revelaverit quænam ex pluribus ſit operaturus, adeoque id ignoremus, nec poſſimus certo prædicere certum effectum, v. g. certum conſiliorum, aut optatorum eventum, dicimus hic contingenter fieri quæ eveniunt. Etiam ubi omnes rei alicujus cauſas, quia forte ſub ſenſus cadunt, videmus, rem dicimus neceſſario fieri, ut, moveri neceſſario corpus violenter à majore pulſum: at dicimus rem fieri contingenter, cum an cauſæ, ſaltem quædam, ſub ſenſum non cadentes, adſint necne, ignoratur, unde nil neceſſario,

 ſed

ſed omne à nobis contingenter ſequi dicitur, quia quid ſecuturum ſit ignoratur. Sunt qui & omne quod ſpontanee à Mente procedit, contingenter fieri dicant; quibus omnibus ſua verba concedamus, modo agnoſcant, realitatis cujuſcunque, ipſius etiam ſpontaneitatis, poſitionem infallibiliter poni ex Dei voluntate liberrrima, potentiſſima, nulliſque defectibus obnoxia.

Sed quorſum illa? cum ad ἐχεμυθίαν meum hominem redegerim uno & catechumenis dudum noto argumento. *Oſſa Chriſti*, præter morem & hominum propoſitum, non fracta eſſe conſtat. Libertate ſua uſos, & deliberato animo egiſſe Romanos milites ipſe Johannes teſtis eſt xix. 32, 33. Fractio igitur aut non fractio eventus contingens erat, utpote cui intervenit determinatio arbitrii humani. Fieri tamen, ratione eventus, non poterat, ut milites oſſa Chriſti frangerent; prædictum enim, imo typô effigiatum erat, id non futurum, quod & notat Euangeliſta verſu 36. Adde id quod in eodem contextu reperitur de perfoſſione lateris Chriſti. Actio erat ſua indole contingens, ſed ita tamen certo futura, ut pariter prædictam dicat Johannes. Quid hic Limborgius? Cedit loco, receptui canit, Scripturæ forte iratus, cujus verba ſibi objecta ne tangit quidem, nedum explicat, taceo ut oſtendat, vel oſtendere tentet ea ſibi adverſa non eſſe. Nimirum ita probè imbutus rerum cognitione eſt, ut quicquid Scriptura dicat aut non dicat, vera tamen eſſe debeant, quæ Arminianus docet. Rogo & obteſtor hominem, 1. an non contingenter futurum

ſue-

fuerit, id, quod non futurum tamen erat, niſi interveniente libera hominis electione & decreto? 2. An, tum non-fractio oſſium Chriſti, tum perfoſſio lateris ejus libera fuerit & ex liberi arbitrii determinatione altera omiſſa ſit, altera autem commiſſa. 3 An non utrumque a Deo fuerit prædictum, imo alterum in typo conſpiciendum jam olim exhibitum? 4 An igitur eventus illi fallere potuerint? 5 An non igitur, haud obſtante, *tum* præviſione, *tum* præordinatione divinâ, contingens & liber fuerit, naturam ejus ſi ſpectes, uterque eventus. Ad hæc reſponde, aut fatere, id quod res eſt, te, nihil in promtu habentem, quo, non tam objectioni meæ, quam limpido Dei verbo, faceres ſatis, pulverem movere, potius, quam ut abſque nebula videret lector quod ipſi præ oculis erat.

Tam ineptè tam miſerè cauſam agis, ut tyrones tui non poſſint ineptius. Principium petis, *Si cauſa determinata ſit ad operandum, neceſſaria eſt.* Dicam diſtinctè. Cauſa ſecunda libera *in Deo vivit movetur & eſt*, non operatur niſi dependenter à Deo. Hæc ad operandum *deſtinata* eſſe debet, antequam ſe determinet ad operandum. Non autem ſe determinat niſi liberè, adeoque liberè operatur, pro ea qua eſt indole, licet agat *id quod manus & conſilium Dei prædeterminavit ut fieret.* Act: IV. 27. Hæc prædeterminatio non tollit ſed ponit libertatem: licet eventus, ea poſita, fallere haud poſſit, effectus tamen non deſinit eſſe liberæ voluntatis humanæ. Adeo ut erres toto

cœlo

coelo quando contradicentia eſſe pronuncias, *eventum eſſe contingenter futurum, ita tamen, ut non evenire non potuerit*. Non potuit enim fieri, niſi interveniente liberi arbitrii dependentis determinatione liberâ & ſpontaneâ: atque ita contingenter fit idem, quod, ratione eventus, non fieri non poterat. Quæ ad finem uſque hujus §. ſequuntur, cum Clariſſimum Burmannum ſpectent, heic prætereo.

Iis quæ §. XLV. mihi objicit, ſatis ſuperque in præcedentibus reſponſum eſt, nec quicquam deinceps occurrit, quod ulteriore examine indigeat. De Cl. Burmanni mente ſatis ſuperque brevi erudietur.

Æquitatis regula quam ponit §. XLVIII. ſanctè à me obſervata eſt, nec unquam abſurda, quibus ſententia alterius gravari poteſt, in diſſentientis rationes retuli, ac ſi id ſtatueret, quod ex ejus opinione ſequitur. Et tot ſunt ac tam craſſi hominis noſtri errores, ut, qui hac in parte compeſcere ſe difficulter forte queat, facili tamen negotio obſervaturus ſit, eum, qui Limborgium oppugnare velit, iſtiuſmodi malæ fidei auxilio prorſus non indigere. Videat modo cordatus lector ea quæ *de adorabilitate independente & quæ ex eſſentia fluit, & ea quæ ex gratioſa Dei donatione eſt, eſſentiamque Dei non neceſſariò requirit* habet Theol. Chriſt. L. V. Cap. XVIII. §. XIII. p. 473. b. ubi & *omnipotentiam atque omniſcientiam* comminiſcitur, quæ, *nec eſſentialis ſit nec abſoluta. Chriſtum Mediatorem inferiore honoris ſpecie* colendum eſſe, quam

qua

qua Deum colere tenemur, ibidem §. x. *Adorationem Chriſti* diverſum quid eſſe *ab invocatione* §. 111. *Adorationem cultum eſſe invocatione majorem. Invocationem eſſe auxilii implorationem.* Omniſcientiam tamen atque omnipotentiam ad adorabilitatem requiri, *ut omnibus adorantium neceſſitatibus ſuccurrere* is poſſit, qui adoratur §. 111. & x111. *Auxilii* tamen *implorationem* ſignate refert ad *invocationem* §. 111. quam Chriſto Mediatori abjudicat. Alibi ne impeccabilitatem quidē in Chriſti humana natura agnoſcit, utpote quæ ei communicari non poſſit, non communicatis reliquis attributis divinis Lib. IV. Cap. XIII. §. XVIII. Ut omnipotentia atque omniſcientia communicari potuerint, impeccabilitas non item, niſi & reliqua attributa eſſent communicata. Imo omnipotentia atque omniſcientia Chriſto communicatæ impeccabilem tamen non reddidere. Et potentia peccandi ſimul Chriſto convenerit atque una cum omnipotentia atque omniſcientia communicata. Illa demum Theologia eſt. Illa eſt qua ingens opus replevit Arminianus Profeſſor Limborgius. Miror autem hominem turpiter in prima elementa impingentem, ita proterve in me debacchatum, tanto cum faſtu aliis ita ſerio optimas moderationis & æquitatis Chriſtianæ regulas præſcribere; *amarulentiamque & iracundiam*, nec non *convitia ac probra abeſſe jubere;* poſtquam ſine modo hoc ipſo ſcriptos hujus moniti oblitus, toties me totieſque de-

riſit, læſit, famamque meam turpiter proſcidit. Quod niſi ſingulis paginis conſpicuum eſſet, floſculorum collectione probarem.

Id unum Lectorem precor, ut ſi de hac noſtra diſceptatione judicare ex æquo & bono velit, ſcripta conferat, videatque mea maximam partem intacta eſſe, & non niſi ordine prorſus turbato à Limborgio oppugnari potuiſſe.

FINIS.

Digitized by Google

DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ

Pars prima

Articulis duobus, continet teſtimonia

EX S. SCRIPTURA ET RABBINIS

I De SS. TRINITATE

II De CHRISTO.

Pars ſecunda

DE

JUDÆORUM CABBALA,

qua S. Scripturam interpretantur.

AUTORE

D. JOHAN: STEPHANO RITTANGELIO,

Bambergenſi,

S. Linguæ in illuſtri Academia Regiomont. Profeſſori.

FRANEQUERÆ;

Apud WIBIUM BLECKI Bibliopolam. 1699.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ,

PARS PRIMA.

MAnifeſtum eſt, omnia creata in honorem Creatoris ſui Omnipotentis & Magnificentiſſimi creata eſſe. Si enim oculos intellectus tui ſurſum levabis in cœlum, magnificenitſſimam illam ſtructuram contemplaturus, non invenies illic locum vacuum, ſed variarum illam diverſarumque ſpecierum multitudine plenam: cœleſtia, exercitum altiſſimum, altiſſimum inquam, & omnes illorum operationes intellectuales impulſu quodam *naturæ* operantes.

2. Si vertas oculos tuos intellectus in terram deorſum: ecce terrena illa, ut beſtiæ, agri, & animalia terræ, omneſque illorum operationes *naturæ* quodam impulſu, & quidem corporeæ; uſque dum perveneris ad ſummam & complementum omnium, nempe ad hominem, cujus anima de cœlo & ſuperioribus, corpus vero de terra & inferioribus

Quiritium certè adverſus patres animos nunquam ſuſcitavi. Tribunitiam poteſtatem proceribus obtruſam ſuaſi nullibi, imo ne quidem creatam vidi, ſed aliunde accedens repperi & deteſtatus ſum. Documenta in promtu forent, omni exceptione majora, ſi id jam ut agerem aut flagitaret neceſſitas, aut ferrent tempora. Ut, rerum geſtarum pariter atque indolis hac ſaltem in parte meæ ignari, doloſam inſimulationem ſecurè ſuſque deque habeam. Veritas temporis nonnunquam filia. Plebem præterea Menenii, quem ἀνδρῶν ἀριστοκρατικῶν ἐπιφανέστατον nuncupat Halicarnaſſenſis Dionyſius, gregem ineptè atque ignoranter dici, ejusmodique in urbem ingreſſum fingi, qui nullo idoneo teſte firmatur, pluraque alia heic animadverti poſſent, ſi minutiis captandis Limborgio vellem adſimulari.

De rerum aut eventuum contingentia probe cum neceſſitate eventus concilianda, cum ſcribi vix quicquam poſſit quod non ſcriptum ſit ſæpius; ſatius erit alios duntaxat audire, quam ut vel tantillum addam. Præterquam quod ita appareat nil niſi obſoletas nobis nænias canere Limborgium §. XIV. his quæ ex Kendallo ſupra allegavi, pauca ex Poireto addam: ſic ille Lib. III. Cap. XIII. §. XXV. Accedo ad *tertiam* quæſtionem de contingentia & neceſſitate rerum quæ exiſtere dicuntur, de quibus dico poſſe aſſeverari, Omnes, nulla excepta, exiſtere contingenter, quatenus conſidero eas in ſe nullam habere neceſſitatem exiſtendi, imo etiam quatenus Deus eas non ex neceſſitate ſtatuit ponere atque poſuit. Sed cum animadverto, omnem, quæ eſt eritque, realitatem,

tem, non poſſe niſi à Deo poni, neceſſe eſſe determinatam Dei voluntatem non fruſtrari; Deumque, cum ſit cogitatio perfectiſſima, infallibiliter omnia quæ (poſita eorum conditione ubi conditionalia ſunt) determinavit cogitare & nolle; non poſſum non adduci eo ut concludam omnia quæ exiſtunt, neceſſario, hoc ſenſu, exiſtere: cum nulla in rebus major neceſſitas excogitari poſſit ea, quæ eſt ex cauſa efficienti efficaci & determinata effectus poſitio & ſequela. Quod ſi ex rebus ipſis nonnullæ contingenter, aliæ vero neceſſario exiſtere & fieri dicantur, ea quarundam rerum contingentia aliarum neceſſitati oppoſita nil aliud denotat ut plurimum, quam ignorantiam noſtram. Nempe dum ſciamus experientia Deum per quædam uno modo operari, v. g. per ignem calefacere, poſſimuſque id certo prædicere futurum, poſito igne, nec fallimur, eapropter dicimus id fieri neceſſario: Sed cum quædam ſint per quæ Deus diverſa operatur, videlicet per cogitationem hominis, nec ille nobis revelaverit quænam ex pluribus ſit operaturus, adeoque id ignoremus, nec poſſimus certo prædicere certum effectum, v. g. certum conſiliorum, aut optatorum eventum, dicimus hic contingenter fieri quæ eveniunt. Etiam ubi omnes rei alicujus cauſas, quia forte ſub ſenſus cadunt, videmus, rem dicimus neceſſario fieri, ut, moveri neceſſario corpus violenter à majore pulſum: at dicimus rem fieri contingenter, cum an cauſæ, ſaltem quædam, ſub ſenſum non cadentes, adſint necne, ignoratur, unde nil neceſſario,

ſed omne à nobis contingenter ſequi dicitur, quia quid ſecuturum ſit ignoratur. Sunt qui & omne quod ſpontanee à Mente procedit, contingenter fieri dicant; quibus omnibus ſua verba concedamus, modo agnoſcant, realitatis cujuſcunque, ipſius etiam ſpontaneitatis, poſitionem infallibiliter poni ex Dei voluntate liberrrima, potentiſſima, nulliſque defectibus obnoxia.

Sed quorſum illa? cum ad ἐχεμυθίαν meum hominem redegerim uno & catechumenis dudum noto argumento. *Oſſa Chriſti*, præter morem & hominum propoſitum, non fracta eſſe conſtat. Libertate ſua uſos, & deliberato animo egiſſe Romanos milites ipſe Johannes teſtis eſt XIX. 32, 33. Fractio igitur aut non fractio eventus contingens erat, utpote cui intervenit determinatio arbitrii humani. Fieri tamen, ratione eventus, non poterat, ut milites oſſa Chriſti frangerent; prædictum enim, imo typô effigiatum erat, id non futurum, quod & notat Euangeliſta verſu 36. Adde id quod in eodem contextu reperitur de perfoſſione lateris Chriſti. Actio erat ſua indole contingens, ſed ita tamen certo futura, ut pariter prædictam dicat Johannes. Quid hic Limborgius? Cedit loco, receptui canit, Scripturæ forte iratus, cujus verba ſibi objecta ne tangit quidem, nedum explicat, taceo ut oſtendat, vel oſtendere tentet ea ſibi adverſa non eſſe. Nimirum ita probè imbutus rerum cognitione eſt, ut quicquid Scriptura dicat aut non dicat, vera tamen eſſe debeant, quæ Arminianus docet. Rogo & obteſtor hominem, 1. an non contingenter futurum fue-

fuerit, id, quod non futurum tamen erat, niſi intervenientе libera hominis electione & decreto? 2. An, tum non-fractio oſſium Chriſti, tum perfoſſio lateris ejus libera fuerit & ex liberi arbitrii determinatione altera omiſſa ſit, altera autem commiſſa. 3 An non utrumque a Deo fuerit prædictum, imo alterum in typo conſpiciendum jam olim exhibitum? 4 An igitur eventus illi fallere potuerint? 5 An non igitur, haud obſtante, *tum* prævifione, *tum* præordinatione divinâ, contingens & liber fuerit, naturam ejus ſi ſpectes, uterque eventus. Ad hæc reſponde, aut fatere, id quod res eſt, te, nihil in promtu habentem, quo, non tam objectioni meæ, quam limpido Dei verbo, faceres ſatis, pulverem movere, potius, quam ut abſque nebula videret lector quod ipſi præ oculis erat.

Tam ineptè tam miſerè cauſam agis, ut tyrones tui non poſſint ineptius. Principium petis, *Si cauſa determinata ſit ad operandum, neceſſaria eſt.* Dicam diſtinctè. Cauſa ſecunda libera *in Deo vivit movetur & eſt*, non operatur niſi dependenter à Deo. Hæc ad operandum *deſtinata* eſſe debet, antequam ſe determinet ad operandum. Non autem ſe determinat niſi liberè, adeoque liberè operatur, pro ea qua eſt indole, licet agat *id quod manus & conſilium Dei prædeterminavit ut fieret.* Act: IV. 27. Hæc prædeterminatio non tollit ſed ponit libertatem: licet eventus, ea poſita, fallere haud poſſit, effectus tamen non deſinit eſſe liberæ voluntatis humanæ. Adeo ut erres toto

coelo

cœlo quando contradicentia eſſe pronuncias, *eventum eſſe contingenter futurum, ita tamen, ut non evenire non potuerit.* Non potuit enim fieri, niſi interveniente liberi arbitrii dependentis determinatione liberâ & ſpontaneâ: atque ita contingenter fit idem, quod, ratione eventus, non fieri non poterat. Quæ ad finem uſque hujus §. ſequuntur, cum Clariſſimum Burmannum ſpectent, heic prætereo.

Iis quæ §. XLV. mihi objicit, ſatis ſuperque in præcedentibus reſponſum eſt, nec quicquam deinceps occurrit, quod ulteriore examine indigeat. De Cl. Burmanni mente ſatis ſuperque brevi erudietur.

Æquitatis regula quam ponit §. XLVIII. ſanctè à me obſervata eſt, nec unquam abſurda, quibus ſententia alterius gravari poteſt, in diſſentientis rationes retuli, ac ſi id ſtatueret, quod ex ejus opinione ſequitur. Et tot ſunt ac tam craſſi hominis noſtri errores, ut, qui hac in parte compeſcere ſe difficulter forte queat, facili tamen negotio obſervaturus ſit, eum, qui Limborgium oppugnare velit, iſtiusmodi malæ fidei auxilio prorſus non indigere. Videat modo cordatus lector ea quæ *de adorabilitate independente & quæ ex eſſentia fluit, & ea quæ ex gratioſa Dei donatione eſt, eſſentiamque Dei non neceſſariò requirit* habet Theol. Chriſt. L. V. Cap. XVIII. §. XIII. p. 473. b. ubi & *omnipotentiam atque omniſcientiam* comminiſcitur, quæ, *nec eſſentialis ſit nec abſoluta. Chriſtum Mediatorem inferiore honoris ſpecie* colendum eſſe, quam

Digitized by Google

quia Deum colere tenemur, ibidem §. x. *Adorationem Chriſti* diverſum quid eſſe *ab invocatione* §. III. *Adorationem cultum eſſe invocatione majorem: Invocationem eſſe auxilii implorationem*, Omniſcientiam tamen atque omnipotentiam ad adorabilitatem requiri, *ut omnibus adorantium neceſſitatibus ſuccurrere* is poſſit, qui adoratur §. III. & XIII. *Auxilii* tamen *implorationem* ſignate refert ad *invocationem* §. III. quam Chriſto Mediatori abjudicat. Alibi ne impeccabilitatem quidẽ in Chriſti humana natura agnoſcit, utpote quæ ei communicari non poſſit, non communicatis reliquis attributis divinis Lib. IV. Cap. XIII. §. XVIII. Ut omnipotentia atque omniſcientia communicari potuerint, impeccabilitas non item, niſi & reliqua attributa eſſent communicata. Imo omnipotentia atque omniſcientia Chriſto communicatæ impeccabilem tamen non reddidere. Et potentia peccandi ſimul Chriſto convenerit atque una cum omnipotentia atque omniſcientia communicata. Illa demum Theologia eſt. Illa eſt qua ingens opus replevit Arminianus Profeſſor Limborgius. Miror autem hominem turpiter in prima elementa impingentem, ita proterve in me debacchatum, tanto cum faſtu aliis ita ſerio optimas moderationis & æquitatis Chriſtianæ regulas præſcribere; *amarulentiamque & iracundiam*, nec non *convitia ac probra abeſſe jubere;* poſtquam ſine modo hoc ipſo ſcriptos hujus moniti oblitus, toties me totieſque deriſit,

Digitized by Google

riſit, læſit, famamque meam turpiter proſcidit. Quod niſi ſingulis paginis conſpicuum eſſet, floſculorum collectione probarem.

Id unum Lectorem precor, ut ſi de hac noſtra diſceptatione judicare ex æquo & bono velit, ſcripta conferat, videatque mea maximam partem intacta eſſe, & non niſi ordine prorſus turbato à Limborgio oppugnari potuiſſe.

FINIS.

Digitized by Google

DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ

Pars prima

Articulis duobus, continet teſtimonia

EX S. SCRIPTURA ET RABBINIS

I De SS. TRINITATE

II De CHRISTO.

Pars ſecunda

DE

JUDÆORUM CABBALA,

qua S. Scripturam interpretantur.

AUTORE

D. JOHAN: STEPHANO RITTANGELIO,

Bambergenſi,

S. Linguæ in illuſtri Academia Regiomont. Profeſſori.

FRANEQUERÆ;

Apud WIBIUM BLECK, Bibliopolam. 1699.

Digitized by Google

DE VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ,

PARS PRIMA.

MAnifeſtum eſt, omnia creata in honorem Creatoris ſui Omnipotentis & Magnificentiſſimi creata eſſe. Si enim oculos intellectus tui ſurſum levabis in cœlum, magnificenitſſimam illam ſtructuram contemplaturus, non invenies illic locum vacuum, ſed variarum illam diverſarumque ſpecierum multitudine plenam: cœleſtia, exercitum altiſſimum, altiſſimum inquam, & omnes illorum operationes intellectuales impulſu quodam *naturæ* operantes.

2. Si vertas oculos tuos intellectus in terram deorſum: ecce terrena illa, ut beſtiæ, agri, & animalia terræ, omneſque illorum operationes *naturæ* quodam impulſu, & quidem corporeæ; uſque dum perveneris ad ſummam & complementum omnium, nempe ad hominem, cujus anima de cœlo & ſuperioribus, corpus vero de terra & inferioribus

Digitized by Google

ribus ex duobus contrariis affectibus conſtat, ex qua parte ipſi eſt liberum arbitrium & voluntas ad eligendum alterum illorum affectuum.

3. Verum enim vero cum & Angelorum & terrenorum operationes *Naturæ* impulſu fiant, nec ſit illis niſi ſimpliciſſima inclinatio, non ita innoteſcit per utraque illa Creatoris noſtri honoris magnificentia, eò quod impulſu operantur Naturæ. Sicut non innoteſcit magnificentia Domini per jumentum, dorſum ſuum inclinans ad portandum; nec Dominus per ſervum, coacte Domino ſuo inſervientem: Sic nec per Angelos, qui *Naturæ* impulſu coguntur ad ſervitia, magnificentia ejus cognoſcitur.

4. Sed cum homo cætera creata divino quodam rationis lumine in immenſum ſuperet, directisque in cœlum oculis per ſe *Naturæ* quodam inſtinctu felicitatem cœleſtem & immortalitatem illam æternam appetat; ut in propria ſubſtantia tantæ felicitatis capax eſſe poſſit, toto pectore aſpirat & enititur. Hinc tot labores ſuſcipit, ſæpiusque appetit mortem propter Creatoris ſui honorem; caſtigatque corpus ſuum *libere*, non impulſu *Naturæ*; eligit jugum regni cœleſtis, cui ſe in omnibus ſubjicit; animamque ſuam in mortem ad mactandum propter ſanctitatem illius tradit.

5. Hoc eſt ſignum & portentum veritatis, & neceſſario magnificentia altitudinis Dei, & honor ejus, laus ejus, & pulchritudo ejus nota fit, ſpargitur & magnificatur non ſolum in hoc mundo inferiori, ſed etiam ſuperiori, propterea quod homo

mo *libere* ſe ſubjicit voluntati Divinæ, & convertit carnales ſuos affectus, conſtringendo corporis ſui naturam in ſervitutem Creatoris ſui; cum tamen naturaliter corporea aut carnalia intellectualibus adverſentur.

6. Quod autem ſacri Proceres extitere, qui affectus ſuos carnales, Divino auxilio ſubveniente, conſtringendo, naturam ſuam Creatori mancipaarunt, & animas ſuas in thronum & habitaculum altiſſimæ Majeſtatis Divinæ, *benedictum ſit nomen ejus in ſecula*, dedicarunt; magna ſunt certe facta, & opera illorum ſuper omnia opera creatorum intellectualium, cœleſtium & terreſtrium, impulſu Naturæ operantium: non enim ita cognoſcitur & magnificatur manifeſtaturque magnificentia ſanctitatis Creatoris per iſta.

7. Sancti vero illi voluntatem ſuam voluntati Divinæ ſubjiciendo, mutaverunt naturas ſuas, ideoque dedit Creator omnium voci eorum, *vocem virtutis*, ita ut natura omnium creatorum pedum eorum plantarum voci ſubjecta fuerit. Cujus rei quam plurima ſtupenda in S. Scriptura habemus exempla, quod virtute vocis ſanctorum, mutata ſit natura creatorum: bona illorum opera, quæ fecerunt in vita ſua, doctrinæ ſcriptaque penes nos relicta, teſtimonium de iis perhibent, noſque alliciunt & impellunt, ut libere & promte jugum regni cœleſtis ſuſcipiendo, virtutibuſque intellectualibus nos regendo, animas noſtras ad *Petram animarum ſanctarum*, de qua abſciſſæ ſunt, pervenire, & ad locum, ubi tentorium eorum in

principio erat, ſub umbra trabis *æternæ Sapientiæ*, Domini & Salvatoris noſtri, requieſcere faciamus.

8. Qui in fine dierum, & plenitudine temporum, in quibus Domino beneplacitum habente in populo ſuo, ſervorumque ſuorum miſerente, *Sanctus* cum eſſet *Sanctorum* & altiſſimus omnium, ſemet ipſum exinanivit, e Paradiſo voluptatis, ſolio & tentorio gloriæ ſuæ, in hanc lacrymarum vallem deſcendit, naturam noſtram, corpus, inquam, & ſanguinem induens, inter nos habitare dignatus eſt, exemplum nobis dans, ut, quemadmodum ipſe, ita & nos facientes voluntatem Patris, animas noſtras in thronum & habitaculum ipſi & Patri ſuo cœleſti dedicaremus.

9. Cæterum cum ita comparatum ſit inter mortales, vitio quodam naturæ, ut compluribus de rebus oriantur indies errores, quibus omnium hominum cœtus tanquam fluctibus e tranquilliore ſalutis portu in ſæviſſimum perditionis agitantur pelagus, illi qui inter illos ſunt improbiores, non ſolum ſuam & aliorum felicitatem, nec hanc modo, verum etiam animæ ſalutem ſæpenumero peſſimis artibus petunt.

10. Quis porro non fatebitur, eam demum eſſe ſalubriorem & inter alias ſanctiorem doctrinam, quæ vel ſaluberrimis conſiliis, vel ad præſcriptum æquitatis, nec illud quod nocivum eſt animæ, nos committere, nec quod illi commodum, omittere ſinit, quæ periculis errorum explicatis, totum facit occupare portum ſalutis, & publicam auferendo inquietem, feliciſſimum animæ otium turbari minime omnium permittit?

11. Quid

11. Quid enim ſacra mortalium pectora magis decipit, & à Domino & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, in quo juxta omnium Prophetarum dicta totius mundi ſalus conſiſtit, abducit? quid ſanguine Jeſu Chriſti redemtas oviculas in æterni exilii barathrum citius præcipitat, quam maledicta illorum blaſphemia & diabolica axiomata, qui ſacrarum literarum volumina aſtutiſſime detorquentes, & contra mentem Spiritus S. Sacræ Scripturæ ſenſum pervertentes, Chriſtum Jeſum, Meſſiam & Salvatorem humani generis, verum Deum, Deo Patri ſuo conſubſtantialem, & à Deo Patre ut verum Deum a vero Deo ab omni æternitate ineffabili generatione e Non-termino infinitudinis, ſummeque remotiſſimâ imperſcrutabilis inacceſſibilisque *fontani luminis Deitatis abyſſo* genitam, verumque hominem nobis conſubſtantialem in una indiviſa perſona, non confuſis, mutatis, vel permixtis naturis, ſed ſervatis unicuique naturæ, per ſe in abſtracto conſideratæ, ſuis proprietatibus, eſſe negant?

12. Hac de cauſa magno cum fervore deſudavi, ut res ſacras ad hoc argumentum facientes, ante mille aut circiter annos à doctiſſimis Ebræorum Scriptoribus, poſteritati traditas, & Ebraice conſcriptas in Latiuum transferrem ſermonem, & quæ alioquin exiſtebant abſcondita & obſcura, in lucem retraherem, æternæque memoriæ & recordationi conſecrarem, & tam meum, quam aliorum mortalium pectora conſolationibus Sacræ Scripturæ, (in quos uſus atque neceſſitates Omnipotens Deus

Digitized by Google

eam nobis præſcribi voluerit) gaudio perfunderem & implerem, non æmulatione gloriæ, ſeu varietate & novitate operis delectatus, ſed Jeſu Chriſti Nazareni noſtri florida voce inter arbores Paradiſi præcordiorum meorum deambulante concitatus, Sanctique Spiritus ductu compulſus, atque pietatis zelo commotus.

13. Quamobtem quod noſtri ſeculi orbis Chriſtianus haud vidit, quod viri nunquam ſatis laudati ac ingenii dexteritate excellentiſſimi, deſiderio aut opinione vix aſſecuti ſunt, amice Lector, præſtitum hic habes: ſacra ſcilicet oracula non modo Ebraica, ſed & Chaldaica, Syriaca, & Arabica linguis conſcripta, in Latinum ſermonem ad majorem Dei gloriam, & noſtrorum omnium, præcipue vero in hac eremo errantium, ſalutem tranſlata, ut conemur ita Servatori noſtro in fide recta & vera, in qua nos ſibi a diebus æternitatis deſponſaverat, adhærere.

14. Verum enim vero hæc editurus, de duobus agere mihi non res re viſum eſt. Primo *de Chriſtianæ Religionis veritate*. Huc doctiſſimorum Ebræorum ante & poſt nativitatem Chriſti teſtimonia ſpectant, quorum magnam ſatis copiam, prout in hoc temporis puncto bibliothecæ meæ ſupellex conceſſerit, producere mihi neceſſe fuit, ut qui Ebraicarum literarum periti ſunt, libros illos ipſos facilius conſulant. Deinde ſtylo humili verbum verbo reddendo, ipſius ſacræ rei veritatem ſub nuda ipſius textus Ebraici literâ, non vero ſermonis nitorem verborumque elegantiam

tiam amplecti, ne quis aliena me compilaſſe aut conſcripſiſſe arguat, totis viribus conatus ſum. Secundo *de Ebræorum noſtri temporis fundamentis & ſacrarum literarum interpretandi generibus*, quæ potius perturbationes, vanitates, deliria, quam fidei rationes & fundamenta dici merentur; una cum Cabaliſtarum ſuperſtitioſa Magia & notis, quarum cauſas amicus lector quam facillime animadvertere poterit.

15. Verum enim vero librorum plurium auxilio deſtitutus, quos & ipſos materia hæc requirit, ex iis, qui ad manum erant, utilia ſelegi, alia projeci, aliter ac Perkinſius multique alii, qui hæc puerilia ſecuti, magna tamen feciſſe & præſtitiſſe jactitant. Nunc, amice lector, aperi oculos intellectus tui, & vide me vermiculum, exiguam perſonam, ac nullius plane momenti homuncionem, non ſolum manum muneri non contemnendo adjeciſſe, ſed etiam navem prora puppique carentem conſcendiſſe. Si enim abdita Deitatis myſteria ſcrutari contendero, profunda ſunt; ſi incomprehenſibilem *Divinæ cum humana Natura unionem*; profunda itidem eſt; profunda igitur & inacceſſibilia & littora & pelagus.

16. Quid enim de Non-termino infinitudinis incomprehenſibili ſummeve remotiſſimo retroceſſu imperſcrutabilis DEITATIS retrahentis ſeſe & contegentis, ac in ſe ipsâ nudâ feliciſſimo otio ſuo fruendo, permanentis; deque inacceſſibili *fontani luminis abyſſo* (quum nihil intelligatur de ea emanare vel procedere, quo eminentia & ſubli-

limitas inapprehenſibilis eſſentiæ Divinæ profundatur, vel maxime ſplendidiſſimorum ſplendidiſſimus Deitatis ſplendor dilatetur) angelicus, ne dicam humanus, poterit ſcrutari intellectus? Quid de perfectiſſima Unitate, & indiſſolubili ligamine Sanctiſſimæ Trinitatis, trium, inquam, Numerationum intellectualium mundi archetypi, Ciceroniana dignum dicere poterit eloquentia? Adeſſet vas illud electum, raptum in tertium uſque coelum, edoctum, quæ nec oculis hominum viſa, nec auribus audita, dignum aliquid dictu, de incomprehenſibili Filii Dei cum humana natura unione, conceptione, Spiritus S. cooperatione, eloqui poſſit? Ego, quid mirum ſi in ſummum dementiæ inſcitiæque genus devenero, cum fieri nequeat, ut hujus ſcientiæ myſteriis, adeo non levibus, & oneri tam gravi, ſufficiat fragiliſſimi humani ingenii robur?

17. Cæterum cum omnis noſtra ſufficientia ex Deo ſit, nec ſufficientes ſimus ex nobis tanquam ex nobis, aliquid cogitare aut facere, teſte Apoſtolo 2 Cor. III. quocirca omnia conſilia, omnesque operationes & actus in nomine Dei ter Opt. Max. aggrediamur, ex hoc bonum ſequitur initium, melius medium & optimus finis; eo quod ad illud *Unum* omnia ſunt propter *Unum*, & actiones eorum ſunt erga illud *Unum*, & eſt prima cauſa, à tali enim principio dependet Cœlum & terra. Comm. 38. Cœlum & naturalia continuantur cum primo, unde cunctis communicatum eſt, his quidem clarius, his quidem obſcurius eſſe & videre.

Digitized by Google

re. Et 1. Cœli comment. c. Hoc principium eſt cauſa omnis eſſe, & poſt ipſum non eſt alia cauſa, quia eſt cauſa cauſarum per ſe, non generabilis, neque corruptibilis. Jure igitur optimo & philoſophice primordiale omnium rerum principium eſt invocandum, & cum Virgilio, Poëtarum nobiliſſimo, in perſona Aſcanii taliter implorandum:

Conſtitit ante Jovem ſupplex per vota precatur:
Juppiter Omnipotens, audacibus annue cœptis,
A Jove principium Muſæ, Jovis omnia plena. Et recte dicendum:
O Pater, o hominum, divûmque æterna poteſtas:
Da facilem curſum, atque audacibus annue cœptis!

Difficile enim eſt, quæ malo videntur inchoata principio, ut bono peragantur exitu. Quapropter priſcorum inſtituto, qui in peragendis rebus ſemper divinum implorabant Numen (Patrum & antiquorum actio filiorum & juniorum ſolet eſſe inſtructio) Deum immortalem ſubmiſſe precor, qui ſua omnipotentia ſanctiſſimâ moderatur omnia, tamque multas variasque ſcientiarum artes, diverſarumque linguarum dona, magna quadam liberalitate & abundantia inter nos effudit, ſacris ſuis inſpirationibus mortale pectus hoc regat & tangat, ut inceptum hoc opus feliciſſimum ad Nominis ſui gloriam & noſtrorum omnium ſalutem conſequatur finem.

Digitized by Google

18. Præterea monitum lectorem velim, me capita, verſiculos, ſectiones, folia, paginas, & demum ipſa Rabbinorum formalia, ne videar aliquid falſi, quod abſit, jactare, verbotenus citaſſe, ſummâque cura & diligentia deſcripſiſſe; maximamque pro virili in tranſlatione Grammaticalium ſubtilitatem, & in eorum ſingulis literis, calamiſtrationibus accidentalibus & eſſentialibus, adhibuiſſe fidem & operam; omnes res in quibus aliquid vel per ſe eſt vel per accidens, ſyllogiſmos, propoſitiones, demonſtrationes, præmiſſa, particulas, terminos, ſecundum formam poſitionis majoris, minoris, copulæ, ſubjecti, prædicati, quæſiti, terminorum mediorum, examinaſſe. *Verba* Dei viventis in ore Rabbinorum illorum ſæpenumero fuiſſe agnoſco; vis ſanctiſſimæ veritatis, ſacrarum literarum robur & ſplendor eos compulit, ut profundiſſima angelico nedum humano intellectui imperſcrutabilia myſteria certis implicarent Theologorum terminis & ſententiis.

19. Inclina idcirco, prudens Lector, aurem tuam, & audi verba veritatis, ad quem antiquiſſimi Ebræorum ante noſtri Meſſiæ adventum in altitudinem cœlorum palmas ſuas mentemque levaverint, quæ illorum fides fuerit, quid de Sanctiſſima Trinitate, de Meſſia, de cauſa adventus ejus crediderint. Et facile perſpicies, eos Deum ter Opt. Max. in tentorio gloriæ ſuæ feliciſſimo otio ſuo fruendo, adoraſſe, placaſſe; quæ omnia ex eorum ſcriptis penes nos relictis breviſſime demonſtrare & pertractare conſtitui.

20. [illegible]

20. Cum autem plurima ejusmodi teſtimonia & ſinceritatis argumenta, quibus fides noſtra liberanda eſſet, nobis ſuppeterent, non tamen tam promiſſa ſervare, quam verum religionis cultum (ſicuti etiam polliciti ſumus) probare, omnem lapidem movebimus. Cæterum omnia libenter proſequi vellem, ſi modo poſſem; pauciſſimis enim multa ſcribere, bene conceſſum eſt, ſed pro certo difficile, præſertim cum unaquæque res ſucci parum habeat, fæcis plurimum, niſi cruda & indigeſta materia undique convaſatæ & conſarcinatæ molis maturo rerum & variarum opinionum ſucco condiretur ac conficeretur.

21. Primo itaque quod *Chriſtianam religionem* attinet, manifeſtum eſt Abrahamum, ut Judæorum libri teſtantur, omnesque Prophetas & qui Spiritu Divino locuti ſunt, crediſiſſe & confeſſos eſſe, Deum Ter Opt. Max. Creatorem cœli & terræ, omne quicquid exiſtit ex *nihilo* produxiſſe, & notum ſe feciſſe *in tribus Numerationibus intellectualibus*, quarum primam Judæorum Sapientes *Coronam ſummam*, ſecundam *Sapientiam*, tertiam *Intelligentiam*: noſtri vero Theologi, ut quidam ex Judæorum Sapientibus, *Patrem*, *Filium & Spiritum S. vocarunt*. Hanc divinarum perſonarum Trinitatem, hanc eſſentiæ unitatem, â qua omnia Entia bona & vera ſunt, omnium rerum, primam unamque incomprehenſibilis & ineffabilis infinitudinis in remotiſſimo Divinitatis receſſu, & in fontani luminis inacceſſibili abyſſo ſeſe retrahentis & contegentis, Coronam eſſe, ego tam ex Abrahami libro, cui inſcriptio de *creatione* ſeu *for-*

Digitized by Google

matione, qui cæteris omnium Rabbinorum Scriptis, arte, difficultate & ætate mihi videtur præferendus, quam aliorum Rabbinorum ſcriptis & fragmentis clariſſime demonſtrabo.

22. Verum enim vero cum noſtrorum Literatorum quidam Rabbi Akibæ hunc nobiliſſimis ornatum ſcholiis aſſignent, ne quis me illum S. Scripturæ libris præferre arguat, me nihil aliud quam id velle teſtor, ipſos Judæos in hodiernum diem confiteri, hanc Akibæ profeſſionem Abrahami fuiſſe. Sic vero dicit C. 1. fol. 49. p. 1. ſect. 9. & fol. 50. p. 2. eod. cap. ſect. 10. *Unus eſt Spiritus Deorum viventium, benedictus ipſe & benedictum Nomen ejus, qui vivit in ſecula: Vox, (&) Spiritus & Verbum, & hic eſt Spiritus S. Duo ſpiritus ex ſpiritu, & ſpiritus unus eſt illis.*

23. Rabbi Aaron, magnificus ille & eminentiſſimus Cabaliſta, caput & ornamentum ſingulare totius Babylonicæ Synagogæ, in libro, cui titulus *Pardes*, ſic verba iſta interpretatur: „*Vox*, i. e. Vox „Deorum viventium. *Spiritus*, i. e. Spiritu oris „ejus omnis virtus eorum, (nempe cœlorum) „*Verbum*, i. e. Verbo Dei cœli facti ſunt. Et non „invenietur vox ſine ſpiritu & verbo, quia unus „eſt ſpiritus.

24. Et Rabbi Saadia, princeps Cabalæ vel Philoſophiæ Divinæ ſpeculativæ, libro inſcripto *Ephen Hapiloſophin* fol. 87. p. 4. & libro inſcripto, *Sepher Emunah* fol. 89. p. 1. „Unus, inquit, Spi„ritus Deorum viventium, qui eſt Vox & Spiritus „& Verbum abſque ſimilitudine & forma, prin„cipii

Digitized by Google

„cipii eorum non eſt apprehenſio (vel inveſtiga-
„tio) & extremitatis eorum non eſt finis. Hac ex
„parte emanat honor ejus ſuper Cherubin, unicum
„ſuper ſolio gloriæ.

25. Sed inprimis ex ipſis S. Scripturæ fundamentis Trinitatem Perſonarum in una ſimpliciſſima divina eſſentia probare decrevi. Et *primo* quidem ex tergemina illa nominis Divini in ſacrarum literarum voluminibus uſitatiſſima repetitione, quam non ſine cauſa adhibitam, ſed in eſſentia Divina aliquid peculiare ſignificare, aliud vero quam Perſonarum Trinitatem eſſe non poſſe, concludimus. Ex. XXXIV. *Et deſcendit Jehova in nube, & ſtetit cum eo ibi, & invocavit in nomine Jehovæ, & tranſivit JEHOVA ſuper facies ejus.* Et ſequitur: *Et dixit Moyſeh, Jehova, Iehova.* & hoc eſt, *Deus fortis, miſericors & gratioſus.* Num. VI. *Sic benedicetis filiis Iſraël, dicendo eis: Benedicat tibi IEHOVA & cuſtodiat te; lucere faciat IEHOVA facies ſuas ad te & miſereatur tui: elevet IEHOVAH facies ſuas ad te & ponat tibi pacem.* Pſ. LXVIII. 7, 8. *Benedicat nobis ÆLOHIM, ÆLOHE noſter, benedicat nobis ÆLOHIM, & metuant Eum omnes fines terræ.* Eſ. VI. 1. 2. 3. & XXXIII. 22. Nam *IEHOVA Iudex noſter, IEHOVA Legiſlator noſter, IEHOVA Rex noſter, ipſe ſalvabit nos.*

26. Secundo ex tergemina diſtinctorum nominum Divinorum, tres diſtinctas Numerationes vel perſonas, eorumve diſtinctos actus & proprieta-

Digitized by Google

tes ſignificantium, voce. Pſ. L. I. *EL, ELOHIM, ELOHE Iſraël locutus eſt & vocavit terram.* Pſ. LXXII. 18. 19. *Benedictus IEHOVA ELOHIM, ELOHE Iſraël faciens mirabilia ſolus ipſe, & benedictum Nomen gloriæ ejus in ſeculum, & replebitur gloria ejus omnis terra, amen & amen.* Pſ. LXVIII. 21. *EL* (h. e. Deus fortis) *nobis EL* (*Deus fortis*) *ad ſalutem, & IEHOVA ADONAI ad mortem exitus.* Prov. III. 19. *IEHOVA in SAPIENTIA fundavit terram, ſtabilivit cœlos in INTELLIGENTIA, & in SCIENTIA ejus abyſſi ruptæ ſunt.*

27. Porro *Rabbi Ioſeph de Gecathilia* in Explicatione horum locorum, libro cui inſcriptio *Porta lucis*, his tribus diſtinctarum Numerationum intellectualium diſtinctis nominibus, non ſolum diſtincte perſonalia nomina, verum etiam actus & proprietates perſonarum diſtinctas in hoc profundiſſimo Divinæ abyſſi myſterio deſcribi ait. Ita enim interpretatur Pſ. LXII. 18. XLIX. 1. it. ex Eſ. LXIII. 6. 7. 8. 9. 10. probatur, ubi Propheta de tribus diſtinctis nominibus perſonalibus, actibus & proprietatibus perſonalibus, operibus perſonalibus loquitur. *Miſerationes*, inquit, *Iehovæ memorare faciam, laudes Iehovæ quaſi ſuper omnibus quæ nobis reddidit Iehovah, & multitudinem boni domui Iſraël, quod reddidit eis ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum, & dixit: Vere populus meus ipſi, filii non-mentientes, & factus eſt eis in ſalvatorem, in omni anguſtia eorum non ſenſit anguſtiam, & angelus facierum ejus ſalvos fecit*

eos.

eos, propter dilectionem ſuam, ipſe redemit eos, & tulit eos, & portavit eos cunctis diebus ſeculi. Et ipſi rebelles fuerunt, & dolore affecerunt Spiritum Sanctitatis ejus, & verſus eſt eis inimicus ipſe, pugnavit in eos.

28. Tertio, Quamvis ex S. Scriptura pluralitatem perſonarum in una ſimpliciſſima eſſentia Divina infinitis probare poſſemus fundamentis, ubi Scriptura nomina & verba de Deo in plurali numero poſuit, ſufficit tamen nobis ex multis pauca adducere. Joſ. XXIV. 19. *Dixitque Ioſua ad populum: non poteritis ſervire Domino, quia DII SANCTI, ipſeque Deus æmulator, ipſe non parcet ſceleri veſtro & peccatis veſtris.* 2 Sam. VII, 23. *Et quæ, ſicut populus tuus, ſicut Iſräel, gens una in terra, quam IVERUNT DII, ad redimendum ſibi in populum, & ponendum ſibi nomen.* Exod. XXXIII. 13-16. *Et nunc ſi, quæſo, inveni gratiam in oculis tuis, ſcire fac me nunc viam tuam, & ſciam te, ut inveniam gratiam in oculis tuis, & vide quia populus tuus gens hæc. Et dixit Dominus: FACIES MEÆ IBUNT, & requieſcere faciam te. Et dixit ad Eum Moyſes: Si non FACIES TUÆ IBUNT, ne aſcendere facias nos hinc. Et in quo cognoſcitur hic, quod inveni gratiam in oculis tuis, ego & populus tuus, nonne in eundo te nobiſcum?* ibidem verſ. 20-23. *Et dixit, non poteris videre FACIES MEAS, quia non videbit me homo & vivet.* Et dixit Jehovah: *Ecce locus mecum, & ſtabis ſuper petram, ad uſque tranſire me: Et removebo volam meam, & videbis POSTERIORA*

MEA

tes ſignificantium, voce. Pſ. L. 1. *EL, ELOHIM, ELOHE Iſraël locutus eſt & vocavit terram.* Pſ. LXXII. 18. 19. *Benedictus IEHOVA ELOHIM, ELOHE Iſraël faciens mirabilia ſolus ipſe, & benedictum Nomen gloriæ ejus in ſeculum, & replebitur gloria ejus omnis terra, amen & amen.* Pſ. LXVIII. 21. *EL* (h. e. Deus fortis) *nobis EL (Deus fortis) ad ſalutem, & IEHOVA ADONAI ad mortem exitus.* Prov. III. 19. *IEHOVA in SAPIENTIA fundavit terram, ſtabilivit cœlos in INTELLIGENTIA, & in SCIENTIA ejus abyſſi ruptæ ſunt.*

27. Porro *Rabbi Ioſeph de Gecathilia* in Explicatione horum locorum, libro cui inſcriptio *Porta lucis*, his tribus diſtinctarum Numerationum intellectualium diſtinctis nominibus, non ſolum diſtincte perſonalia nomina, verum etiam actus & proprietates perſonarum diſtinctas in hoc profundiſſimo Divinæ abyſſi myſterio deſcribi ait. Ita enim interpretatur Pſ. LXII. 18. XLIX. 1. it. ex Eſ. LXIII. 6. 7. 8. 9. 10. probatur, ubi Propheta de tribus diſtinctis nominibus perſonalibus, actibus & proprietatibus perſonalibus, operibus perſonalibus loquitur. *Miſerationes*, inquit, *Iehovæ memorare faciam, laudes Iehovæ quaſi ſuper omnibus quæ nobis reddidit Iehovah, & multitudinem boni domui Iſraël, quod reddidit eis ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum, & dixit: Vere populus meus ipſi, filii non-mentientes, & factus eſt eis in ſalvatorem, in omni anguſtia eorum non ſenſit anguſtiam, & angelus facierum ejus ſalvos fecit*

eos, propter dilectionem ſuam, ipſe redemit eos, & tulit eos, & portavit eos cunctis diebus ſeculi. Et ipſi rebelles fuerunt, & dolore affecerunt Spiritum Sanctitatis ejus, & verſus eſt eis inimicus ipſe, pugnavit in eos.

28. Tertio, Quamvis ex S. Scriptura pluralitatem perſonarum in una ſimpliciſſima eſſentia Divina infinitis probare poſſemus fundamentis, ubi Scriptura nomina & verba de Deo in plurali numero poſuit, ſufficit tamen nobis ex multis pauca adducere. Joſ. XXIV. 19. *Dixitque Ioſua ad populum: non poteritis ſervire Domino, quia DII SANCTI, ipſeque Deus æmulator, ipſe non parcet ſceleri veſtro & peccatis veſtris.* 2 Sam. VII, 23. *Et quæ, ſicut populus tuus, ſicut Iſräel, gens una in terra, quam IVERUNT DII, ad redimendum ſibi in populum, & ponendum ſibi nomen.* Exod. XXXIII. 13-16. *Et nunc ſi, quæſo, inveni gratiam in oculis tuis, ſcire fac me nunc viam tuam, & ſciam te, ut inveniam gratiam in oculis tuis, & vide quia populus tuus gens hæc. Et dixit Dominus: FACIES MEÆ IBUNT, & requieſcere faciam te. Et dixit ad Eum Moyſes: Si non FACIES TUÆ IBUNT, ne aſcendere facias nos hinc. Et in quo cognoſcitur hic, quod inveni gratiam in oculis tuis, ego & populus tuus, nonne in eundo te nobiſcum?* ibidem verſ. 20-23. *Et dixit, non poteris videre FACIES MEAS, quia non videbit me homo & vivet.* Et dixit Jehovah: *Ecce locus mecum, & ſtabis ſuper petram, ad uſque tranſire me: Et removebo volam meam, & videbis POSTERIORA*

MEA

Digitized by Google

MEA, ET FACIES MEÆ non videbuntur. Gen. xx. 13. *Et fuit, quando errare me FECERUNT DII de domo patris mei, & dixi ei, hæc miſericordia tua, quam facies mecum ad omnem locum, quo ingrediemur, illic dic mihi: frater meus ipſe.* Eſ. vi. 8. *Et audivi vocem Domini dicentis: quem mittam & quis ibit NOBIS? & dixi: Ecce ego.* Malach. i. 5. 6. *Et ſi pater ego, ubi honor meus? & ſi DOMINI ego, ubi timor meus, dixit Iehovah.* Jer. x. 10. *Et Dominus Deus veritatis ipſe, DII VIVENTES, & Rex ſeculi, ab ira ejus contremiſcet terra, & non ſuſtinebunt gentes indignationem ejus.* Jer. xxxiii. 36. *Et pervertiſtis verba DEORUM VIVENTIUM, Jehova Zebaoth Elohenu* (Dei noſtri) Gen. i. 26. *FACIAMUS hominem in imagine NOSTRA, ſecundum ſimilitudinem NOSTRAM, & dominentur in piſces maris, & in volatile cæli, & in jumentum, & in omnem terram, & in omne reptile reptans ſupra terram.* Gen. xi. 7. *Agedum DESCENDAMUS ET CONFUNDAMUS ibi labium eorum, & non audiant vir labium ſocii ſui.* Gen. iii. 22. *Et dixit Jehovah: Ecce homo factus fuit ſicut UNUS EX NOBIS ad ſciendum bonum & malum.*

29. *Rabbi Simeon* filius *Johoæ* (quem in ſpecu quadam terræ metu Imperatoris Romani per ſpatium viginti quatuor annorum delituiſſe, quinquageſimo denique anno poſt deſolationem urbis Hieroſolymitanæ & templi martyrio vitam finiiſſe, fama eſt, qui & ob eximiam ſuam eruditionem, mirabilem vitæ ſanctitatem, & veram doctrinam magni

magni apud Ebræos habitus eſt, ſicuti teſtatur Rabbi Moyſes Hieroſolymitanus (alio nomine Rabbi Moſes Chanochius dictus) in libro inſcripto Brandſpiegel citando Thalmud Tom. Jebamoth tract. 1. fol. 1. p. 2. ubi habetur: Rabbi Jonam filium Levi Rabbi Simeonem filium Jochoæ inveniſſe ſedentem coronatum in paradiſo ſuper tredecim thronis ex au o obryzo) in explicatione hujus loci, libro cui inſcriptio *Tykunim*, i.e. liber correctionum, dicit lib. 1. fol. 99. c. 2. corr. 66. *Et dixit Rabbi*, inquit, *ſuper illa verba: Ecce homo factus eſt ſicut unus* EX ILLIS, *non ex NOBIS, debebat dicere, ſi hoc ad angelos miniſterii dixiſſet.* (quæ mens quorundam Rabbinorum fuit, nempe Deum angelos in conſilium circa creationem hominis adhibuiſſe) *Quare ergo dixit, ſicut unus ex NOBIS? ſecundo etiam debebat dicere:* הן אדם *ecce homo, quare dixit,* הן האדם *ecce hic homo, cum additione literæ* ה, *quæ demonſtrativa eſt litera, niſi propterea quia litera* ה, *quæ una ex quatuor literis Sanctiſſimi nominis tetragrammati* יהוה *eſt, unam Numerationem, nempe ſecundam, Sapientiam, ſignificat.* Quibus teſtimoniis Judæorum pariter, ac Anti-Trinitariorum ora facile obſtruuntur, neque enim *Faciei* vocabulum niſi una cum verbo ſuo conſtructo in plurali numero S. Scriptura exhibet.

30. Quarto idem tam ex recentiorum, quam antiquorum Rabbinorum ſcriptis probatur. Et primo quidem ex libro inſcripto *Affluentia roris*, qui totus de hoc argumento tractat. Nos bre-

Digitized by Google

breviter ſummam illius hiſce declarabimus: „Ante „mundi exiſtentiam, ſe ipſo & ipſiſſima ſuæ ipſius „exiſtentiæ ipſitate implevit Deus, benedictum „ſit nomen ejus, omnia ſecula, ita ut nullus *lo-* „*cus* vacuus fuerit; & cum placuiſſet, Divinæ ſuæ „Majeſtati, non ex debito, ſed ex gratia, ad be- „ne faciendum creaturis ſuis, creavit mundum „ipſum, & ut notum ſe illis faceret, ex abſolu- „tiſſima, in Non-termino infinitudinis, retracta „ſua eſſentia, & ex maximè intrinſeca, fortiſſi- „maque ac ſplendidiſſimarum ſplendidiſſima in- „acceſſibili tenebrarum abyſſo recondita luce, „Deitatis Corona ſumma, vel prima numeratio „intellectualis, in mundo archetypo, generatio- „ne ineffabili, produxit Sapientiam, ſecundam „inquam Numerationem intellectualem, in mun- „do archetypo; & à Sapientia proceſſit *Intelligen-* „*tia*, tertia nempe Numeratio intellectualis in „mundo archetypo.

31. „Et illæ tres Numerationes ſunt in unitate „maximè unâ & perfectiſſima ita, ut propter ſim- „pliciſſimam unitatem non intellectus angelicus, „multo minus humanus, illam perſcrutari poſſit. „Nec ullam in ſe ipſis patiuntur diviſionem, quum „tamen ratione proceſſus, unaquæque in ſe ipſa, „& per ſe eſt. Quia Corona ſumma, i. e. prima „Numeratio, non eſt Sapientia, quæ eſt ſecunda „Numeratio: & Sapientia non eſt Intelligentia, „quæ eſt tertia Numeratio, & ſic retrogrado or- „dine. Unaquæque vero, harum Numerationum „in ſe ipſa, menſurari ac circumſcribi minime *po-*

„*teſt*,

„teſt, quum tamen ratione proceſſus, altera or„dine ſuo, tanquam inferior aut ſuperior, ineſ„fabili modo diſtinguatur; ac certo ſuo termino „circumſcribatur. Hæc vero ex eodem *Affluentiæ roris* libro latius me ac fuſius tempore opportuno, & peculiari tractatu proſecuturum polliceor.

32. Rabbi Abraham Alaphia fol. 25. & 26. p. 2. & 3. in Cap. prim. & ſect. primam Libri *de formatione* (cujus authorem Ebræi credunt eſſe Abrahamum) „*Sapientia*, inquit, *de Non Ente* „*exiſtit*, h. e. de Corona ſumma, cujus quiddi„tas non comprehenditur, ex illa, inquam, exi„ſtit Sapientia, & ſic intelligendum eſt id, quod „diximus: *Ens exiſtit de Non-ente*. Verum enim „vero non eſt hæc privatio deficiens, cum non „ſit facta illa res, quæ accidit, ab illa re, cui acci„dit: Quanto magis non eſt factum *Ens* de *Non-* „*ente*, ſed propterea *Non-Ens* vocatur, quod non „comprehenditur, nec ex parte cauſæ ſuæ, nec „ex parte ſubſtantiæ ſuæ, quia cauſa ejus eſt Cauſa „cauſarum, quæ & ipſa ſua cauſa ſibi eſt, & voca„tur *Non-Ens primordiale*, eo quod principium „dedit omnibus Seculis, neque res corporea eſt.

33. „At אי *UBI*, *eſt locus Intelligentiæ*, h. e. א „& י, quæ *Coronam Summam* & *Sapientiam* ſigni„ficant, ſunt cauſa exiſtentiæ *Intelligentiæ*. Quia „א, quæ eſt prima litera אין *Non-Entis*, ſignifi„cat *Coronam ſummam*: Secunda litera אין *Non-* „*Entis*, quæ eſt י, *Sapientiam*: *Et non cogno-* „*ſcet homo ſublimitatem ejus* (Vult dicere: Tertia Numeratio vel Perſona, nempe *Intelligentia*, procedit ex duabus ſibi ſuperioribus Numeratio-

nibus vel Perſonis, quæ ſunt *Corona Summa* & *Sapientia*, Patre & Filio. *Superiores* dicuntur vel *primordiales*, non ratione eſſentiæ, quia ſecundum illam unum incomprehenſibile ſunt: Sed ratione proceſſus, quod una ab altera ineffabili generatione vel modo procedit, teſte Authore libri *Affluentia roris* inſcripti.)

34. »Conſtat igitur, quod tertia Numeratio, »nempe *Intelligentia*, ſit in *Corona ſumma* & *Sa»pientia*, & ex illis duabus Numerationibus inef»fabili modo procedat, ita ut non cognoſcat ho»mo terminum ſublimitatis ejus. Et ſi venerit homo »ſcrutari & cognoſcere quidditatem *Sapientiæ*, quo»modo terminus ſublimitatis ejus ſit in *Corona* »*Summa*, quæ *Non-Ens* ratione ſuæ incomprehen»ſibilitatis vocatur, non cognoſcet in ea terminum »ſublimitatis ejus, quia in *Non-Ente* neque dif»ferentia, neque eſſentia, neque quidditas appre»henditur. Si vero aliqua Creatura venerit ſcru»tari eſſentiam *Sapientiæ*, & quomodo illa in »*Terra vitæ*, qui terminus Coronæ Summæ at»tribuitur, ſit, nec ſic poterit apprehendere vel »attingere veritatem exiſtentiæ ejus, quia *Vita* »habet ſuam relationem ad *Coronam Summam* in »profundiſſimo Animæ, Spiritus, Spiraculi, U»nitatis & Vitæ myſterio: & propterea *Terra Co»ronæ Summæ* vocatur *Terra vitæ*, imo & ipſa *Vi»ta*, quia ibi ipſa Vita eſt & exiſtit. Et ſi venerit ſcru»tari Sapientiam è *Terra vitæ*, non apprehendet ve»ritatem exiſtentiæ ejus, *abyſſus dicet: non in me eſt.* (h. e. Si ultra *Terram vitæ* veniet ſcrutari homo quidditatem *Sapientiæ*, quomodo terminus ſubli-

mita-

mitatis ejus ſit in *Corona Summa* per *abyſſum Coronæ Summæ*; non poterimus apprehendere, quia vocabulum *Abyſſus* de ſe ipſo teſtatur, quod in ſe nullus ſit apprehenſionis terminus.

35. Vult indigitare, nullam in *Corona Summa* ſublimitatis *Sapientiæ* eſſe apprehenſionem) „Si res ita ſe habent, quomodo ergo apprehendere „cupiens *Sapientiam*, illam per *Abyſſum* apprehen„dere poterit? Et paulo poſt: „Si pervenerimus ſcru„tari quid trahatur, quid deducatur, quid emanet aut „procedat à *Corona ſumma*, ad ſciendum, quo„modo ſublimitas *Sapientiæ* ſit in *Corona Summa*, „adhuc non poterimus apprehendere exiſtentiam „ejus, quia *Sapientia* eſt mare, & ejusmodi ma„re, cui non eſt finis. Propterea etiam de ſe ipſo „teſtatur, quod in ſe non ſit terminus ſublimitatis „ſuæ. Si illa res ſe habet, quomodo ergo poteri„mus apprehendere metam inveſtigationis ejus? Concludimus itaque ipſius ſupra nominati Authoris paulo inferius poſitis hiſce verbis. „Utrum „ſublimitas Sapientiæ habeat terminum in Coro„na Summa, nullam penitus ultra faciamus men„tionem, quia hunc profundiſſimum myſteriorum „gradum ſcrutari velle, illicitum nobis eſſe duci„mus.

36. „Verum enim vero trahit & producit *Sa„pientia* Margaritas de cauſa cauſarum, quod in „*Corona Summa* comprehenditur. Quia ſicut illa „non comprehenditur niſi à ſe ipſa, ſic & Sapien„tia non comprehenditur niſi à ſe ipſa. Et ראמיה „Sublimitas, celſitudo, derivatur à dictione רום

„ſecundum id כתא יום יר׳ ac ſi diceret: ſublimitati „*Coronæ Summæ* non inveſtigator neque ſcrutator „ad cogitandum ibi exiſtit. Verum ג״ב *ſublimitas*, „eminentia, eſt dictio compoſita ex dictione גב quod „*dorſum* ſignificat, & יש quod *Ens* ſignificat, quaſi „diceret: גב יש h. e. *dorſum entis*, vel *eminentia* „*entis*, altiſſimi inquam entis, quomodo procedat „de *Non-Ente*, i. e. infinitudine, non repræſentabit „tibi Topaſius Æthiopiæ, quia hic lapis palloris „(qui etiam linea palloris vocatur) dicit: Si ve„neris ſcrutari ſublimitatem Sapientiæ in *Corona* „*Summa* per lineam palloris, (vult indigitare *In*„*telligentiam*, quæ â *Sapientia* procedit) non poteris. *Lapidem* vero *Æthiopiæ* vocarunt eum, quia hic pretioſiſſimus lapis inde deducitur & affertur; & quia ſupra nominatus hic *lapis Æthiopiæ* repreſentat nobis illud myſterium: & poſuit tenebras latibulum ſuum: & æquum comparantur tenebræ dictioni כוש Æthiopiæ, ideo quod tenebræ nigræ ſunt.

37. Ideo dicit, ex iſtis, inquam, tenebris puriſſimis, mundiſſimis, lucidiſſimis ac ſplendidiſſimis quomodo emanat ac procedat ab illis, Topaſius iſte adhuc non poterit accipere ſublimitatem Sapientiæ ex hac parte, quomodo illa in Corona ſumma ſit. Propterea non ultra progreditur & dicit, aurum puriſſimum non eſſe examinandum: Addit poſtea: „Si etiam aliquis voluerit ſcrutari „entitatem ejus in *Sapientia* ipſa, (vult dicere per „*Sapientiam* ipſam) quomodo accipiat emanatio„nem ac effluentiam â *Corona ſumma*, & hoc ap-

„pre-

„prehenſioni prohibitum eſſe dicit: Et hoc eſt „myſterium de quo dicitur, *Sapientia de Non-„Ente* procedit, & hoc eſt de *Corona ſumma*, & „א Ubi *eſt locus Intelligentiæ*, h. e. quia Spiritus „Dei in *Sapientia* (nempe Filio) ab omni viven-„te, immo etiam ab ipſis Numerationibus fruſtra inquiritur. (Notandum eſt Ebræorum Theologos proprietates & attributa Divina *Numerationes inferiores* vocaſſe.)

38. Sed ut tertiam Numerationem attingamus, quæ ab Alaphia & cæteris Rabbinis *Intelligentia*, â noſtris vero Theologis *Spiritus S.* vocatur, quæ a *Corona ſumma* & *Sapientia*, Patre inquam & Filio, procedit (de his duabus Numerationibus hoc in loco ſatis actum eſſe ducimus) De qua idem Author ſeq. fol. pag. 2. dicit: „Et etiam *Intelli-„gentiæ* non eſt medium ad apprehendendum eam, „niſi ex hac parte, quod ipſa ſuperior eſt omnibus „commutationibus, teſte ſcriptura וסור רע בינה. Et „illa (nempe *Intelligentia*) eſt Chaos, materia „prima omnium ſibi inferiorum Numerationum „(attributorum ſcilicet Divinorum) atque myſte-„rium literæ ' quod in interiori *Intelligentiæ* eſt. (quod ' ab Alaphia hoc in loco, ut & à cæteris Judæorum theologis alibi, *materia prima intelligentiæ* vocatur, h. e. id quod caret figurâ & formâ, ut, ſi ita licitum eſt dicere, embryo in utero matris vivens, antequam lineamenta ſuæ ſpeciei accipiat.)

39. Idem Rabbi Alaphia fol. 47. p. 2. in cap. 1. ſect. 7. libri de Creatione, ſuper illa verba: *Demiſ-*

ſione

nus eſt & non eſt ipſi alius, ſecundus: dicit: „Præ„monui te, inſigi finem eorum in principium eo„rum, & principia in finem eorum; propterea „quod Corona ſumma neceſſario in ea virtute, quam „peculiari quodam modo attribuimus, ipſi eſt u„niens, neque eſt ipſi (ſcilicet *Coronæ Summæ*) „virtus dualitatis. Quemadmodum de Cauſa cau„ſarum non dicitur nec numerus unitatis, nec „multitudinis, nec exiſtentia, nec diviſio, nec lo„cus, nec terminus: ita non diſſimili ratione de „*Corona ſumma*, quia non eſt inter ipſam & vir„tutem cauſæ ſuæ ſaltem, ſit venia verbis, hæc „diſtinctio, quod hæc ſit cauſa, & illud cauſatum, „ratione proceſſus & ineffabilis ac incomprehen„ſibilis emanationis. Et quoniam *Corona ſumma* „eſt uniens, propterea neceſſe eſt, ut caveas in vin„culo unitatis. *Et non eſt ipſi alius*: h. e. Non ſo„lemus dicere de ea vel attribuere ipſi (ſcilicet „Coronæ ſummæ) terminum dualitatis; quia illa „omnium eſt radix & fundamentum.

40. Alii vero in hunc modum hæc verba; *Dominus unus & non eſt ipſi alius*, ſcilicet ſecundus: interpretati ſunt: „*Dominus* ſignificat Sapientiam; „*Unus*, Intelligentiam; *Non eſt ipſi* i. e. Non„Ens ipſi, Coronam Summam; *alius* vel ſecun„dus, Cauſam cauſarum. Quia Intelligentia accipit „filum emanationis vel proceſſus ſui a Sapientia, „eo quod Sapientia Intelligentiæ unita eſt; Co„rona ſumma vero *Non-Ens* vocatur h. e. non eſt „ipſi Non-Enti, cauſæ inquam cauſarum, alia ſe„cunda cauſa ad exiſtendum, quia illa ipſa eſt

„cauſa

„cauſa exiſtentiæ ſuæ in cauſa abſolutiſſima & ſim-
„pliciſſima. Ante numerum vero unitatis, quid
„numerare poteris? (ac ſi diceret, terminus Nu-
„merus, non cadit niſi in rem, cui eſt Entitas, non
„vero in rem, cui non ens.) Sed in quantum i-
„pſa æquat omnia, vocatur una, hac nempe ex
„parte, & ante numerum unitatis quid numerare
„poteris? (Poſtquam etiam numerus unitatis non
„recte attribuitur quoque Coronæ ſummæ, niſi
„in quantum quod ipſa eſt æquatio maxime per-
„fecta, & non ex parte dimenſionis & numeri,
„qui in prædicamento quantitatis ponitur.) Si i-
ta ſe res habet, quis ergo terminus Cauſæ cauſa-
rum poterit attribui, ut digne de ea prædicetur?
(Verum *terminus æquationis*, qui hoc in loco
de *Corona ſumma* prædicatur, non eſt ejuſdem
rationis & modi, qui dicitur ratio & modus mo-
dorum qualitatis, quia terminus qualitatis non
cadit niſi in rem corpoream, quæ accidens quo-
que eſt.)

41. Rabbi Bæchai libro inſcripto *Ohel mohed*,
& libro inſcripto *Sepher Emunah* fol. 40. p. 4. ex-
plicans illa verba: *Intellige in ſapientia, & ſape
in intelligentia.* „Numeratio *Intelligentiæ*, in-
„quit, eſt inferior, (nempe poſt Numerationem
„*ſapientiæ*) & propter magnificentiam affluen-
„tiæ utimur apud Numerationem *Sapientiæ* hoc
„termino: *Intellige*; quia intelligens plus eſt ſa-
„piente, eò quod Intelligens intelligit rem per
„rem, ex & in re. Propterea dicit: *Intellige* a-
„pud Numerationem *Sapientiæ*, quæ eſt ſecunda

Digitized by Google

„Numeratio à *Corona ſumma*, & ab hac Nume-„ratione procedunt duæ ſemitæ mirabiles *Sa-„pientiæ*, quæ vocantur *mirabiles*, propterea „quod mirabilitate magnâ & ineffabili ab ipſa Nu-„meratione *Sapientiæ* diſtinguantur. Et hæc Nu-„meratio eſt omnium etiam triginta duarum ſe-„mitarum radix & fundamentum. *Sape in intel-„ligentia*, quæ eſt infra Numerationem *Sapientiæ*. „Quoniam hæc Numeratio producit in actum ſe-„mitam *Sapientiæ*. Si ita ſe res habet, non facit „*Sapientia* ſine *Intelligentia*; propterea dicimus: „*Intellige in Sapientia*. Et non facit *Intelligentia* „ſine *Sapientia*, ut & dicimus: *Sape in Intelli-„gentia*.

42. *Rabbi Mayer* filius *Todri de Tolitula*, libro cui inſcriptio *Lyphne lyphnim* fol. 23. p. 2 & 3. „Numeratio, inquit, prima eſt *Corona ſumma*, „eo quod mens *Coronæ ſummæ* influit in omnes „Numerationes, quæ procedunt & emanant ab „Ea, benedictum & exaltatum ſit Nomen ejus! „Et neceſſario à mente (ſcilicet *Coronæ ſummæ*) „procedit *Sapientia*, quæ eſt ſecunda Numeratio. „Et hæc (ſcilicet *Sapientia*) vocatur in libro For-„mationis Numerus; ſicut in manuſcripto verba „Sapientum ſubtilitates grammaticales & calami-„ſtrationes, ſic in Numeratione iſta ſecunda, quæ „vocatur *Sapientia*, procedunt triginta duæ ſe-„mitæ, quæ fundamenta ſunt Totius, & Philoſo-„phi vocarunt eam *Potentiam* vel *Virtutem ſphæ-„ræ ſupremæ ambientis omnia*. Et Numeratio ter-„tia, nempe *Intelligentia*, vocatur in libro For-

„mationis

„mationis, *Numerans*; & ſicut Scriba explicat & in
„lucem producit abſcondita libri; ſic & Numeratio
„iſta, quæ vocatur Intelligentia, producit in actum
„ſemitas Sapientiæ. Et paulo poſt. „Quia tres pri-
„mordiales Numerationes, quæ ſunt *Corona ſum-*
„*ma*, *Sapientia* & *Intelligentia*, ſunt Numera-
„tiones intellectuales, & vocantur *Spiritus*, *Spi-*
„*raculum* & *Anima*; & Cauſa cauſarum, benedictum
„& exaltatum ſit nomen ejus, ipſa facit emanare eas.
„Reliquæ vero ſeptem inferiores Numerationes
„vocantur in libro Formationis *Numeratum*. Et
„illa eſt anima animarum, iſtis inquam reliquis Nu-
„merationibus, nempe Clementiæ, Severitati vel
„Juſtitiæ, Miſericordiæ &c. quæ quaſi corpus ſunt,
„*Corona* vero *Summa*, *Sapientia* & *Intelligentia*
„ſunt illis anima: quoniam omnibus modis neceſſe
„eſt ut operetur anima per inſtrumenta, quæ ſunt
„quaſi corpus.

43. *Moſes Botril.* fol. 28. pag. 1. in cap. 1. ſect. 1. libri Formationis, citat Doctorem & Magiſtrum *Jom Thobh*, ſubtiliſſimum Cabaliſtam, & dicit: „Vidi Magiſtrum Rabbi Jehudam Levi, cujus „memoria ſit in benedictione, conjectantem in „myſterio Numeri, Numerantis, Numerati. E-„go vero dico: verba Deorum viventium eſſe.

44. *Rabbi Aaron* ille Cabaliſtarum nulli ſecundus, Academiæ Babelianæ Rector, libro inſcripto *Sepher Nikkud* fol. 22. p. 1. „Numerus, Nu-„merans, Numeratum, inquit, in Eſſentia Dei „ſummi, benedictum & exaltatum ſit Nomen e-„jus! Non eo poterit homo omni ingenii ſui po-„tentia contingere, aut ſcrutari apprehenſione in-

 „tellectus

Digitized by Google

„tellectus verà, quomodo feliciſſimo otio ſuo, in-
„acceſſibili Deitatis gremio, fruuntur. Et pro-
„pterea in hac peculiari proprietate, quæ peculia-
„riter ipſis attribuitur, conſtringe os tuum, ne lo-
„quatur.

45. *Rabbi Jehuda Levi* tres numerationes intellectuales hiſce deſcribit terminis libro *Mikſe Iſrael* inſcripto, fol. 28. p. 1. „*Numerus*, *Numerans*, *Numeratum*: per terminum *Numerum* „deſcribi ait, ponderationem apud ſe, & deſtinationem corporum creatorum; quia convenit, „quod deſtinatio illa exiſtat, uſque quo corpus „ordinetur, diſponatur, & ad id, quare creatum „eſt, diſponatur, ut non ſit niſi in menſura, numero, pondere, dimenſionibus, diſpoſitione „motus vel operationis, & ordine harmoniæ, adeo ut omnia ſint ſub Numero. Vult dicere *Numerus*, ſi videres architectum quendam, non exibit de manu ejus domus, quouſque animo ſuo formam illius delineaverit. Per *Numerans* deſcribi dicit *Verbum* & *Vocem*, ſed hoc inquit eſſe intelligendum de *Verbo Dei*, & de *Voce verbi Deorum viventium*; in illo (ſcilicet *Verbo Dei*) compoſita fuit exiſtentia deſtinationis, ponderationis & ſimilitudinis, tanquam in qua res ipſa eſt, ſicut dixit, *Fiat lux & facta eſt lux; fiat extenſio* &c. neque procedit *verbum*, ut non res ipſa ſimul exiſtat. Per *Numeratum* intelligi refert *Scripturam*, & Scriptura Dei eſt forma ejus; & *Verbum Dei* eſt ſcriptura ejus, & ponderatio Dei eſt *Verbum* ejus. Ecce habes myſterium *Numeri*, *Numerantis*, *Numerati*; quæ in abyſſo divinæ eſſen-

eſſentiæ unum, quoad humanam vero rationem tria ſunt; quia ipſe ponderat Intellectu ſuo, & loquitur ore ſuo, & ſcribit manu ſuâ.

46. *Rabbi Moſes Botrell* fol. 54. p. 1. in Cap. 1. ſect. 10. »Oſtendi, inquit, Propter Magiſtrum »Iohannem (cum quo diſputationem de hoc profundiſſimo ſanctiſſimæ Trinitatis myſterio inſtituerat) »omnem potentiam meam, & non in»hibui ſpiritum meum, quia in *tribus illis* in Sa»pientia omnia ſunt menſurata & firmata. Rabbi »*Hamay* in libro, cui inſcriptio *Haayon*: Hæ tres, »inquit, unum ſunt, & habent hanc conformita»tem & proportionem inter ſe, quam & *Unus*, »*Uniens*, *Unitum*: & ſunt Principium, Medium »& Finis, ut produceret Rem in Verbo, & Ver»bum in Re, uſque quo reſtitueret in fontem re»ſplendentiæ ſuæ omnes res, & reſplendentiam »in Verbum tanquam in fontem, cui nec termi»nus eſt nec numerus, ad Lucem inacceſſibilem »in augmento tenebrarum reconditarum univerſo.

47. *Rabbenu Haay* libro inſcripto *Hakmiza*. »*Numeratio* ſecunda, inquit, haurit derivationem »ſuam à *Mente* ſua, quæ eſt *Corona ſumma*. Et »*Intelligentia*, quæ eſt *tertia Numeratio*, haurit »derivationem ſuam à Sapientia, quæ eſt *ſecun»da Numeratio*, ratione proceſſus, non eſſen»tiæ.

48. *Rabbi Alaphia* fol. 24. pag. 2. in cap. 1. ſect. 1. libri Formationis: »Optimum, inquit, »affluentiæ ducitur ad Numerationes Superiores, quæ vocantur *Intellectuales*, & inde deducitur ad Numerationes Inferiores, commu-

Digitized by Google

tationes nempe, quæ a noſtris Theologis attributa Divina vocantur.) „Et hæ ſemitæ „producuntur de fonte & origine recondita, ubi „nulla creatura poterit ſtare ſupra veritatem e„jus, & nulla ſpeculatio poterit comprehendere „ſublimitatem exiſtentiæ ejus. Deficiunt omnes in „apprehenſione ejus. Vocatur פלא à dictione יפלא „quod Chaldæus *rem abſconditam* interpreta„tus eſt, ubi dicit: ארו יתכסי *ſi reconditum fuerit*, „& propterea etiam vocatur אלף. Si vero literas „dictionis אלף retrogrado ordine legere volueris, „conficiunt פלא, eò quod ab omni apprehenſione „eſt abſconditum. Et ea eſt diſtinctio & differen„tia, quæ eſt inter gradum *Entis* & inter gra„dum *Non-Entis*, quia *Non-Ens* eſt privatio „apprehenſionis, ſed in *Ente* eſt aliquo modo ap„prehenſionis terminus, quia eſt primogenitum „apprehenſionis.

49. Idem Author eodem fol. p. 3. attribuit tribus Numerationibus intellectualibus, tria diſtincta perſonalia & eſſentialia nomina, tres diſtinctas proprietates & actus ſignificantia, quum dicit: „Quoniam tres Numerationes, quæ ſunt tria No„mina Divina, nempe, יה יהוה אהיה, producit „omnes exiſtentias in Numero, Numerante, „Numerato: h. e. tribus prioribus ſanctiſſimi No„minis explicati Characteribus, quæ ſunt יוד הא ואו „& ſumma horum הא poſterior eſt. Quoniam אלהים „יהוה vocatur, ſicut monſtravimus. Et ecce, men„tionem fecit in hac ſectione trium generum, Se„mitarum

Semitarum & Nominum & Numerationum, quæ
» ſunt Numerus, Numerans, Numeratum.

50. Idem Author fol. 27. pag. 2. & 3. » Omnes,
» inquit, iſtæ ſemitæ continentur in tribus Numera-
» tionibus, quæ ſunt tria nomina; [illegible] ואני &
» omnes (vult dicere ſemitæ iſtæ) harum inquam
» ſimilitudinum continentur in myſterio *Numeri*,
» *Numerantis*, *Numerati* (vult dicere in tribus
» characteribus) Nominis Divini, benedictum &
» exaltatum ſit illud יוד הא ואו & iſti (ſcilicet chara-
» cteres) opponuntur myſterio *Intelligentiæ*, *In-*
» *telligentis*, *Intellecti*, & myſterio *Scientiæ*,
» *Scientis*, *Sciti*; ſicut ſcriptura dicit, בכל עלמר אני
» יודע עשה כל לצרכם:

51. Rabbi *Moſes Ægyptius* fol. 20. p. 2. » In
» virtute, inquit, infinitudinis eſt exiſtentia ſubli-
» mitatis & celſitudinis, de qua proceſſus *Sapien-*
» *tiæ* eſt, & à Sapientia triginta duæ ſemitæ abs-
» conditæ. Et ſecundum id quod ſublimitas & cel-
» ſitudo trahantur in *Sapientiam* ab *Infinitudine*,
» vocantur mirabiles a dictione כי יפלא, *ſi recon-*
» *ditum, abſconditum fuerit*, ſicut Chaldæus
» ארי יתכסי quod idem ſonat, & ſecundum id, quod
» eſt diſtinctio inter ſemitam & ſemitam, vocantur
» quoque *mirabiles*, à dictione כי יפלא לנדר & om-
» nis ſemita & ſemita deducitur à *Sapientia*, quo-
» uſq; pertingas oſtendere omnem ſemitam in *In-*
» *telligentia*, ſicut Scriptura dicit, ומשך חכמה מפנינים
» *& trahit Sapientia Magarithas*. Virtus Cauſæ
» Cauſarum, nempe infinitudo, de qua *Corona*
» *ſ[illegible]*,

Digitized by Google

„*ſumma* eſt Sublimitas & Celſitudo. *Sapientia* „vero produxit virtutem Cauſæ, quæ יוד הא dici„tur, quæ eſt in virtute eſſentiarum. Et è virtute „*Intelligentiæ* produxit totam ſtructuram, quæ „vocatur *Scientia*, in tribus inquam Nominibus, „quæ ſignificant quidditatem ejus, benedictum & „exaltatum ſit nomen ejus, quæ continentur in my„ſterio *Numeri*, *Numerantis*, *Numerati*, trium, „inquam, characterum Nominis explicati יו״ד ה״א וא״ו „in quo omnia continentur, uſque dum infinitu„do unitur è medio & interiori quidditatis ſuæ, „quæ eſt, אהיה *ego ſum.* א habet relationem ad „Trinitatem eorum כי יהוה עד עולמים quæ in nomine „יה *Jehovah* formavit ſecula: In יה Trinitas eſt „& Dualitas, ſi tranſvertis duos characteres nomi„nis יה.

52. Idem author fol. 46. p. 2. „Quamvis, in„quit, res horum myſteriorum diſtinguuntur, „ſecundum progreſſum in *Sapientia*, *Intelli„gentia* & *Linea ſcientiæ* (h. e. Coronâ ſum„mâ) nulla tamen diſtinctio inter eos quoad eſ„ſentiam, quia finis ejus annexus principio ejus, „& principium ejus fini ejus, & medium, perfe„ctio ejus continetur ab eis ſicut reſplendentia in „carbone coruſcante, hoc eſt quod ſcriptura dicit; „רשפיה רשפי אש שלהבת יה.„

53. Rabbi Moſes Botrell fol. 46. p. 4. in cap. 1. ſect. 7. libri Formationis ſæpe citati. „Nomen „ejus, inquit, benedictum & exaltatum ſit illud, „non ſubjacet privationi in æternum, & non eſt „ipſi forma, ſpecies, figura principii, quia ipſe

fuit,

„fuit eſt & erit. Et ſi ita res ſe habet, non eſt illi fi„nis; cui vero non eſt finis, ei non eſt princi„pium; & ſic ille vivit & ſubſiſtit æternus ab æter„no in æternum.

54. Rabbi Abraham Alaphia fol. 42. p. 3. in cap. 1. ſect. 5. libri Formationis „ *Sapientia*, in„quit, vocatur *Principium*, ſicut Scriptura teſta„tur: *Principium Sapientiæ timor Domini*: eo „quod illa eſt principium omnium exiſtentium. „Sicut ſe habet materia ad formam, (ſi ita licitum „eſt dicere in hoc profundiſſimo myſteriorum gra„du) & ſicut punctum, quod eſt litera Jod, eſt „principium & embryo omnium literarum. Et hoc „eſt illud myſterium de quo Scriptura dicit: *Ego* „*primus & ego ultimus*. Et *Æquum* vocatur „*Principium*, quia eſt *Ens* de *Non-Ente*. Verum e„nim vero quoad Entitatem principium eſt nume„rus in myſterio. Porro *Non-Entis* non compre„henditur numerus. h. e. illud quod principio & „fine caret, non cadit ſub terminum prædicamen„ti Quantitatis dimenſivæ.

55. „Idcirco cum principium & finis cadant ſub „prædicamentum quantitatis dimenſivæ, neceſſe „eſt, ne hoc in loco dicas aut ullo modo voces „eam quantitatem dimenſivam ſimpliciter & ab„ſolute, ſed profunditatem ineffabilis bonitatis & „virtutis, ac ſi diceres, profunditati principii, i. „e. *Sapientiæ*, nulla eſt dimenſio. Et ſic de om„nibus decem profunditatibus. (quæ ſunt tres Numerationes ſuperiores intellectuales, quæ à Judæorum Sapientibus *Corona ſumma*, *Sapientia*, &

 Intelli-

Digitized by Google

Intelligentiæ vulgo dicuntur, à noſtris vero Theol. Pater, Filius, & Spriritus S. & *ſeptem Commutationes* vel *virtutes*, ſeu modi, quæ à noſtris Attributa divina vocantur.) „ Nec una quoque harum
„dependet ab illa (ſcilicet quantitate dimenſiva)
„quia hæ omnes profunditates trahuntur a Men-
„te ſumma, de qua Scriptura dicit Pſ. civ. 24. *quam*
„*magnificata ſunt opera tua Domine, valde pro-*
„*fundæ ſunt cogitationes tuæ*: & ſicut Menti
„ſummæ non eſt finis, ſic etiam aliis Profunditati-
„bus quoque non eſt finis. Sequitur ſtatim: Scien-
„dum, ſi ſphæræ ratione rotunditatis ſuæ nec prin-
„cipium nec finis eſt, niſi ex parte corporis ſui fi-
„niti, quanto magis & Intelligentiis ſeparatis,
„immo multo magis Numerationibus Intellectua-
„libus, quæ unum Unitate perfectiſſima; neque
„dicitur de iis principium & finis, quia princi-
„pium & finis ponuntur in genere prædicamenti
„quantitatis dimenſivæ, quæ ſua objecta in ſuas
„partes quantitativas dividit. Cui vero non eſt
„quantitas, de eo quoque non dicitur principium &
„finis. h. e. myſterium profunditatis principii.
„Verum enim vero eſſendo quod Deus, benedi-
„ctum ſit nomen Ejus, ſit principium & cauſa o-
„mnium exiſtentium, ſi ita licitum eſt dicere, ſicut
„forma & cauſa omnium eſſentiarum: *Sapientia*
„tamen etiam eſt principium & cauſa omnium ex-
„iſtentium, teſte Scriptura Pſ. civ. quam ma-
„gnificata ſunt opera tua, Domine, omnia in Sa-
„pientia feciſti.

56. In libro de *Fide & expiatione*: „ Jam antea

dixi

„dixi tibi, quod producens Ens de Non-Ente nullius egeat, & quod Ens eſt in Non-Ente quoad „rem Non-Entis, & Non-Ens eſt in Ente quoad „rem Entis; & ſequitur; quo diſcas, quod Non-„Ens eſt Ens, & Ens eſt Non-Ens.

57. *Rabbi Simeon* Filius *Jochoæ* lib. 1. Tykunim fol. 82. p. 1. Corr. 38. ad verba Pſalmi: *Unum locutus eſt Deus, duo hæc audivi.* „*Unum*, „inquit, & *Duo* ſunt tres Numerationes ſuperio-„res; de quibus dicimus, *Unum*, *Unum*, *Unum*, „tres Unitates & ecce Unum ſunt. Hoc eſt my-„ſterium: *unum locutus eſt Deus, duo hæc au-„divi.*

58. Rabbi Moſes Botrill in Cap. 2. ſect. 3. fol. 60. p. 4. libri formationis. „Sicut, inquit, flam-„ma innixa carboni, carbo eſt radix, ut flamma de „ea procedat; ſic etiam *Verbum* in *Labio.* Voca-„bulum vero פה *Os* conſtat duabus literis; prima „litera פ continet in ſe myſterium: *Ego ſum Do-„minus Deus tuus*: ſecunda litera ה tres exiſten-„tias, Fuit, Eſt & Erit ſignificat, & hæ tres u-„num ſunt, quia unus eſt Dominus Deus tuus.

59. *Rabbi Simeon* filius *Jochoæ* libro cui inſcriptio *Zohar* fol. 100. in verba illa: *Iehova unus eſt, & nomen ejus unum eſt*: „Hæc, inquit, „duæ Unitates. Unitas vero, quæ infra, unitur „Unitati, quæ ſupra, videlicet יהוה אלהינו יהוה *Ie-„hova, Deus noſter, Iehova.* Myſteria abſcon-„dita, quæ cognoſci plane nequeunt, & coar-„ctantur in unum ſublimem locum myſteriorum, „ubi Unitas, quæ infra, coarctatur illi in myſte-

„rio myſteriorum. Alia vero Unitas myſterii eſt „in verbis: *Et nomen ejus unum eſt.* Benedicta „ſit gloria regni ejus in ſecula ſeculorum, Unita- „tis, inquam, quæ infra, & Unitatis, quæ ſu- „pra.

60. Idem Author lib. 1. *Tykunim* fol. 29. p. 2. Corr. 18. longam habet orationem de pulſantibus januam regni cœleſtis, & dicit: „Non quæ- „retur de mirabilibus creationis operibus, ſed, ſi „quis in ſapientia fidei ſuæ *Sapientiam*, & *In-* „*telligentiam* in intelligentia, & *Scientiam* in „ſcientia apprehenderit. Et in quibus eſt virtus, „nempe Divinitatis, quæ ſupra, quia ipſa eſt virtus „characterum operum creationis, ſtare pro omni- „bus ſtatione orationis, iſti introibunt in palatium „Regis, quia iſti ſunt juſti perfecti, in medio eo- „rum dabitur eis deſiderium eorum. Extra vero „erunt impii, neque introibunt, ſed extrudentur „de loco iſto, neque dabitur eis deſiderium eo- „rum, ſed dicitur de illis illud Eſaiæ, מי בקש זאת מידכם „*quis petiit hoc de manibus veſtris?* &c. & ſe- „quitur ſtatim; neque dabitur eis deſiderium eo- „rum, ſed extrudentur de loco iſto, & tradentur „in manus angelorum perditionis.

61. Idem lib. 1. *Tykunim* fol. 41. p. 1. & 2. Corr. 19. „Hæ duæ, inquit, literæ, quæ amotæ ſunt ab „eo (ſcilicet nomine אהיה) in quas peccaverat A- „dam, induxerunt ipſi mortem. Prima harum א „Artificem abſconditum, ſecunda vero י Mentem „ſignificat. Dixit ei Rabbi Eleazar: Aba, quot er- „go ſunt Mentes? Divinitas, quæ infra, vocatur

„Mens;

„Mens; Sapientia vocatur Mens; & Cauſa cau-
„ſarum vocatur Mens, quæve ſuper omnes Men-
„tes eſt & ſuper quam alia non eſt, & illa eſt ma-
„xime abſcondita omnium abſconditarum & ex-
„cellentiſſima omnium excellentiſſimarum. Et ſe-
quitur pag. ſeq. „Dixit ei: fili mi, א quæ in ſimi-
„litudine יוי eſt, continet in ſe myſterium & figu-
„ram trium characterum, nempe י ſupra, ו in me-
„dio, & ד infra eſt. א ſignificat myſterium nomi-
„dis אהיה, ד myſterium אדני, י myſterium nominis
„יהוה. Sed א finis gaudet principio ſuo; & prin-
„cipium fine ſuo. Simile eſt, & de hac litera א etiam
„dicitur illud quod de Cauſa cauſarum: *Ego pri-
„mus & ego ultimus.* & de litera ו, quæ media
„eſt, dicitur illud, quod ſequitur: & *præter me
„non eſt Deus.* Dixit ei: certe, modo revelatum
„eſt mihi, quod ante uſque adhuc neſciebam, &
„nulli unquam notum fiet amplius usque in die-
„bus Meſſiæ.

62. Idem lib. I. *Tykunim* ſect. 70. fol. 133. p. I. ſuper illo Pſ. XCI. verba, כי בי חשק refert idem Author, Regium Prophetam David mentem ſuam in Spiritu S. ad S. S. Trinitatem levaſſe, eò quod myſterium S. S. Trinitatis ex initialibus literis harum trium dictionum ſoli mundo elici poſſit, quod hæ tres hujus verſiculi dictiones iiſdem gaudent initialibus literis, quibus & tria ſanctiſſimæ Trinitati proprie attributa nomina, כתר *Corona ſumma* חכמה *Sapientia*, בינה *Intelligentia*: Exempli gratia: כי בי חשק prima dictio כי quia gaudet eadem initiali litera nempe כ quæ eſt כתר עליון *Corona ſumma*; ſecun-

da dictio בי *in me*, gaudet in initio litera ב ſicuti בינה *Intelligentia*, tertia dictio in initio gaudet litera ח qua litera & חכמה *Sapientia*. Ecce, inquit, vides omnes harum trium dictionum Pſ. xci, verſus [illegible] les literas eaſdem eſſe à quibus & ſanctiſſimæ Trinitati attributa tria nomina incipiunt.

63. Idem Author eodem libro ſect. 70. fol. 126. p. 1. ſuper illa Pſ. cxxi. verba, *levabo oculos meos ad montes*, מאין *de Non-Ente veniet auxilium mihi*: » Poſtquam, inquit, viſionem, » in Spiritu S. habebat David, & de ultima captivita» te prophetaverat, levavit mentem ſuam uſque » ad אין *Non-Ens*, & dixit: *levabo oculos meos* » *ad montes* מאין *de Non-Ente veniet auxilium mi*» *hi*. Dictio אין *Non-Ens* tribus conſtat literis, א » quæ eſt prima litera dictionis אין quod *Non-Ens* » ſonat, ſignificat *Coronam Summam*; י ſecunda » litera, *Sapientiam*; ן tertia litera, *Intelligentiam*. » Prophetico enim ſpiritu vidit, quod non appre» hendebat ipſum (ſcilicet Jehovam) tribus ora» tionibus, quas Patres eorum conſtituerant: Et » quoniam vocantur *montes Jehovæ*, dixit: *le*» *vabo oculos meos ad montes* מאין, *de Non-Ente* » *veniet auxilium mihi*, & ſequitur, *auxilium* » *meum à Jehovah &c.*

64. Idem in libro *Tykunim* fol. 73. p. 2. Correct. 28. & fol. 122. p. 1. Correct. 55. » Caput, » inquit, eſt *Corona ſumma*, Mens *Sapientia*, Cor » *Intelligentia*. Et lib. eodem fol. 97. p. 1. ſect. 61. & fol. 92 p. 2. ſect. 56. explicat idem Author ſanctiſſimum Nomen Tetragrammaton יהוה & dicit:

cit: „Dixit ei, fili mi, litera prima Nominis Tetragram-
„mati יוד eſt ', & ſignificat Patrem, ה ſecunda li-
„tera Matrem, ו tertia litera Filium, & ה quarta
„litera Filiam.

65. Et eodem libro *Tykunim* fol. 56. p. 2. Correct. 21. ſupra illa Deut. IV. verba: *& cuſtodietis & facietis, quia ipſa eſt Sapientia veſtra & Intelligentia veſtra.* Idem Author, „*Et cuſtodietis*, continet in ſe, inquit, myſterium וה
„duorum, inquam, poſteriorum characterum ſan-
„ctiſſimi Nominis Tetragrammati, quæ Filium
„& Filiam (ut ſupra dictum eſt) ſignificant. Quia
„ipſa eſt Sapientia veſtra & Intelligentia veſtra,
„continet in ſe, inquit, myſterium יה duorum
„inquam priorum ſanctiſſimi Nominis Tetra-
„grammati characterum. Et in quo conformes ſunt
„ſibi Pater & Mater; Filius & Filia? in myſterio
„literæ א quæ prima litera אין *Non-Entis* eſt, &
„*Coronam ſummam* ſignificat, eò quod Unitatem
„tranſcendentalem ſignificat (ſeu teſtatur) quum
„de hac profundiſſimi myſterii abyſſo dicitur,
„quod ſplendor earum, trium, inquam, Nume-
„rationum Intellectualium, conformis vel com-
„parabilis ſit duobus Regibus, qui una utuntur
„coronâ.

66. Et eodem primo libro *Tykunim* fol. 119. p. 1. ſect. 70. „Tres literæ יו quæ in hunc modum
„de explicato Nomine Tetragrammato יוד הי ויו הי
„eliciuntur, teſtimonium de Eo perhibent, quod
„ſupra non ſit præter illum alius, & in medio ſui
„ipſius non Deus alius, omnibus denique ex par-
tibus

„tibus non ſit præter illum: & in iſto Nomine „ſuo cognoſcatur abſque numero, forma ſ. figura.

67. Rabbi *Aaron*, Babylonicæ omniumque Orientalium Synagogarum facile Princeps, libro, cui inſcriptio *Nikoth*, „Tres, inquit, ſunt Nume- „rationes; Numerus, Numerans, Numeratum. „Primus terminus, *Numerus* continet in ſe my- „ſterium אמש trium matrum: Secundus vero, nem- „pe *Numerans*, myſterium בגד כפרת ſeptem dupli- „cium: tertius, *Numeratum*, myſterium הוזחטילנם „עצק duodecim ſimplicium. Et ſic in iſtis terminis, „nempe Numero, Numerante, Numerato, la- „tet myſterium trium matrum, & myſterium ſe- „ptem duplicium, & myſterium duodecim ſimpli- „cium.

68. Rabbi *Iſaſchar Beer*, filius *Moſeh Peſachia* carmen libro, Imre Binah inſcripto, in hanc „mentem præfixit: (1) Qui unus eſt in Intelle- „ctu, intelligenti & intellecto, glorificatur San- „ctitate, ſicut prodire luces, easque in tres ema- „nationum ordines ordinavit, teſtatur id unaqua- „que earum, decemque ſepitur. (2) Tria ſunt „primaria (vel primordialia) capita & coæter- „na, idque teſtatur ſplendor earum, Numeratio- „num inquam intellectualium, in æternum Tri- „nitatem: Regna teſtantur. (3) Nomen ejus „abſconditum eſt anima Numerationum abſcondi- „tarum & vivum ſtabilimentum &c. (4) Summa „myſterii earum eſt emanatio (vel proceſſio) „Archetypi, creatio mundi Intellectualis, forma- „tio mundi cœleſtis, & fabrica mundi minoris vel

„elemen-

Digitized by Google

„elementaris. Omnium eſſentiarum & emanatio-
„num ſtabilimentum ſuper illud. Honor ejus, ſupra
„in altitudine Cœlorum, & infra profunditatem in-
„fra terram. Excelſus, ſublimis, totus intime mi-
„ſericors. Probatus ſermo ejus in Sapientia miſe-
„rationum ſermonibus ſupra ſtabilivit portas.

69. Author lib. 1. *Tykunim* ſect. 42. fol. 84. p. 1. 2. „Tres, inquit, Artifices fuerunt uſque hac: „primus dies, & ſecundus dies, & tertius dies, pro-„duxitque opus ſuum unuſquiſque. Primo diei di-„xit ipſe mirabilis abſconditus Artifex qui אין Non-„Entis, א prima litera Coronam ſummam, י ſe-„cunda litera Sapientiam, ו tertia litera Intelligen-„tiam ſignificat. Et dixit unaquæque Numeratio „unicuique diei de tribus diebus creationis, ut pro-„duceret opus ſuum. Dixit prima primo diei: „*Fiat Lux*; ſtatim ſuum opus produxit & fecit ſic, „ſicuti ſcriptura teſtatur, *& fuit lux*. Nulla vero „exiſtit eſſentia, niſi per modum operationis fabri-„cæ. Litera אין *Non-Entis* prima א, quæ fuit voli-„tans in aëre, produxit lucem. י ſecunda litera ex-„panſum firmamenti. ו tertia litera produxit aridam „&c.

70. Idem libro 2. ſect. 62. fol. 97. p. 2. ſuper illa verba, *Creavit Elohim hominem in imagine ſua*, inquit, „Propriâ, quæ eſt Divinitas cum „omnibus proprietatibus ejus, cui nec addidit nec „diminuit. Et homo ille ſanctus ſignificat Divini-„tatem. Dixit Rabbi Eleazar: Et ecce de Divi-„nitate loquendo, non utimur termino *creationis*, „ſed *generationis*, vel *proceſſionis*. Debebat ergo

F „dice-

„dicere; Et creavit *Adonai* hominem: Quare di-
„xit, *Elohim*? reſpondit, eo quod Divinitas ipſa
„vocatur *Elohim*.

71. Lib. 1. *Tykunim* ſect. 56. fol. 93. p. 2. „Di-
„xit Rabbi Eleazar, Abba, quomodo factus eſt ho-
„mo in imagine quæ ſupra? Reſpondet ei: fili mi,
„poſtquam factus eſt homo iſte Sanctus in imagi-
„ne Dei, omnes tres ſuperiores mundi archetypi
„Numerationes præſentes ſimul fuerunt, & ani-
„ma ejus fuit quadriga illis Numerationibus, eo
„quod anima ejus eſt anima illa de qua dicitur: &
„creavit Deus hominem in imagine ſua.

72. Idem Author eodem lib. *Tykunim* ſect. 18.
fol. 30. p. 2. 3. „Si filii hominum, inquit, in ora-
„tionibus ſuis, vel in omnibus operibus ſuis quæ-
„cunque fecerint, mentem ſuam, per fidem ad
„Divinitatem levaverint, ſtatim oſtiarius cœleſtis
„palatii vociferatur ad januam, an ibi ſit Divini-
„tas? Et Jehova reſpondebit, ſtatim &c. quia,
„quam primum homo in bonis ſuis operibus men-
„tem ſuam per Divinitatem ad Deum Sanctum,
„benedictus ſit ille, levaverit, deſcendet Ille
„ad eam propter Divinitatem in occurſum oratio-
„ni ejus, & Divinitas præveniet aperire ei.

73. De his ſatis. Avidum Lectorem, ſi cui
„præſto ſint Rabbini, remitto ad infra ſignata loca;
„inprimis ad Rabbi *Eliæ*, magnifici illius Cabba-
„liſtæ, librum, latius de hoc profundiſſimo in a-
„byſſo tenebrarum retracto Sacratiſſimæ Trinitatis
„myſterio tractantem, cui inſcriptio: *Hæc eſt por-*
„*ta Jehovæ*. Et Rabbi *Alaphiam* ſuper librum
„*For-*

„*Formationis*, cujus Authorem Ebræi credunt eſ-
„ſe Abrahamum:
fol. 50. p. 3. in cap. 1. ſect. 9.
fol. 58. p. 3. in. cap. 2. ſect. 3.
fol. 61. p. 3. in cap. 3. ſect. 3.
fol. 68. 69. p. 3. in cap. 3. ſect. 4.
fol. 71. p. 2. in cap. 3. ſect. 5.
fol. 88. p. 2. 3. in cap. 6. ſect. 6.
fol. 47. p. 2. in cap. 1. ſect. 7.
fol. 42. p. 2. 3. in cap. 1. ſect. 5.

& Rabbi *Moſeh Botrill*, in hujus librum *Formationis*:
fol. 22. p. 2. in cap. 1. ſect. 1.
fol. 30. p. 3. in cap. 1. ſect. 2.
fol. 45. p. 4. in cap. 1. ſect. 6.
fol. 51. p. 1. in cap. 1. ſect. 10.
fol. 58. p. 4. in cap. 2. ſect. 1.
fol 63. p. 1. in cap. 21. ſect. 3. 5.
fol. 67. & 68. p. 1. & 4. in cap. 2. ſect. 3. 5.

Et Rabbi *Moſeh Ægyptium* vel Rabbi *Moſeh filium Naaman*, qui & initialibus literis compendii cauſa *Ramban* dicitur:
fol. 29. p. 2.
fol. 36. p. 2.
fol. 49. 50 p. 1. & fol. 60. p. 2. in librum *formationis*.

Et Rabbi *Simeonem filium Jochoa* libro primo *Tykunim* inſcripto:
fol. 69. p. 1. corr. 15.
fol. 126. p. 2. corr. 70.
fol. 123. p. 2. corr. 69.
fol. 21. p. 2. corr. 61.
fol. 21. p. 2. corr. 1.
fol. 107. p. 2. corr. 69.
fol. 103. p. 1. 2. corr. 69.
fol. 109. p. 1. corr. 69.
fol. 112. p. 2. corr. 69.
fol. 114. p. 1. corr. 69.

fol. 116. p. 1. corr. 69.
fol. 95. p. 2. corr. 58.
fol. 117. p. 1. corr. 69.
fol. 67. p. 1. corr. 22.
fol. 31. p. 1. corr. 18.
fol. 35. p. 2. corr. 18.
fol. 30. p. 2. 3. corr. 18.
fol. 119. p. 1. corr. 55.
fol. 18. p. 2. corr. 6.
fol. 41. p. 1. corr. 19.
fol. 26. p. 1. 2. corr. 14.
fol. 125. p. 2. corr. 55.
fol. 132. p. 1. corr. 70.
fol. 82. p. 102. corr. 38.
fol. 99. p. 1. 2. corr. 66.
fol. 51. p. 2. corr. 20.
fol. 121. p. 1. 2. corr. 57. &
fol. 56. 57. & 93. p. 2. corr. 36.
fol. 97. p. 2. corr. 62. & libro ſecundo *Tykunim* ;
fol. 142. 143. & 144. p. 2. ſect. 4. 5. 6. 7.
fol. 147. p. 2. eodem libro ſecundo, corr. 10. 11. Et
fol. 97. p. 2. corr. lib. 1. *Tykunim*. Eodem libro
fol. 101. p. 2. corr. 67.
fol. 41. p. 1. corr. 19.
fol. 35. p. 1. 2. cor. 18.
fol. 26. p. 1. corr. 14.
fol. 68. p. 1. 2. corr. 25.
fol. 64. p. 2.
fol. 68. p. 1. corr. 22. & 26.
fol. 133. p. 2. corr. 70.

74. Sed ne in validiſſimum horum myſteriorum pelagus abripiar, huic primo primæ partis articulo finem imponendum & ſecundo manum noſtram adjiciendam eſſe cenſeo, in quo tam ex S. Scriptu-

ræ fundamentis, quam ex Rabbinorum ſcriptis & fragmentis demonſtramus, antiquiſſimos ante & poſt nativitatem vel adventum veri Meſſiæ Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Ebræorum Sapientes omnibus Prophetatum dictis aſſenſum præbuiſſe. (1) *Sapientiam ſummam*, ſive ſecundam Numerationem Intellectualem in mundo archetypo, h. e. Verbum Dei viventis, à *Corona Summa*, Deo Patre, prima, inquam, *Numeratione intellectuali* in mundo archetypo ab omni æternitate è Non-termino Infinitudinis Divinæ Eſſentiæ ineffabili generatione productum. (2) Meſſiam vel Salvatorem generis humani verum eſſe. (3) Illamque in hunc mundum deſcenſuram. (4) Spiritus S. cooperatione corpore, carne, inquam, & ſanguine, ſeſe veſtituram & amicturam. (5) Mortem pro redemtione generis humani ſubituram. (6) Ad inferos deſcenſuram. (7) Animas captivas â poteſtate Diaboli liberaturam. (8) Tertio die â mortuis reſurrecturam. (9) Ad cœlos adſcenſuram. (10) Mundumque judicaturam.

75. Id in hunc modum exprimunt noſtri Theologi: Meſſiam verum eſſe Deum & verum hominem, h. e. duas in una Chriſti Jeſu Salvatoris humani generis perſona inſeperabiles naturas, earumque proprietates unitas eſſe, dum proprietas uni naturæ conveniens tribuitur perſonæ in concreto, recte ut dicatur, Deum mortuum & paſſum, non proprietate naturæ, ſed per communicationem idiomatum, & hunc hominem eſſe Omnipotentem. Ita tamen, ut unicuique naturæ tribuen-

Digitized by Google

da ſit ſua proprietas inconfusè. Ne vero piis veſtris auribus tædium longo pariamus ſermone, quam breviſſime omnia proponere decrevimus, ea tamen lege, ne forte aliquis putet, nos ea, quæ ob librorum plurium defectum omiſimus, difficultatis causâ tranſiliiſſe. Producamus primò Scripturæ loca, quibus & illi ipſi Ebræi utuntur.

76. Æternam Filii Dei generationem quod attinet, Regius Propheta Salomon hiſce eam deſcribit verbis, Prov. VIII. 22.... 32. *Dominus acquiſivit me*, inquit Sapientia, *principium viæ ſuæ ante opera ſua. Ex tunc â ſeculo principatum habui â capite* (ab initiis) *terræ; in non-abyſſi* (vel *cum nondum abyſſi eſſent*) *formata ſum; in non-fontes* (vel *cum nondum fontes eſſent*) *aggravata loca aquis. Antequam montes eſſent defixi, ante facies collium formata ſum. Adhuc non fecerat terram, & plateas, & caput pulverum ejus. In parando ipſum cœlos, ibi ego; in deſcribendo eum circulum ſuper faciebus abyſſi; in roborando ipſum ætheradeſuper; in fortificando fontes abyſſi, in ponendo ipſum mari ſtatutum ſuum, ne aquæ tranſirent os ſuum: in conſtituendo ipſum fundamenta terræ, eram apud Eum alumna, & eram deliciæ, de die ad diem ludens coram Eo in omni tempore, ludens in orbe terræ Ejus, & delectationes meæ cum filiis hominum.* Ibidem Cap. XXX. 4. *Quis aſcendit in cœlum & deſcendit? Quis collegit ventum in pugillos ſuos? quis ligavit aquas in veſtimento? quis ſtatuit omnes fines terræ? quod nomen Ejus? & quod nomen*

nomen filii Ejus? Eſ. LXVI. 9. *Num ego qui matricem frangere faciam & ipſe non pariam? dixit Jehovah. Num ego qui faciam generare, & ipſe claudar,* vel *ſterilis ero? dixit Deus tuus.* Jer. XXXIII. 20. *Si infringitis pactum meum diei & pactum meum noctis, & ad non eſſe diem & noctem in tempore ſuo; etiam pactum meum diſſipabitur cum David ſervo meo ab exiſtendo ei filium regnantem ſuper thronum ejus.* Mich. V. I. *Et Tu Bethlehem Ephrata, parvula ad exiſtendum in millibus Jehuda, ex te mihi egredietur ad exiſtendum Dominator in Iſraël, & egreſſiones ejus pluſquam ante dies ſeculi.* Oſ. VI. 3. 4. *Sciemus, ſequemur ad ſciendum Jehovam. Tanquam aurora præparatus eſt egreſſus ejus, & veniet tanquam imber nobis, veluti ſerotina pluvia tempeſtiva terræ.* Pſal. II. 6. 7. 8. 9. *Et ego conſtitui Regem meum ſuper Zion montem Sanctitatis meæ. Narrabo ipſum ſtatutum: Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Poſtula à me, & dabo gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem hæreditariam fines terræ. Conteres eos in virga ferrea, ſicut vas figuli diſperges eos confractos.* Pſal. CX. *Dixit Jehova Domino meo; ſede ad dextram meam* (quod Chaldæus ſic vertit: למימריה *verbo ſuo*) *donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedibus tuis. Virgam fortitudinis tuæ mittet Jehovah ex Zion. Dominare in medio inimicorum tuorum. Populus tuus devotionum in die fortitudinis tuæ, in decoribus ſanctitatis ab utero; ante Luciferum tibi ros nativitatis tuæ.*

77. Scri-

Digitized by Google

77. Scripturæ Sacræ conſentanea ſunt iſta. Talmud Tom. *Sabbath* Jeroſolim. fol. 8. p. 4. *Dixit Rabbi Levi: legimus apud Dan.* III. *Similis eſt filio Dei. Dixit Rabbi Reüben: deſcendit Angelus de cœlo & alapam ſuper os ejus impegit & dixit ipſi: Tu impie, recte tua verba diſpone: Filius eſt ei* (ſcil. Deo) Talmud Tom. *Roſch. Haſchana* tract. 1. fol. 86. *Dixit Rabbi Iſaac Rabbi Cahanæ, petimus te, ut ſitis de appropinquantibus ſacrificium Deo cœlorum & adoretis vivum Regem una cum filio.* Talmud Tom. *Sukoth* tract. v. fol. 52. *Rabbini docuerunt: Filio David, Meſſiæ, dixiſſe Deum ſanctum, benedictus ſit ille: Fili mi, poſtula à me quicquid vis, & ego dabo tibi. Sicut ſcriptum eſt: narrabo ipſum ſtatutum, Dominus dixit ad me, Filius meus es Tu, ego hodie genui te: poſtula à me, & dabo gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem hæreditariam tuam fines terræ.*

78. Lib. 1. *Tykunim* ſect. 20. fol. 51. p. 2. ſuper dictione הללויה *Hallelujah: hæ duæ poſteriores dictionis* ללויה *literæ, nempe* יה, *Sapientiam & Intelligentiam ſignificant, per quas fiet redemtio, quia ſunt filius & filia, & in eis delebuntur Amalekitæ de mundo.* Eod. lib. ſect. 55. fol. 125. p. 2. ſuper illa Prov. xxx. 4. verba: *quod nomen Ejus & quod nomen filii ejus? Vult dicere, hæc verba ſignificare Sapientiam & Columnam mediantem.* Idem Author ſect. 78. fol. 132. p. 1. *Sapientia de* אין *Non-Ente exiſtit, & eſt myſterium, ſecundæ inquam literæ, in qua omnes orbis effigiationes effigiatæ ſunt.*

79. Suc-

Digitized by Google

79. Succedunt nunc loca, quibus probatur *Meſſiam verum Deum & hominem eſſe*: & primo quidem ex Eſ. IV. 3. 4. *Diabluet Dominus ſordes filiarum Zion, & ſanguines Jeruſalem colluerit de interiori ejus in ſpiritu judicii & in ſpiritu ardoris.* Eſ. I. 26. *Et convertam manum meam ſuper te, & repurgabo ad purum ſcorias tuas, & auferam omne ſtannum tuum, & reſtituam judices tuos, ſicuti in principio, & conſiliarios tuos veluti in initio. Poſtea vocabitur tibi civitas juſtitiæ, civitas fidelis. Zion in judicio redimetur, & converſi ejus in juſtitia.* Pſal. LXVIII. 21. *EL* (h. e. Deus fortis) *nobis EL* (Deus fortis) *in ſalutem & IEHOVAH ADONAI ad mortem exitus.* Eſ. XXX. 22. *Nam IEHOVA Judex noſter, IEHOVA Legiſlator noſter, IEHOVAH Rex noſter: ipſe ſalvabit nos.* Zach. III. 9. *Quia ecce lapis, quem dedi ad facies Ioſuah, ſuper lapidem unum ſeptem oculi: ecce ego aperiens apertionem ejus, dixit IEHOVAH, & removebo iniquitatem terræ illius in die una.* Oſ. VI. 1. 2. 3. *Venite & revertamur ad IEHOVAM, quia ipſe rapuit & ſanabit nos, percuſſit & obligabit nos faſciis, vivificabit nos a duobus diebus, die tertio ſuſcitabit nos, & vivemus ad facies ejus.* Mich. II. verſ. ult. *Aſcendit effractor ad facies eorum, & effregerunt & tranſierunt portam, & egreſſi ſunt per eam, & tranſivit Rex eorum ad facies eorum, & IEHOVAH in capite eorum.* Pſalm. LXVIII. 18. 19. *Currus ELOHIM duæ myriades, millia duplicata; ADONAI*

NAI in eis, Sinai in ſanctitate. Aſcendiſti in altum, captivam duxiſti captivitatem, accepiſti dona in homine; & etiam rebelles, ad inhabitandum IAH-ELOHIM. Eſ. VII. 10-16. *Et adjecit IEHOVAH loqui ad Achas dicendo: Pete tibi ſignum a cum Domino Deo tuo, profunda petitionem, vel eleva te ipſum in excelſum. Et dixit Achas:* Non petam, *& non tentabo Iehovam. Et dixit: Audite nunc domus David, nunquid parum eſt vobis fatigare homines, quod afficiatis labore etiam Deum meum? ideo dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo prægnans & pariens filium, & vocabit nomen ejus IMMANV-EL* (i. e. *nobiſcum Deus fortis.*) *Butyrum & mel comedet, ad ſciendum ipſum reprobare in malo, & eligere in bono.* Eſ. IX. 6. 7. *Quia gnatus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & erit principatus ſuper humerum ejus, & vocabitur nomen ejus: Admirabilis, Conſiliarius, Deus fortis, Potens, Pater æternitatis, Princeps pacis. Ad multiplicandum principatum, & ad pacem non finis, ſuper ſolium David, & ſuper regnum ejus ad parandum illud, & faciendum in judicio & in juſtitia ex nunc & uſque in ſeculum; Zelus Domini exercituum faciet hoc.* Jer. XIV. 8. 9. 10. *O Expectatio Iſrael, Salvator in tempore afflictionis, quare futurus es quaſi peregrinus in terra, & tanquam viator, ad pernoctandum declinavit? quare futurus es quaſi vir attonitus, tanquam fortis, qui non poterit ſalvum facere? Et tu in interiori noſtro*

IEHO-

IEHOVA, & nomen tuum ſuper nos invocatum eſt, ne derelinque nos. Eſ. LXI. 1. *Spiritus Adonai Jehova ſuper me, propterea unxit me Iehovah, ad evangelizandum manſuetis miſit me, ad obligandum contritos corde, ad prædicandum captivis libertatem, & vinctis apertionem carceris, ad prædicandum annum voluptatis Iehovæ, & diem ultionis Dei noſtri, ad conſolandum omnes lugentes.* Gen. XLIX. 10. *Non recedet virga ex Iehuda & Legiſlator de inter pedes ejus, uſque quo veniat Siloh, & ipſi obedientia populorum, ligans ad vitem pullum ſuum, & ad vitem optimam, fili mi, aſinam ſuam; Lavit in vino veſtimentum ſuum, in ſanguine uvarum operimentum ſuum; rubicundior oculis vino, & candidior dentibus præ lacte.* Eſ. LXIII. 6. 7. 8. *Quis iſte veniens de Edom, rubefactus de Boſra, iſte decoratus in ſtola ſua, feſtivus in multitudine potentiæ ſuæ? Ego loquens in juſtitia, magnus ad ſalvandum. Quare rubrum eſt veſtimentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantis in torculari? Torcular ſolus ego calcavi, & de populis non eſt vir mecum, & calcabo eos in ira mea, & conculcabo in furore meo, & ſpargetur victoria eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea coinquinavi. Quia dies ultionis in corde meo, & annus redemtorum meorum venit. Et aſpexi & non auxiliator, & obſtupui & non fulciens; & ſalvavit mihi brachium meum, & æſtus meus ipſe fulcivit.* Eſ. L. 6-11. *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas decapillantibus, facies meas non*

 ab-

abſcondi ab ignominiis & ſputo. Et Adonai Iehovah auxiliabitur mihi. Ideo non erubui; ideo poſui facies meas ut ſilicem, & novi quod non afficiar pudore, propinquus juſtificans me. Quis contendat mecum? ſtemus ſimul, quis author judicii mei? accedat ad me. En Adonai Iehova auxiliabitur mihi. Quis ipſe impium faciat me? ecce omnes ipſi ut veſtimentum veteraſcent, tinea eos comedet. Eſ. LII. 13. uſque ad finem cap. LIII. *Ecce prudenter agit ſervus meus, exaltabitur & elevabitur & ſublimis erit valde: quemadmodum obſtupuerunt ſuper te multi. Sic corruptus præ viro aſpectus ejus, & forma ejus præ filiis hominum: ſic aſperget gentes multas, ſuper eum comprimentreges os ſuum, quia, quod non narratum fuerat eis, viderunt, & quod non audierant, intellexerunt. Quis credit auditui noſtro? & brachium Domini ſuper quem revelatum eſt? & aſcendit ut tener ramus coram eo, & ſicut radix de terra ſiccitatis, non forma ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus ut deſideraremus eum, deſpectus eſt, deſiit viris, vir dolorum & notus ægritudine, & quaſi abſcondens facies ab eo. Deſpectus erat, & non reputavimus eum plagatum, percuſſum Dei & humiliatum. Et ipſe vulneratus eſt à prævaricationibus noſtris, attritus eſt ab iniquitatibus noſtris, caſtigatio prævaricationum noſtrarum ſuper eum, & in livore ejus medicatum eſt nobis. Omnes nos, tanquam oves, erravimus, unuſquiſque ad viam ſuam converſi ſumus. Et Iehovah fecit incurrere in eum iniquitatem omnium*

nium noſtrorum. Oppreſſus eſt, & ipſe afflictus eſt, & non aperuit os ſuum; ſicut agnus ad mactationem educetur, & ſicut ovis coram tondentibus eam obmutuit, & non aperuit os ſuum. De clauſura & de judicio ſublatus eſt, & generationem ejus quis eloquetur? quoniam abſciſſus eſt de terra viventium, propter prævaricationem populi ſui, plaga ei. Et dedit cum impiis ſepulturas ejus, & cum divite in mortibus ejus. Super, non injuriam fecit, nec dolus in ore ejus. Et Jehovah voluit contundere eum, ægrotare fecit, ſi poſuerit delictum animam ſuam, videbit ſemen, prolongabit dies, & voluntas Jehovah per manum ejus proſperabitur. Propter laborem animæ ſuæ videbit ſemen, ſaturabitur in ſcientia ſua, juſtificabit juſtus ſervus meus multos, & iniquitates ipſorum ipſe bajulabit. Ideo partem dabo ei in multis, & cum fortibus partietur ſpolium; pro eo quod effudit animam ſuam, & cum prævaricatoribus numeratus eſt, & ipſe peccatum multorum tulit, & pro prævaricatoribus intercedet. Zach. IX. 9. *Exulta valde, filia Zion, jubila filia Jeruſalem, ecce Rex tuus venit tibi juſtus & Salvator, ipſe humilis & equitans ſuper aſinum & ſuper pullum filium aſinarum:* & verſ. 10. *Et loquetur pacem gentibus, & poteſtas ejus a mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad fines terræ. Etiam tu in ſanguine fœderis tui emiſiſti vinctos tuos, de ciſterna non aqua in ea. Convertimini ad munitionem vincti ſpei, etiam hodie annuncians duplum reddam.* Zach. XII. 10.

Digitized by Google

Et effundam ſuper domum David, & ſuper habitatorem Jeruſalem, ſpiritum gratiæ & miſerationum, & aſpicient ad ME, quem transfixerunt, & plangent ſuper eum veluti planctum ſuper unigenitum, & amarificare faciem ſuper eum, ut amarificare ſuper unigenitum.

80 Jam cum Deus ſecundum Divinam naturam opprimi, contundi, ignominia & ſputis affici, de terra viventium abſcondi, affligi, pati, transfigi, mori, ſepeliri &c. nequeat; ut id ſecundum humanam naturam fiat, neceſſe eſt. Brevitatis ergo cætera S. Scripturæ loca diligentiæ & ſtudio B. Lectoris committimus. Non enim fert libellus iſte omnia. Quapropter ſcriptis & fragmentis antiquorum Rabbinorum manum noſtram adjiciendam cenſuimus.

81. Lib. 1. *Tykunim* fol. 119. p. 1. Corr. 55. „Eſt homo, inquit author libri, cui attribuitur „terminus Numerationis, & non vocatur *homo* „abſolute, ſed *primus homo*, ſummus omnium; „Corona Summa, abſconditus & occultus, occul„tus omnium occultorum, Cauſa cauſarum, prin„cipium omnium principiorum: propter iſtum „primum hominem (de iſto primo homine) di„citur in Cauſa cauſarum illud Sap. VIII. *Et eram* „*coram Eo artifex, nutritius.* Et ad primum i„ſtum hominem dixit: *Faciamus hominem in* „*imagine noſtra, & ſecundum ſimilitudinem no*„*ſtram.* Et quis eſt iſte homo, ad quem dixit: *fa*„*ciamus hominem? Sapientia* eſt homo iſte. Quia „ipſa eſt in imagine *Coronæ Summæ.* Vel *facia-*

mus

Digitized by Google

„*mus hominem*, ſignificat etiam *Columnam mediantem. In imagine noſtra*, ſignificat *Sapientiam. Et in ſimilitudine noſtra*, ſignificat *Matrem*, quæ ſupra. Quia ſicut homo mundi intellectualis, homo mundi cœleſtis, homo mundi fabricæ elementaris eſt in imagine *Coronæ Summæ*, *Sapientiæ* & *Intelligentiæ:* ſic etiam iſte in imagine *Columnæ mediantis*, *Iuſtitiæ* & *Divinitatis*, *quæ infra*. Quia in mundo archetypo nihil eſt niſi proceſſio, emanatio. Et iterum: „*Faciamus hominem:* cui dixit illud? Certe Cauſa cauſarum dixit illi, cui attribuitur myſterium explicati Nominis יוד הא ואו הא &c. quod in ſupputatione arithmetica idem conficit ac אדם, nempe 45.

82. Idem Author eod. lib. fol. 52. p. 2. Corr. 21. „Serpens ille, inquit, cum quo vos certatis certamen, ut victores exiſtatis contra illum, ille eſt, qui deglutit & interficit. Neque id ſolum, quod interfecerit hominem primum, verum etiam omnes generationes, quæ futuræ erant ad creandum. Et ſingulis diebus in cœlo proclamatur: Quicunque interfecerit Serpentem iſtum, dabitur ipſi in viraginem filia Regis unigenita, cujus indumentum intrinſicè ex auro intertexto. Et illud aurum, ſignificat myſterium ſeptem dierum creationis, per quod omnia creata ſunt. Et hoc eſt myſterium Cant. VI. *pulchra es ut luna.* Propterea etiam vociferati ſunt vociferatione quam plurimi Heroum, & quam plurimi viri clypeati in domo orationis bonorumque operum congregati ad præliandum prælium, propter hanc Regis filiam, cum ſerpente iſto. Et quot Heroum

„lata

„lata ſententia defecerunt, ceſſerunt liti propter „hanc Filiam Regis! Et cum quaquaverſum circum-„ſpexiſſet, & vidiſſet quod non eſſet vir, Exod. „II. 12. h. e. non eſſet inter eos, qui interficeret ſer-„pentem iſtum, quouſque venit ille de quo ſcri-„ptura dicit Exod. II. *Et circumſpexit quaqua* „*verſum* &c. *& percuſſit Ægyptium* (Serpentem „nempe) *Moſeh*, Siloh inquam verus, quia ille „eſt oppreſſio ejus. Et propterea dicit Scriptura „Gen. XLIX. *Quouſque venit Siloh*; certe ipſe „interficiet ſerpentem ipſum, & ipſi erit congre-„gatio gentium. Quia ipſe eſt filius ſummi Sacer-„dotis Itzhor, filii Kehoth, filii Aharon, filii Amma „Rama, myſtice intellecti &c. & interfecit Serpen-„tem & omnem Exercitum ejus in mari, in ari-„da, & in cœlo. Et quot viri bellatores præliati „ſunt cum ipſo (ſerpente) prælio in mari, ſicut „Scriptura dicit: Pſ. CIV. *ibi naves tranſierunt* in „mari legis, naves inquam ſpeculationum contem-„plantium myſteria Scripturæ & legis: Et quot „naves ſubmerſæ ſunt, peſſumque iverunt in hoc „mari, quouſque venit Siloh ejus oppreſſio, & ſci-„dit & rupit hoc mare Legis, *& equum & ad-„ſcenſorem ejus projecit in mare*, qui eſt ſerpens, „& filia combinationis ejus, quæ dicitur equus ejus. „*Et eduxit omnes Iſraelitas in arida, ne ſubmer-„gerentur*: & hoc eſt myſterium de quo Scriptu-„ra dicit Exod. XV. 16. *Et filii Iſrael iverunt per* „*medium maris in arida &c.* Prima redemtio „fuit in hoc mari Ægyptiaco materiali, ſecunda „vero redemptio ſignificat mare Legis. Baculus

„ejus,

»ejus, quo ſcidit & rupit mare; eſt penna, per
»quam brachium Jehovæ revelatum eſt, ſicut Scri-
»ptura dicit, Eſ. LIII. *Super quem eſt revelatum*
»*brachium Jehovæ?* Et tunc temporis puncto in-
»teriit & repagulatus eſt ſerpens ille maledictus,
»& ab ipſo die regnat Serpens Sanctus & benedi-
»ctus. *Ibi Hunc* ſicut Scriptura dicit Pſ. CIV. *repti-*
»*lia innumera, animalia tum parva tum magna,*
»*euntque naves* in fiducia in hoc mari, neque de-
»merguntur. Quia Turbo receſſit, nubes abiit,
»regnatio in mari Legis interiit. Et ſequitur: *uni-*
»*verſa te præſtolantur, ut des cibum in tempore*
»*ſuo* (quod eſt tempus juſti.)

83. Lib. I. *Tykunim* fol. 98. p. 2. corr. 64. »A-
»dam, inquit author libri, & virago ejus locati
»ſunt in ſimilitudine Dei omnipotentis, benedi-
»ctum & exaltatum ſit nomen Ejus, & Divinita-
»tis. Et propterea pœnam debiti ejus, quod A-
»dam contraxit, appendit Columnæ medianti (i. e.
»Mediatori) & pœnam ejus debiti, quod Chava
»contraxit, appendit Divinitati; propterea dicit
»Scriptura מה זאת עשית, *quid hæc feciſti?* h. e. hoc
»quod feciſti, non tibi ſed ipſi, cui terminus זאת
»*Hæc* per ſupputationem arithmeticam attribuitur,
»feciſti i. nempe Divinitati, & certe peccatum
»hoc cauſavit, ut deſcenderet Divinitas, quæ vo-
»catur זאת *Hæc*, in captivitatem.

84. Eod. lib. fol. 25. p. 1. corr. 13. citat Rab-
bi Eleaſarum ſuper illa verba, *& accipietis vobis*
fructum ligni ſpecioſi: »Surrexit, inquit, Rabbi
»Eleazarus, & dixit; Abba Abba, quare in die

„primo feſti tabernaculorum dicitur illud Lev.
„XXIII 40. *Et accipietis vobis fructum ligni ſpecio-*
„*ſi?* dixit ei: inſtrumenta bellica in dextra data ſunt
„illis, & in illis inſtrumentis bellicis omnes Iſrae-
„litæ ſunt exſculpti, judicium & ſententiam judicis
„petentes. e. g. Si regi eſſet lis vel bellum cum
„ſeptuaginta nationibus, & neſcirent, quis victor
„extiturus eſſet, vel ſententiam obtenturus in hac
„lite, unusquiſque ab altero quæreret, quis obti-
„nebit ſententiam? reſponderem, reſpicite in iſtas
„ſculpturas, & in cujus manu ſunt inſtrumenta
„bellica, & ſcietis, quis triumphaturus ſit & ſen-
„tentiam obtenturus. Et hoc eſt myſterium ver-
„borum: *Et accipietis vobis primo die fructum*
„*ligni ſpecioſi.* אתרוג vocabatur, & ſignificabat di-
„vinitatem.

85. Idem Auÿthor lib. *Tykunim* fol. 26. p. 1. corr. 13. „Certe Divinitas, inquit, umbra obte-
„git ſua filios Iſraël, & ſerpente malo, qui dicitur
„סמאל *venenum Dei*, & de hoc inſtrumento, quo
„obtegit eos, dicitur Pſ. XCI. *Non timebis à ti-*
„*more nocturno, à ſagitta volante in die, pennis*
„*ſuis obteget te* (quæ penna de vita juſti eſt) *&*
„*ſub alis ejus tutus eris. Scutum & clypeus ve-*
„*ritas ejus. Scutum* & *clypeus* ſignificat Divinita-
„tem, quæ ſupra, & Divinitatem, quæ infra. *Ve-*
„*ritas ejus* columnam mediantem (Mediatorem)
„caput ejus eſt *Sapientia*. Juſtus vero in imagine
„& ſimilitudine ejus eſt. O quam felix & juſtus
„iſte eſt, quia cuſtodivit pactum circumciſionis &
„legem. Ille vero eſt columna medians (Media-
„tor)

Digitized by Google

„tor) quoniam bis ab eo obteguntur & protegun-
„tur creaturæ, ſemel in hoc ſeculo præſenti, & ſe-
„mel in futuro.

86. Lib. eodem. fol. 63. p. 2. corr. 22. „*Sa-
„pientia*, inquit, eſt ſpeculum Divinæ Majeſtatis
„reſplendens, & vas validum ad lucendum ſibi,
„ut cognoſcatur Deus Sanctus, benedictus ſit ille,
„in ea. Et eſt vas cuſtodiens pactum, & hoc eſt
„myſterium Pſ. CXVIII. *Hæc eſt porta Jehovæ,
„juſti venient per eam.* Hæc eſt illa porta juſto-
„rum, & illis eſt facultas aſcendere illuc. Et id i-
„pſum vas eſt Juſtus, & in eo Jehovah, & iſte Ju-
„ſtus aſſecutus eſt Divinitatis hæres eſſe, & trans-
„ire per eam in regem (h. e. conſecutus eſt re-
„gnum per eam, ſcilicet Divinitatem) qui ſit co-
„lumna medians (Mediator.) Et ipſe eſt Rex,
„ipſiusque regnum eſt. Et hoc eſt myſterium Eſ.
„LX. *Et populus tuus omnes juſti, in æternum
„hereditabunt terram.* Et Divinitas eſt, de qua
„ſcriptura dicit: *& terra ſcabellum pedum meo-
„rum.*

87. „Et Divinitas, eſt forma, & effigies ſuperio-
„rum & inferiorum, quæ procedunt & emanant à
„Numerationibus, & omnia nomina illarum in
„illa efformata & effigiata ſunt. Et in ea ſunt e-
„tiam effigies animarum, & angelorum, & anima-
„lium ſanctorum. Et in ea ſunt effigies omnium,
„de quibus ſcriptura dicit; *& ſimilitudo faciei eo-
„rum facies hominis.* Surrexit Rabbi Simeon &
„dixit: Senex, Senex, ecce Divinitas eſt unige-
„nita & unica Dei ſancti, benedictus ſit ille, quo-

Digitized by Google

„modo ergo ſculpturæ & effigies inferiorum in ea „exſculptæ & effigiatæ ſunt, quæ non ſunt eſſen„tia Ejus? Reſpondit & dixit ei: Simile eſt ſpe„culum iſtud regi, qui ſedet in ſolio gloriæ ſuæ, „& quam plurimi filii hominum aſcendentes con„templantur ipſum; quidam ex eis corpus ejus; „quidam vero ex eis contemplantur opera ejus: „& profecto non niſi ex operibus ſuis cognoſcitur „Rex ille. Quare non niſi ex operibus ſuis cogno„ſcitur? quia veſtimenta ejus mutantur variis mu„tationibus, veſtimentis enim, quibus ſe veſtit „una die, non veſtit ſe altera die; quia ſingulis „diebus, menſibus, horis, ſabbathis & feſtivita„tibus mutantur veſtimenta ejus. ſimilis forma & „Divinitas eſt.

88. „Quot enim ſunt veſtimenta, quibus crea„vit Deus Sanctus, benedictus ſit ille, *ſolium* „gloriæ ſuæ, animalia ſancta, ſeraphinos, cœlum „atque terram, & omnia quæcunque creavit in eis, „omnes creaturas creavit ex iſtis veſtimentis ſuis, „& omnes ſibi in iſtis veſtimentis exſculpſit & ef„figiavit; propterea ut contempletur eas in ipſis „& miſereatur earum. Et hoc eſt myſterium Gen. „ix. *Et videbo eum ad recordandum pacti æter„ni*: ac ſi diceret, videbo illa veſtimenta, in qui„bus reſplendet effigies omnium creaturarum. Si „Iſraelitæ reſplenduerint in iis bonis operibus, „Deus Sanctus, benedictus ſit ille, miſeretur eorum „propter illa (ſcilicet veſtimenta, quibus ſe induit „Divinitas;) ſi vero fecerint mala opera, tunc in„duit alia veſtimenta, nigra, in quibus effigiati

„ſunt

„ſunt omnes viri executores Divinæ juſtitiæ, qui „vocantur לילות ad judicandum in eis mundum. „Et propterea dicit Scriptura: *Nolite reſpicere*, „*quia nigra ſum*. Et hæc de veſtimentis in quibus „ſunt ſculpturæ & effigies ſuperiorum, qui ſunt „Reges & Dominatores ſuper inferiores.

89. „Juſtus vero ille eſt ſignum pacti. Et ecce „ſtatuit illud, ut ſit forma & effigies omnium; & „de medio ejus interno corporis ſui ornatu, ſplen„det יהוה Deus Sanctus, benedictus ſit ille, ſicut a„nima in corpore. Et in medio iſtius regis uniun„tur omnia & ita coarctantur omnia, ut nulla ra„tio plane cognoſcere vel quicquam apprehendere „queat. Et hæc omnia tanquam congrua de Di„vinitate, quæ ſe hiſce veſtimentis induit, di„cuntur. Et ſimilitudo quatuor animalium in ve„ſtimento ipſius, in ſingulis eorum effigies quatuor „literarum Sanctiſſimi Nominis Tetragrammaton „יהוה, & ſimilitudo hominis eſt illis, quæ eſt ſcul„ptura decem literarum יוד הא ואו הא nominis expli„cati יהוה, & in ſupputatione arithmetica conficitur „45. idem quod אדם (quod hominem ſignificat) „Similitudo hominis ſignificat Divinitatem, quæ „ſimilitudo ejus eſt. Et de hoc myſterio dicit ſcri„ptura Num. XII. *Et ſimilitudinem Jehovæ con*„*templabitur*.

90. Et idem eodem lib. fol. 116. p. 2. corr. 67. „*Eſt vanitas*, inquit, *& eſt vanitas*. Eſt vani„tas deprecationum bonorumque operum, & eſt „vanitas verborum otioſorum, de quibus Jerem. „X, 15. dicitur; *Vanitas hæc & opera errantium*,

„*& in tempore viſitationis eorum interibunt &*
„*diſperdentur*. Quare dicit ſcriptura *in viſitatio-*
„*nis die eorum interibunt?* quia, quando veniet
„Redemtio Divinitatis, quæ eſt *Sapientia*, ipſa
„propria virtute vivificabit viros ſuos, ſicut ſcri-
„ptum eſt: *Sapientia vivificabit viros ſuos*.

91. Lib. I. *Tykunim* fol. 78. p. 2. corr. 32. „ וכל
„& has, inquit, ſeptem eſſe habitationes inferni.
„Anima vero illa, quæ non convertitur in pœni-
„tentia compunctionis, in iſtis tribus deſcendere
„faciet eam Deus Sanctus, benedictus ille, in ha-
„bitationes iſtas inferni, ut illic crucietur in gene-
„rationem. Dixit Rabbi Eleazar: Et ſi ille (ſcili-
„cet Mediator) juſtus fuit, quare ergo deſcendit
„illuc: Reſpondet & dixit ei: propterea ut edu-
„ceret omnes animas captivas.

92. Lib. I. *Tykunim* fol. 45. p. I. corr. 20. „Pec-
„catum, inquit, extinguit bonum ejus, & in iſto
„loco in quo habitat peccatum, & aufugit bonum
„opus de eo, illud membrum eſt defectivum, &
„ille defectus eſt defectus animæ, & propter iſtum
„non habitat Deus Sanctus, benedictus ſit ille,
„ſuper animam illam, ſicut ſcriptura dicit Lev:
„XXI. *anima in qua eſt defectus*, *illa non accedet*;
„non offeretur propter illum defectum. Sed ani-
„ma ex parte Divinitatis, non eſt ei defectus: ſi-
„cut ſcriptura dicit, Cant. IV. *Tota pulcra es, ami-*
„*ca mea, & defectus non eſt in te*. Etiamſi malus
„genius prælio voluerit occupare locum iſtum; eo
„quod Divinitas, quæ eſt anima ejus, habitat in
„eo, non poterit: ſecundum id, quod ſcriptura
„dicit,

Digitized by Google

„dicit, Num. I. 51. *Et peregrinus, qui accedet, mo-*
„*rietur*: eo quod de Ea Eſ. XLII. dicitur; *Ego*
„*Jehovah, hoc nomen meum, & gloriam meam al-*
„*teri non dabo.*

93. Et eod. lib. I. *Tykunim* fol. 48. p. 2. corr. 20. „Divinitas, inquit, quæ ſupra, vocatur פוכה *Tabernaculum*, quia ex hac dictione סוכה duo eliciuntur per ſupputationem arithmeticam Cabbaliſtarum nomina divina. Primum ex duabus mediis literis dictionis סוכה, quæ ſunt וכ, & idem conficiunt in ſupputatione arithmetica, quod & Tetragrammaton יהוה, nempe 26. Secundum nomen Divinum per ſupradictam ſupputationem Cabbaliſticam ex duabus reſiduis, nempe ex priori & poſteriori, dictionis סוכה (*Tabernaculum*) literis, quæ ſunt סה, & in ſupputatione arithmetica Cabbaliſtarum idem faciunt ac nomen Divinum ארני, nempe 65. Summa horum duorum nominum eſt יאהד ונהי. Et hæc eſt corona in capite Juſti deſuper, ſicut ſcriptura dicit Cant. III. *Egredimini & videte, Filiæ Zion* (animæ fideles,) *Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater ſua in die deſponſationis ſuæ & in die lætitiæ cordis ſui. In die deſponſationis* ſignificat *Divinitatem*, quæ infra; *in die lætitiæ cordis ſui*, ſignificat *Divinitatem* quæ ſupra; & ſic oportet, ut omnes filii Iſraël coronentur cum corona hac in die lætitiæ Legis.

94. Idem lib. 2. *Tykunim* fol. 141. p. 2. corr. 5. „Surrexit, inquam, Rabbi Simeon, extollit manus ſuas in altum, & benedixit Domino mundi,

„&

»& dixit: Domine totius orbis, fecit ipſa »Divinitas, ipſa Divinitas fecit, quod ipſa »eſt in captivitate. Verum enim vero, ſi illa »eſt in captivitate propter populum ſuum, ecce, »*Pater* & *Mater*; & *Sapientia* & *Intelligen-*»*tia* poſſunt liberam facere eam. Sed hoc i-»pſum eſt quod Scriptura dicit Eſ. XIV. *Jehovah* »*Zebaoth conſilium dedit*, *quis deſtruat?* Si Di-»ſcipulus juraſſet, nonne Magiſter ejus poſſet libe-»rare & abſolvere eum à juramento? Nunc vero »ſi notum fuerit, vel juraverit Filius ipſe, qui eſt »myſterium literæ ו Vau, & non redemerit eam, »ſed ut ſit ad certum tempus in captivitate, no-»tum & juramentum manet in eo; & ecce Sa-»pientia & Intelligentia, ſi pœnituerit eum: ſicu-»ti enim tres filii hominum potuerunt abſolvere »à voto & liberum facere hominem; ita & multo »magis tres Patres, utpote qui ipſorum reſpectu »longe excellentiores illis ſunt. Si vero non pœ-»nituerit eum, nos petimus à Te & ab omnibus il-»lis qui in domo judicii ſuperiori & inferiori, ut »facias propter voluntatem tuam fidelem, ne ig-»nominia ubique afficiatur Divinitas. Ille porro »qui oſſa ſua in mortem propter Eam ad filios e-»jus tradidit, faciat pacem inter te & inter Eam »omnibus temporibus: ſecundum id, quod Scri-»ptura dicit Ex. XXXIV. *Et ſi non*, *extingue me*, »*quæſo*, *de libro in quem ſcripſiſti*.

95. Eod. lib. 2. *Tykunim* fol. 144. p. 2. & fol. 145. p. 1. Corr. 7. ſuper Deut. 11. verba: *Vir matrem ſuam & patrem ſuum timeatis*: & ſuper illa

Digitized by Google

illa Exod. xx. verba: *honora patrem tuum & matrem tuam.* „*Pater*, inquit, *tuus* eſt Deus Sanctus, „benedictus ſit ille; *Mater tua* eſt Divinitas. *Timor* horum conſiſtit in præceptis negativis: *honor* eorum in præceptis affirmativis, & hoc eſt „quod ſcriptura dicit, 1 Sam. 11. *quia honorantes* „*me honorabo*: & omnes qui transgrediuntur præ„cepta negativa, de his dicitur id quod ſequitur: „*& contemnentes me vilipendentur.* Dixit Rabbi „lumini iſti beato: Rabbi, Rabbi, quinam ſunt „iſti, qui dicuntur honorare vel contemnere Deum „Sanctum, benedictus ſit ille, præceptis negati„vis vel affirmativis, niſi illi certe, qui quando „Divinitas eſt in captivitate, fecerint præceptum „affirmativum ad ſublevandum Eam (ſcil. Divini„tatem) e captivitate, non ſecus ac ſi honoraſſent „Deum Sanctum, benedictus ſit ille? Et ut melius intelligatur, adducit exemplum & dicit: „Si„mile eſt Regi, cui erat lis cum Matrona (ſc. Re„gina) ſua, ita ut pelleret eam a palatio ſuo re„gio, illa vero ad vicinam ſuam confugit: hic „certe, qui ſuſceperit eam in domum ſuam, & ho„noraverit eam non aliter ac ſi Regem ipſum hono„raſſet, & redintegraverit pacem inter eam & in„ter Regem, virum ejus, nonne omnem hono„rem, quem ipſi exhibuit, Regi quoque exhibuit? „quamvis enim Rex ſuper eam unâ vel altera vice „iraſcitur, erit tamen iterum cum ea pacificus, „& reducet eam, & interrogabit eam, quis ho„noravit te, vel ignominia affecit te, vel num eam „aliquis una mecum Rege e domo ſua expulerit?

96. „Simili modo Deus Sanctus, benedictus „ſit ille, expulit Divinitatem, & ejecit Eam e do- „mo ſua, ſicut ſcriptura teſtatur Eſ. LI. *propter in-* „*iquitates veſtras miſſa eſt vobiſcum.* Et procer- „to ſi quis eam in hac captivitate honoraverit, i- „pſum Deum Sanctum, benedictus ſit ille, hono- „ravit. Simili modo omnis, qui ignominia affe- „cit. Et hoc eſt, quod ſcriptura dicit; *quoniam* „*honorantes me honorabo, & contemnentes me* „*vilipendentur.* Quamvis enim Deus Sanctus, be- „nedictus ſit ille, vendiderit Eam propter pecca- „ta filiorum ejus in hanc captivitatem, tamen ille „cuſtodiet & liberabit Eam. Et hoc eſt myſterium: „*ſi vendiderit vir filiam ſuam in ancillam, non* „*exibit ſecundum exitum ſervorum, ſed exibit ſic-* „*uti filia libera.* In captivitate prima non dede- „rat ipſi virum, qui dicitur *Lex libertatis ejus:* „non exivit igitur ſicuti filia libera, ſed exivit cum „feſtinatione tanquam ſervus fugiens â Domino „ſuo; neque erat ei libellus libertatis: ſed in re- „demtione ſecunda, in qua ei erat vir, qui dici- „tur *Libertas ejus*, non exivit cum feſtinatione, „nec exivit ſicut ſervi, de quibus Scriptura: *Si* „*vendiderit vir filiam ſuam in ancillam, non ex-* „*ibit ſecundum exitum ſervorum.* Ad quid nobis „ergo Lex? Lex hæc ipſa libertas, Exod. XXXII. „& Scriptura? Scriptura Dei ſuper tabulis. Redem- „tio ſecunda erit liberatio ab Angelo mortis, liber- „tas, inquam, â ſubjectione jugi regni ejus. Lex Ce- remonialis enim abrogata eſt, moralis vero, quæ remanſit, eſt libertas; a Ceremoniali quidem libera-

ti ſu-

ti ſumus, moralis vero, quæ digito Dei in tabulis lapideis ſcripta eſt, remanſit, & nihil aliud eſt, quam Libertas, de qua dicitur Exod. XXII. Illa redemtio ſecunda erit liberatio ab Angelo mortis, ut non faciat ſervire Eam (ſcilicet Divinitatem) & filios ejus ab omnibus hujus mundi languoribus &c.

97. Rabbi *Harakneth* in libro, cui inſcriptio *Sepher Chaſidim* fol. 60. p. 2. tract. 3. ſect. 528. citat *Rabbenu Saadiam*, exemplum adducentem, de homine pio qui tempore æſtatis in terram inter pulices jactabat, tempore vero hyemis pedes in vas plenum aquis, quouſque pedes ejus glacie concreti eſſent, ponebat Quem cum rogaſſet vicinus, hoc cur faceret, cum ſcriptum; *Etenim ſanguinem veſtrum de animabus veſtris requiram*: & cur periclitetur de anima ſua? reſpondit: Non commiſi peccatum tam grande & grave: attamen non eſt poſſibile, ut non commiſerim peccata leviora: propterea quamvis non ſit neceſſarium mihi ipſi tantas pœnas & dolores imponere, cum Meſſias portet iniquitates Iſraël, tamen alium peccata mea luere nolim.

98. Lib. 1. *Tykunim* fol. 39. p. 1. 2. corr. 19.
„Ad quem nos extollimus, inquit, volas in altitudinem cœlorum? ad iſtum, qui vocatur *excelſus & elevatus*; & quis eſt ille? *Sapientia*, quæ „eſt myſterium explicati nominis Tetragrammaton יוד הא ואו הא, & eſt virtus אדם, quia יוד הא ואו הא „in ſupputatione arithmetica Cabbaliſtarum idem „faciunt quod אדם (homo) nempe מה (45) de „hoc myſterio dicit Pſ. *fortitudinem operum ſuorum annunciavit populo ſuo.*

99. Lib. 2. *Tykunim* fol. 144. p. 2. Corr. 6. „Et „egredietur, inquit, ſponſus coronatus ad eam, „totusque mundus dicet: *Egredimini & videte,* „*filiæ Zion, regem Salomonem in diademate,* „*quo coronavit eum mater ſua in die deſponſatio-* „*nis ſuæ & in die lætitiæ cordis ſui. Deſponſatio,* „Divinitatem quæ ſupra ſignificat: *lætitia* vero „*cordis*, Divinitatem quæ infra, *dies* ambo ha- „rum columnam mediantem, nomen illud ſanctiſſi- „mum, quod eſt ſponſa & viro ſuo jungitur, qui „eſt יהוה *JEHOVA*, filius Regis, notant.

100. Lib. 2. & 1. *Tykunim* fol. 112. p. 1. „Eſt „homo qui etiam *Angelus* dicitur; & eſt alius „homo in imagine Dei Sancti, benedictus ſit ille; „qui eſt proceſſio ejus; & ille homo eſt myſte- „rium explicati Nominis Tetragrammaton, יוד „הא ואו הא. De iſto homine non dicitur terminus „creationis mundi intellectualis, aut terminus for- „mationis mundi cœleſtis, nec terminus fabricæ „mundi elementaris; ſed *terminus proceſſionis, e-* „*manationis*. Et in illo homine, non eſt peccatum, „nec mors dominabitur ei, & hoc eſt quod dicitur; „לא יגורך רע. Eſt Homo, qui vocatur *homo mortalis*, „cujus gratia terra creata eſt. Terminus vero *mori* „non dicitur de homine iſto Sancto.

101. Lib. eod. fol. 90. p. 2. Corr. 53. ſuper illa verba: *Et lignum vitæ in medio horti* &c. „*Li-* „*gnum vitæ*, inquit, eſt columna medians, quia „illa eſt lignum vitæ quod ſupra nos: de quo di- „citur illud Eccleſ. VII. *Sapientia vivificat viros* *ſuos*. Dixit ei: Ecce Divinitas, quæ infra, eſt „hor-

Digitized by Google

„hortus, unde lignum vitæ plantatum eſt; ſicut „Scriptura dicit, & lignum vitæ in medio horti.

102. Id. Author lib. eod. fol. 63. p. 1. Corr. 22. „Aperuit & dixit: Rabbi Rabbi, pro certo pa„ctum hoc, juſtus eſt vivens in ſeculorum ſecula, „& vocatur ' (*Iod*) *parvum* ratione *Sapientiæ* „*Summæ*. Notandum eſt, quia poſtquam deſcen„dit ' ſuper juſtum, quamvis ', quæ ſupra, in lo„co ſuo vocatur, poſtquam tamen deſcendit ſuper „juſtum, vocatur *Iod quæ infra*.

103. Idem lib. 1. *Tykunim*. fol. 93. p. 1. Corr. 61. Super illa verba: & *abſconderat ſe ſubter arborem*: „mens, inquit, quorundam eſt hæc, *ſub*„*ter arborem*, h. e. juſtum, quia ille eſt myſte„rium literæ ', quæ ſignificat *Sapientiam*.

104. Id. eod. lib. fol. 54. p. 1. Corr. 21. ſuper „illa Exod. xv. verba, *Et oſtendit ei Dominus lignum, & projecit in aquas, & dulces factæ ſunt aquæ.* „Hoc, inquit author libri, lignum „eſt lignum vitæ, quod multiplicatum erat ſuper „hunc torrentem, qui eſt Divinitas, myſterium „inquam literæ Jod, qui irrigat hanc arborem.

105. Idem eod. lib. 1. fol. 82. p. 1. Corr. 38. „In illo tempore, in quo Matrona aſcendere vo„luerit thronum ſuum, vox tranſcendet altitudi„nem Cœlorum, & ita dicet: Exercitus tam ſupe„rioris quam inferioris ordinis domorum judicii, „qui exſpectatis animas ſanctas, eſtote parati in „occurſum Matronæ: quia ecce veniet ad redi„mendum & transferendum e captivitate filios „ſuos.

Digitized by Google

106. Id. lib. eod. fol. 117. p. 2. corr. 69. ſuper illa Gen. IV. verba, ויאמר מה עשית (h. e. *quid feciſti?*) „Vult dicere, inquit, debitum, quod interfeciſti „fratrem tuum, non ipſi (ſc. fratri tuo, nempe A- „beli) feciſti: ſed ei, cujus nomen in ſupputatio- „ne Arithmetica Cabbaliſtarum idem facit ac San- „ctiſſimum Nomen יהוה *JEHOVAH*, in hunc „modum explicatum, יוד הא ואו הא

107. Id. lib. 1. fol. 18. p. 1. corr. 6. „Et vidit, „inquit, quod non erat vir qui adhæreret ipſi „propter eum. Et ipſa Divinitas proſpexit per fe- „neſtras, ſicut ſcriptura dicit Mal. 1. *Et nunc de- „precamini, quæſo, facies Dei, & miſerebitur no- „ſtri.* & Num XII. *Deus, quæſo, ſana nunc eam;* „quia ſalus in manu Ejus eſt, & illa ipſa Divinitas „eſt manus parata, quæ convertentes recipit.

108. Id. lib. 1 fol. 39. p. 1. 2. corr. 18. „*Di- „vinitas*, inquit, & *Sapientia* vocatur etiam זאת „(*Hæc*) & per זאת introibit Aaron in Sancta San- „ctorum. Et non deducet homo deſiderium ſuum „à Deo, niſi per זאת, quia tit. זאת ſignificat tempus „faciendi Deo. Quoniam varia ſunt tempora, de „quibus dicitur Lev. XVI. *& non veniet in omni „tempore in Sanctuarium.* Et Salomon dicit: *eſt „tempus*; qui ponit itaque viginti octo tempora. „Et ipſe Deus Sanctus, benedictus ſit ille, dixit: „*Et non veniet in omni tempore in ſanctuarium.* „Et Jacob benedixit filiis ſuis per tit. זאת, teſte „Scriptura Gen. XLIX. 28. וזאת אשר דבר להם אביהם *Et „זאת, Hæc, quod locutus eſt eis pater eorum.* David „in tit. זאת deduxit deſiderium ſuum à Deo, cum „dimi-

Digitized by Google

»dimicaret cum inimicis ſuis, ſicut Scriptura dicit
»Pſ. XXVII 3. בזאת אני בוטח *In tit.* זאת (*Hæc*) *ego con-*
»*fidam.* Et Redemtio Iſraël non veniet niſi per
»tit. זאת, teſte Scriptura Thren. III. זאת אשיב אל לבי,
»i. e *Divinitatem redire faciam ad cor meum,*
»*idcirco expectabo.* Et Jehuda non in alio niſi in
»lit. זאת benedicebatur, ſicut Scriptura dicit; Deut.
»XXXIII. וזאת ליהודה i. e. *& tit.* זאת *ipſi Jehudæ.*
»Et Moſeh non aliter benedicere voluit filiis Iſ-
»raël, niſi per tit. זאת Deut. XXXIII. *Et* זאת
»(*Hæc*) *benedictio, qua benedixit Moſeh vir Dei*
»*filiis Iſraël.* Et quis eſt, qui non ponet cor &
»mentem ſuam ad lit. זאת (*Hæc*) de qua dicitur
»Pſ. XCII. *vir ſtupidus non cognoſcet, & ſtultus*
»*non intelliget* Titulum זאת *Hanc* (ſc. Divinita-
»tem.) &c.

109. Idem paulo inferius eod. fol. »Alæ Divi-
»nitatis tegunt ſanguinem animalium, & illæ ſunt
»alæ columbæ argentatæ, alæ, inquam, meritorum
»ejus, & tegunt ſanguinem illorum animalium, ne
»vim inferant eis canes, qui Spiritus maligni te-
»mere agentes, & omnes viri delictorum qui &
»ipſi ſubintelliguntur. *Sanguis* hoc in loco ſignifi-
»cat animam; & *alæ*, quæ tegunt illum ſangui-
»nem, merita Juſti ſunt; & *Sapientia* illa eſt, quæ
»ſuffert delictum & transgreſſiones omnium: pro-
»pterea dicit Scriptura; *in tit.* זאת (*Hæc*) *ſacrifi-*
»*cabitis omnes,* quia ipſa ſacrificium eſt pro om-
»nibus, & unita eſt Divinitati inferiori, & eripuit
»eos à judicio jumentorum & animalium terræ,
»quibus non eſt pars inter angelos & animalia ſan-
cta,

Digitized by Google

„cta, & per את (*Illam*) judicabit Dominus Deus, „benedictus ſit ille, omnes nocentes, lædentes & „interficientes, unusquiſque vir proximum ſuum. „Et omnes qui rapiunt & prædantur, judicabit „per titulum את (*Hanc*) in æquitate.

110. Id. fol. 82. p. 1. ſect. 38. Super illa Ex. XIX. verba, *Moſeh loquebatur & Deus reſpondebat in voce*: „In illo tempore, inquit, loquebatur Moſeh cum Divinitate, & hoc eſt quod Scri„ptura dicit: *os ad os loquebatur*.

111. Id. lib. 1. *Tykunim* fol. 93. p. 2. ſect. 56. „Dixit Rabbi Eleazar; Abba, quomodo factus „eſt homo in imagine, quæ ſupra? nonne audi„vimus hac de re quam plurimas & diverſas opi„niones & ſententias? dixit vel reſpondit ei: fili „mi, poſtquam factus eſt homo iſte ſanctus in ima„gine Dei, omnes numerationes præſentes ſimul „fuerunt, & anima ejus fuit quadriga illis Nume„rationibus, eo quod anima ejus eſt anima illa de „qua dicitur: *& creavit Deus hominem in imagi„ne ſua*.

112. Id. fol. 97. p. 2. Corr. 62. Super illa verba, *& creavit Elohim hominem in imagine ſua*: „*In imagine*, inquam, *ſuâ propriâ*, quæ eſt *Di„vinitas* cum proprietatibus ſuis, cui nec additur, „nec ea diminuitur: *Homo* vero *Sanctus* ſignifi„cat *Divinitatem*. Dixit Rabbi Eleazar; & ecce „de *Divinitate* numquam utimur termino *creatio„nis*, ſed *proceſſionis*; debebat ergo dicere, *& „creavit Adonai hominem*: quare Scriptura dixit *Elohim*? Eſt, quod *Divinitas* ipſa vocatur „*Elo-*

» *Elohim*, & ſuper hanc animam, quæ data eſt » filio hominis, dicitur: *& creavit Elohim hominem in imagine ſua*; in imagine, inquam, *Divinitatis*, cui attribuitur titulus *Elohim*, & de hac anima dicitur etiam. Et addit: » In tempore illo in » quo aſcendit anima de filio hominis, non poterit moveri vel profuga fieri. Dixitque ei: benedictus ſis, fili mi, in antiquos dies, & nunc, » fili mi, omnis, qui defectuoſam fecerit hanc imaginem, reputabitur ei, ac ſi diminuiſſet ſimilitudinem, & Divinitas non habitat in eo.

113. Lib. 1. Tyk. fol. 117. p. 1. corr. 69. & lib. 2. fol. 44. p. 2. & lib. 1. fol. 35. p. 2. corr. 18. » Et » accepit Dominus Deus Verbum iſtud, & ædificavit per iſtud mundum, ſecundum id quod dicitur Eſ. LXI. *Et poſui verbum meum in ore tuo, » & in umbra manus meæ obtegam te, ad plantandum cælos & ad fundandum terram, & ad dicendum ad Zion: populus meus es tu, & non » vocaberis amplius, populus meus, ſed*, hoc eſt » mecum in una & ſimili ſocietate, *ſocius* inquam » *meus*.

114. Id. lib. 1. fol. 30. p. 2, 3. Corr. 18. » Si » filii hominum in orationibus ſuis vel in omnibus » operibus ſuis, quæcunque fecerint, mentem ſuam » per fidem ad Divinitatem levaverint, ſtatim oſtiarius cœleſtis palatii vociferatur ad januam: an » ibi ſit Divinitas? Et *JEHOVAH* reſpondebit » ſtatim &c. & quam primum homo in bonis ſuis » operibus, mentem ſuam ad Deum Sanctum, » benedictus ſit ille, levaverit, deſcendet ille ad

„eum propter *Divinitatem* in occurſum orationi „ejus, & *Divinitas* præveniet aperire ei.

115. Lib. 1. *Tyk.* fol. 97. p. 2. ſect. 62. „Aſcendit Deus Sanctus, benedictus ſit ille, a Divinitate, & remanſit quaſi filia unica & orbata, „hoc eſt quod dicitur Thren. 1. איכה ישבה בדד *quomodo ſola ſedet* &c. Hic eſt vel latet myſterium dictionis איכה *quomodo*, quaſi diceret: אי *ubi* כה? h. e. Sanctiſſimum nomen, quod in ſupputatione arithmetica Cabbaliſtarum idem facit ac dictio כה. Et ſequitur ſuper illa Gen. III. verba: *& vocavit Dominus Deus hominem & dixit*: איכה *ubi es? & dixit: vocem tuam audivi in horto, & timui, quia nudus ego, & abſcondi me:* „Quomodo abſcondendo protegebat ſe Adam de terribili ſententia, ne imperarent eis? certe pœnitentiâ iſtis; *qui ſedet in abſcondito Altiſſimi.*

116. Lib. eod. fol. 94. p. 1. Corr. 56. & fol. 95. p. 2. Corr. 58. „Et ſicut ipſe fecit diviſionem inter Deum Sanctum, benedictus ſit ille, & Divinitatem ſuam &c. Secundum id Eſ. LI. *propter* „*iniquitates veſtras miſſa eſt vobiſcum*, & remanſit Deus Sanctus, benedictus ſit ille, ſolus & unus „abſque Matrona. Hoc eſt, quod dicitur: *Juſtus* „*periit*. Quare juſtus periit? quia Matrona periit.

117. Lib. eod. ejuſdem Auth. fol. 101. p. 2. Corr. 67. „Non eſt Pater, niſi Deus Sanctus, „benedictus ſit ille: & non eſt Mater, niſi Divinitas.

118. Id. fol. 18. p. 2. Corr. 6. „Captivus, inquit, ſe ipſum, ut ajunt, e domo captivitatis „libe-

„liberare nequit. Captivus eſt Divinitas, quæ in-
„fra, quæ captiva eſt in hac captivitate. Divinitas
„tamen quæ ſupra, liberabit eam. Hoc ipſum eſt
„quod dicitur Ruth. III. *Si redemerit te, bonum,*
„*redimat; ſi non voluerit redimere te, redimam*
„*te ego, vivit Jehovah, cuba uſque mane.* Quia
„Divinitas ipſa eſt Dextra ejus, quæ convertentes
„recipit. Nulla quoque creatura exiſtit, cujus ſa-
„lus non dependeat de pœnitentia Divinitatis,
„Dextræ nempe Jehovæ.

119. Idem fol. 41. p. 1. ſect. ſect. 19. & fol. 35.
„p. 1. Corr. 18. „Quando veniet Meſſias, deſcen-
„det ſuper eum Spiritus S. & ſtatim ille dicet: *Vox*
„*dilecti mei pulſat*, aſcendendo & deſcendendo,
„aſcendendo ה quæ infra, ſupra י, & deſcendendo
„ה quæ ſupra, infra י; & hoc eſt myſterium *aſcen-*
„*ſionis & deſcenſionis.*

120. Idem fol. 26. p. 1. corr. 14. „De *Sapientia*
„illud dicitur Exod. XIII. *Sanctifica mihi omne*
„*primogenitum.* Omnes enim in nomine Ejus *pri-*
„*mogeniti* vocamur. *Divinitas* vero propterea di-
„citur *primogenita*, quia *Sapientia*, ſicut Scriptu-
„ra dicit Ezech. XLIV. eſt principium omnium,
„primitia um omnium. Et filius hominis primo-
„genitus ejus, *primus omnium* eſt Columna me-
„dians, *omnium* ſignificat Juſtum, quia ille eſt
„pro omnibus.

DE MODERNORUM JUDÆORUM CABBALA,

qua S. Scripturam interpretantur.

Sect. 121.

QUid de cæteris locis ſentiendum ſit, ex jam dictis innotuiſſe ſperamus. Huicque primæ parti finem imponimus, & ad ſecundam partem, quæ de variis interpretandi S. Scripturam Cabbaliſticis generibus agit, tranſimus; quibus, ne minus authoritatis hic labor noſter ſit habiturus, brevibus oſtendere conſultum putavimus, quantum antiquorum Rabbinorum (qui verâ ſcientiâ imbuti fuere) ratio à modernorum Judæorum inſtitutione & deliriis differat. Palam teſtor, non docere, ſed narrare me eâ lege velle, ut quædam narraſſe, ſit condemnaſſe. Priusquam autem inſtitutum aggrediar, operæ pretium eſſe cenſeo, paululum à propoſito digredi brevibusque, ut ea, quæ tractamus, eo melius intelligantur, præfari. Quicunque oculatus eſt, proſpicere poteſt, digreſſionem noſtram non eſſe non neceſſariam: hiſce enim viam B. Lectori ſternere decrevimus; ne, ſi minus intelligantur, tædium pariant.

122. Notum eſt doctoribus, glorioſam apud Ebræos *Cabalæ* fieri mentionem, hancque occultam Moſeh in monte Sinai traditam a Deo eſſe doctrinam, quam quidam ex eorum Sapientibus vocarunt *Philoſophiam Divinam*, aut *Theologiam Speculativam*, quæ ſi conferatur cum Theologia noſtra, non multum abludet. Verum non hoc *Cabalæ* genere moderni utuntur Ebræi, ſed alio, ubi nempe per ſimilitudinem rerum, vel per characterum artificioſam in ſupputatione arithmetica æquipollentiam, certam & inconfuſam, ſpeque non fallacem eventuum futurorum & prophetici ſenſus conjecturam habere putant: per ipſarum vocum, quibus Scriptura expreſſa eſt, diſſolutionem, vel diverſam acceptionem, vel conſtructionem, aut diviſionem, vel per contextum retextum, tranſpoſitionem, combinationem, aut literarum inter ſe invicem commutationem, generale ænigmatici ſenſus velamentum detrahere, Divinorumque myſteriorum veritatem indagare conantur, atque per ſingulos characteres myſteria Divina, menti angelorum recondita, explicare arbitrantur.

123. Horum modorum & rationum Cabbaliſticarum tria ſunt genera adhuc in uſu, de quibus nobis ſermo eſt, per quæ Ebræi, & quidam ex noſtris, Ebræorum imitatores, qui multum ſibi ſapere videntur, Sacram Scripturam explicare, atque ex ſingulis dictionibus, ſyllabis, characteribus, literis & calamiſtrationibus, non ſolum ſingula, ſed & mul-

multifaria myſteria, vel potius deliria, quæ miſſa facio, elicere nituntur; de quibus etſi plurima è Judæorum fragmentis & libris nobis ſuppeterent dicenda, tamen ſingula proſequi non fert inſtitutum noſtrum. Ne igitur plura polliceri, nihil tamen præſtare videamur, aliquas notatu dignas nugas ſubjungimus: dimiſſis denique omnibus diſſertationibus unico verbo mentem noſtram exponemus.

124. Porro ad inſtitutum redeo. Tria ſunt, ut dixi, Cabbaliſticorum S. Scripturam interpretandi genera, hiſce terminis תמורה (*Permutatio*) נטריקן (*Notaricon*) גימטריא (*Gematria*) inſignita apud Ebræos. Primum Genus, quod תמורה, in duas dividitur ſpecies. Prima, dum unius dictionis characteres ſibi invicem tranſpoſiti aut permutati aliquid aliud indicare poſſe videntur. e.g. הבראם (quod *in eorum creari*, dictum eſt,) tranſpoſitis literis refert אברהם *Abraham*; hinc Cabbaliſtæ concludunt, totum orbem propter merita & ſingularem in Deum pietatem Abrahami creatum eſſe. Et dictio כרוב (*cherub*) traſpoſitis literis facit ברוך (*benedictus*) hinc volunt diſcere: Deum T. O. M. benedictum ſit nomen ejus, per benedictos iſtos Spiritus, nempe *Cherubim*, omnis generis benedictiones ad omnes inferiores mundos deducere velle. Altera hujus permutationis ſpecies eſt, *literarum* Alphabeti permutatio, & hoc fit ita; ubi prima litera א cum omnibus, & omnes literæ cum א permutantur: de qua Rabbi Moſeh Botril ſuper

per c. 2. ſect. 4. fol. 65. p. 1. lib. *Formationis*, & Rabbi Elieſer ſuper eand. ſect. & cap. eod. fol. p. 2. longo ſermone tractat, & cap. 42. partes *Zyruphim* ſeu *conjugationes* deſcribit, quas Johannes Morinus Bleſenſis in libro, cui inſcriptio, *Exercitationes Eccleſiaſticæ in utrumque Samaritanorum pentateuchum*, fol. 173. exerc. 2. c. 7. formalia *libri Formationis* depravate citando inſequitur. Cujus verba cum in meo exemplari non exſtent, vel erroris typographi, vel alius cujusdam defectus arguenda eſſe videntur: aut nova & diverſa protinus editio erit, quæ nondum ad manus meas pervenit, eo quod 4 verſus adjecit, qui in meo exemplari non inveniuntur.

125. Priusquam tamen primi generis ſecundæ ſpeciei manus noſtra ſubducatur, unicum riſu dignum ſubjicietur delirium. Eſt igitur, ut ſupra diximus, hujus primi generis ſecunda ſpecies, literarum inter ſe invicem permutatio. Et hoc ita fit, ut prima litera א cum omnibus, & omnes literæ cum illa permutentur. e. gr. Ego dicor *Iohannes Stephanus Rittangel Bamberg*; quod ſi ergo ex ſuprapoſito hoc nomine aliud nomen, nempe *Benedictus de Monte Oro Barabranto* elicere conatus fuero, ut id ex minori omnium tabula per conjugationem *Zyruph*, ſeu partem centeſimam quinquageſimam ſeptimam fiat, neceſſe eſt, in qua litera א transmutatur in ב, & vice verſa ב in א, & ג in ד, e contra ד in ג, & ſic deinceps.

126. Utuntur vero hoc Cabbalæ genere: pri-

Digitized by Google

mo in edendis libris, quibus nomina ſua in occultata authores præfigunt, ne cuilibet, ſed Cabbalæ tantum perito innoteſcant. Exemplo ſit nobis author libri { I. S. R. A. B. / B. D. M. O. B. Pro ſecundo, idem genus familiare eſt his, qui carminibus ſuis, quæ in honorem authorum compoſuerunt, nomina transmutatis literis apponunt, ut videre eſt in libro *Charizi*, & libro *de proprietatibus animalium* & libro *Mackbarothec*. Tertio, ita ſubſcribunt etiam nomina ſua in literis è longinquo mittendis, quarum interceptionem verentur. Notandum eſt, ſi ſemel ipſis aqua hæreat, nec ex una Cabbalæ ſpecie ſomnium ſuum exponere poſſunt, periculum faciunt in altera, tertia vel ſequentibus conjugationibus, donec tandem ad illam perveniant, quæ idem ipſorum ſomnium referat atque repræſentet. Nec eſt, quod fruſtrationem vereri debeant, cum bis mille ſedecim ipſis notiſſimæ partes *Zyruphim*, ſeu Conjugationes, in tabula minori ſuppetant, ut taceam ceteras innumeras tabulas, quas nec ipſorum intellectus capere, nec memoria ſervare poteſt. Ceterum cum ſæpe uſu veniat, ut una literarum redundet, vel deficiat, hanc ſibi licentiam, non abſimiles noſtris Poëtis, proprio auſu ſumſerunt, redundantem literam removendi, vel defectum unius adjectione alterius ſupplendi. De his ambabus primi generis ſpeciebus ſatis verba feciſſe videor.

117. Secundum argumenti genus (*Gematria*) in hoc conſiſtit, quod unius dictionis characteres per

æqui

æquipollentiam ſupputationis arithmeticæ ad eundem numerum cum altera excreſcunt. Et hoc certe, non minus ac primum, videtur eſſe delirium, atque ideo uno verbo, ſi modo poſſemus, abſolvere vellemus. Et quidem hujus generis plurima ridicula libri B. Lectori penitus incogniti, innumeris mendis ſcatentes, nobis uberrime ſuppeditarent. Ne vero minutulis in rebus inhærere judicemur, tædiumque Lectori creemus, ex plurimis unicum delirium ſubjungere animus eſt. Exemplò nobis primo ſit Cap. XIII. Apoc. circa quod ſuâ hac calculatione impie abutuntur. Cum enim illic Beſtiæ tribuatur numerus ſexcenteſimus ſexageſimus ſextus, nomen Salvatoris noſtri, omiſſis duabus literis ע, & ו, mutile ſcribunt hoc modo, ישו נצרי, quod ita ſcribi debebat, ישוע נוצרי (*Ieſus Nazarenus*) eum tantum in finem, ut eundem numerum ſexcenteſimum ſexageſimum ſextum extorquendo, & ad Chriſtum blaſpheme applicando, ſuis & quidem ſimplicioribus de Salvatore noſtro nauſeam creent & cauſent.

128. Nec minus blaſphemiæ eſt Deut. XXXI. 16. וזנה אחרי אלהי נכר (*& fornicabitur poſt Deos alienigenæ terræ*) expoſitio. Hæc enim ut male ad Chriſtum applicare poſſent, excogitarunt ſceleratì hæc convitia ישו ממזר, quæ eundem cum his in artificioſa ſupputatione arithmeticæ Cabbaliſtarum numerum 603 conficiunt. Et ut aliquando calculus non aberret, literarum numeros ſimplices, tunc denarios, modo centenarios ſumunt; vel numerorum quadrata, non omnino inſulſe; nam numeri

meri vel lineæ (ut loquuntur Geometræ) in potentia quadraturæ conſiſtunt.

129. Solent etiam, ut ſyllogiſmos ſuos colligant, numeros aliquando duplicare, aliquando numero literarum dictionis, de qua ſermo, ſat addere vel demere. Hujus rei unicum riſu dignum ſomnium adducemus. Vetus Ebræorum ſuperſtitio eſt, Deum mille initio generationes creare voluiſſe, qui univerſam terram inhabitarent & colerent. Quia vero primus ſtatim e generationibus, Adam, præceptum, de non comedendo pomo, transgrediendo creatorem ſuum graviter offendiſſet, pœnituiſſe dicunt Deum hujus ſui decreti, & poſthabitis cæteris omnibus tot ſolum familias in actum producendas ſibi retinuiſſe, quot ſanctiſſimum nomen יהוה comprehenderet numeros (nempe 26) & quidem hæc 26 generationum productio, ſolis Judæis communis, ab Adamo cœpit, in exitu vero Iſraelitarum ex Ægypto, ſecundum ipſorum traditionem, deſiit & ceſſavit. Gentiles autem omnes exanimes vivebant, præter eos, qui ad Ebræorum deficiebant religionem. His enim, ut Judæi volunt, communicabatur anima quædam ex illis 974 generationibus, quas Deus primitus poſthabuerat.

130. Id quod fuſius deducitur in libro [illegible] inſcripto, in quo ita diſſeritur: Omnis peregrinus, qui Judaicam amplectitur religionem, nanciſcitur animam ex 974 generationibus, quæ prius excisæ fuerant. Et latet hic myſterium: dictio namque גר (*peregrinus*) per ſupputationem arithmeticam idem

idem facit quod verbum ברא (*creavit.*) Exinde concluditur, tunc gentili, quando ſe Judæis aſſociat, creari animam talem, quæ ab ortu mundi & tot annis abhinc nondum creata exſtiterit, ſed antea tantum ambulaverit in perditione ſua cum reliquis 974 generationibus. Iſraëlitis enim, quamdiu fuerunt in Ægypto ad promulgationem legis uſque, communicabantur animæ ex illis 26 generationibus, quæ remanſerant. Unde patet, Iſraëlitas animas habuiſſe ejusdem gradus & dignitatis cum 974 generationibus. Et hoc vult ſcriptura dicere per verſum illum אתם ידעתם את נפש הגר כי גרים הייתם בארץ מצרים *vos ſcitis animam peregrini, quia peregrini fuiſtis in terra Ægypti.* h. e. vos ſcitis, qualem animam habeat peregrinus, nempe quod ipſi ſit anima ex 974 generationibus, unde & vos accepiſtis animas veſtras, quamdiu in Ægypto fuiſtis, quia etiam peregrini fuiſtis in terra Ægypti, ſicuti ſcriptura teſtatur.

131. Jethro autem & primum peregrinum, & eum qui animam primam ex 974 generationibus obtinuit, fuiſſe fingunt. Nec eſt, ajunt, quod objiciatur, Abrahamum ipſo priorem fuiſſe: eo quod Abraham animam ex 26 iſtis generationibus, quæ jam dudum in actum productæ erant, habuerat. Hinc etiam numerus iſte 974 continetur in nomine יתרו, ſi quatuor literæ in plenitudine & poteſtate integre ſcribantur יוד תיו ריש ויו, fiunt 968, junctiſque nomini huic reliquis ſex ejus appellationibus, ſumma erit 974.

132. Extat quoque apud Judæos oratio quoti-

diana קרית שמע (*lectio Audi*) dicta. Sic enim mentionem faciunt in ſuis libris illius lectionis, quæ habetur Deut. VI. ubi textus ſic â capite incipit: שמע ישראל יהוה אלהינו יהוה אחד, *audi Iſraël, Dominus Deus noſter Dominus unus eſt* (quam lectionem pro oratione Ebræi ſæpe recitare ſolent & mane & veſperi maxima cum attentione) in qua 120 literæ duplicatæ inveniuntur, pronunciatione accuratè à ſe invicem diſcernendæ & diſtinguendæ. Niſi enim quis hoc fecerit, obnoxius erit, ut ipſi tradunt, 120 pœnis, quæ per artificioſam Cabbaliſtarum conjugationis transpoſitionem reſultant ex 120 conjugationibus Attributi אלהים *Elohim*; Eſt enim eis communis regula, quod quinque lapides conficiant 120 domos. Hinc duæ proprietates, una in regno ſanctitatis, *umbra*; altera viciſſim in regno impuritatis, literis transpoſitis *deriſor* dicta: quarum quælibet ſeorſim per ſupputationem Geometricam facit 120.

133. Inde Comment. in *Vaikra Rabba*, ſect. I. ſuper illa Hoſ. XIV. 8. verba: ישבו יושבי בצלו (*revertentur habitatores in umbra ejus*) *iſti*, inquit, *ſunt peregrini, qui veniunt & fiduciam quærunt in umbra Dei ſancti*. Exinde quoque ſequi, quod peregrini ad proprietatem & virtutem צל, *umbræ*, admittantur. Idque S. Scripturam 1. Chron. 29. v. 15. exprimere hiſce verbis: *quia peregrini nos coram te, ſicut umbra dies noſtri ſuper terram*: quaſi dicat; eo quod peregrini nos, eſt nobis fiducia & aditus ad umbram ſanctitatis. Quocirca dicitur in Medraſchim: *deriſor*, i. e. *Amalek, contundetur, & ſim-*

ſimplices, i. e. *Jethro*, *fient ſapientes*. Mens enim Judæorum hæc eſt; cuilibet nationi aſſignatum eſſe Principem vel Angelum, tanquam Rectorem in cœlis: ſuccumbente vero illo vel victo in cœlis, nationem iſtam ſuccumbere etiam in hoc ſublunari orbe. Unde ſuccumbente Principe vel Rectore Amalekitarum, eos in terris ſuccubuiſſe. Antequam enim cecidit Amalek, non integrum erat Jethroni, tanquam peregrino, fieri Judæum. Peregrini enim habebant apprehenſionem in virtute *umbræ*, prævalebatque tum temporis virtus *deriſoris* a parte regni immunditiæ, Amalekitarum nempe.

134. Conſtat vero quod regnum Sanctitatis & regnum immunditiæ ſe reſpiciant ut oppoſita, dum enim hic prævaluit, alter occubuit, & poſteaquam debilitata eſt virtus *deriſoris*, regni immunditiæ, prædominium nacta eſt virtus צל (*umbræ*) regni ſanctitatis, & hoc eſt, quod dicitur de lapſu Hamani, Eſth. VIII. 16. *& multi populi terræ facti ſunt Judæi*, h. e. poſtquam infirmata eſt proprietas deriſoris, regni immunditiæ, & prædominium nacta eſt virtus צל (*umbræ*) multi facti ſunt Judæi. Poſtquam enim occidit princeps vel rector gentis Amalek in cœlis in regno immunditiæ, ipſe quoque Haman & natio ejus cecidit in terra, & prædominium nacta eſt virtus צל (*umbræ*) ſanctitatis. Et tunc multi facti ſunt Judæi, virtutemque umbræ ſanctitatis apprehenderunt.

135. Tertium genus, per quod S. Scripturam contra intentionem Spiritus S. in peregrinum ſen-

Digitized by Google

ſum detorquere conantur, *Notaricon* dicitur, & contingit dupliciter: primò cum diſtinctarum dictionum literas initiales, medias, vel finales combinant, ut ex iis in unum combinatis, commodum aliquem ſenſum elicere poſſint. Secundo ſedulo inquirunt, num dictiones in hoc textu propoſitæ, in aliis quoque locis occurrant, tuncque ad aliarum vocum, cum quibus conſtructæ reperiuntur, ſignificationem attendunt, eandemque dictionibus ſuis ſtulte affingunt.

136. Hac itaque ſpecie utuntur, dum, ut ſupra dictum eſt, juxta ſuum delirium è ſcriptura myſterium in hunc modum elicere ſatagunt. Exemplo ſit locus de Eſau, de quo ſcriptura, ipſum venatorem e campo rediiſſe dicit: Hinc per Cabbalam alium longe diverſum proferunt ſenſum: quod Eſau tria peccata commiſerit. Et quidem huic ſenſui ex ſtulta quadam ſuperſtitione parem fidem tribuunt, non ſecus ac ſi re ipſa quoque contigiſſet. Sic in Geneſi legitur, quod Iſaac primogenitum ſuum vocaverit *Eſau*, ויקרא שמו עשו; quare vero hoc nomen ipſi impoſuerit, cauſam hujus Prophetam Malachiam indigitare his verbis dicunt; ואת עשו שנאתי: utpote quorum perinde ac prædictorum ex Geneſi vocabulorum initiales literæ nomen Eſau conſtituunt. Hujus autem odii Divini erga Eſau cauſam innoteſcere dicunt ex verbis [illegible]: utpote quæ ſecundum mentem authoris libri *Medraſh Rabba* inſcripti, ſectione *Tholdoth*, tria Eſavi peccata eodem die commiſſa indicent ac ſignificent. Quorum primum [illegible] [illegible]

ex

ex verbis Obad. ℣. 5. אם גנבים באו לך, eo quod vocabulum ויבא, quod in Geneſi cum Eſau extat, in Obadia cum voce גנבים, *furibus*, conjunctum reperiatur. Secundum peccatum eſſe dicunt, quod eodem die virginem jam deſponſatam ſtupraverit; idque ex vocabulis מן השדה. Cæterum quia vocabulum שדה (*Ager*) unde rediiſſe dicitur Eſau, ſicuti verba ſupra dicta ſonant ויבא עשו מן השדה, etiam in capite, ubi ſtuprum cum deſponſata prohibetur, extat, inde ipſum Eſavum etiam ſtuprum cum deſponſata perpetraſſe concludunt. Denique cum ultima dictio עיף (*feſſus*) ſæpius citati verſiculi ויבא עשו מן השדה והוא עיף, Jer. IV. 31. vocabulo להרגים junctum inveniatur, ipſum Eſau etiam homicidii arguere non verentur; ſuæque dementiæ patrocinium inſuper quærunt ex initialibus literis trium dictorum de Eſau vocabulorum עיף, שדה, ויבא, quippe quæ combinatæ nomen עשו, *Eſau*, conficiunt atque componunt.

137. Atque ita dixiſſe ſufficiat de variis interpretandi S. Scripturam generibus, quæ variarum quoque inter Judæos ſectarum & turbarum cauſæ fuerunt; nec tam altercationes verborum & convitia, quam cædes, incendia, & alias perſecutiones crudeliſſimas moverunt. Prodigioſum enim foret narrare pertinax illud & obſtinatum Judæorum odium in Samaritanos, vel communi nomine *Textuarios*, hac de re religionis cauſa conceptum, & multo hactenus tempore auctum, ita in animis furit, ut etiam morte non extinctum ſit, ſed in poſteros tranſit. Sicut ignis, quamdiu materia occurrit, non ceſſat depaſcendo; ſic & illud odium,

quam

Digitized by Google

[illegible] hæ duæ religiones contra [illegible] ſæviendo, adeo ut audeam dicere, [illegible] illorum hominum animos maxime torqueat [illegible] ſacra fames, longe tamen plura [illegible] cinora ab eis patrata eſſe religionis cauſa, [illegible] cri aut proprii commodi cupiditate. [illegible] namque vel Turcæ non abominabiles [illegible] ſeis, at ipſos Textuarios abominantur [illegible] crantur.

136. Hujus autem rei ex multis [illegible] plum ob oculos ponemus. Inter [illegible] ſub pœna anathematis cautum eſt, ne [illegible] tuariorum in ipſorum cœtum admittant. [illegible] ergo contingit, ut Textuarius in [illegible] entia convictus, ad Phariſæos deficere velit, [illegible] plum tamen, ne a lege promulgata [illegible] deantur, inter ſuos referre non dignantur, [illegible] denegata Textuariorum religione, ad Turcas [illegible] dem defecerit, aut per baptiſmum [illegible] prius factus fuerit. Cæterum quamvis [illegible] na plectantur, & ſub pari jugo [illegible] mnes, tamen in hunc uſque diem [illegible] vire non deſinunt, ſed quicquid a Samaritanis, in divinam licet gloriam, conſcribatur, ut profanum deteſtantur, vel ipſorum [illegible] tamen circa Chriſtianorum ac Turcarum [illegible] ita religioſi) coria & pergamena, quibus [illegible] ſcribatur, indigna judicantes. O deteſtabile [illegible] nium! o maledictum odium! Quæ [illegible] adeo barbara fuit, quæ tam infamem, [illegible] maledictam opinionem non horruerit, [illegible]

[illegible] ribus-

furibundum & deteſtabile & ruinoſum odium non deteſtata ſit.

138. Multa adhuc è variis ipſorum codicibus adducere poſſemus, Judæos hos noſtros inter ſe ipſos multum diſſentire; ſed temporum brevitas, & feſtinans inſtitutum hoc noſtrum id permittere noluit. Tanta enim ex eorum fragmentis contrarietas apparet & diverſitas, ut vix ſpatium unius anni illis recenſendis ſufficiat. Inſpiciat, ſi cui placuerit, libros Talmudicos, librum Schulchan Aruch, Maharil, Lebuſch, Arba thurim, magnum illum Alphaſium; inſpiciat librum denique de Comprivignis à me conſcriptum, & alios, ubi tot millia millium Divinæ legi contraria & repugnantia Rabbinorum dogmata â Judæis noſtrarum regionum incolis, accepta, â Caſtilianis vero, Jeroſolymitanis, Babelianis, Italis reprobata inveniuntur. Et quid mirum, ſi inter tot nationes, locis, linguis, corde, opinione & moribus, abſque rege & grege â ſe invicem diſtinctas, cordis duritia & peccatorum malitia (propter quæ hæc omnia illis contigere) obſtinatas, ac indies magis magiſque induratas, tot inſanas opiniones foverint, ut in ſummum dementiæ inſcitiæque genus devenerint?

139. Quid dicam de *Maſoretharum* perturbationibus? eo enim deviatum eſt, ut Maſorethica lectio, eo quod Chaldaica & tota de abbreviaturis tractat, omnibus ferè Judæis (paucis excellentioribus Rabbinis exceptis) peregrina, & coram oculis eorum abſcondita, & veluti ſomnium

Digitized by Google

ſit, cujus nullus eſt interpres; nihilque aliud habet, quam ut quoties unaquæque dictio in Lege, in Prophetis, in Hagiographis habetur, inquirat, atque ex illis in unum cuſis, commodum aliquem ſenſum & contextum repræſentet; aliquando quædam omittere monet, aliquando in alium locum transponere, modo univerſa præterire; omni permutationis vel combinationis genere utitur, modo Gematrico, modo Notarico artificio contextum rerum quærit. O caducum præſidium! O ruinoſum propugnaculum! O labile fidei fundamentum! non fortiſſimas & inexpugnabiles Maſoretharum rationes! Quis huic truncato & mutilato ſepto dabit ſepem? quis fundamentum huic fundamento? quis propugnaculum huic propugnaculo?

140. Inde devenit, ut à ſana interpretatione S. Scripturæ, & à ſaluberrima Spiritus S. mente recedentes vanas opiniones hauſerint, tandemque in multifarias idololatrias inciderint. O ſortem, O mortem, vel ipſis hoſtibus eorum deplorandam! Hæc enim cum illis Rabbinis, qui vera ſcientia imbuti fuerunt, improbo, & dico, S. Scripturam ſecundam literam perfecte, Grammatice & regulariter eſſe intelligendam: non Gematriæ, Notoriæ, aut permutationis varietate myſteriorum implicatam. Quod etſi aliquando tales rationes adhiberi poſſint, ad oſtendendum multiplices divinæ Sapientiæ divitias, tamen fidem in rebus ignotis circa fundamenta religionis per ſe facere non poſſunt.

F I N I S

INDEX

Digitized by Google

Locorum
S. SCRIPTURÆ,
quæ citantur vel illuſtantur.

Cap.	Verſ.	Pag.
	Gen.	
1.	26.	16
3.	22.	16
3.		74
4.		70
9.		60
11.	7.	16
20.	13.	16
49.		56
49.	10.	51
49.	28.	79
	Exod.	
2.		56
13		75
15.	19.	56
15.		69
19		72
20.		65
33	13--16.	15
33	20--23.	15
34.		13
34.		64
	Lev.	
16.		70
21.		62
23.	40.	58

Cap.	Verſ.	Pag.
	Num.	
1.	15.	63
6.		13
12.		61
12.		79
	Deut.	
3.		64
6.		84
31.	16.	81
	Joſ.	
24.	19.	85
	Ruth.	
3.		25
	1 Sam.	4
2.		65
	2 Sam.	
7.	23.	45
	1. Chron.	
29.	15.	84
	Eſth.	
8.	16.	85

Digitized by Google

Cap.	Verſ.	Pag.
	Pſalm.	
11.	6.7.8.9.	47
27.	3.	71
49.	1.	14
50.		14
62.	18.	14
68.	7.8.	15
68.	18.19.	49
68.	21.	14. 49
72.	18. [illegible]	[illegible]
91.		38. [illegible]
92.		71
104.		56. 57
104.	24.	[illegible]
110.		47
118		59
	Prov.	
8.	22--32.	46
30.	4.	46. 48.
	Eccleſ.	
7.		68.
	Cant.	
3.		63
4.		62
	Jeſ.	
1.	26.	49
4.	34.	49
6.	1.2.3.	13
6.	8.	16
7.	10--16.	50
9.	6. 7.	50
14.		64
30.	22.	49
33.	22.	13
42		63
50.		51
52.	9	66. 74
52.	13.	52
53.		57
53.	6.7.8.9.10.	14
60.		59
61.	1.	51
61.		73
63.	6.7.8.	51
66.	9.	47
	Jer.	
[illegible]	31.	87
10.	10.	16
[illegible]	15.	61
[illegible]	8.9.10.	50
[illegible]	20.	47
[illegible]	36.	16
	Thren.	
3.		71
	Ezech.	
44.		75
	Hoſ.	
6.	1. 2. 3.	49
6.	3. 4.	47
14.	8.	84
	Obad.	
5.		87
	Mich.	
2.	13.	49
5.	1.	47

Zach.

Cap.	Verſ.	Pag.	Cap.	Verſ.	Pag.
	Zach.		1.		70
				2 Cor.	
3.	9.	49			
9.	9.	53			
9.	10.	53			
12.	10.	53		Apoc.	
	Mal.				
1.	5.6.	16	13.		[illegible]

INDEX RABBINORUM,

quorum ſcripta laudantur vel illuſtrantur.

Aaron 12. 27. 40
Abraham 11. 19
Abraham Alaphia 19. 23. 29. 30. 31. 33. 42
Akiba 12
Alphaſius 89
Bechai 25
Elias 42
Eliezer 79
Haay 29
Hamay 29
Harakneth 67
Jehuda Levi 28
Joſeph de Gecathilia 14
Iſaſchar Beër 40
Liber Affluentia roris 17
---- Aruch 89
---- Arba Turim 89
---- Charizi 80
---- Mackbarothec 80
---- Lebuſch 89
---- de Fide 34
---- de proprietatibus animalium 80
---- Medraſch Rabba 86
---- מנרת המאר 82
---- Sculchan Aruch 89
---- in Vaikra Rabba 84
Mayer 26
Moſes Ægyptius, vel potius, Gerundenſis 31. 32. 43
Moſes Botrill 27. 29. 32. 35. 43. 78
Moſes Chanochius 17
Saadias 12
Simeon 17. 35. 36. 37. 38. 39. 41. 42. 43. 48. 54. 55. 57. 58. 59. 61. 62. 63. 64. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75
Thalmud Tom.
---- Iebamoth 17
---- Roſch Haſchana 48
---- Sabbath Ieroſolim. 48
---- Sukkoth 48

Addenda & Corrigenda.

Pag. 6. lin. 21. pro res, Lege, abs
8. --- ult. videre, ---- vivere
11. --- 10. Niſi, MS. habet, nempe.
14. --- 2. *Elohe Israel*, -- JEHOVA
17. --- 5. fol. 1. -- fol. 5.
22. --- 1. חם ידיה נשא
23. --- 6. Numerationibus, adde: inferioribus.
24. --- 1. Lege, unus eſt.
26. --- 2. triginta duæ,
30. --- 23. per tres,
37. --- totimundo.
37. --- l. ult. quæ eſt סוד עליון
40. --- 10. החרתם ילנם
20. fecit prodire.
48. --- 12. fol. 115.
58. --- 19. à serpente
61. --- 2. לילית
9. ex interno
67. --- 11. jacebat,
69. --- 11. fol. 97.
76. --- 8. à fine; ſit omnia condemnaſſe.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google